MARTINI DEL-RIO
E SOCIETATE IESV
SACERDOTIS, DOCTORIS
THEOLOGI, ET SACRÆ SCRIPTVRÆ
in Academiâ Salmantinâ publici professoris,

AD CLAVDIVM AQVAVIVAM EIVSDEM
Societatis Præpositum generalem,

PHARVS SACRÆ SAPIENTIÆ,

Quo
quid contineatur pagina sequens docebit.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS.

ECCLES. XLIII. vers. XXV.

In sermone eius siluit ventus, & cogitatione suâ placauit abyssum, & plantauit in illâ Dominus insulas. Qui nauigant mare, enarrent pericula eius: & a[u]dientes auribus nostris admirabimur. Illic præclara opera & mirabilia: varia bestiarum genera, & omnium pecorum, & creatura belluarum. Propter ipsum confirmatus est itineris finis, & in sermone eius composita sunt omnia. Multa dicemus, & deficiemus in verbis; consummatio autem sermonum, ipse est in omnibus.

Domus Professa




Neapol. Societ. Jesu Catal. inscriptus



LVGDVNI,
Sumptibus Horatij Cardon.
M. DCVIII.
Cum priuilegio S.Cæsar.Maiest.& Christianiss.Franc.& Nauarr.Regis.

PHARVS SACRÆ SAPIENTIÆ continens



Nota *His omnibus, vbi res deposcet, Mystici sensus adijcientur ex probatissimis scriptoribus* & Glossam seu succinctum commentarium κατὰ πόδας in Vetus & Nouum testamentum ordine continuo.

Plura de hac re in fine cap. 3. licet videre, hæc pro frontispicio sufficerint.



REVERENDO ADMODVM PATRI CLAVDIO AQVAVIVÆ SOCIETATIS IESV PRÆPOSITO GENERALI, MARTINVS DEL-RIO Soc^tis. eiusdem sacerdos S. P.



IDES, (mi pater) vestibulum magnæ domus, quam ædificare institui, diuinâ fretus ope, non viribus meis; quę, quàm, in continuâ inualetudine sint imbecilles, vnus optimè nosti, cui mea omnia sunt perspecta. Mitto ad te, vt iudices, & stent iudicio tuo, cadántve hæ parietinæ. si placebunt, pergam: sin, desistam sponte ab opere, quod me vel cogitatione magnitudinis perterret. solatur vtilitas; sed retrahit, & cogit abrumpere scriptionem solicitudo laboriosa prælectionis quotidianæ. Recipe, quo soles affectu caritatis filiorum tuorum munuscula, hoc leuidense. Deus tibi, tam vtilem & præclaram administrationem Societatis IESV diuturnam largiatur. hoc opto, hoc voueo, & de meis annos adjici. Salmanticæ Kalend. Febr. 1607.

Facultas Ordinis.

EGO CHRISTOPHORVS DE LOS COBOS, Præpoſitus Prouincialis Societatis IESV, in Prouinciâ Caſtellanâ, poteſtate ad id mihi facta ab admodùm R^do^. P. N. Præpoſito Generali Claudio Aquauiua, facultatem concedo, vt *Phari ſapientiæ ſacræ pars, qua continentur Commentarij, ſeu Gloſſæ literales in Geneſim*, à P. MARTINO DEL RIO. S. Theologiæ Doctore, & publico diuinarum literarum in Salmanticenſi Academia profeſſore, compoſita, & eiuſdem Societatis grauium, Doctorúmque virorum iudicio examinata, & approbata, typis excudantur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, ſigillóque noſtro munitas dedimus. Metimnæ 2. die Februarij, anni 1607.

CHRISTOPHORVS DE LOS COBOS

ex mandato P. Prouincialis

PETRVS OSORIO Secretarius.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis Ieſu in Prouincia Lugdunenſi.

LVDOVICVS RICHEOMVS Prouincialis Collegiorum Societatis IESV, in Prouincia Lugdunẽſi, iuxta priuilegium eidẽ Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. & Henrico IV. nunc regnãte 20. Decẽbris 1606. cõceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiuſdẽ Societatis hominibus cõpoſitos, abſque Superiorum permiſſione imprimãt: permittit Oratio Cardon Lugdunenſi Bibliopolæ, vt librum qui inſcribitur, *Pharus ſapientiæ ſacræ, ſeu Commentarij & Gloſſæ literales in Geneſim*; *Martino Del-Rio Auctore Societatis* IESV, ad ſex proximos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſit. Datum Lugduni 16. Octobris, 1607.

RICHEOMVS.

HVNC R. P. Martini Del-Rio, è Societate Iesu, librum qui inscribitur, *Pharus sapientiæ sacræ, seu Commentarij & Glossæ literales in Genesim*, & pium, & eruditum dignum censuimus, qui prælo commissus publicæ vtilitatis caussa in lucem ederetur. Datum Lugduni die 16. Octobris, 1607.

CHALOM V. G. Lugd.

EGO MARTINVS DEL-RIO, Societatis IESV presbyter, sacræ Theologiæ Doctor, & LL. Licentiatus, Concessâ mihi à Cæsareâ Majestate facultate eligendi typographũ, cui mea cum XX .annorum priuilegio cudenda traderẽ: tibi Horati Cardone, confisus de fide, pietate, & industriâ tuâ, facio potestatẽ excudendi libri huius, qui inscribitur, *Pharus sapientiæ sacræ, seu Commentarij & Glossæ literales in Genesim*, & pœnam Cæsaream exigendi à typographis contra Cæsaris edictum illud prælo subdentibus, vel vendentibus, &c. iuxta præfati diplomatis tenorem. Datum Vallisoleti in Castellâ, quarta Augusti anno millesimo sexcentesimo sexto.

MARTINVS DEL-RIO Soc. IESV
Presbyter, S. Theol. Doctor, &
LL. Licentiatus.

Summa Priuilegij Imperatoris.

RVDOLPHI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti cautum est publico hoc edicto, ne quis chalcographus, vel bibliopola, siue alius quilibet, quacumque sacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, librum qui inscribitur, *Pharus sapientiæ sacræ, seu Commentarij & Glossæ literales in Genesim, Martino Del-Rio Auctore* SOCIETATIS IESV, excudat, aut excudendum curet, vendat ipse, aut diuendendum mandet, aut denique excusum ab aliis intra eiusdem Rudolphi & Imperij fines vendendum importet, præter illum Typographum aut Bibliopolam, cui ipse Del-rio permiserit, idque per spatium viginti annorum à prima editionis die computandorum. Qui secùs faxit, sibi mulctam decem marcharum auri puri irrogatam sciat, quarum dimidia fisco Imperiali fraudis vindici, residua verò pars ipsi Del-Rio, vel eius mandatario, aut mandatariis, cedet, præter librorum amissionem & confiscationem; quos per se idem Del-Rio, vel per suos quoscumque mandatarios vbicumque nactus fuerit, adiumento Magistratus loci, vel citra, propria auctoritate sibi vindicare, inque suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi edicto manu subscripsit, & sigillum apponi iussit Cæsarea Majestas, vt latiùs patet in ipso diplomate dato Pragæ decimaquinta mensis Iunij, anno Domini millesimo sexcentesimo secundo.

Subsignatum.

RVDOLPHVS.

Ad mandatum sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

IO. BARVITIVS.

Summa Priuilegij à Christianissimo Galliarum Rege obtenti.

HENRICI IV. Galliæ, & Nauarræ Regis Diplomate cautum est, ne quis in suo regno, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos decem, à die impressionis primæ inchoandos, excudat, vendat, excudendum vendendúmque quouis modo, ac ratione conetur librum qui inscribitur, *Pharus sapientiæ sacræ, seu Commentarij & Glossæ literales in Genesim, Martino Del-Rio Auctore* SOCIETATIS IESV, præter HORATIVM CARDON Bibliopolam Lugdunensem, aut illos quibus ipse concesserit: sub pœnis Originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis 30. Maij anno 1607.

De mandato Regis,

Signatum, BERNARD.



PROLOQVIA PHARI SACRÆ SAPIENTIÆ TRIA.



QVOD ad Sacratissimæ Trinitatis gloriam, & triplicis laureæ qua Deiparæ virginis caput radiat cõmemorationem, & meam legentiumq; spiritualem vtilitatem cedat; tria visum huic operi SACRAE SAPIENTIAE densas & multiplices tenebras in hoc pelago nauigãtibus depulsuro præmittere, tribus capitibus comprehensa, ne illotis manibus pedibúsque in hoc Spiritus sancti sacrarium irrumpere videamur.

De Sacræ Scripturæ studio & excellentia obiter.

CAPVT I.



NAM si quis ausit ex professo laudes omnes pertexere? illud nunc tantum. Si quanta Sacræ 1.
Script. dignitas, vtilitas, & voluptas est, tantum
omnes arbitrarentur; plures illa in plerisque
orbis academiis admiratores, & amatores magis sedulos

Cur plerique ad hoc studium minus propensi?

ac feruentiores haberet: nec, vbi quidem Theologia tota non iacet, cæteræ partes eius vtcumque excolerentur, hæc vna Princeps & præstantior, negligeretur, aut minoris longè, quàm par sit, æstimaretur. Sic enim natura comparatum est; vt mortales nullius rei studio facilè capiantur, nisi si aliqua commodi sui, honoris, vel voluptatis illecebra pelliciantur; quas his carere illectamentis rentur disciplinas, eas velut deformes atque indotatas virgines deserant atque contemnant: quæ verò à dotibus hisce studia commendantur, eorum omnes ardeant desiderio, flagrent cupiditate. Vna hæc & sola cunctis esse causa consueuit, qui à Sacræ scripturæ lucubrationibus sunt alieni: quòd vel iniucundam operam, vel infructuosam, vel ingloriam arbitrantur. Faciendum itaque mihi putaui in horum Cōmentariorum vestibulo: quos multorum annorum meditatione concinnaui, gloriæ diuinæ & boni publici, quàm

2 Re[illegible]luntur.

valetudinis aut mei commodi studiosior: vt hunc † errorem perniciosum verbis ac ratione retinncerem, & quasi præludium dicendorum, de sacrarum litterarum præstantia quædam præfarer, non de nuda mei ingenij coniectura aut adinuentione: cui qui minimùm tribuerit, ne ille mecum optimè consentit: sed petita ex Sanctorum Patrum dictis atque sententijs, qui hoc iter fæliciſſimè transmiserunt: quiq; mentium diuinarum monumentis illustribus, tanquam luculentiſſimis facibus, diuinæ sapientiæ thesauros vtriusque testamenti voluminibus infossos, scrutati effoderunt, effossos posteris non inuiderunt: quos errare, in eo quod cuncti sentiunt, stolidum sit credere, quia sapientiſſimi fuerunt: aut in errorem inducere voluisse, alia scribentes, alia sentientes, impium planè opinari, cùm illi sanctiſſimi fuerint: adeò vt causæ penitùs reliquum sit nihil, cur non illis pleniſſimam fidem tribuamus.

3. Dignitas ostenditur ab auctore, sancta Triade.

Quam ergo † trium illarum sacræ scripturæ dotem deesse prætendunt? Dignitatem? librorum dignitas omnis petenda ab auctore, fine, materia, forma siue modo tractationis: quæ si in diuinis codicibus adeo excellunt, vt in nullis libris vel artibus alijs quicquam simile reperiatur, neque quicquam dignius diuiniúsve queat cogitari, nonne vicimus? Auctor imprimis non mendaculus poëta, non rhetor

rhetor garrulus, non sophista captiosus, non philosophus gloriosus: non, qui possunt, ac solent errare hominum alius; non, quorum, vt libet magna, precaria tamen certisque finibus comprehensa scientia, vllus Angelorum: sed ipsemet Deus; æterna, infallibilis, infinita bonitas & sapientia. Sanctissima namq; Trinitas, cui absolutè conuenit soli Canonicam scripturam condere primarius est sacræ Scripturæ fons & author, ideo singulis personis, diuerso respectu, sed eodem & æquali iure id tributum legimus, Patri quidem, velut primo principio & auctori, cùm æterna veritas ait; *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Ioan. 7. 16. & iterum; *qui misit me, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.* Ioan. 8. 26. item Pater ipse apud Moysen, ait de Filio, Deuteron. 18. vers. 18. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui: & ponam verba mea, in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi.* Filio tribuitur vt verbo Patris & æternæ sapientiæ à Baruch propheta c. 3. v. 37. *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris visus,* &c. & ipse CHRISTVS Matth. 11. 27. *Nemo nouit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.* & de doctrina quam euangelizarat Galatis asserit B. Paulus Apostolus. Galat. 1. 12. *quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem* IESV CHRISTI. Denique ab vtroque misso & procedenti Spirituisancto tributum inuenias: quia tam sublimia & necessaria ad salutem docere, magnum est bonitatis & caritatis opus: sic in symbolo, quod canit Ecclesia; *Qui locutus est per prophetas.* ex D. Petri sententia 2. Canon. 1. in fine: *hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritusancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.* & ipsius Saluatoris dicentis; *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.* Ioan. 14. 26. Vnde videmus quod à magnifica illa Dei in solio residentis gloria fuerat Isaiæ reuelatum cap 6. v. 9. id à plerisq; Patribus Patri

Patre,

Filio,

Spirituisancto.

tri aterno, quem apparuisse volunt est tributum, à plerisque dico, quia multos reperio, & D. Athanasius *lib. de communi essentia Patris, Filij & Spiritus Sancti* scribit hanc totius Ecclesiæ sententiam esse: & tamen S. Ioannes reuelationem illā Filio ascribit, cap. 12. v. 41. *hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius* (IESV nempe) *& locutus est de eo*, scilicet capitulo 6. v. 9. quinetiam D. Paulus hoc de Sancto Spiritu accepit inquiens, *Quia benè Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad Patres nostros dicens: vade ad populum istum, & dic ad eos*, &c. Sed præter hunc primarium Sacræ scripturæ authorem Deum, alij fuêre secundarij, ad vnum omnes Deo pleni, vitæ probatæ, veritatis exploratæ, inter quos Dauid Rex se dumtaxat instrumentum Numinis profitetur, *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*, Psalm. 44. 2. & de cæteris omnibus, vnus eorum nomine cunctorum, magni pater prophetæ Zacharias clamat; *Sicut locutus est* (Dominus Deus Israël) *per os sanctorum, qui à sæculo sunt prophetarum eius*. Luc. 1. 7. & vas electionis idem sapit, idem propinat: *Omnis* (ait) *Scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est*, &c. Quorum omnium prophetarum, os Domini futurorum typus præcessit Moses, ipso populo flagitante: *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.* Perculsi fuerant formidine ad Dei vocem. *Exod.* 20. 19. Et quis hominum illam ferat? ideo benignitatis & amoris fuit, quod per alios, quæ vellet, nobis effaretur: ita tamen eos dirigens, vt nihil aliud, quàm quod inspirarat, illi eloquerentur. Quanta hæc dignitas & maiestas Sacræ Scripturæ, quæ canonica dicitur, esse ab auctore suo cælestem authoritatem? quis neget; quod tam efficaciter probatum verbis ipsius Saluatoris, & eius Apostolorum? hoc Patres omnes docuerunt, hoc (ait Augustinus) in agris & in vrbibus cum doctis atque indoctis tot tantiq; populi crediderunt.) *lib.* 18. *de Ciuitat. Dei cap.* 41.

2. *à fine.* Auctore tanto minimè finis eius indignus; quem, si vltimum spectes, omnem superat dignitatem. Sacræ Scripturæ Finis vltimus est IESVS CHRISTVS, *Finis totius legis ad iustitiam omni credenti.* ad Rom. 10. 4. Nam ideò scripta, *quæcumque scripta sunt: vt credamus, quia* IESVS *est*

Vltimo,

Filius

„ *Filius Dei, & vt credentes vitam in eius nomine habeamus.* Ioan. 20. in fine. Vah! quanto omni arce celsior est ars, cuius conatus ad tale culmen fastigiúmque non nituntur tantùm, sed peruadunt? Si finem proximum requiras, vltimo illi simillimus, & æquali proportione comparatus, Regina virtutum CHARITAS est; Apostolo teste, *finis præ-* & proximo.
„ *cepti.* 1. Tim. 1. 5. Nec quicquam in sacris litteris præcipi-
„ tur, nisi charitas: quicquid ad hunc finem pertinet, pro-
„ prium scripturæ dicendum: quicquid ad hoc non perti-
„ net, fictum esse cognoscendum *ita D. Augustin. lib. 1. de doctrin. Christian. cap. 37. & vlt. & lib. 3. cap.* 10. Nihil nobilius hoc fine à quo dignitas omnis profluit. Nihil dignitatis potest in ea disciplina desiderari; cui finis ille adeò proprius & certus est, vt & compendio certo ad eum perducat, & nulla queat alia semita ad illum perueniri.

Iam sacrorum librorum quàm excellens materia sit, 3. *à materia* videre, differunt de Dei natura, potentia, cæteris attributis; de supercælesti & ineffabili Trinitate, in qua Monadem Triadi miraculosè mixtam inuenias, & Patrem Filio non seniorem, nec Filium Patre iuniorem; sed Patrem Creatorem, Filium Redemptorem, Spiritum sanctum ductorem doctorémque differunt, de mirificentissimæ clementiæ in mysterio incarnationis dispensatione; de magni illius mundi, & rerum, quas continet, ortu, interitu, renouatione; de parui huius (hominem dico) plasmatione, lapsu, restauratione: de rebus à populo Dei plusquã quatuor millibus annorum vel fortiter & fœliciter vel secus gestis: de lege & gratia, moribus & virtutibus, de bene & fortunatè viuendi norma, de malorum suppliciis, de præmiis & gloria vitæ sempiternæ.

Commendatio quarta desumitur à methodo & formâ 4. *à Forma.* tractationis; penitiùs enim, & diligentiùs intuenti tam perfecta deprehenditur, quàm quæ sunt perfectissima: nihil adiici, nihil adimi, nihil in illa mutari vt posse videatur. Quòd credendum, sine fuco; luculenter quid sciendum, proponit sacra Scriptura, grauiter præcipit agenda, seuerè sancit quibus abstinendum; singula denique tam aptè, tam amanter, tam decorè proponit, vt nec librorum ordo vel textura melior, queat reperiri: nec verborum

cui nec ars deest, nec eloquentia contra multos.

complexionem, vel sententiarum grauitatem, aut opportunitatem vllo loco possis desiderare. Nihil deest artificij; sed potiùs suprà omnem artem & humanum artificium est, quicquid in Bibliis continetur. In promptu ratio est. Quoniam (vt præclarè S. Ambrosius) sacri scriptores non « secundùm artem scripserunt, sed secundùm gratiam, quæ « suprà omnem artem est. Scripserunt enim, quæ spiritus « illis loqui dabat. *Sic ille Epist. 63. ad Iust.* Quædam in hunc « sensum planè diuina protulit S. Gregorius in hæc verba; quæ quòd dignissima sunt vt à S. Gregorio scriberentur, & à vobis attentè audiantur, non pigebit me nunc repræsentare. Quamuis (ait) omnem scientiam atque doctri- « nam Scriptura sacra sine aliqua comparatione transcen- « dat: vt taceam, quod vera prædicat, quod ad cælestem « patriam vocat: quod à terrenis desideriis ad superna am- « plectenda cor legentis immutat: quod dictis obscurioribus « exercet fortes, & paruulis humili sermone blanditur: « quod nec sic clausa est, vt pauesci debeat, nec sic patet vt « vilescat: quod vsu fastidium tollit, & tanto ampliùs medi- « tatur: quod legentis animum humilibus verbis adiuuat, « sublimibus sensibus leuat; quod aliquo modo cum legen- « tibus crescit: quòd à rudibus lectoribus quasi recognosci- « tur, & tamen doctis semper noua reperitur: vt ergo de « rerum pondere taceam, scientias tamen omnes atque do- « ctrinas ipso etiam locutionis suæ more transcendit: quia « vno eodémque sermone, dum narrat textum, prodit my- « sterium: & sic scit præterita dicere, vt eo ipso nouerit fu- « tura prædicare; &, non immutato dicendi ordine, eisdem « ipsis sermonibus nouit & anteacta describere, & agenda « nunciare. *Tantùm D. Gregorius lib. 20. Moral. cap. 1.* Quid « (age) simile simul omnes methodorum artificiorúmve dicendi scribendíque vel Græci, vel Latini, vel Barbari propolæ, Platones, Aristoteles, Demetrij, Thessali, Varrones, Tullij, Quinctiliani? Dicam aliquid magnum; sed verum, sed expertis exploratum; omnia illorum scripta gerræ, quisquiliæ, & mera sunt mapalia præ sacris codicibus: habent quod commendes, si per se sola intueare; si ad solem istum cicindelas componas, obtenebrantur, & lucidulum, quod in earum nocte micabat, penitùs deperit: ita,

vt qui

vt qui radiis hiſce diuinis ſemel colluſtrati fuerint, ſe terrenis iſtis ampliùs non ſinant collutulari, & nitedulas vera carentes luce de vepreculis legere dedignentur. Vereor ne diſpliceant hæc quæ nunc dico nonnullis; quibus ſacræ paginæ vepreta videntur, humaniorum (vt vocant) litterarum libelli, Florida Tempe, & Adonidis horti cenſentur. Eo quòd putent libros ſacros ſtilo incompto, horrido, ſenticoſo, & ab omni ornatu & mundo eloquentiæ nudo conſcriptos: Prophanos autem melle perlitos, ſeſamo ſparſos, ſalem & venuſtatem meram ſpirare: quod ſi non ridiculè, parùm certè prudẽter, aut pudenter affirmant. Quoniam de libris ſacris iudicant, quos vel nullâ vel rarâ & non curiosâ lectione haut ſatis cognouerunt. Deinde, quia quid vnumquemque deceat, & quid cuiſque materiæ conueniat, illud inquam in omni ſcriptione præcipuè conſiderandum, quod Græci vocant τὸ πρέπον, nos decorum, non ſatis attendunt. Sacrorum voluminum ſcriptores fuêre viri ſapientiſſimi. Sapientiæ portio nonnulla eſt eloquentia. Functio melior eloquentiæ in eo poſita credenda, vt ſingula propriè & aptè rei accommodis vocabulis exprimantur: non vt emineat oratio, & elata cothurnis, cùm nihil opus, ampulletur. Quare verã ſolidámque eloquentiam quærenti, non tam cincinni & phaleræ, vel verbis curiosè conquiſitis teſſelata & vermiculata dictio, expetẽda, quàm quæ perſonam deceat, & rem commodiùs explicet. Quod cùm vbique conſtanter in ſacra Scriptura ſeruetur, nonne reiiciendi: qui mallent Prophetiam puerilem in modum luxuriare, quàm ſonorem grauem, magnificum, plenum dignitatis, & Dei maieſtate dignũ ſonare? Quid? quod ſi diligenter in noſtris libris iſti deliciis effluentes verſarentur, ſi ſacra ſcripta legerent attentiùs, ſi lecta relecta capere conarentur; profectò intelligerent, nihil ornatus, aut polituræ, nullum lumen eloquij vel artis ſolidæ diuinis ſcriptoribus defuiſſe. Mihi hoc arguto dilemmate perſuaſit S. Auguſtinus, vtinam & iſta legentibus: cùm lib. vlt. de doctrin. Chriſtiana cap. 6. de ſacris libris ita ſcribit; Vbi eos intelligo, non ſolùm nihil illis ſapientiùs, verum etiam nihil eloquentius videri poteſt. Et audeo dicere, omnes qui rectè intelligunt quod illi loquuntur, ſimul

intelligere eos non aliter loqui debuisse. Sicut enim est " quædam eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet, " est quæ senilem: nec iam dicenda est eloquentia si per- " sonæ non conueniat loquentis: ita est quædam, quæ viros " summa auctoritate dignissimos planéque diuinos decet: " hac illi locuti sunt: nec ipsos decet alia, nec alios ipsa: ipsis " enim congruit: alios autem, quanto videtur humilior, " tantò altiùs, non ventositate, sed soliditate transcendit. " Vbi verò non eos intelligo, minùs mihi apparet eorum " eloquentia: sed tamen eam non dubito esse talem, qualis " est vbi ego intelligo. Hæc magnus iste Diuus, qui fasti- " dierat & ipse sacræ Scripturæ simplicitatem, sed quando iunior & Gentilis. Visa tum fuerat indigna quam Tulliano nitori compararet: quia tumor eius refugiebat scripturæ modum, nec acies eius interiora sacrarij huius penetrabat (*lib.3. Confess.cap.5.*) Post maturior æuo, prudentia firmior, D. Ambrosij cõsilio legere cœpit Isaiam: cuius difficultas tumorem illum depressit, & eloquentia pressior atque sincerior Ciceronianũ illum fluxum, velut obiectis aggeribus, fortiter repulit & retroegit. Mutauit itaque senior sententiam, & quid iam sentiret testatus est verbis quæ recitaui. Deus bone, vir quantus: qualis ingenij, iudicij, doctrinæ? Tali coram iudice an formidem molliculis, tenellulis, delicatulis istis, nondum ab vbere Tullioli sui ablactatis respondere: Si nihil in sacris libris eloquentiæ reperistis, aut non legistis diligenter, aut lecta non intellexistis: Nam si intellexissetis, certè probaretis: noua vobis opus & iterata lectione, studio repetito & intensiore. Sin vno in loco deprehensam, alio nequiuistis inuenire: credite hæc illis esse paria, & æqualem vbique sibi constare scripturam: inæqualitatem non illi, sed mentis vestræ imperfectioni & imbecillitati adiudicate. Præclarum dictum sancti Martyris Irenæi *lib. 2. aduers. hæreses cap.47.* animo reuoluite: Credere hæc autem talia debe- " mus Deo, qui & nos fecit, rectissimè scientes: quia Scri- " pturæ quidem perfectæ sunt, quippe à Verbo Dei & Spi- " ritu eius dictæ: nos autem secundum quod minores su- " mus, & nouissimi à Verbo Dei & Spiritu eius, secundum " hoc & scientia mysteriorum eius indigemus. Et non est "

mirum,

„ mirum, si in spiritualibus, cælestibus, & in his quæ habent
„ reuelari hæc patimur nos: quandoquidem etiam eorum,
„ quæ ante pedes sunt (dico autem quæ sunt in creatura)
„ quæ & conteruntur à nobis, & videntur, & sunt nobiscũ,
„ multa fugerunt nostram scientiam.) Si quod D. Irenæus asserit verum est, vt est verissimum, cur miremur eloquentiam sacræ Scripturæ non capi ab illis, qui nec admodum in ea assidui, nec eam gratiæ cælestis regula, sed fallaci debilis opinionis suæ decempeda metiuntur?

Verum ne in hac salebra diutiùs hæreamus, detur illis quod doctissimus Cyrillus Alexandrinus *lib 7. contra Iulianum*, idem illi obiicienti concedebat: Scripturam vulgari atque plebeio sermone loqui: Gentilium verò res disertè dictas, lepore & facundia pollere: numquid ideò minùs: vt paruis, mediocribus, magnis, doctis, indoctísque benè consulatur, familiari vtendum sermone fuit, qui nullius captum transcenderet? Sint illorum libri sonori & fastosi: certè decorum non seruant, & à veritate aberrant. Sint nostri libelli simplices & impoliti: de Deo sanè rectam fidem, de morum honestate fugáque vitiorum, virtutum etiam adeptione, veras opiniones, & amorem
„ mentibus legentium norunt instillare. *Omnis enim* (vt ait
„ S. Paulus 2. Tim. 3. in fin.) *Scriptura diuinitus inspirata vti-*
„ *lis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad eru-*
„ *diendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus*
„ *bonum instructus.* (Meritò igitur Cyrillus subdebat, à diuina Scriptura, quisquis fuerit auditorem lectorémque meliorem euadere, & aliis quoque non inutilem discedere: at ex Gentilium scriptis solùm quem fieri facundiorem, iustitiæ verò, honestatis, religionis nihil prorsus neque sibi, neque aliis acquirere. Istos ideò libros non iniuria laudari; quòd ad eloquentiam aliquid adferant adiumenti: iis tamen nimis addictos meritissimò culpari, quòd, cùm eloquentiæ numeros probè seruent, optimas virtutes negligant. Quid minùs præstant spectatoribus vel ludia saltatricula, vel histrionalis in proscœnio mimus? lactant lepore, mulcent salibus, ludo ioco facetiis & cætera festiuitate animos reficiunt, & mœrorem dispellunt: sed cùm vt isti, sic & illi, nupta & propudiosa multa permisceant,

Et si deforet eloquentia, contenderit Vulgus, qua summa,

& suprà omnem Gentilium litteraturam.

virtutum vacuos, & vitiosarum affectionum plenos lectores spectatorésque suos dimittunt domum. Age, sodes, si quis tibi in cratere aureo lethale aconythum; & alia manu in poculo fagino propinet

Ambrosios succos & odoriferam panacæam,

labráne potiùs noxio quàm vitali potioni, solius adspectu vasculi admoueres? Noli, noli has Sirenes diutius auscultare: noli orichalcum auro, vitrum margarito, cænum cælo ampliùs præferre. Locum gustasse sufficiat, Syrtim relinque, patriam cogita. Facio (inquis?) & ad diuina per hæc tendo. Gradus ad celsiora exstruo. Exstruis? dum hæres destruis, nam te interim vita deserit: per hos amfractus tendis? næ tu vel numquam, vel serò peruenias ad metam, qui viam nec tutam, nec certam, nec compendiosam inis. Attende tibi, audi quid Nemesio sic affecto, non Theologicæ tantùm, sed omnis humanæ scientiæ gnarus per epistolam Gregorius Nazianzenus scripserit: verba sunt: Puderet me sanè fabulæ adiumento ad diuinitatis cognitionem niti. Quis tibi hanc necessitatem adfert, vt per Scyllæos scopulos, per crudelem Charybdin, vbi fortasse naufragium facturus es, non ad Ithacam saxis adfixam asperis, sed ad cœlestem beatitudine cumulatam patriam properes? Quis te cogit, vt ad purissimum diuinitatis fontem pergens cænosæ paludi immoreris? Fiet, mihi crede, fiet vt dum in luto volutaris, limpidissima interim aqua dilabatur] dilabatur inquam tibi cum optimis vitæ tuæ diebus: quæ non de cisternis confractis, & cœnosis ambitiosarum cogitationum, sed de puris & nitidis defluit fontibus Saluatoris. Miscebis (inquis) meliora & tempestiuè periculis obuiabis. Annos ergo tibi spondes, & scis quod

adijcient hodiernæ tempora vitæ
Crastina Dij Superi?------

demens! quid si nunc iste nouissimus illucescat dies? Nescis tritissimum illud Musis Græcanicis? *βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων, οὔποτ' εὑρήσεις ποτόν.* Luto splendentem conspurcans aquam nunquam inuenies potum, cur tu hanc limpidam cæno illo contaminas? an, vt spurca illa & verè bruta animalia imitere, quæ fontem vngula turbidant

priusquàm

priusquàm bibant? Miserum te, si mauis postea pœnitere, quàm culpæ te nunc maturè subtrahere. Non cunctis dat Deus tempus illud resipiscendi, & ad meliora verámque sapientiam transeundi. Quis in litteris sæcularibus doctior aut diligentior iuuene Basilio Cæsariense? quis temporis illam iacturam (sic enim ducebat) grauiùs tulit, & vberiùs deplorauit? indicant, quæ ad Eustathium Sebastenorum Episcopum ita scribit: *epist. LXXIX.* Ego sanè „ postquam multum temporis *vanitati* impendissem, & om- „ nem propè iuuentutem *inani studio* attriuissem, quo tene- „ bar, cùm apprehendendis *infatuatæ à Deo sapientiæ* discipli- „ nis immorabar: tandem aliquando, vbi velut ex graui „ somno expergefactus, *ad Euangelicæ veritatis admirabile lu-* „ *men* respexi, agnouique *inutilitatem sapientiæ.* Principum „ huius sæculi qui abolentur, deplorata plurimùm misera- „ bili mea vita, ductorem mihi dari optabam, qui ad pietatis me dogmata introduceret.) Mox subdit hunc sibi fuisse Euangelij lectionem. Notate verba singula: nihil instituto sermoni aptius aut accommodatius. Quid poësis Basilio experto & expergiscenti? *vanitas*: quid studium humanæ eloquentiæ? *inane studium*: quid philosophica curiositas? *infatuata à Deo sapientia*: quid sacra volumina? Euangelicæ veritatis admirabile lumen, ductores ad pietatis doctrinam, solidum magisterium, labor fructuosus. Denique quid quæso in prophanis illis, quod non in sacrario nostro parabilius, iucundius, salubrius? Nihil verius elogio D. Clementis Romani, quod hodie lib. 1. Constitut. Apostolicar. c. 7. legitur, & ab Anastasio Nicæno quoque in Sa- „ cræ Scripturæ Quæstionibus refertur; Quæcumque in „ Gentilium libris desiderari possunt, in Sacra scriptura lon- „ gè reperiri meliora. Quid ergo deest legi Dei, vt ad has fabulas confugiamus? Vis prudentiam iuris & reipub. gerendæ præcepta? fontem Græcarum Romanarúmque legum scias in Pentateucho scaturire. Vis Physiologiam? Geneseos priora capita, & Iobi dissertationes, & multiplices morborum curationes passim sed sparsim reperies. Vis moralem sapientiam? supra Pythagoræos, Stoicos, Academiam veterem & nouam, Salomonis & Siracidæ libelli præbebunt. Placet eloquentiæ vis hominum animis apta

permouendis? vberem mete segetem, ex maiorum & minorum prophetarum, Isaiæ, Nahum & cæterorum vaticinijs. Iuuat historias & in ijs fortia facta patrum, prosperos & infaustos pacis ac belli euentus domi quietum & tranquillum voluere? En tibi ab initio mundi plusquam quattuor annorum millibus gesta in Pentateucho, Iosue, Iudicum, Ruth, Regum, Paralipomenωn, Esdræ, Tobiæ, Iudith, Machabæorum historijs, quibus res prorsùs stupendæ, & memoria dignissimæ, quàm simplici, tam vera narratione contexuntur. Delectat prophana poësis? inuenies epicam in Iobo grauitatem, & cinnum inopinatę Tragicocomediæ; lamentabiles quæstus, & luctuosam comploratioenem in flebilibus elegis Ieremiæ; hymnodiam & lyricos modos in psalmis Dauidicis Pindaro & Flacco dulciores & elaboratiores: Bucolicam contra Theocritos & Biones venustatem, in Salomonis Cantico Canticorum. Habes ista omnia in gentilium schedis languida, effæta, emortua: in scripturæ fauissis, vt à vitæ auctore profecta, quæ & ipsa vita viuunt, & legenti vitalem succum infundunt; & peccatis mortuos orci faucibus eripiunt & cogunt reuiuiscere. Tantum hîc habent efficacitatis: vt Origenes *homil. 20. in Iosue*, quod in ijs aridissimum videtur & minimi pretij, nudos etiam nominum catalogos & genealogiarum stemmata, maiorem afferat mirabilioremq; energiam habere cunctis operationibus, quas gẽtiles magicis carminibus tribuebant. Quod, si cui superstitiosum videatur, quamquam rectè interpretatum non sit superstitiosum, audiat aliorum Patrum de vi ac vtilitate Sacræ Scripturæ suffragia, Chrysostomum imprimis audiat *hom. 36. in Genes.* ita differentem: „Magna diuinæ scripturæ virtus est, & multæ latent „in verbis sententiarum diuitiæ, diuina enim sunt doctrina- „non humana. Illic (*in Gentilium libris*) post longam & in- „dicibilem nugacitatem, vix dignæ aliquæ sententiæ venan- „tibus occurrunt: hic autem, vt scitis, etiam paruum voca- „bulum integram sæpe nobis præceptionem contexit.) & „postea *hom. 41. in Matthæum* istarum præceptionum effica- „citatem hoc pacto ostendit: Quicquid quæritur ad salu- „tem, totum iam adimpletum est in scripturis. Qui ignarus „est, inueniet ibi quod discat. Qui contumax est & pecca- „

tor, inue

„ tor, inueniet ibi futuri iudicij flagella quæ timeat. Qui la-
„ borat, inueniet gloriam & promissiones vitæ perpetuæ,
„ quas manducando ad opus ampliùs incitetur. Qui pusilla-
„ nimus est & infirmus, inueniet ibi temperatos iustitiæ ci-
„ bos; qui etsi animam non impinguent, tamen macie non
„ sinant emori. Qui magnanimus est & fidelis, inueniet ibi
„ spirituales escas continentioris vitæ, quæ perducant eum
„ propè ad Angelorum naturam. Qui percussus est à Dia-
„ bolo, & vulneratus in peccatis, inueniet ibi medicinales
„ cibos, qui eum per pœnitentiam reuocent ad salutem.)

Quæ omnia tam multa tam magna dixisse, non contentus Chrysostomus, mox dictum quodque sigillatim comprobat exemplis ex sacra Scriptura petitis: quorum & vsus & robur mihi videtur à D. Basilio *epist.* 1. *ad Gregor. Nazianzen* non minus manifestè quàm breuiter significari, quando dicit esse οἷον εἰκόνες ἔμψυχοι, similia simulacris non mortuis aut cassis, sed animatis atque spirantibus: fidei in Abrahamo, obedientiæ in Isaaco, laboris in Iacobo, continentiæ in Iosepho, tolerantiæ in Iobo, clementiæ in Dauide, mansuetudinis in Moyse: multis horis non finiam, si singula recenseam. Hinc factum vt plurimis aptissimísque metaphoris & comparationibus vsi fuerint, in hac Sacræ scripturę vtilitate demonstranda, Principes illi Doctores ac Patres Ecclesiæ militantis. Origenes hic optimè verissiméque locutus, vt solet cùm verè benéque. *Hom. 2. in Genesim* arcam Noachi nominauit; quoniam ea vecti Heroës, delecti & dilecti Deo, non aureum Æëthæ vellus auertere conati; sed huius mundi periculosas Cyaneas petras, duce dia columba, præteruecti, meruerunt illæsi, *Epitheta Sacra Scripturæ.* *Arca Noë.*

vada salsa cita percurrere puppi;

& in Agni immaculati regno, stolæ eius sanguine exalbati, sempiternis olim gaudiis perfruuntur: at qui sæculi nescio quas cymbas, senio & materiæ vitio fatiscentes, miseri prætulerunt, procellis iactati, humore degrauati, decumanis fluctibus absorpti flebiliter interierunt. Audacter itaque B. Chrysostomus, audacter iteratò *hom. 3. de Lazaro* dicere nõ dubitat: *neque nunc fieri* potest, non potest inquam fieri: vt quisquam salutem assequatur, nisi perpetuo versetur in lectione spirituali.) quod etsi videri queat hyperbolicum, *Chrysost. locus.*

dixit tamen id circo, quia cum Origine mystico sensu mundum peccatis exundantibus, velut aquis diluuij, obrutum, & sacram scripturā velut aliam Noë arcam considerabat: & sciebat extra receptum arcæ illius tum temporis nihil vlli mortalium tuti vel refugij fuisse. Origenis præceptor Clemens Alexandrinus, *in exhortatorio ad gentes*, Sacra volumina vocat carceres sapientiæ, & præterea nullis agitatū fluctibus portum salutis; D. Athanasius *epist. ad Marcellin. de interpretat. psalmorum*, nuncupat virtutis & veræ fidei magistram. Siquidem (*vt testatur S. Hilarius in psal.* 24.) semper omnis scriptura vel scientiam docet, vel ad voluntatis innocentiam confirmat. Magnus ille Basilius *loco citato*, latissimam & maximè regiam viarum quæ ad veri inuestigationem ferunt, meditationem esse scripturarum contendit. Alter etiam Magnus & Oecumenicus Gregorius Romanus *lib.* 2. *in Ezechiel. hom.* 16 scribit nobis eam significari per turrim Dauidicam: de qua sponsus in Cantico mille clypeos pendere cecinit, cunctam fortium armaturam: & vt armis hisce norimus vti, tela inde contra omnes hostilium incursionum impetus ipse legentibus depromit. Idem *lib.* 2. *Moral. in prin.* quasi quoddam speculum esse asserit mentis humanæ. Socrates discipulos iubebat in speculo quotidie vultum suum intueri; vt si forma placuisset, animum corpori parem efformarent: sin deformitas faciei displicuisset, vitium corporis animi pulcritudine compensarent. Quantò nos vtilius operam ponemus, si in istud morale speculum assiduè mentis aciem intendemus, & animi & animæ vultum lineamentis, quæ in illo totius perfectionis exemplari, cernuntur, componere studeamus? Iidem Patres, *Origenes hom.* 27. *in Numer. Chrysost. hom.* 2. *in Isai. & hom.* 5. *de fide Annæ, & Gregor. lib.* 1. *Moral. c.* 21. vtriusque testamenti libros, non solum thesauro abscondito in agro, & obryzo excocto cunctisque recremētis perpurgato, quibus pretium & vtilitatem eius indicant; sed etiam fonti perenni assimilant, & cibis ac potui, & mensæ splendidè & opiparè instructæ, vt delicias etiam sanctamque voluptatem ex Sacra Scriptura peti posse sciamus.

Carceres sapientiæ Portus salutis.

Magistra fidei & virtutis veræ.

Via regia ad verum.

Turris Dauid.

Speculum.

Aliæ variæ comparationes congestæ.

Vtilitate nō minores deliciæ & iucunditates.

Qui in Sanctorum voluminum lectione diu multumq; versati sunt, illi facilè mihi assentiuntur plurimum iucunditatis

ditatis hanc lectionem adferre, tum aduersis, tum secundis rebus. Equidem nihil his calamitosis temporibus vtilius vel efficacius confirmandis animis autumo. Nam sacri libri contra tribulationes omnes prompta & præsentanea remedia præbent, efficacissimas consolationes suppeditant. Nonne *lib.* 1. *Machab. cap.* 12. *vers.* 9. Machabęi hostibus vndique circumsepti negant se cuiusquam auxilij humani aut solaminis indigere, quia solatio sanctos haberēt libros? Nonne Rex & Propheta Dauid negauit se tum confundi posse, cùm mandata Dei perspiceret? *Psal.* 118. *vers.* 6. Nonne cùm paulominùs eum hîc in terra hostes consumpsissent, in Verbo Dei supersperauit? *ibid. vers.* 87. & 114. Nonne cùm tribulatio & angustia inuenissent eum, hæc meditatio illius fuit? *ibid. vers.* 143. Nonne quando Principes eum immeritò persequebantur, super eloquia Dei, sicut qui inuenit spolia multa, lætabatur? *ibid. vers.* 161. Nonne vas electionis, Apostolus Gentium idem confirmat epist. ad Roman. *cap.* 5. *vers.* 4. his verbis? *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.*) Consolatur ergo spes ostensa, sicut naufragum tabula reperta, vel portus in proximo se ostentans. Quid queat esse contestatius? etsi testes deficerent, ratio ipsa peruinceret, & oculis fidelibus subiecta veritas, nobis illic cum spe proposita præmiorum, alia multa proponi lætitiæ incitamenta: Dei bonitatem, amorem, & curam nostri: patientiam & constantiam hominum sanctissimorum: premi virtutem, non opprimi: infœlices exitus malorum, & bonorum mortem gloriosam, & succedentem breui cruciatui vitam sempiternam. Quale robur, quos spiritus hæc addent, ad libenti quoque animo, non æquo tantùm, quæuis toleranda? Præterea voluptates & suauitates omnes internæ, quotquot animo sunt desiderabiles, obuiæ nobis sunt & paratæ in Paradiso sacrarum litterarum. Possum id ostendere proportione illarum, quæ corporeis sensibus percipiuntur: quarum semper obiectis viri sancti & eruditi sunt vsi, ad id explicandum. Multi mortales odoratus oblectationes quærunt: accedant illi hùc, faxo vt à Sponso in cellam vinariam introducantur, (*Cant.*

consolatur in aduersis. vt Machabæos, Dauidem, Paulum, locus Rom. 5. vers. 4. explica. *Spe, & aliis momentu rationum.* *& copia voluptatum internarum,* Odoratus animæ.

2. *verſ.* 4.) ſucturi vbera meliora vino vnguentis optimis fragrantia, (*Cant.* 1. *verſ.* 2.) eloquia hauſturi dulciora ſuper mel & fauum: (*Pſal.* 118. *verſ.* 103.) vbi afflentur piſticorum aromatum ſuauiſſimo odore, adeò vt & ipſi fiant CHRISTI bonus odor, (2. *Cor.* 2. 15.) & coram hominibus fragrent, *ſicut odor agri pleni cui benedixit Dominus*, (Geneſ. 27. 27.) Alij modos muſicos amant & concinnos harmoniæ concentus: poterunt eos puræ mentis auribus de ſcripturarum barbyto iucundiſſimos excipere canente Salomone, liram pulſante Dauide, citharizante citharis citharizantium multitudine infinita: quorum melos feris & ſaxis duriores efferatioréſque permoueant animos ad pietatem & humanitatem: quibus collati Orpheus, Apollo, & Mnemoſynes filiæ: merito cenſeantur, quod cum his ipſis vel quæ in picas conuerſæ, vel qui excoriatus fingitur Marſias in fabulis poëtarum comparatione inſtituta. Quid æquale vel Arion, vel Iſmenias, tibiis aut fidibus modulati, cantico trium in fornace puerorum, aut epiniciis Debboræ, Iudithæ, & Mariæ Moyſis ſororis? qui olores comparandi cum cycnæo morituri Simeonis cantu? ne dicam cum Muſæ Muſarum, cæleſtis luſciniæ, MARIÆ Deiparæ, præ qua raucæ voces Angelorum, liquida illa Symphonia, & Deum magnificantis, & gaudio & lætitia exultantis ſine dolore puerperæ, iubilatione: híſne poteſt aliquid gratius, poteſt aliquid modulatius, poteſt aliquid ſalutarius Chriſtianis auribus accidere?

Auditus.

Guſtus.

Plures epulis & dapibus Saliaribus, vt guſtatui deſeruiant, ventris mancipia, delectantur. Nonne ſæpè vobis lectum & auditum illud Salomonis *Sapien.* 9. *verſ.* 1. de ſapientia æterna CHRISTO DOMINO, *ædificaſſe ſibi domum*, *excidiſſe* ſeu ſuppoſuiſſe *columnas ſeptem*, *immolaſſe victimas ſuas, miſcuiſſe in cratere vinum ſuum, & paraſſe menſam ſuam*? ad hoc ergo triclinium optimè ſtratum nunc inuitamini, vt hoc vinum bibatis, de his carnibus comedatis, læti ad hanc menſam epuláres. Nam eo loco *domum* vocari Eccleſiam, *menſam* ſacræ Scripturæ volumina, peritè expoſuit Origenes, *in Epiſt. ad Rom. lib. commentar.* 8. Hanc menſam ante ſe poſitam, in carmine Euchariſtico Dauid memorabat, & eo ſibi nomine plurimùm gratulabatu

Explica. Sap. 9. verſ. 1.

Explica. Pſal. 22. 5.

batur cùm caneret; *Parasti Domine in conspectu meo mensam aduersùs eos, qui tribulant me.* Psalm. 22.5. Quis non ad hanc mensam properet, quæ posita non in locis desertis aut remotis, sed in cuiusque *conspectu*? Philostratus scribit Apollonium Tianæum ad vltimos vsque Gymnosophistas profectum, videndæ tantùm Solis mēsæ causa; quam arbitrabantur miseri magicis decepti præstigiis, sine vllo humano ministerio, epulis omnigenis sponte sua cumulari, quibus vesci cuilibet gratis liceret. Id vt cerneret, quod erat vanissimæ vanitatis, illi dulcia fuêre

Serpens, sitis, ardor, arenæ:

nos segniores futuri, quibus mensa duplex proponitur à CHRISTO vna venerandi mysteriorum mysterij, sacrificij æterni & oblationis Agni immaculati, ab initio mundi immolati, & ad mundi finem vsque duraturi in Ecclesia (reclament, rixentur, ringantur, rumpantur hæretici) in mundi vsque exitum sacrificij duraturi, de qua Dauidem capiunt S. S. Chrysostom. & Cyprianus. Altera sacræ Scripturæ, de qua cum Origine capit D. Hieronymus; vtraque sanè nos ad tertiam (de qua Didymus exposuit) perductura, quã in regno Patris sui IESVS præparauit. Quarum trium mensarum figuram arbitror fuisse, in sancto Salomonio, vbi olim vtrimque in mensis hinc inde dispositis duo Panum propositionis ordines stabant, & inter mediam viam relinquebant, qua ad Sanctum Sanctorum tendebatur: sic hæ duæ mensæ, quas dixi, nos ad tertiam illam perducturæ. Nam prorsùs censeo Didymi expositionem Anagogicam esse, Cypriani allegoricam, Hieronymi verò litteralem.

Ad hanc igitur sacræ Scripturæ mensam nunc lectores inuito, non Sybariticis vel Apitianis opsoniis refertam; sed cibo qui nō corrumpitur, cibo spirituali animarum, quem qui vescitur vita viuet immortali, fructu ligni vitæ: pomo scientiæ boni & mali, iam non prohibito, sed exhibito. Nam vltrò nos ad eum vocat Saluator dicens; *comedite amici, & bibite, & inebriamini carissimi. Cant.* 5.1. O sanctam ebrietatem, quam suadet ipsa sanctitas! ô dulcem inuitationem eius, *sub* cuius *lingua lac & mel!* biberat *vinum germinans virgines,* & Sodalibus idem propinabat: comederat.

derat mel & fauum, & ideò *super mel & fauum* eloquia eius; quibus nihil dulcius, nihil mellitius: non sesamum, non saccarum, non defrutum, non Hyblæi faui aut Cecropij queunt comparari. Virgulam attentionis intinge Ionatha, & præ inedia caligantes animæ oculi pandentur. Sume ô Samson hunc fauum, & comede quantum voles, & reliquias fer affectibus carissimis, repleberis sapientia, loqueris ænygmata: non potes nimium comedere, nequit hoc mel in fel vertere. Igitur, *Comede fili mi mel, quia bonum est: & fauum dulcissimum gutturi tuo*, Prouerb. 24. 13. Non quem in terra Assur vespæ & crabrones de prophanis floribus legunt, & stipant, turgidæ scientiæ aluearia concinnãtes: sed opus castum illius volucris, de qua Spiritus sanctus cecinit: *breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet vultus eius.* (Eccles. 11. vers. 3.) nempè scriptorum, qui quàm magni coram Deo, tam parui fuerunt in oculis suis: qui in petræ foraminibus mel optimum elaborarunt. *Inueniuntur* (verba sunt Origenis homil. 2. in Isai.) Prophetæ apes esse: fingunt siquidem ceras & mella " conficiunt, &, si audienti mihi expedit dicere, faui eorum " Scripturæ sunt quas reliquerunt.] *Et mox subdit*: Putásne " hoc dicit Spiritus sanctus: *comede mel*, quod in vsu est: *quia* " *bonum est*? ego non audeo dicere, à Spiritu sancto mihi " præcipi, de melle corporeo, *comede mel.*] Et meritò id di- " cere veretur. Quid enim si mel huiusmodi locis illis, vbi sum nequeat inueniri? Cur id mihi præcipiatur? quid si sim naturæ & complexionis, quæ mellis esum auersetur? cur iubeat Spiritus sanctus me cibis abstinere congruis & appetibilibus, vesci verò, tanta cum nausea, cibo quem anima detestatur? Cur id imperet? cur etiam causam adiiciat? *bonum est enim*: hoccine bonum mihi, quod nec sine labore nancisci possim; &, si nanciscar, vesci sine noxâ & cruciatu non possim? Quid ergo? respondet idem " Adamantius, Si videas apes prophetas, & opus eorũ mella " vel fauos; tunc videbis quo modo pro dignitate sancti " Spiritus intelligas, *Comede mel fili, bonum est enim.* Si quis " meditatur eloquia diuina, & nutritur sermonibus scriptu- " rarum; complet mandatum diuinum, *Comede mel fili*: & " faciens quod iussus est, potitur sermone qui sequitur; "

locus Prouerb. 24. 13.

locus Eccli. 11. 3.

Bonum

Bonum est enim.) Hoc iudice sacra Scriptura est quoddam alueare, & singula volumina cellulæ, quas dulcissimo impleverunt nectare Moses, Dauid, Salomon, & Prophetæ alij, Apostoli quoque & Euangelistæ spirituales apiculæ; & quod in his omnibus loquebatur VERBVM, apis illa super apes. Nam sicut apibus suus est Rex, sic Prophetis & Apostolis omnibus præest & antistat Dominus Prophetarum & Apostolorum. Discrimen tamen non exiguum inter eos inuenio. Nam apiculæ illæ pennatæ vitam pro Rege suo ruentes in vulnera exponunt: hæc verò apis apum præstantissima pro apiculis suis pugnans occubuit, & morte sua morituro examini vitam restaurauit. Quippe apis erat, & tamen Leo quoque fortissimus animalium erat: de huius Leonis Iuda mortui ore rursus examina prodierunt suauissimè mellificantia. Examina voco, tot agmina Sanctorum Patrum, sacræ Scripturæ interpretum: vt fauum huius examinis inueniret Samson, à via vulgi declinauit. (*Iudi.*14.8.) O quam salutaris, *de comedente exiuit cibus*, & quanta *de forti egressa est dulcedo!* (ibid. vers. 14.) Hoc mel iacet sub labiis Ecclesiæ Romanæ, veræ sponsæ; nec inuenias sub labiis meretriciis Iudæorum vel hæreticorum. Nam venenum tetræ aspidis sub labiis eorum latet. Prolixus fui de gustu interno.

Compensabitur breuitate dicendorum de *tactu*; quia sensus iste adeò terrenus est, adeò animalis vt illi nullus in animo respondeat, præter ipsas potentias, intellectum & voluntatem: respondeat (inquam) non re ipsa; Nam, nec aliis sensibus in animo sensus vlli sic respondent; sed explicatione & conceptu nostro, qui quam facilè concipimus in animo aliquid visui, auditui, odoratui, immò & gustui proportione respondens; tam difficilè tactum spiritualem explicamus. Pergamus itaque ad sensuum principem visum, de tactu dicere contenti: quicquid illi contempleris in animo simile: id in sacra Scriptura & æqualius, & lenius, & mollius, obiectum fore, quam in vllis corporeis obiectis reperiatur. Tactus.

Inuenias pleròsque, qui suprà modum rerum nouarum spectaculis delectentur, alij magis formarum speciosarum intuitu, vel ad insaniam vsque. Noxiarum formarum Visus.

ſpectator, iſtic quod creatas omnes formas prçcurrat multis paraſangis haberet, ſi lippitudinem concupiſcentiæ terrenis curis induratam oculis detergeret. Interea credat S. Gregorio Nazianzeno, Epiſt. ad Nemeſium, affirmanti corpus ſacræ Script. (*Sic vocat litteræ corticem*) miro " planè ſpendore collucere : ſed animã (*hoc nomen dat myſtico ſenſui*) præclaram eſſe & prorſus diuinam. Totam verò " conferri poſſe cum duplici veſte : interiùs niuea, exteriùs " purpurea.) Dic(quæſo)quid ſpecioſius ebore affabrè leuigato, quod perita manus oſtro decenter imbuerit ? Quid ſuauerubentibus pallidularum roſarum foliolis in candidiſſimi lactis cymbio natitantibus ? Talis Nazianzeno Theologo Scripturæ ſacræ color, talis pulchritudo ; cui non ero tam iniquus, vt eùm pulchritudine fœmineæ formæ componam. Quid enim iſta, niſi fimetum niue coopertum ? cutem detrahe cogitando : moriar, ſi à canini cadaueris colore & ſqualore queas diſcernere. Cæteri ſpectaculorum auidi plurima hic habent, quæ non iniuria magis admirentur, quæ ſpectent cupidiùs, quibus vehementiùs & crebriùs applaudant. Mihi non poſtulo credi, B. Cypriano, non poteſtis non credere. Libro de ſpectaculis in fine, ita ſcribit. *Inueniet* Chriſtianus fidelis condigna Chriſtianæ fidei ſpectacula : videbit inſtituentem " Deum mundum ſuum, & cum cæteris animalibus, hominis illam admirabilem fabricam, meliorémque facientem; " maria Dei populo ſiccata (*ſic emendo*) & de petra rurſus " populo maria porrecta : ſpectabit de cælo deſcendentes " meſſes, non ex areis : inſpiciet flumina tranſitus ſiccos refrenatis aquarum agminibus exhibentia : videbit in quibuſdam fidem cum igne luctantem, religione ſuperatas " feras, & in manſuetudinem conuerſas : intuebitur & animas ab ipſa morte reuocatas : conſiderabit etiam de ſepulchris admirabiles ipſorum conſummatorum iam vitas " corporum reductas : & in his omnibus iam maius videbit " ſpectaculum, Diabolum illum, qui totum detriumphauerat mundum, ſub pedibus CHRISTI iacentem. Quàm " hoc decorum ſpectaculum (fratres) quàm hoc iucundum? " quàm neceſſarium ſemper intueri ſpem ſuam, & oculos " aperire ad ſalutem ſuam?) Creditis Cypriano? credite " prætereà Procopio Gazæó *in Leuit. fol.* 362. ſcripturam ſimilli

missimam oculis se ingerere amænissimo Paradiso, pulcherrimis & optimis arboribus ornato. Credite, quem à Deo datum Ecclesiæ in exponendis scripturis Doctorem maximum scitis, B. Hieronymo *in Matth. cap. 12. & 22.* nomen *regni Dei* sacris libris quàm optimè conuenire. Credite S. Chrysostomo *hom. 2. de verb. Isaiæ*; qui, cùm loquitur, Aurea torrenti deducit flumina lingua: lectionem scripturarum esse cælorum reserationem) quod explicat *hom. 44 in Matthæum* inquiens in illis regnum cælorum situm; pãdi, quando vera illarum interpretatio promitur: clauem, esse verbum scientiæ: clauigeros verò Sacerdotes, quibus creditum est docere & interpretari scripturas.) Hoc munere, quia, licet indignus, fungor, Micheæ verbis vos lubet
» adhortari, *cap. 4. 2. Agite, venite ascendamus ad montem Domi-*
» *ni & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de viis suis, & ibimus*
» *in semitis illius*) ibimus, vt potiamur hoc regno, fruamur paradiso, accumbamus ad illam cælestem mensam, saturemur vberibus melle plenis, osculemur labia illa electa, labia odora, dulcia, vitalia. Benedictus Dominus noster IESVS CHRISTVS, qui nos hoc sponsæ suæ labio electo dignatus osculari, qui nos hoc melle dignatus pascere. Benedicta liberalitas immensa, quæ sine auro & commutatione, non stillas, sed salientes; non riuulos, sed flumina & fontes perenniter per Ecclesiam suam huius mellis & lactis voluit manare. Benedicta bonitas & misericordia, quæ non dedignatur me vilissimum homuncionem, in tanti muneris siue præconem, siue patiarium assumere. Benedicti etiã & fælices illi, qui certo sibi persuaserunt, nihil nec vera sapientia dum hic peregrinamur magis optandum; nec aliam esse veram sapientiam, quàm quæ de diuinis fontibus æternæ Sapientiæ manant; neque hos fontes alibi limpidiores aut integriores, quàm in vtroque testamento scaturire. Non est cur plura scientibus inculcem, minùs cur sponte & benè currentes calcaribus vrgeam. Coërcendi potiùs quidam, qui temerè irrumpunt in adyta malè initiati, peiùs feriati: qui non missi currunt, & ideò malè currunt; qui magno labore nihil aliud consequuntur, quam olei & operæ iacturam: nec inueniunt, quod non vt oportet quærunt, de quibus sequenti cap. dicendum.

Quæ necessaria ad Sacræ Scripturæ vtilem lectionem?

CAPVT II.

Magna in S. S. difficultas.

D quæritur, quæ animi præparatio necessaria sit ad sacrorum librorum intelligentiam? Scitè dictum: Quicquid pulchrum, idem arduum: Nam quo res quæque melior pulchriorq́;, hoc ad intelligẽdum obscurior, ad potiendum obstructior esse consueuit. Id cum in cæteris rebus, & artibus; in Theologia tamen longè verissimum docet experientia. Nimirum homini ad superbiam & amorem sui prono, ita Deus consuluit, vt imbecillitatis & imperfectionis propriæ admoneretur. Deinde ne vilescant sacræ litteræ, si cuiuis obuiæ, & ne fastidium pariat facilitas. Ideo.

Armat spina rosas, mella tegunt apes.

vt illi puncturam vites, hic aculeos refugias. De melle dixi: & de mensa quoque summi Regis, ad quam non promiscuè omnes, sed amici & carissimi inuitantur: non vestiti amictu nuptiali expelluntur, & vt ab Eleusiniis prophani edicto procul arcentur. Illustriori fit, quod ex psalmista ps. 68.23. refert Apostolus ad Rom. 11.9. *Fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.*) hoc ad Iudæos, hoc ad hæreticos omnes spectat, & ad illos quoque Catholicos; qui velut aranei venena, non mella, legunt ex flosculis Paradisi voluptatis: quod tamen ipsorum vitio, non culpa Sacræ Scripturæ fit, quid aqua vel igne vtilius? hic tamen si incautiùs accedas amburet, illa si temerè te iniicias submerget. Plerique similes sunt papilionibus: tenues alarum suarum membranulas flammæ admouent: quid mirum si cum exitio? alij non Spiritus sancti opera, sed arte Dædalæa (hoc est humana) ceratis pennis, ipsi soli iustitiæ se ingerunt: quid mirum si, cera liquata, decidant? Si radiatum illud iubar pertinaciùs & contumaciùs intuentes obcæcentur? Si superbi maiestatis scru

Ingens periculum. Locus ps. 68. 23. & Rom. 11.9.

tis scru

tis scrutatores à gloria opprimantur? videas hodie vulgus Grammaticorum, Medicorum, Iuristarum illotis manibus & mentibus (vetus est D. Hieronymi querela) volumina sacra voluere; ita fit, vnde meliores fieri poterant, deteriores effecti, velut clitellaria iumenta, maiore peccatorum sarcina degrauentur. Sic oculi illorum obscurantur ne videant, & dorsum semper incuruatur, ne assurgentes vultum à terrenis auferant, & oculos ad cælestia attollant. Sic etiam Eucharisticæ mensę panis ille vitalis, Mors est malis, vita bonis.

Vide paris sumptionis,
Quàm sit dispar exitus:

vt parem intelligas hac in re vtriusque mensæ conditionem. Quid ergo nobis faciendum, dicet aliquis, vt sine periculo, & cum fructu, de hac Domini aurea mensa vescamur? Multa possent adferri, sed de multis quatuor præcipua seligam, & illorum vni nonnihil immorabor. Primò videndum ne ad hunc montem bestia accedat: bestiam voco, carnalem (vt vulgò vocamus) ventri & iis quæ sub eo deditum. Nam *Spiritus* Dei *non permanet apud hominem qui caro est, nec habitat in corpore subdito peccatis*. Gen. 6. 3. & Sap. 1. 4. Deinde curandum vt sincerum proficiendi affectum ad lectionem auditionémve adferamus, Deum vbiq; aspicientes, in eum vt in scopum collimantes, & non nostram sed illius gloriam, nostram verò & proximi salutem nobis ante oculos proponamus: alioquin *Spiritus scientiæ fictum refugiet*. d. v. 4. Tertiò accedendum cum humilitate & animi demissione, vt ab indignis, ignaris, indigis. Nam Deus humilibus dat gratiam, superbis resistit, hos auersatur, cum his sermocinatur. *Iaco*. 4. 6. 1. *Pet* 5. 5. *Prouerb*. 3. 32. Hoc mare tranant ouiculæ, merguntur fluctibus elephanti. Denique cautio sit, ne inuidia vel odium proximi in corde nostro inueniatur. *Nam in maleuolam animam non intrabit sapientia*, (d. v. 4.) illa vera; quæ sita in Sacræ Scripturæ cognitione. Legendæ sunt sacræ litteræ, quo spiritu exaratæ fuerunt; qui est Spiritus caritatis. Quando sponsus vnicam suam in cellam vinariam introduxit, simul in ea caritatem ordinauit. Quid multis, vno verbo dicam, hæc Sapientia singulare Dei donum est, descendens à Patre luminum; præparandum

Id euitabitur, si quatuor caueãtur.

1. Grauia peccata carnis.

2. Hypocrisis,

3. Superbia,

4. Inuidia vel odium.

Denique omnimoda mētis & cordis munditia procuranda, & docent.

dum dignum Deo in corde nostro hospitium descendenti.
Scopandum, euerrendum, eluendum, expiandumq́; quicquid
excludere posset venientē, quidquid admissū eiicere:
Seriò nos id maiores nostri Sanctissimi monuerunt, dabo
verba non multorum, sed grauissimorum maiestate plena.
Cyrill. Alexandr. Primus loquatur B. Cyrillus Alexandrinus, qui prior nunc
occurrit, & si iunior Athanasio. *in lib. 1. contra Iulianum* asse- "
rit ad hanc scientiam diuinam Scripturarum obtinendam, "
eos duntaxat idoneos esse, qui à carnis passionibus, & ter- "
renis immunditiis liberi, mentis integritate præditi, veram "
se pietatem colere operibus ostendunt.) Secutus fuit S. "
Athanasius. Athanasium, qui hoc ipsum *extremo de incarnatione verbi li-*
bro insuper apta comparatione illustrarat, his verbis; *Nam* "
sine pura mente, & Sanctorum imitatione, nemo compre- "
henderit Sanctorum verba. Quemadmodum si quis in- "
tueri velit Solis iubar, oculos planè detergit, & in splendo- "
rem redigit quantum potest, ad eius similitudinem, cuius "
conspiciendi desiderio tenetur sese purificans: vt ita ocu- "
lus, iam lumen redditus, lumen Solis contempletur. Aut "
quemadmodum si quis ciuitatem aut prouinciam perlu- "
strare velit, plane ad ipsum locum spectandi causa proce- "
dit: ita quoque qui volet mentem virorum cælestia lo- "
quentium intelligere, priùs detergere & abluere viuendi "
disciplina animam debet, & ad sanctos accedere, cum stu- "
diorum factorumq́; similitudine, vt, illis consuetudine pa- "
ris vitę familiaris redditus, quę ipsis à Deo reuelata sūt co- "
gnoscat.) prudēter. Nec enim potest aliquis eū intelligere, "
qui peregrino loquatur idiomate, cuius auditor sit ignarus.
Quo pacto qui solum mundi aut carnis sermonem nouit,
Dei & cælestis illius ciuitatis capiat idiotismum? Quod si
hæc manifesta sunt de Sanctorum Patrum operibus; quā-
to adhuc euidentiùs & certiùs id tenendum, iis qui Spiri-
tussancti verba in Bibliis expressa sunt audituri, lecturíve?
Bonè Deus! quam illorum aures purgatæ, oculi lucidi &
detersi sint oportet, vt hanc functionem vtiliter & cum
fructu obeant! Sapientia in mentes sanctas migrat, & in-
tellectus bonus est facientibus eum. Qui vindemiam col-
Ambrosius. ligit (*vtar facundia D. Ambrosij, propria destitutus* vasa priùs,
quibus vinū infunditur, mūdare conuenit, ne sordes aliqua
vini,

,, vini gratiam decoloret. Quid enim prodest ponere vitem
,, ordine, fodere quotannis aut arare, sulcos ducere, putare,
,, subrigere, adiungere vlmis & quodam connubio copulare,
,, si in tanto labore vina quæsita, in vase coacescant? Matuti-
,, nos quoque solis ortus si quis spectare desiderat, emundat
,, oculos suos, ne quid pulueris, nequid purgamentorum in-
,, sideat, quo intuentis hebetetur obtutus, néve aliqua caligo
,, nebulosa corporeos visus spectantis obducat. Nobis in le-
,, ctione exoriendus est Sol, qui ante non fuerat, Sol incipit;
,, oculos mentis emunda (ô homo) animiq; interiores obtu-
,, tus, ne qua festuca peccati aciem tui perstringat ingenij, &
,, puri cordis turbet adspectum. Emunda aurem, vt vase sin-
,, cero scripturæ diuinæ niuda fluenta suscipias, ne qua in-
,, grediatur contagio.) Quem non permoueant tam disertè, tam prudenter, & grauiter scripta? Quis, si Sapientiam veram diligat, vt omnes eam diligitis, per inertiam atque socordiam malit in sordibus, vt amica luto sus, volutari, quàm solem hunc splendidissimum contemplari, & ab vberibus voluptatis diuinæ affatim inebriari? Non possum, nec æquum sit, vobis subtrahere Nesteri Abbatis luculentissimam de hac ipsa re dissertationem, quo nemo (quantum commemini) copiosiùs vel accuratiùs, quod cœpi dicere, confirmauit: eum Cassianus *Collat. 14. cap. 14.* sic loquentem
,, inducit. Impossibile est immundam animam, quantalibet
,, desudauerit lectionis instantia, adipisci scientiam spiritua-
,, lem. Nemo enim in vas fœtidum atque corruptum, vn- Cassianus.
,, guentum aliquod nobile, aut mel optimum, aut pretiosi
,, quicquam liquoris infundit. Facilius enim quamuis odo-
,, ratissimam myrrham, semel horrendis imbuta fœtoribus
,, testa contaminat, quàm vt aliquid ex ea suauitatis aut gra-
,, tiæ ipsa concipiat, quia multò citiùs munda corrumpun-
,, tur, quàm corrupta mundantur. Ita igitur & vas pectoris
,, nostri, nisi priùs fuerit ab omni fœtidissima vitiorum con-
,, tagione purgatum, non merebitur suscipere illud benedi-
,, ctionis vnguentum, de quo dicitur per prophetam: *Sicut* Psal. 132.
,, *vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron,*
,, *quod descendit in oram vestimenti eius:* nec illam spiritalem
,, scientiam, & *eloquia* scripturarum, quæ *dulciora sunt super*
,, *mel & fauum,* impolluta seruabit. *Quæ enim participatio iusti-*

tia cum iniquitate? aut quæ societas luci cum tenebris? quæ autem conuentio CHRISTI *ad Belial?*) Cùm verò Germanus Abbas illi objiceret; multis peccatis sordidos plerisque viris sanctitate conspicuis perfectiùs scripturarum; intelligentiam consecutos; Prudenter idem Nesterus *collat.* 16. huiusmodi hominibus aliquam disputandi peritiam & elocutionis ornatum concedit: scripturarum venas, & arcana spiritalium sensuum intrare posse non concedit. Quoniam vera Dei scientia non nisi à veris Dei cultoribus possidetur, non à Iudæis, non ab hæreticis, sed à Catholicis & Orthodoxis; nec ab his quidem omnibus, sed à bonis & iustificatis. Hos solos ait hanc Corinthum adire, & non nisi hoc

Osee locus c.10.12. ordine, quem Osée sapienter expressit: *cap.*10. *v.* 12. *Seminate vobis ad iustitiam, metite spem vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ.*) Sic enim citat ille, nos paullo aliter versum habemus. Principio igitur Prophetæ iussu *seminandum* nobis *iustitiam*, hoc est actualis perfectio iustis operibus propaganda: deinde *metenda spes vitæ*; id est expulsis carnis desideriis vitiisque, fructus virtutum spiritalium in horrea congregandi: postremò his potiti, poterimus *luce* scripturarum *illuminari*, quæ illuminatio nihil est aliud quam eas intelligere, & exsequi. Eundem nobis ordinem Propheta & Rex David voluit commendatum, cùm cecidit hymno 118. *Beati immaculati in via qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius.*) Non enim præmisit scrutinium testimoniorum Domini, sed subdidit vitæ puritati, & immaculatis in via scrutatores: per hoc non inuidenter ostendens neminem tutò posse ad perscrutandas Sacras scripturas, in quibus Dei testimonia leguntur, aut debita ratione modoque ad illas voluendas accedere, nisi priùs (vt ait idem Cassianus) per actualem conuersationem in via CHRISTI immaculatus ambularit. Possunt ergo vitiis impurati illam adipisci veræ sanam scientiam, quam vocat Timotheo scribens. 1. *Epist.* 6. 20. B. Paulus, τὰς βεβήλους κενοφωνίας, καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως; *prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ.* De talibus, qui nuda intumescunt scientiæ nebula, qui cùm sacros libros legant, & verbis laudent, cœno tamen peccatorum non emergunt, sapienter Rex omnium Re-

gum

gum sapientissimus in Prouerb. *cap. 11. 22.* eos mulieri malè moratæ comparans dixit; *Circulus aureus in naribus suis, mulier formosa & fatua.*) huc retulit Cassianus loco citato, & rationem adiunxit his verbis; *Quid enim* prodest quempiam ornamentum eloquiorum cælestium; & illam pretiosissimam scripturarum speciem consequi: si eam lutulentis operibus vel sensibus inhærendo, quasi immundissimam terram subigendo confringat, aut cænosis libidinum suarum polluat volutabris? Fiet enim vt id, quod rectè vtentibus decori esse consueuit, non solum istos ornare non possit; verumetiam maioris cæni colluuione sordescat.)

Sic nimirum ex optimo vino acerbissimum acetum fieri; & vellerum candidissima cernimus euadere maculosiora: nec vllos ferè noui deteriores, quàm qui semel tincti præceptis veræ Sapientiæ, peccatis obruti, animo tandem obbrutuerunt. Nihil Theologo sordente sordidius; nihil pestilentius iis qui sacris scripturis abutuntur.

Meministis opinor, eius comminationis, quam ore Dauidis & Apostolis bis Spiritus sanctus geminauit, de mensâ in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem versâ; de acie intellectus obscuratâ, de dorso ac viribus voluntatis incuruatis: meministis, nam initio capitis exposui. Idcirco Dauidis filius CHRISTI typus Salomon *Prouerb.* 23. 1. Sapiens consilium suggerit obuijs vlnis excipiendum, ait: *cum sederis vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ posita sunt, ante faciem tuam: & statue cultrum in gutture tuo: si tamen habes in potestate animam tuam.*) mensam hanc venerabilis Beda intelligit Sacram scripturam, sensu mystico: Sedemus qui in eâ laboramus explicandâ, ad hanc Regum Regis mensam: quantâ nobis opus est circumspectione? *diligenter attende.* L X X. interpretes reddunt *νοητῶς νόει*: quasi dicas (vt in epist. ad Rom. 3. vertit Sedulius Hibernus) *intellige intelligenter* eadē paronomasiâ Hebraicè est בין תבין *Bin Tobin considerans considerabis*; quasi dicas attentissimè tibi ipsi attende, & quæ apponentur singula perpende; & consideranter considera ne quo vitio tuo malè ijs vtaris, & in perniciem conuertas quæ ad salutem propósita sunt tibi. Quapropter *statue cultrum in*

Locus Prou. 23 1.

Prou. c. 3.

gutture tuo: nimirum vt non nisi sedulo meditata, rumina-ta,& sale discretionis cōdita dentiū septis emittas. Nam, quod perpenso iudicio Beda scripsit, mystice *guttur* eloquium, *culter* discretionem in his verbis significat: *vt* ita admoneamur, quanta prudentia, reuerentiáque sacræ scripturæ volumina sint diurna nocturnáque manu versanda: id si hodie præstaretur, non tot discidijs Ecclesiæ inconsutilis tunica scinderetur, non tot hæreticorum maculis candida sponsæ stola defædaretur. Ne nos quoque in idem vitium incurramus, omniū catholicorum, qui hæc legent, & quorum commodis exiguum hoc vitæ, & imbecillæ valetudinis impendimus, preces demissè flagitamus.

De ratione & methodo in hac sacræ sapientiæ Pharo seruanda.

CAPVT III.

Quàm pronum in S. S. Expositione sit labi.

SI quàm mihi facilè est defectus commentariorum ab alijs editorum animaduertere, tam procliuè foret vitia & errores effugere; meliùs de hac opera sperarem. Nunc quia cæca est humana fragilitas in proprijs, nec videmus manticæ quid in tergo situm est, metuo multorum meritò reprehēsiones incurrere; non quòd graue sit cùm lapsus sim, alienâ castigatione subleuari & erigi; gratum id potiùs, & beneficij vice; sed quia graue & molestum castigationi causam præbuisse. Ne tamē id ipsum valdè metuam, facit communis conditionis consideratio. Auriculas asini, quis non habet: cla- «
mat ille. Vitijs nemo sine nascitur, beatus qui minimis vr- «
getur, alius exclamat. Errorum operis initiò veniam idcirco postulo, & admonitus correctionem spondeo. Benè in tam arduo opere, & tam prolixo mecum actum putabo, si nec grauiter, nec frequenter impegero. Qui meliora de se in hoc stadio promittunt, næ illi non satis perspectam habent, quam decurrunt viam.

Propter summam illius difficultatem.

Etenim nihil in Sacris litteris est, quod non admirandum, non maximi faciendum, non diligenti dignissimū sit consideratione, hoc illarum dignitas, iucunditas, vtilitas; hoc penitùs abstrusorum sensuum, & reconditæ sapientiæ abyssi

abyssi postulant. Nam nouatores qui clara & peruia cuncta, & ideò in hoc sacrarium lippos tonsoresque, omnem sexum & ætatem promiscuè admittendum, iactitant; clara se luce cæcos & palàm stolidos, non planè rudibus & illiteratis hominibus esse demonstrant. Quanta quæso plerumque cunctarum artium & disciplinarum cæterarum necessaria, vt intelligas, est cognitio? quantopere requisita Latinæ, Græcæ, Hebrææ, & quæ ex hac manarunt linguarum, intelligentia? Nec diffitentur aduersarij, quia idcirco volunt illas in vulgarem verti sermonem, vt idiotæ legant: de quo errore pernicioso, alibi dicendum. Hoc ipso tamen fortassis non minùs ridiculus aliorum, qui cùm Hebraicè aut Græcè nec legere norint, Latini sunt sermonis adeò ignari, vt vix alia vocabula intelligant quam quæ vulgo in scholis trita, & quæ in officio Ecclesiastico quotidie legunt, si tamen illa citra Mamotrectum aut Calepinum intelligunt; certè DD. Ambrosium, Hieronymum, Saluianum, Pacianum, & non rarò D. Augustinum, ne dicam Sidonios, Arnobios, Tertullianos, sæpissimè, non intelligunt: & tamen adeò ignari verborum, res ipsas, quæ sine verbis quibus expressæ non capiuntur, se assequi posse credunt, & hodie, tam erudito & exculto litteris sæculo, farcinas commentariorum in sacros codices accumulant: hoc labore consequuti suo, vt plerumque fatis contrariis liberi parentum ante oculos Libitinam præoccupent. Deinde est vbi non nisi acutissima ingenij acie queas rimari, quo sacer ille sermo collimet. Est vbi ex pluribus explicationibus, quæ se quærenti & consideranti ingerunt, facilè quæ minùs vera vel accommoda sit, eam nisi iudicio, prudentia, & exercitatione polleas, illi præferas quæ mera nititur veritate. Est vbi longinqua vetustas æui, quædam inuoluerit, quædam mutauerit, quædam etiam deprauarit; quæ nec euoluas, nec reponas, nec persanes, nisi doctus ab alio, nisi diuina luce collustratus. Quo igitur pacto, quod sine summo studio eruditione varia, ingenio perspicaci, iudicio accurato, memoria fideli, mentis ac animi munditia, humili de se sensu, calida in Deum & proximum caritate, assiduis & ardentibus ad Deum obsecrationibus nulli concessum; id omnibus obuium,

cuiuis datum & expositum: αὐτοδιδαξίᾳ isti audent asserere? Vetus hæreticorum fraus ista, eo fine concinnata, vt sic vulgus ignarum seducant, cùm singulis persuaserint, quod quisque animo conceperit, & de vnoquoque loco senserit; id & optimum, & germanum, & à Spiritu sancto inspiratum ipsi fuisse, ac proinde pertinaciter quoque tuendum retinendúmque. Ex hac Lerna tot hæreses emersere, hinc contemptus ille Orthodoxorum Patrum, hinc tot tam variæ & dissidentes sacræ Scripturæ versiones, hinc tot adeò prodigiosa monstra commentariorum, hinc nihil certum in rebus fidei extra Catholicam, nihil firmum, stabile, exploratum, inuiolatum.

Nec quidam conati totum bibl. volum. exponere, plurimi partes aliquas.

Quid peccent, qui omnia in vnum librum congerunt.

Hinc malo viri huius sæculi, & Patrum memoria, grauissimi doctissimique, vt occurrerent, omnem lapidem mouerunt, & quid non conati? viget eorum laus vigebitque, nec ego detraxerim iis quos ex animo veneror & honoro, quibus me plurimum debere profiteor. Horum plerique partes aliquas sacræ Scripturæ sibi desumpsêre quas dilucidarent, & in illis, quid in cæteris quoque potuissent, si libuisset, vel per alia licuisset, ostenderunt. Sanè multi illorum tam copiosi fuêre, vt quicquid notatu dignum putarint sciuerintque id in vnum cōmentarium, quasi in penum condiderint constipari̇ntque. Vnde tamen, quod illorum bona cum venia dicere liceat, id incommodi ortum, vt magno & pecuniæ & temporis impendio lectorem grauarint, & dum plura iusto comprehendere in vnum fascem voluerunt, laxiùs æquo strinxerint. Ex aliis sacræ Scripturæ libris locos congerunt, quos dum loco quem tractant volunt assimilare; eos sæpè violenter & parùm appositè coguntur exponere, nec otium fuit vel voluntas sententiam genuinam singulorum, quæ ex antecedentibus & consequentibus fuerat petenda, sedulò peruestigare. Temporis iacturam lector facit, quia quod in παρέργοις absumit, vtiliùs in pluribus sacræ Scripturæ legendis libris posuisset; Pecuniæ verò, quia cogitur multa & magna volumina coëmere, in quibus eadem crambe, sed diuersis locis, velut ollulis recoquitur. Nam quod vnus suum in commentarium, hoc alius in alium, & quotquot alij in noua pomaria inserunt, parua cura de

sua an

sua an de aliena messe legerint. Pauci fuerunt, qui cor-
pus vniuersum Bibliorum spectarint, & ex his nemo quæ *De his qui in Biblia seria-tim, vt*
dicenda occurrebant omnia discutere in animum indu-
xit, præter vnum (quod sciam) Alfonsum Tostatū Episco- *Tostatus,*
pum Abulensem, qui tamen veteris testamenti vix dimi-
dium, Noui vix initium explicuit. Magnus æuo suo vir, &
dignus meliore. Strabus, mysticos sensus venatur, vt & *Strabus, Anselm. Laodunensis,*
Anselmus Laodunensis, ille Ordinariæ, hic Interlinearis
Glossæ auctor: Sed quod potissimè expetimus, est glossa
seu expositio Litteralis. Hanc Nicolaus Liranus prosecu- *Nicolaus de Lira,*
tus, vtinam non ex vno R. Samuele Iarrio, Iudæo perfi- *Rabbini vetiti,*
dissimo; cui nimis credulus fuit, sicut Pagninus R. Dauidi
Kimchio. Mauult Ecclesia Catholica peti sensum scriptu-
rarum ex Græcorum Latinorúmque Patrum limpidissi-
mis fontibus, quàm ex cænosis recutitorum lacunis; quo-
rum ideò commentarios, nominatim duorum, quos dixi,
& Abenezræ, Pontificius Sanctissimi D. N. N. Clemen-
tis VIII. Index in prohibitæ lectionis classem retulit.
Quapropter scholiorum Francisco Vatablo inscripto- *Vatablus,*
rum, licet ex emendatione almæ huius Academiæ Theo-
logorum lectio licita; minùs tamen tuta; cui soli adhære-
scat lector: alia verò copiosior expositio sub signo Oliuæ *Biblia Oliuæ,*
à Rob. Stephano concinnata, & sine Vatabli nomine edi-
ta, primùm Geneuæ (quamuis nomen vrbis prætermis-
sum) postea ante paucos annos ab Hieron. Commelino
Heidelbergæ, Vatabli scholiis adiicit excerpta ex Caluini
præcipuè, Musculi & aliorum hæresiarcharum scriptis:
propinans malum virus aureo calyce Babylonis. Ex Ca-
tholicis, vir dignitate, vitæ sanctimonia, & humanæ sacræ-
que Philosophiæ laude clarissimus Caietanus in totum *Caietanus,*
nouum Testamentum, & in vetus vsque ad tertium Isaiæ
caput commentarios (excepto Cantico, & Ecclesiastico)
elaborauit: sed illius scopus fuit fontes (vt scribit) explica-
re, nō vulgatam (quæ ab Ecclesia sola recipitur) illustrare.
Zelo ille permotus bono, sed opera minùs vtili. Quinetiā
quòd necessarium erat imperito Græcanicæ & Hebraicæ
litteraturæ, & ideò Rabbinis quos domi conductos alebat
(testatur ipse Præfat. in Psalmos) nimium deferenti, sæpè
in veteri tædere Rabbini illi, nec rariùs in Nouo ig[illegible]

Græcæ linguæ explicator, Erasmi admirator, imposuit, & excitauit Ambrosium Catarinũ eiusdem instituti virum religiosum, vt in Caietanum paulò amarulentius stomacharetur, & Melchiorem Canum vt commentariorũ illius in sacram Script. illaudatum elogium locis suis insereret.

Isidorus Clarius. *Hugo Carensis.* *Dionys. Rickelius.*

Ex his qui vulgatam amplexi; Isidorus Clarius Brixiensis, nimium deditus Rabbinis, & cui non tuto te credas. Hugo Carensis in mysticis sensibus acumen ingenij exeruit, in Historicis inferior: Dionysius Cartusianus, si quæ illi ex Lirano, & D. Hieronymo ad manum obuia demas; haut multa possidebit peculiaria in litterali sensu: & non iniuria nudæ transcriptionis, non iudicij aut discussionis lima illi à Ribera nostro, *Præfat. in Malachiam*, tribuitur.

Emanuel Saa.

Pater noster Emanuel Saa, quẽ vnum, scopum breuitatis proposuerat, vt assecutus fuit, sic, quem ante oculos non proposuerat, vt exactiora quærentibus satisfaceret, non attigit. Breuis esse laborabat, cõsecutus vt obscurior videatur. Profectò in iis quos aliorum vidi commentariis, cum illo commune est, lectorũ magis accendere sitim, quàm exstinguere. Multos audiui quærentes, non rarò & ipse mecũ tacitè quæstus de

Quæ multa præstanda Bibliorum enarratori.

nimia breuitate, & vilium parca exhibitione. Modò desideratur ab auctoritate probatio in re grauiore, vel à ratione saltẽ, quò lector dubius securè assentiatur: modò versionis vulgatæ defensio, quæ necessaria est tot illam hodie impugnantibus, vel deserentibus; modò similiũ locorum collatio, vnde vera significatio petatur: modò in speciem pugnantiũ, quæ quibusdam negotium facessit, conciliatio: modò citationes scriptorũ, vnde vberior cognitio petita, petendáve: modò mysticorum sensuum medulla, & horũ inter se distinctio, & separatio quoque à litterali, modò aliquid ad mores faciẽs, & interiorem hunc hominẽ pascens suauiter, & vtiliter reficiens. Sumus enim debitores omnibus; lac debetur paruulis, cibus solidus grādioribus: communis est mẽsa sacræ Scripturæ cunctis proposita. Habeat ergo in cõmẽtariis illius, quod agnoscat poeta, quod miretur orator, quod consideret philosophus, quod placeat Iurisconsulto, quod medico sit vsui, quod scholæ disputet, quod concionator tonet, quod consciẽtiæ expiator infundat. Sunt in hisce ferculis, quæ diuinæ Sapientiæ aromatibus pro-

bus probè condita, varia edulia pro cuiusuis instituti aut voti hominibus: nullum decet arceri, vel impastũ dimitti, dummodo nõ careat veste nuptiali caritatis, nec fidei parma, vel baltheo spei sit destitutus. An ergo quouis hæc loco dicenda, & vnum in librum cuncta sunt coaceruanda? Nihil minùs: sed, quod periti Patresfamiliarum solent, suo quæque loculo reponenda. Confusio foret non digna Ierosolymis, sed Babylone. Quid enim stultius quàm in vestiario penum, in cella vestimenta, in granario vina, in hypogæo si frumenta reponas? cur non postulas, eodẽ iure, aquam cribro haurire, aut hordeũ radio vannere? Nescio quam alieni sint ab hac culpa, qui, sicut ille in nuce Iliadẽ, sic ipsi in vnum Prophetam, omnia quæ norunt, student conferre, & dum multa magna volumina in vnum libellum effundunt, otio pariter suo, & lectorum abutuntur, & cogunt in montibus pisces, in fluctibus apros venari. Prudenter, qui medium tenuere, & eorum (mea quoque sententia) labor laudatior, & industria fructuosior censenda. Fateor perdifficile esse, quàm multa diximus, paucis præstare, & breuitati simul cõsulere, & luminibus nõ obstruere, & necessaria scitu non prætererire: attamen aliquotenus id poterit obtineri, primò si singula suis locis tractentur: secundò si inaniloquentiæ seu superfluæ eloquentiæ compendium fiat, vtpotè à commentarios scribentibus & non pro rostris dicẽtibus: Demum quod vno dictum loco alijs non inculcetur; nec scriptorum, quos laudant, verba, nisi paucis obuia, & multis necessaria apponantur; vel saltem suis abstineat recitator, quando testimoniũ non est obscurum. Mirum dictu quantũ his tribus obseruatis volumina illa gigantæa decrescent: vitabitur nausea lectorum, temporis, descriptionis, chartæ, typi, cæterorum laborum, & impendiorum iactura. *Ordine tamen.*

Quamobrem mihi deinceps hoc seruare constitutum his multorũ annorum in vniuersam Scripturã Dei, tractationibus: quas visum in duas partes principales, seu genera commentariorũ duo dispescere: nempè in *Apparatum* seu *Patagium*, & in *Glossam litteralem*. Diuisionis causa fuit, ne sensus mysticos inter se, vel cum sensu litterali confunderem; & ne idem sæpiùs repetere similibus locis occurren- *Institutum auctoru & dicendorum methodus.* *Rationes methodi.* 1.

E tibus

2. tibus cogerer; & ne quid non suo loco collocaretur, dum
3. Commentarij plenitudini consulitur: sed vt, velut in apo-
4. theca copiosa, aptè suis loculis distincta, quod cuique col-
liberet, id statim liceret promere: denique si nō perfecto toto opere, mors aurē velleret, (cuius quàm certa spes, tam dies incerta: non tamen diu differendam monet ætas & morborum multitudo) possent singulæ partes absolutæ lectori prodesse. Propterea quoque visum Glossæ Apparatū præponere: tum etiā, quia difficultatibus discussis, & quasi vi ferrofacta, licebit illi quā nunc affectamus in Glossa cōsulere breuitati, & lectorem non ad inanem componēdorum spem remittere, sed in rem ipsam manu ducere.

Glossa litteralis, quid continebit.

Glossa κατὰ πόδας continebit succinctam interpretationē omnium ordine librorum veteris & Noui Fœderis, non ex cisternis confractis Rabbinorū, vel ex Neotericorum dumtaxat adinuētionibus, vel proprij ingenij fiducia depromptam: sed vt Doctorum Catholicorum solemne iusiurandum exigit, ad Patrum Orthodoxorū, fidei veræ luminum, mentē concinnatam, & ideò nomina authorū, vnde copiosior expositio petenda, fideliter ascribentur.

Apparatus partitio in sacram.

Apparatvs, seu vt Tertullianus loquitur *Patagium* quo, velut in scena, oculis proponitur, quicquid circa difficiliora, & vtiliora sacræ Script. loca inquiri solet, in Sectiones, quasi Actus, tres dispartitum, imitatione humanæ Sapientiæ: quā secant in Logicam, Physicam, & Ethicam: sic Patagij huius partes futuræ; Prima Historia sacra,

Historiam.

quàm *Hierologicam* vocare visum, eò quòd nec mores, nec naturā rerum cōsideret, sed dicta, factáque, & quasi nudos euentus, loquelariáque sacra cōplectatur. Secunda Physiologia sacra, quæ rerū omnium naturā, de quibus

Physiologiā.

in Scripturis mentio, ex ipsismet scripturis, & earū ex probatis tantùm scriptoribus mysteria depromet, cōcionatoribus partē maximè necessariam: vt queant certa & digna relatu tractare prætermissis Olkothi, Geminiani, Anglici & similium proprietatibus, si non commentitiis planè, saltē nulla nixis auctoritate. Tertia Ethica sacra κατὰ ἦθος & κατὰ ἔθος; quæ ad mores & ritus seu instituta Populi Dei comparata fuerunt, siue singulos spectes, siue familias, siue Populum vniuersum.

Ethicam sacram.

Hæ rursus

Hæ rursus partes singulæ in sua capita seu mẽbra diuidentur. Nam *Hierologia dicta* seu loquelaria constabunt *Adagiis* seu Paræmiis; *Idiotismis* difficilioribus, & *Tropis* præcipuis; & disceptatione accurata de *veterum versionum diuersitate & conciliatione*; præsertim L X X. interpretum Græca, & Latina vulgata cum fonte Hebræo, Græcóque; & non segni defensione nostræ versionis. *Facta* verò, gestásque res *Sacra Historia* visum reducere; ad *Chronographiam, Chorographiam, & Anthropologiam*; quarũ *prima* temporum rationem suggeret ab initio mundi, vsque ad Domitiani imperium: *Secunda* de mari, fluminibus, siluis, prouinciis, montibus, oppidis, & fabricis prophanis futura: *Tertia* de viris ac fœminis memorabilibus, quorum in sacra Scriptura ex professo mentio fit.

Hierologica sub diuisio in, Adagia, Idiotismos, Tropos, Versionum cõciliation.

Chronographiam, Chorographiam, Anthropologiam.

Physica deinde *Sacra* partim *de Deo*, partim *de creaturis* futura: *de Deo*, secundùm se, quoad attributa; & de Nominibus eius: de *creaturis* hoc ordine; de mundo & cælo, de principiis & elemẽtis: item de mixtis, scilicet inanimis, vegetabilibus, sensibilibus, intellectu præditis: & de his, seorsim de Angelis, bonis malísque: de homine & partibus eius.

Physica sacra partes. de Deo. De creatis rebus.

Ethica sacra longè latéque diffunditur: sed circumscripsi terminis Aristotelicorum, in eam quæ singulos attendit, quæ peculiariter *Ethica* seu *moralis* solet vocari, & tradit *credenda*, & *operanda*. Ad *credenda* faciunt, quæ ex Sacris litteris vel cũ hæreticis controuersa loca; vel quoad dogmata in Scholis inter Catholicos compulsata: quoad illa, exponetur verus sensus contra hæreticos; quoad ista discutietur an iuxta litteram aptè & concinnè soleant allegari. Ad *operationem* verò quæcumque tradita, ad Decalogi, in quo Iuris Græci Romaníque fontes sunt, bis quinque capita, sunt reuocanda. *Familiaria* vocant Oeconomica: vt de coniugiis, liberorum educatione, seruis & ancillis, pecunia, & supellectile, conuiuiis, põderibus & mensuris, & de sepultura. *Polytica* reipubl. vniuersæ, diuidentur in *Sacra* & *Prophana*. *Sacra* voco, cærimonias; ritus sacrificiorum, oblationũ, Festorum, &c. Leuitas, Sacerdotes, &c. & hic de Templo ac sacris Fabricis. *Prophanorũ* capita, vel *Polemica* sunt, vel *Irenica*, illa complectuntur ordines mili-

Ethica sacra subdiuisio in singulorum credenda. Facienda. Familia. Reipubl. Sacra. Prophana.

tares, præfectos, belli apparatum: hæc verò Magistratus, Leges, Iudicia, commercia.

In his verò cunctis solùm ea disquirentur, quæ vsque ad Vespasiani tempora apud Iudæos viguerunt;quæ quidem in sacris Litteris exprimuntur,vel apud Iosephum & Philonem illis consentanea leguntur. Deuteroses enim, & Thalmudicas Nęnias non tanti faciendas duxi,vt vllam in hoc opere partem habere finerem: quia non fine damno tantùm, sed etiam cum lucro temporis & operæ negliguntur.

Habes (Lector optimè) concilij nostri & instituti rationem. Accipe & canones quosdam,ad quos velut ad amussim sacræ Scripturæ interpretatio à me exigetur.

REGVLÆ QVÆDAM, QVÆ mihi in his glossis sequendæ visæ sunt.

I.

Vsquè ad tempora S. Augustini & donec à Latinis recepta est D. Hieronymi versio; vulgata vocabatur illa Græca, quam LXX. ediderant, testis Eugypius de auctoritate LXX. interpp. c.329. & D. August. lib.18. de ciuita. Dei.cap. 43.

II.

Illam vulgatam LXX. quòd esset in multis vitio antiquitatis aut Iudæorum hæreticorum fraude corrupta, correxerunt Origines & Eusebius; & post hos ipse Hieronymus; & inter sic correctam,& incorrectam hoc discrimen facit D. Hier. 5. epist. ad Sunium & Fretellam,*quod licet vtraque κοινὴ vocatur, tamen illa κοινὴ incorrecta nō mereatur nomen illius vulgatæ seu LXX. interpretum: & ideò discriminis causa vocari debeat κοινὴ,non vulgata: altera verò sic correcta eadē sit vulgata, & κοινὴ ipsorum LXX. nec distingui debeat; hoc vult epist. ad Principiam. & in d. quoque epist. ad Sun. & Fretell. & tenent Augustin. & Eugyp. V. Leon. Castr. In Prolegom. Apolog. cap.1.*

Postquam

III.

Postquam D. Hieronymi versionem Latinam (qua sancti illius tempore non Vulgata, *sed* Noua translatio *vocabatur) recepit Ecclesia Romana: desiit illa Græca versio LXX. interpretum Latinis vocari* vulgata, *& hoc nomen adhæsit versioni D. Hieronymi; quam nunc solam pro Authentica habet ex decreto Concilij Tridentini Ecclesia Catholica.*

IIII.

Versioni LXX. semper magnus honor exhibendus quia tot annorum centuriis eam Ecclesia recepit; & si foret incorrupta esset etiam infallibilis veritatis: nunc quando dissidere videtur à nostra vulgata, vel est Paraphrastica; vel sensu saltem conuenit: vel aliter sine punctis legit quam D. Hieronymus: vel à librariis aut aliis vitiata fuit: correctio verò petenda ex antiquorum Patrum Græcorum maximè libris, & Conciliis vbi citata. Inter editos codices, plus tribuendum Vaticanæ editioni Græcæ quàm ceteris: quoad versionem eius Latinam Flaminij Nobilij, non par auctoritas quæ Græci contextus. Nam constat Græca sæpè aliter nec incommodiùs verti potuisse.

V.

Quoad versiones Ag. hymm. Theodotionis, vt pote hostium fidei, nihil illis credendum, quando perfidiosè fauent Iudæis aut hæreticis, vtiles tamen sunt ad duo, primum quia corroborant sæpè vulgatam nostram versionem, & explicant, secundum quoniam ex illorum versione patet, quo pacto vsque ad illorum tempora Hebræa verba Synogoga legerit sine punctis: & hinc deprehenditur dolus recentiorum Iudæorum Massoretarum, qui, vt prophetias de CHRISTO *velarent, & Christianorum argumenta eliderent aliena puncta supposuerunt, aut litteras transposuerunt, omiserunt, vel commutarunt, vt toto hoc opere probabitur.*

VI.

Recentiorum post D. Hieronymum versiones, non solum hæ-

reticorum: sed etiā Catholicorum periculosas esse: eo quòd omnes ferè secuti sunt lectionem & dispunctionem Massoretarum: & sic, non CHRISTI *& Apostolorum, (qui cum LXX. aliter legerunt & citarunt in Nouo Testamento) sed nouitiæ Synagogæ sunt secuti Magisterium: quod ipsi vocant, Hebraicam veritatem, aut Fontem purum: cum potius sit Hebraica perfidia, & Fons cœnosus.*

VII.

In quibus Hebræa conueniunt cum Latinæ vulgatæ dictis: sunt certæ & infallibilis veritatis, in quibus dissident, corrigenda sunt ex Latino, non è contra. Idem obtinet in Græco contextu Noui Testamenti, cuius exemplarium maxima, & longè maior quam Latinorum discrepantia est.

VIII.

Optima interpretandæ Sacræ Scripturæ veteris testamenti ratio est, & verissima interpretatio: quæ ex CHRISTI *Domini & Apostolorum in Nouo Testamento dictis colligitur: quia Deus hos nobis fidei & morum magistros dedit,* Diuus Irenæus l. 5. super. hæres. Clemens Alexandrinus Stromat. 6. S. Athanasius lib. de humanitate verbi: Tertullian. in Scorpiaco, *& proinde pessima Rabbinorum, quando huic est contraria, vt solet esse in Prophetiis de* CHRISTO, *& Ecclesia Chana.* Vide Leon. Castrium Apologet. libro primo capite 3. & 4.

IX.

Iudæi etsi interdum quædam loca de Messia capiant: tamen hunc Messiam volunt non esse CHRISTVM, *negant venisse: & ideo negant primum aduentum*, vt benè Irenæus lib. 4. cap. 55. Tertullianus lib. 3. contra Marcion. cap. 4. Athanas. lib. de Incarnat. verbi in prin. Origin. contra Cels. lib. 3. in prin. & lib. 4. in prin. Augustin. in psalm. 9. *Messiam verò venturum putant Regem fore potentissimum, qui Iudæos cumulet terrenis opibus, & orbi terrarum sæculari more imperet: quare nec de secundo aduentu bene sentiunt, sed ita vt quæ*

vt quæ de illo scripta potius accommodent Antichristo, quem & recepturi sunt.

X.

Hinc factum, vt ad extorquendam nobis veritatem Prophetiarum de CHRISTI *primo aduentu Iudæi recentiores varios dolos sint commenti: primò variam distinctionem, quâ intellectus mutaretur: secundò mutatione punctorum, quæ in legendo sunt pro vocalibus, & sic alia pro aliis vocabula obtruserunt. Qua in re credendum LXX. qui ante* CHRISTVM *per manus acceperant lectionem & pronunciationem à Maioribus; à quibus cùm dissentiant recentiores, patet eos innouasse. tertiò vnius vel duarum consonantium litterarum, quæ similes sunt, exigua in alias deflectione: quartò interpretationem à* CHRISTO *ad Dauid, Salomonem, Ezechiam, &c. detorquendo. In his fraudibus ostendendis versatur tota Apologia Leonis Castrij in sex libros diuisa. Ego de singulis agam suis locis.*

XI.

Et quia Recentiores quidam, suscitata quadam antiqua hæresi, vix vllam Prophetiam exponunt de CHRISTO *litteraliter sed omnes Allegoricè: quæ in re rem gratam Iudæis faciunt, qui sensum allegoricum contemnunt & irrident: Seruandus est certus Canon scripturarum: vt quando manifestè, adeo vt legisse sit quasi intellexisse, verba prophetiæ competunt* CHRISTO, *defendamus esse sensum litteralem, ne per allegoriam prophetia extenuetur.* est regula Tertulliani in lib. de resurrect. carnis cap. 14. & 15. & lib. aduers. Praxean cap. 9. & D. Hieron. in Zachar. cap. 9. & 14. in Malach. cap. 1. Orig. lib. 2. contra Celsum, *vbi docet questos Iudæos, quod multi, nudis allegoriis decepti fidem suam desererent. Nec alium illos magis quærere, quam vt de* CHRISTO *tantum allegoricè prophetias intelligamus: nam allegoriis se ligari non patiuntur, & rident inde argumentantes.*

XII.

Massoreth à voce מסר *tradidit, significat Traditionem,*

nempe Pharizaicam Synagogæ, ex Thalmudicis Næniis auctores habuit quosdam recentiores Rabbinos æuo post ipsum Hieronymum: quibus magna illa nomina indita Esdras, Gamaliel, & Eleazarus: varietas Scripturæ quæ ab illis adfertur, est quæ capta à quingentis vt summum annis: horum inuentio sunt puncta, quibus nunc vtuntur. Numerant syllabas & literas, sed suo more, & eas tantum quas vel reliquerunt vel supposuerunt vitiatis exemplaribus. Quare apud me nulla Massoretharum auctoritas, nulla credulitas. Lege Castrium d.lib.1.c.55.& 56. & in fine cap.vltimi: & lib.2.cap.20.

XIII.

Cauendum ne prophetias aut alia loca mysteriis prægnantia ad Hebræorum idiotismos reuocantes, quod nuda verba sonant, exponamus dumtaxat. Nam hac fraude multas prophetias & fidei dogmata labefactant, vt docet idem Leo d.cap. vlt. *adductis exemplis.*

XIIII.

LXX. interpretes alias vocales addiderunt consonantibus, quam fecerunt Massoretæ: aliter etiam dispunxerunt, quam illi: item aliquando etiam LXX. legerunt voces coniunctim, quas Massoretæ diuisim, & è conuerso. Sed LXX. lectionem & dispunctionem secuti sunt CHRISTVS *& Apostoli citationibus suis in Nouo Testamento, vt constat: Massoretarum verò expresserunt editiones Hebrææ quæ nunc exstant deprompta ex membranis recentium Iudæorum. Ideo cuiuis Catholico credendum, veriorem esse lectionem & dispunctionem illam veterem ista nouitia, & hæc ex illa corrigenda, non è contrario*; quod bene docet idem Leo Castr. d.lib.2.cap.19.cum quatuor sequent. ex ipso D. Hieronymo adductis exemplis varietatum.

XV.

Nota verisimile videri Iudæos per suum QVERI, CHETIB, *id est, lege, scribe, voluisse tegere corruptelas Hebræi contextus, nam cùm dicunt aliter legendum quàm scriptum est hodie in excusis, apparet hodiernum contextum esse vitiatum, & aliter olim*

ac me

ac melius lectum: passim occurrunt exempla in lexico Pagnini, & multa colligit Leo Castr. apologet. lib. 2. cap. 56. & potes varietates deprehendere, quia plerisque vocabulis huiusmodi, maximè vbi persona mutata supernotant litterulam seu notulam parui. Quod cum reperisti, confer Hebræum textum cum versione LXX. aut vulgatâ & deprehendes. Nam in Latinâ versione interlineali Montani, solet poni persona non quæ est in Hebræo scripta, sed quæ est legenda. En tibi reuelatio mysterij, קרי וכתב.

X V I.

Nota præcipuas sedes seu loca deprehendi quo pacto veritas nostræ vulgatæ versionis defendi possit contra Nouatores & Rabbinizantes, reuocari ad sequentia capita. Primum est, quando prima lectio Hebræa admittit vtramq. sensus interpretationem, Ecclesiasticam & Iudaicam; tunc, iudice Hieronymo, non est pectoris Christiani, illa derelictâ hanc sequi.

Secundum, quando verba seu voces Hebrææ habent multiplicem significationem, tunc inuestigandum quod sit primarium significatum: & si attendas, inuenies nostrū vel primarium posuisse, vel ne poneret sapientissimè aliquâ ratione adductum. 2.

Tertium, attendendum num diuersas radices vocabulum habere queat, & credendum potius nostro, quam Iudæis, quia noster à Spiritusancto edoctus, melius mentem eius assecutus, & ideo quoque veram radicem certiùs attigit. Cauendum ne hac in re fidas punctis, vel regulis Massoretarum. Solet sub his fragorum folijs anguis latere. 3.

Quartum, quando sunt prophetiæ de CHRISTO, *vel etiam versio illa confirmat alterius loci versionem vbi continetur prophetia de* CHRISTO, *perpendendum malam manū intulerint textui Iudæi, corruptione litterarum, mutatione distinctionis, vel punctorum varietate. Sæpe enim litteras reperies in alias sibi similes migrasse, sæpe puncta quæ superiùs adscribuntur in alia,* (vt Scin in Sin; vaf cholen in vaf schureck) *mutarunt, sæpius etiam quæ supponuntur, nonnumquam dictiones duas in vnam contraxerunt, vel è contra, vnam in duas diuiserunt. Aliquando quæ de essentiâ vocis sunt, de eâ negant esse, & è contra: sæpe* א *aut* י *adijciunt vel abijciunt perperam, quorū singulorum exempla plurima suggerit Lexicon Complutense, omnium optimum, & quod rectiùs vtiliusq. additum fuisset Biblijs Regijs, quàm* 4.

F *præter*

prætermissum, & ex illo Lexico congerit nonnulla Leo Castrius sub fin. lib. 2. Apolog. sua.

XVII.

Cauendum à dicto Isaac Leuita Neophyti, qui ausus affirmare vbicumq; in S. S. in Hebræo duplex est lectio neutram habere quicquam virium ad probandum, quod velis dicere. Potiùs dicendum quod quando est secunda lectio tunc illa habet vires, quæ est consentanea vulgatæ nostræ, & L X X. si vna est consentanea L X X. & altera nostræ vulgatæ, conandum in concordiā vtramque reducere. Si non potest id fieri, tunc vel L X X. versio est approbata in nouo testamento, & tunc obtinet dictum S. Augustini vtramque lectionem à Spiritusancto esse ad duplex mysterium indicandum. Ita Leo Castrius Apol. lib. vlt. num. 317. *Si non est approbata in nouo testamento, standum est illi quæ vulgatæ nostræ consentit, & illa habebit vim ad probandum; quod infertur ex decreto Concilij Tridentini approbantis vulgatam.*

XVIII.

Quoad L X X. versionem: quia lectionum diuersitas magna est; puto illam esse præferendam, primò quæ magis consentanea simul fonti Hebræo, & vulgatæ nostræ: secundo loco, quæ cum vulgata consentit, quam quæ ab illa dissentit, etiam si videatur minus consentire cum Hebræo, pro vt nunc legitur.

SCRIP

SCRIPTORES, QVIBVS VTAR, QVI EX PROFESSO IN SACRAM SCRIPT. TOTAM.

GLOSSA ordinaria & Interlinealis,
F. Hugo Carensis Cardinalis,
F. Dionys. Rickel. Cartusianus,
F. Nicola. de Lira,
F. Isidorus Clarius Brixiensis Scholia addidit suæ versioni.
Francisc. Vatablus, si auctor illi ascriptorum.
Annotationes { P. Emanuel Saa SOCIET. IESV. / Francisci Lucas Brugensis.

In multa ordine loca,

Paulus Burgensis ex Iudæo Christianus,
Sixtus Senensis in Bibliotheca Sancta.

IN VETVS TESTAMENT.

Thargum Chaldaicum, Onkeli, R. Ionathani, & Ioseph cæci.
Notæ Romanæ ad LXX. Interpp.

IN OCTATEVCHVM.

Procopius Gazæus.
Alfonsus Tostadus Abulens.
F. Thomas de Vio Caietan. Cardinal.
Iosephi quoque libri Antiquitat.

IN HEPTATEVCHVM.

S. Augustini lib. 7. Locutionum, & lib. 7. Quæstionum.

IN PENTATEVCHVM.

Cathena Græcorum interprete Zephir.
Theodoreti quæstiones.
F. Hieron. de Oleastro.
P. Augustin. Steuchus Eugubin.

Alchimus Auitus poëta.

Vsui quoque Philonis Iudæi opera.

IN GENESIM.


Origen.tom.1. S.Ambrosius Mediolan tom.1.
S.Hieronym.tom.3. S.Cyrillus Alexandr. tom.1.
S.Chrysostom.tom.1.
S.Augustin.Variis opusculis.
Hugo Victorin.tom.1. Beda tomo 4.& 8.
Alcuinus in Bibl.Patrum.
Iunilius Afer,ibid.putatur Beda,
Rupertus tom.1.
F. Thomas Anglicus.
Anton.Honchala.
Cathena Aloysij Lipomani.
F. Guilh. Hamerius.
P. Benedictus Pererius, Societ. IESV, fusissimè & disertissimè.

De Hexaëmero.

S.Basilius,& eius interpres B.Eustathius Episcop.
S.Ambrosius. S.Anastasius Antiochenus,
Marius Victor, poëta,
Victorinus Pitabionensis,poëta,
F. Ambros. Catarinus,
Ludouic.Fidelis Neruius,
F. Hieronym. Vielmius,
P. Ascanius Martinengus, qui peruenit tantùm vsque ad creationem Adæ exclusiuè.

Ex Scholasticis egregiè duo Societatis Patres Commentar. in 1. p. D. Thom.

P. Ludouicus Molina,
P. Gregorius de Valentia.



GLOSSA LITTERALIS SEU COMMENTARII BREVES IN LIBRVM בראשית seu GENESIS: AVCTORE MARTINO DELRIO è Societate IESV.

PROLOGVS.



VINQVE† priorum Veteris testa- 1.
menti librorũ; qui Hebræis תורה *Thorah*, Pentateuchi
Græcis Πεντάτευχος nobis *lex* vel *Quin-* auctor Moy
que libri; auctor Moyses, *vt habetur Deu-* ses.
*teron.*31.24.nec† ab alio quidquam mu- 2.
tatum vel insertum: quod, si contendas An quo ad
de Deuteron. cap. vlt. initio, & Nume- singula verba?
ror.21.ver.14.& 15.illa ipsi Iosue, vel Esdrę tribuenda non
pugnabo, dummodo æqualis ista cum ceteris quæ liquidò
à Moyse scripta, auctoritatis esse fatearis. Quæcũque† hoc 3.
GENESIS libro, veraci & simplici, qualis Historiam sacram Vnde illa
decet, stilo traduntur, ea Moyses hautdubiè didicit partim sciuerit Moy
fidâ maiorum ab ipso vsque Adamo traditione, partim ses quæ nar-
Prophetici luminis illustratione vt Philo *lib. de mundi opi-* rat in Gene-
ficio testatur. Quantus autem & qualis vir Moyses fuerit, si?
in ANTROPOLOGIÆ volumen reseruetur. Præcipua† GE- 4.
NESIM scribendi causa fuit, vt, per ea quæ visibilia sunt, in Causa & Sco
cognitionem & amorem inuisibilium rapiamur. Nam Deũ pus libri seu
nobis opera eius clarissimè prædicant *Psal.*18.1.*Roma.*1.20. finis.
sed quia ad hunc cæli terræque concentum plerique ob-
surduerunt sunt præterea necessarij præcones alij, qui nos

tum voce tum calamo iugiter admoneant, cauerè, ne dum in hoc ſpeculum oculos intendimus, tam celſarum & abditarũ rerum contemplatione alucinemur, vanis philoſophorum argutationibus præſtricti, ſed vt inoffenſo nauigio ad Biblicam hanc Cynoſuram curſum inſtituentes, in veritatis portum ſuaui Spiritus ſancti aura impellente, perueniamus: ad CHRISTVM nempe promiſſum Patribus qui *totius legis* (TORAH Moyſis operum) *finis eſt ad iuſtitiam omni credenti*. Rom. 10. 4. Si D. Hieronymo credimus, cui multi aſſentiuntur, GENESEOS finis eſt CHRISTVS, vult enim quod, Apoſtolo interprete Hebr. 10. 7. CHRISTVS in pſalmis dixit, *In capite libri ſcriptum eſt de me*, pſ. 39. 9. id de veteris teſtamenti primo volumine, quod Geneſis eſt,

5. accipiendum. Magna† libri dignitas *caput* totius ſacrę ſcripturę, vt ordine, ſic maieſtate cenſeri. Non immeritò cùm eius materia ſeu argumentum complectatur omnium rerum creatarum primos natales, hominis lapſum, fœdus & reſtitutionis promiſſionem magnitudinem diuinæ iuſtitiæ, & erga Eccleſiam amorem, & in eâ tuendâ regendáque ſollicitudinem, terræ diluuium, linguarum & gentium diuiſionem, & Patriarcharum res geſtas vſque ad obitum Ioſeph, hiſtoriam plus mille & trecentorum annorum, vt in Chronographico volumine docebo.

Dignitas libri, materia & argumentum.

6. Hebræis inſcriptio ritu patrio ducitur à prima libri voce בראשית *Bereſcith*: L X X. γένεσιν vocarunt, Latini nomen retinent quaſi dicat librum quo narratur rerum omnium creatarum *generatio*, latè accepto vocabulo, vt etiam creationem propriè dictam includamus, Euangeliſtæ dicerent *librum generationis mundi*, Hebræi תולדות ספר דור ספר *ſepher dhor vel ſepher tholedoth*.

Inſcriptio.

CAP.



CAPVT PRIMVM.



IN Principio creauit Deus cœlum; Vers. 1.
& terram. * Terra autem erat inanis & 2.
vacua, & tenebræ erãt super faciem abyssi:
& Spiritus Dei ferebatur super aquas. * Dixit- 3.
que Deus: Fiat lux. Et facta est lux. * Et vidit Deus 4.
lucẽ quòd esset bona: & diuisit lucem à tenebris. * 5.
Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem:
factumq; est vespere, & mane, dies vnus. * Dixit 6.
quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aqua-
rum: & diuidat aquas ab aquis. * Et fecit Deus fir- 7.
mamentum, diuisitq; aquas, quæ erant sub firma-
mento, ab his, quæ erant super firmamentum. Et
factum est ita. * Vocauitq; Deus firmamentum, 8.
Cœlum: & factum est vespere & mane, dies secun-
dus. * Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ 9.
sub cœlo sunt, in locum vnum: & appareat arida.
Et factum est ita. * Et vocauit Deus aridam, Ter- 10.
ram, congregationesque aquarum appellauit Ma-
ria. Et vidit Deus quòd esset bonum. * Et ait; Ger- 11.
minet terra herbam virentem, & facientem semen,
& lignum pomiferum faciẽs fructum iuxta genus
suum, cuius semen in semetipso sit super terrã. Et
factum est ita. * Et protulit terra herbam viren- 12.
tem, & facientẽ semen iuxta genus suum, lignumq;
faciens fructum, & habens vnumquodque semen-
tem secundùm speciem suam. Et vidit Deus quòd

13. esset bonum. * Et factum est vespere & mane, dies
14. tertius. * Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & sint
15. in signa & tempora, & dies & annos: * vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factũ
16. est ita. * Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus,
17. vt præesset nocti: & stellas. * Et posuit eas in fir-
18. mamento cœli, vt lucerent super terram, * & præessent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tene-
19. bras. Et vidit Deus quòd esset bonum. * Et factum
20. est vespere & mane, dies quartus. * Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viuentis, &
21. volatile super terram sub firmamẽto cœli. * Creauitq; Deus Cete grandia, & omnem animam viuẽtem atq; motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundùm genus suũ.
22. Et vidit Deus quòd esset bonum. * Benedixitq; eis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas
23. maris: auesq; multiplicentur super terram. * Et fa-
24. ctum est vespere & mane, dies quintus. * Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuentem in genere suo; iumenta, & reptilia, & bestias terræ
25. secundùm species suas. Factumq; est ita. * Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus
26. quòd esset bonum, * & ait: Faciamus Hominẽ ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, vniuersæq; terræ, omniq; reptili, quod mouetur in terra.
27. * Et creauit Deus hominẽ ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum, masculum & feminã
28. creauit eos. * Benedixitq; illis Deus, & ait: Crescite

& multi

& multiplicamini, & replete terram, & subiicite eã, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terrã.* Dixitq; Deus Ecce dedi vobis omnẽ herbã af- 29.
ferẽtem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam: * & cunctis animãtibus terræ, om- 30.
niq; volucri cœli, & vniuersis quæ mouẽtur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. * Vidítque Deus cun- 31.
cta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum est vespere & mane, dies sextus.

---

1. Ordo & difficultas.

Initium libri aptissimè ducitur ab orbis creatione, hoc est sex dierum opere, Hexaëmeron *Græcè vocamus*; *de cuius explicanda difficultate B. Theophilus Antiochen.* lib. 2. ad Autolycum *scribit*; *Hexaëmeri ordinem vel dispositionem, nullum hominem posse pro dignitate eloqui; nec si quis haberet decies mille ora, totidémque linguas, nec si totidem annis, in hoc mundo peregrinans viueret, tantam esse excellentiam, magnitudinem, & tantas diuitias diuinæ Sapientiæ, in hac tractatione latentes.*] *Idcirco Iudæis ante sextum ætatis lustrum hanc Geneseos partem legere non licebat.* D. Hieronym. Prologo in Ezechiel.

ARGVMENTVM.

2. Argumentum cap. *Mundi creatio, partium eius diuisio, & ornatus: hominis plasmatio, & dominium in ceteras creaturas.*

DE OPERE PRIMÆ DIEI, qui est DOMINICVS.



VERS. I. 1. In quo principio creatus mundus. IN PRINCIPIO] primordio seu initio, non æternitatis, nec æui, sed temporis, *Basil. hom.* 1. *Seuerianus & c. firmiter, de summ. Trinit. & fi. Cathol* hoc est quando, more hominum loquendo, tempus esse incipiebat: nam quod circa temporis initium fit, id in principio temporis fieri rectè dicitur: seu, quod in eundem sensum recidit, in exordio mundi, quando mundus esse cœpit, *ita Philo lib. de Mundi opifico. Ambros. Cyrillus, Tertullianus*. CREAVIT] propriè & pressè sumendum.

2. Bara seo creare quid significet. Nam si non ex nihilo creauit; ante omnia creata, seu in principio omnium non fecit. Aliàs ברא *Bara*, solet latiùs patere; pro vniuersim aliquid efficere seu formare. vt vers. 21. *Creauit Deus cete grandia*.

3. Quomodo creauit. CREAVIT † autem iubendo, Fiat cœlum & terra, sicut mox legitur de luce, *Dixitque Deus: Fiat lux*, docetur Ps. 32. v. 6. *Verbo Domini celi firmati sunt:* & apertiùs 4. Esdr. 6. *Domine locutus es ab initio creatura in primo die dicens, Fiat cælum & terra, & tuum verbum opus perfectum.*]omissum id à Moyse, vt intellectu facilè, & in sequentibus exprimendum. Nec dici potest id repugnare sacræ Scripturæ quod vno loco expressum, alio subintellectum, creauit ergo iubendo, *iussit & facta sunt*, & quidē creauit solus, virtute propriâ; Isai. 44. 24. *Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens calos solus, stabiliens terram, & nullus mecum.*

4. Elohim quid. Hieronymi locus. DEVS] אלהים *Elohim*, cōmunis numeri est (ait D. Hieronym. " epist. ad Marcell.) quod & vnus *Deus*, sic vocetur & plures: ad quam " similitudinem *celum* quoque appellatur, & *celi* id est *Scamaim*.] sen- " sus est, non hanc vocem esse quoque singularis numeri, quod quidam cum historiâ Scholasticâ errantes putant; sed quod licet sit numeri pluralis, vim tamen habeat significandi & plures, & vnum. Nam & *Scamaim* hautdubiè pluralis tantùm est numeri, vim tamen vnius quoque cæli denotandi possidet: ideo subdit Sanctus Doctor, nos huius rei exemplum in linguâ nostrâ habere, Athenas, Thebas Salonas; quas nemo dixerit, singularis esse numeri, sed tantum de vnica vrbe dici pluralem. Sic ergo Hebræi *Elohim*, pro Angelis, & pro vno Deo capiunt, hoc discrimine, quod non pro vno Angelo: sed pro vno Deo cur? an quia singuli Angeli vt essentiâ, sic numero seu personâ singuli: Deus vnus essentiâ, sed personæ tres? de iudicibus numquam ELOHIM accipitur, nisi quatenus Deum repræsentant, vt eius vicem iudicando fungentes, qua in re mihi videtur vocabulum, tunc Deum potiùs

tiùs quàm homines iudices significare, sicuti cùm dico, iste est Achilles, de Petro; vel de plagoso, dic huic Orbilio: non continuò Achillis vel Orbilij nomen dico significare Petrum vel plagosum hũc, sed indico similitudinem illorum, & morum conuenientiam. Singulare

5. ELOHA.

אלוה *Eloha* rarissimum est, habes tamen, *Iob.* 12.4. *&* 36.2. *Habac.* 1.11. *&* 3.3. frequentius est plurale: cui solet adiungi verbum † singulare etiam cum de creaturis sermo est; vt facilè intelligas id *nullius* mysterij gratiâ fieri; sed ex naturâ sermonis Hebræi; qui hanc phrasim amat

6. Hebraismus verbũ singulare cũ nomine plurali.

sic Genes. 24. v. 9. *Abraham Dominorum suorum*, vbi nos *Domin: sui.* Exo. 21.4. nos, *dederit Dominus vxorem.* Hebraicè, *dederit Domini.* Esai. 19.4. *Domini duri*, Hebræi. *dominorum duri.* Exo. 32.10. *Dominus eius.* Hebrai. *domini eius.* Res hodie nota. Si quid mysterij velis elicere, illud conuenientius. Deum vocari in plurali ELOHIM, per excellentiam, non potentiam, seu potestatem, sed potẽtias, seu potestates; quia vnus instar, & plusquam omnes potentiæ ac potestates, omnium potentissimus: duplici emphasi, prima, qua abstracto significatur concretum; secunda, qua more Hebræo plurale significat præcipuum quid & maximũ in eo genere, sicut BEHEMOTH, ponitur pro animâte maximo, quasi dicas maius multis simul animantibus: ita videri sibi inquiebat vir eruditus, Alfonsus Maldonatus ordinis D. Dominici religiosus.

7. Cæli Empyrei creatio.

CÆLVM] puto † de solo hic empyreo, quæ sedes Angelorum & beatorum accipiendum: quæ sententia videtur olim fuisse B. Clementis Romani, ex ore D. Petri accepta, ex lib. 2. Recognit. Philonis etiam lib. de mundi opificio, Origenis hom. 1. in Genes. & à nongentis annis adeo recepta, vt communiorem vocet S. Bonauentura, probatiorem Tostatus, verissimam Catharinus: sequor illam cùm Molinâ, nam quæ obiiciuntur, haut difficilia sunt. habes apud Pererium hîc.

8. Angelorum creatio.

Cum empyreo crediderim Angelos simul creatos speciosæ habitationis incolas futuros; vt asserunt præcedentis dicti defensores Beda, Victorinus, cæteri. Confirmant Epiphanius, & Concilium Lateranense. Nam ille asserit post cœlum & terram, sed ante sidera creatos. *tomo 2. hæres. 65.* Istud in d.c. firmiter, approbat sententiam Augustini, volentis Angelos non fuisse conditos antè ceteras omnes creaturas corporeas: & ideo cùm aptiorem creationi illorum locum, quam empyreum; nec aptius momentum primo die in sex dierum loculis, lubens in hanc sententiam discedo. Angelorum creatio à Moyse prætermissa, quia corporatæ dumtaxat creaturæ (ideo empyrei creatio non omissa) originem proponere statuerat, ne tam excellentium Mentium mentione, inuitus ad idololatriam propensis Iudæis petram offensionis obiiceret, contentus ipsâ domicilij mentione incolas indicasse. Cur non igitur & terræ commemoratione contentus incolarum narrationem omisit? Empyreo nihil ornamentorum postea accessit, vt terræ; & illius incolæ simul creati, terræ postea: nec in terræ incolis periculum illud metuendum fuit.

9. Terræ creatio.

ET TERRAM] corpus † illud, quod post separationem diuisum mãsit in elementa & cælorũ orbes, cuius pars ima postea vocata *terra*: tũc

10. Chaos. autem cum aquarum abysso qua tegebatur totum futuri mundi spatium, quod ad empyreum vsque implebat. Veteres gentiles, † hoc totum significarunt nomine CHAOS, nam empyreum illis ignotum fuit. Nos non possumus dicere ex CHAO creatas res, tum ne empyreum ex corruptibili materiâ cõponamus, tum ne materiam in creatã vllã mũdo præmittamus. De Chao si multa voles lege Ascaniũ Martinengũ *in cap.* 1. *Geneseos à fol.* 251. *tom.* 1. Hanc humidam & incompositam congeriem, luce carentem; *terram* potiùs, quam aërem, vel aquã nuncupauit; eo quod sola ea mutationem aliam non subitura, sed exornanda dumtaxat proximis diebus: & quia magna cæterorum elementorum vis in terræ visceribus solita latere. Contegebatur tum superficies telluris aquis, quæ suam quidem formam, hoc est aquæ habebant; sed partium mundi, mox ex illis procreandarum, formis, quas recepturæ, destituebantur. Et harum formarum respectu Salomon

11. Locus Sapient. 11. 18. † *Sapient.* 11. *cap.* 18. scripsit; *omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa, ἀμόρφου* informi; materiam intelligens, non præexistentẽ aquæ formę; (nã initio *Dominus terram fundauit*, Psal. 101. 26. hoc est ante alia cuncta, quæ sub cælo sunt) sed materiam ipsarum illarum partium, quæ fuit, antequam partes illæ actu distinguerentur, & alias formas proprias sortirentur (quas *orbem terrarum* vocat) has enim mundi partes productas ait, ex rudi & indigestâ illâ mole. Igitur hoc primo commate, duo tantùm memorat, quæ ex omnino nihil creata, nempe empyreum, & moles ista terræ aquarúmque; quam *informem & fluctu subditam tellurem* Tertullianus; *semina rerum informia* Marius Victor ambo *carmine de Genesi* vocarunt. Quæ dixi de *terra* acceptione, & aquâ simul creatâ, hac vt seminario, illã cũ cœlo vt repagulis rerum cæterarum, petita sunt ex D. Basilio *in Hexaem. hom.* 1. *& Eustathio eius interprete lib.* 1. & B. Clemente Roma. *Recognition. lib.* 1. *circa medium.*

VERS. 2. • TERRA AVTEM] hæc quam dixi *terra*, quæ cum cœlo crea-

12. Autem disiunct. ta fuit, (nam *τὸ αὐτὲμ*, hic non est aduersatiua, sed disiungens particula); sic, vt tum erat quando creata, aliquanto temporis spatio, fors ho-

13. Erat. ris nonnullis, vacua & inanis iacuit. ERAT] fuit, † nam ponitur pro certo, & determinato tempore præterito, sicut Iob. 1. 1. *Vir erat in terrâ Hus.* non significat ergo hanc molem ab æterno fuisse. *Tertullian. lib. aduers. Hermog. c.* 27. *Ambros. lib.* 1. *Hexaë. c.* 7. *Basil. hom.* 2. *& alij.*

INANIS & VACVA.] תהו ובהו *Thohu ve bohu*, sicut Ierem. 4. 23. substantiue solitudo seu inania, & vacuum: sed more communi, sicut scelus pro scelesto: noster phrasim reddidit, de vocibus Hebræis

14. Inanis & vacua terra. Idiotismus concretum pro abstracto. consule Honchalam & Oleastrum hic. Sicut † nux dicitur *inanis* quæ caret nucleo; & *crumena* vacua; quæ vidua pecunijs, quia ad hæc claudenda continendaq; sunt comparata: sic terra vocatur *inanis & vacua*; quod adhuc ijs omnibus destitueretur, ad quæ possidenda, naturalem aptitudinem, & quasi propensionem haberet. Interiùs quidem carebat seminibus, & mineralibus; forinsecus verò hominibus,

brutis,

brutis, arboribus, plantis, quibus habitanda, ornanda, conſerendaq́; nondum diſtincta in colles & valles; nondum amnibus ac fontibus, vt venis, irrigua; nondum exſtans & firmata ſuper aquas, ſed ijs preſſa & cooperta.

15. Quæ iſtæ tenebræ ante lucem.

ET TENEBRAE] tenebras † cape, non pro luminis præcedentis priuatione, nondum luce creatâ: ſed pro luminis defectu, & ipſâ obſcuritate, & caligine, vt de hac ipſâ re loquitur Iobus cap. 38. 9. *caligine illud* (mare) *quaſi pannis infantiæ inuolueram.* Senſus vtrobique eſt; iſtam aquarum abyſſum, vndique intus & deforis fuiſſe decolorem & perobſcuram, vt pote lucis nondum natæ expertem.

SVPER FACIEM] Hebrai. *facies*, nempe tam conuexam quam concauam ſuperficiem. vt intelligas tenebras non modo ſuper immenſam hanc voraginem incubuiſſe, (vt vertunt LXX. ſecundum quoſdam libros) ſed totam quanta fuit, lucis & coloris indigam fuiſſe. ἄβυσσος propriè id quod fundo caret, ſeu ad cuius fundum nequit penetrari, quod impenetrabile propter altitudinem, vt ex DD. Baſilio & Auguſtino docet Pererius, ex Suidâ & Ariſtophane Hamerius. Euſtathius Dicaſpoleos Epiſcopus lib. 2. *Abyſſus, aqua nimia infinitum habens profundum*, nec aliter Philo.

16. Abyſſus, quid.

17. Spiritusſanctus hic capiendus.

SPIRITVS DOMINI] Inter omnes huius loci explicationes magis placet, illa de tertiâ Sanctiſs. Trinitatis perſonâ, primò quia Patrum iſta receptior eſt, Græcorum Latinorumque qui contra Iudæos & Hæreticos Spiritusſancti diuinitatem hinc probant, & pro litterali eam habent, *referam præcipuos, ita Tertullian. lib. 4. contra Marcion. c. 26. lib. de baptiſm. c. 4. & 5. Ciprian. lib. de Spiritusſancto, in prin. Nemeſianus à Thubunis in concil. Carthaginen. Philaſtrius lib. de hæres. Hieronym. Quæſtionib. in Genes. Optatus lib. 5. contra Parmenian. Paſcaſius Diaconus lib. 1. de SpirituSancto c. 5. Iſidorus, Beda & alij Latini. Ita S. Athanaſius ſerm. contra hæreſes & epiſt. ad Serapion. Nyſſenus lib. teſtimonior aduers. Iudæos, Cirillus Alexandrin. lib. 1. & 3. contra Iulian. Damaſcen. lib. 1. Orthod. fid. c. 9. & Procop. hic. Adeò vt D. Baſilius hom. 2. ſcripſerit merito, hoc verius eſſe, & à maioribus probatum, Ambros. verò Hexaëm. lib. 1. c. 8. Sanctorum & fidelium ſententiam eſſe.* Secundò quoniam iſta expoſitio nullis ferè difficultatibus aliarum interpretationum eſt obnoxia; & conuenit cum vocis ſignificato, רוח אלהים *Ruah elohim*, vt Steuchus, Hamerius, & Oleaſter fatentur. Denique hæc explicatio ab Eccleſiæ precibus in fontium benedictione confirmatur.

FEREBATVR] ſuperuectabatur inquit Tertullianus, in ſimilitudinem volucris (ait Hieronymus) oua calore animantis, incubabat ſiue confouebat, & vitali in fuſo calore prolificam vim aquis largiebatur hoc ait Cilix Diodorus his verbis; ὅτι καθάπερ ὄρνις ᾠὰ θάλπει ταῖς πτέρυξιν, ſicut auis oua fouet alis, εἰς τὸ ζωογονεῖν vt ea quaſi animet & gignat in vitam, ſic Spiritū aquis ſuperuectum vt eas redderet aptas procreationi ζωοθαλπῶν. & hoc inquit θάλπειν ἡ ἑβραΐκη λέξις, hæc vis verbi מרחפת *Merachepheth.* quis hoc potuit niſi Deus; à cuius oris Spiritu omnis virtus cœlorum. pſal. 32. 6. quàm rectè Ma-

rius Victor cecinit?

Et sacer extensis impendens spiritus vndis
Altrices animabat aquas, ac semina rerum
Nondum compositis fundenda ad germina terris
Insinuanda dabat.

18. Baptismi figura. hanc expositionem doctissimo cuidam Syro fert acceptam D. Basilius, & roborat Thargũ Chaldæum. Itaq; sic exponenda versio LXX. & noster non reprehendendus.

A Q V A S] Super hanc molem tenebricosam, è qua mox cetera spiritus huius aurâ obstetricãte prodierũt. Hanc baptismi figurã fuisse

19. volũt Tertul. lib. de baptismo c. 3. & 5. Hieronym. epist. ad Ocean.

V E R S. 3. Synecdochica creatio. Quæ deinceps sequuntur, non prorsus ex nihilo fiunt: sed creata dicuntur, secundùm partem sui, nempe materiam, seu molem illam quæ ex nihilo producta.

20. Dicere quid Hebræis. D I X I T Q V E] dicere Hebræis sæpè significat velle, iubere, decernere (ita Theodoretus) & cùm de Deo sermo, efficere. Vnde *dixit*, S. Ambros. *hîc lib. 1. cap. 9.* interpretatur, voluntatis suæ cognitionem prodidit operationis effectu. nec aliter Athanas. serm. 3. contra Arian. quia Dei velle, est quod vult facere. *Dixit* autem post creatum cœlum & terram, & aquarum illam molem, eodem die durante.

D E V S] tota Trinitas, Didymus lib. 2. de Spiritusancto.

21. Hebraism. futuri pro imperatiuo. F I A T] existat. Hebrai. *erit.* † Sed ponitur futurum præsens pro imperatiuo ex vi idiotismi. sic Vielmius & Oleaster.

22. qualis lux quæ primo die creata. quomodo durant lux & lumen. L V X] אור *Or* Hebræ. significat lucem & lumen; ideo licet philosophis *lux* sit fons, *lumen* radius inde profluens, tamen sacræ litteræ non raro pro ijsdem capiunt: quare mirandum non est LXX. vertisse τὸ φῶς *lumen.* Ardua quæstio est, qualis & quæ ista lux primo creata die? duæ sunt sententiæ ceteris nobiliores & probabiliores, nam certi nihil occurrit. vna volentium fuisse accidens quoddam corporeum luminosum, non sine miraculo, immediatè, & sine subiecto productum, quod Dei iussu in certã huius molis aquarum parte, ab eo spatio vbi creatum, mox per integrum hæmispherium vniformiter difformiter diffundi, & illud collustrare cœperit ad eũ modum, quo sol id postea facturus erat, discurrens ab eâ plagâ mundi quæ mox Oriens, & in eam quæ Occidens properans, curriculumq; suum, spatio viginti quatuor horis æquali, conficiens. Hoc accidens sine subiecto fuisse volunt duo, velut fratres amici, Patres grauissimi,

23. Nazianzeni locus. Basilius Magnus *hom. 6. in Hexaëm.* & Gregorius Nazianzen. *Orat. in nouam Dominicam*; qui quod videtur corporeum negare, non de essentiâ eius loquitur, quasi fuerit Spirituale quid, sed subiecto negat vlli inhæsisse, aut vlli substantiæ velut vasculo inclusu, vt Nicetas exposuit. idem tenuere alij Patres Græci *Theodoret. q. 14. & 16 Athanas. q. 74. Anastasius Antiochen. in Hexaëm. lib. 4. Procop. hîc, & Damascen. lib. 2. de fid. orthod c. 7. Didymus, & Apollinar. in Cathenâ*: hi omnes volunt hanc lucem quarto die inditam luminaribus cœli: quod si hanc tueâris planè dicendum; vel potiùs quarto die, vt non ampliùs necessariam,

riam, euanuiſſe,quod de merâ qualitate dici,minimè abſurdum. Tuentur hanc ſententiam eruditè Paulus de ſanctâ Mariâ vulgò Burgenſis vocatus,*hic* & Lud.Molina *de opere.6.dier.diſp.7.comm.in 1.p.D. Thomæ* & crediderim hanc lucem nubis, in columnam fortaſſis conformatæ,formâ præluxiſſe.Solemne enim Deo docent ſacræ litteræ, quotieſcumq; luce aliquâ ordinariâ præter iſtam ſolis & ſiderum vti voluit,nube lucidâ vti,ſicuti cùm deduxit filios Iſraël ad terram promiſſionis.Exo.14.19.*Deuteron*.1.33.& volens ſignificare,fore vt Deus electis ſuis clariſſimam lucem præbeat,id explicuit dicens;*creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus eſt nubem per diem, & fumum & ſplendorem ignis flammantis per noctem*,Iſai. 4.5.primo vocabulo fortè ad hanc primã lucẽ reſpiciens, reliquis ad illã hiſtoriam Exodi.Deinde Ezechiel.1. 4.nubes oſtenditur magna & igne ſplendens inuoluto.Deniq; Matth. 17. 5. in transfiguratione nube lucidâ Apoſtoli obumbrantur. Altera opinio eſt D. Thomæ & communior in Scholis, hanc lucem fuiſſe ipſum ſolem, adhuc informem & imperfectum:quam probant D.Dionyſij Areopagitæ auctoritate *lib.* 24.
*de diuin.nomin.c.*4.vbi tamen D.Maximus in ſcholijs iſtud primo formatum die lumen vult, ex mẽte Dionyſij quarto die in ſolem transformatum, καὶ ὅτι τὸ πρωτόθετον φῶς τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ μετεσχηματίσθη εἰς ἥλιον:& cenſet à D.Baſilio hoc dilucidius explicatum, non tam de ipſo ſole,quàm de huius luminis primò formati in ſolem conformatione,vt ſim ambiguus,vtrum S.Dionyſius id ſenſerit, quod ſenſiſſe Scholaſtici Latini eum opinantur;an verò tantùm, hoc lumen id ipſum eſſe, quo poſtea ſol illuxit, quemadmodum S. Nazianzenus & ceteri illi Patres cenſuerunt, à voce etiam Luminaris argumentum ducentes, quod φωστῆρα vocant. D. Dionyſij Areopagitæ locus.

F A C T A E S T] prodijt, extitit incertum † an ex illâ præexiſtente abyſſo,an ex omnino nihilo.Non obſcura cauſa eſt,cur ceterarum rerum creationi, lucis creatio præmiſſa, ſine qua manſiſſent inuiſibilia. *De theſauris ſuis protulit lumen luminoſum, quo appareret opus ſuum.* 4.Eſdr.6.40. 25. Vnde & cur lux producta.

V I D I T] crebra phraſis bibliorum † *vidit*, pro fecit nos videre & cognoſcere. de qua poſtea, ſic hunc locũ exponit D.Hieronym. *epiſt.* 15. *De ijs quæ Deo in ſacra Scriptura tribuuntur*.phraſim notant alij quoque, *Polychronius Cathena in Iob, in Prolegomen. & 5.Gregor.lib.*19.*Moral.cap* 5. V E R S. 5. 26. Vidit, pro fecit nos videre, idiotiſm.S.S.

B O N A] טוב *tob* ſignificat omne bonum, pulchrum,decorum, amænum,vtile, benè placens:hic habet vim adiectiui;& ſuperlatiui. quaſi dicat, lux erat optima in ſuo genere, nam hoc ſenſu Hebræi, quòd careant ſuperlatiuis,*bonum*,dicunt. 27.

D I V I S I T L V C E M A T E N E B R I S] eodem recidit,quod LXX. *diuiſit* † *inter lucem,& inter tenebras* diuiſit autem ipſe Deus, *Auguſt.in libro imperfecto de Geneſi cap.*5.diuiſit loco,luci aſſignans ſuperius hæmiſpherium,tenebris inferius(*Iunil.& Chryſoſt.hom.*3.) diuiſit naturâ, quoniam illa quid poſitiuũ,iſtæ ſunt mera priuatio:(*Auguſtinus* 28. Quo pacto diuiſæ tenebræ à luce.

nus lib.1. de Genesi contra Manichæos c.9.) tertiò diuisit causâ, quia lux oriebatur ex illa qualitate corporeâ, tenebræ de telluris opacitate resultabant, denique diuisit tempore, quia certo horarum interuallo, has illi succedere statuit, & huc potissimùm verba Mosis pertinere indicat sequens versiculus: & iuxta hanc diuisionē habes psal. 103. 20. *ponis tenebras, & facta est nox.* & Isaiæ 45. 7. Deus dicit se *formare lucem & creare tenebras.*

Vers. 4. 29. Appellat Deus quo pacto. APPELLAVITQVE] κατ' ἀνθρωποπάθειαν dictum. *Chrysost.*) non † enim sic Deus locutus, sed sanciuit vt hæc rebus conuenientia nomina Adam imponeret, & ea posteri vterentur. (*Augustin. d.l.cap.9.*)

30. Quo pacto tunc dies & nox sibi successerint. LVCEM, DIEM] יום *iom* hoc loco sumitur pro illo die, qui postea dictus est artificialis, temporis scilicet spatium, duodecim horis duraturum: sic D.August. *d. lib. 1. cap. 14. & in lib. imperfecto de Genesi cap. 6.* vt sumitur etiam dies infer. cap. 8. v. vlt. *dies quoque & nox non cessabunt.* diximus hanc lucem vniformiter difformiter se diffudisse per spacium illud, eo more & morâ quibus Sol postea vtrumque hemisphærium erat illustraturus: nullus tunc Horizō, nullus Æquator erat, sic tamen lumen illud ferebatur, & successiuè has & illas partes illuminabat, & quas non ampliùs luce perfundebat, obscuras relinquebat, vti nunc sol facit: quare nullam hic opus est radiorum contractionem pro nocturno tempore comminisci, quod à D. Augustino, & Beda benè confutatum fuit.

31. Cur vespere ante mane. VESPERE ET MANE] Vel *vespere* nomine noctem, & nomine *mane* diem artificialem vocat, vt voluit Tostadus, & illam præponit, eo quòd circa meridiem lux ista creata, & hic tenebræ seu nox præcessit, lucem siue diem: vel potiùs seruatâ vocabulorum proprietate, dicimus cū S.Basilio, Moysem hoc pacto prærogatiuam diei seruasse, quem cum à termino seu fine suo, qui vespera est significarit, prætulit nocti, cuius terminus est ipsum mane. confirmatur, quia non dicit Vespere & mane vnum diem constituerūt; sed *ex vespere & mane factus est dies vnus.* hoc est decursâ iam diei curriculo per succedentem vesperam, & finito quoque noctis spacio succedente illi mane, completus est dies.

32. Dies iste qualis, & de triplici Iudæorum die. DIES VNVS] totum tempus quod intercederet à Solis exortu vsque ad exortum solis sequentem in eâdem terræ plagâ, confecit primum diem naturalem: dico naturalem. Nam Moyses toto hoc opere, sex naturales dies intelligit, quia disertè ex die, & nocte illos componit. Sciendum Hebræis triplicem diem fuisse, *vsualem*, quem à mediâ nocte ad mediam alterius diei noctem; *legalem*, quem à vesperâ ad vesperam; & *naturalem*, quem à Solis ortu vsque solis exortum computant. Dixi *primum*. Nam *vnum*

33. vnus pro primo, Hebraism. hîc ordinis esse conuincitur ex versicul. 8. vbi sequitur, *dies secundus*; quod non est verum, si non iste *primus*: & frequens Hebræis Cardinales numeros pro Ordinalibus vsurpare, de quo Martinus Cātapetrensis *lib. 6. hypothypos. cap. 4.* sufficit vnus & alter locus.

Daniel.

Daniel.9.v.2. *Anno vno regni eius*. quod Ioan.20.1.dictum *vna Sabbati* Matthęus c.28.1.dixerat *primam Sabbati*.frustrà igitur nobis Iosephus lib.1.pollicetur se causam alibi explicaturum cur μίαν dixerit:frustrà Philo,ad mundi vnitatem;S. Chrysost. ad noctis & die complexum; Hippolytus Martyr, ad totius hebdomadæ complementū retulerunt.

DE OPERE SECVNDÆ DIEI.

34. *Opus secundi diei.*

IN diuini huius palatij structurâ,primo die terra pro fundamēto iacta & empyreum quasi tectum impositum; moles autem illa rudis & indigesta terræ superfusa incubuit:quæ vt conspicua fierent, simul vicaria quædam lux creata. Sequenti die,progreditur Deus,ad chaos illud aquarum euoluendum,distinguendum,expoliendumque.

Vers. 6.

35. *Cælorū orbes præter empyreum ex aquâ creati.*

Fiat] Vnde?an ex quinctâ quadā essentiâ, vt Aristoteles censuit? sed eam ab illo inuentam stabiliendo errori de mundi æternitate, D. Ambrosius *hic lib.1.cap.6.* acutè animaduertit illius quintæ essentiæ à Deo creatæ nulla in Moyse expressa legi vestigia. Patrum concors sententia est, eandem aëris & cælorum(aquas) esse materiam, eamque corruptibilem esse naturâ suâ,hoc si verum est;ex mole illâ aquarum coaluit firmentum.Ego non libenter me à veteris Ecclesiæ placitis abripi sino. *Tenuerunt, quod dixi post Clementem Roman. ex D.Petri relatione lib.1.Recognition.Tertullianus siue Nouatian.lib.de Trinita.cap. 8. Hippolytus Martyr,Gennadius,Acacius & Seuerianus in Cathenâ Graecâ, Cyrill.Hierosolymita.Cateches.3.& 9.Theod.hic q.11.Anastasius Synaita Hexaëm.l.2.Oecumen.in 2. Pet.c.4.D.Hieron.epist.ad Ocean.quae est 83.August.(si ipse auctor)libro quaestionum vtriusque testamenti,Marius Victor lib.1.in Genes.Anselmus Cantuariensis lib. 1 de imagine mundi cap.25. Laodunensis, Beda,Iunilius,Hugo de Sancto Victore hic.*] en XIX. *testes.*

36.

Firmamentvm.] prodeat,existat, expandatur, solideturque ex hac aquarum incompositâ colluuie,corpus quoddam melius & solidius,quod inter aquas superiores & inferiores, quasi quidam murus, ad eas dispescendas coërcendasque interponatur. *Sic S.Basili.hom.3.& Chrysost. hom. 4.* רקיע *Raqhiah* propriè & vt plurimùm significat expansionem seu extensionem,non quamlibet, sed eam maximè, quæ extensione ipsâ corpus fluidum firmat solidatque:ideo LXX.(quicquid recalcitret Caluinus) optimè vertunt στερέωμα noster *firmamentum*; quod non tantùm Zamorensis, & Lipomanus Catholici, sed ex Caluini amicis Fursterus & Auenarius hæretici comprobarunt. radix רקע *Raqhá*, propriè significat contundere, & vt ita loquar malleare, quo more fabri ferrū extēdunt,&poris occlusis solidius reddūt,quod cernas in thoracibus qui glandibus sclopetorū resistunt:cernas etiā in argillâ cóculcatâ.Ideo Rabbini, eùm de corpore stereometrico disserūt,illud *Raqhia* appellant. Vox igitur *Firmamenti* aptissima est cælo; quod Deus,scribitur extendisse sicut pellem seu cortinam tabernaculi *Ps.*104.3.*Isai.*40.22.Sed etiā eos præparasse, *Prou.*8.27.hoc est *firmasse sursum, ibid.v.*28.& solidissimos instar fusilium æreorū fabricasse. *Iob.*

רקיע *Quid hoc loco.*

H 37.19.

38. Empyreum non vocatur firmamentum, ſed reliqui cælorum orbes, & cur.

37.19. Quæ loca non de empyreo,(quod non niſi cælum,numquam firmamentum, inuenias vocatum.nimirum quia non fuit ex fluidâ & fluxâ materiâ firmatum,& ideo nomen Hebræum illi non ſatis aptum.) Sed de reliquis orbibus cæleſtibus ſunt accipienda : qui orbes paſſim ſic appellantur,vt cum Sol & Luna dicuntur creati. in firmamento Ĵ.v.17.& ita ſumitur Eccleſi.43.in prin.& Dan.3.36.& 12.3. Hîc tamen *firmamenti* nomine complectimur etiam aërem & (ſi qua talis) ſphæram ignis : non quòd vi ſignificati contineantur , ſed per quandam concomitantiam,& ſitus connexionem,ſiue vt acceſſionem exiguam magnæ molis.Sciô à Zoroaſtre & Damaſcio varios firmamentorum orbes poni , & eorum primum empyreum , tres ſequentes æthereos,& tres vltimos materiales nuncupari:nunc non de iſtorum deliriis, verum de Sacræ ſapientiæ ſermone agitur.

VERS. 7. IN MEDIO]non mathematico,ſed rudi Mineruâ ſumpto, ſpacio quod interiacet inter imum globum terræ & aquæ , & inter cælum ſupremum:ſeu in medio,aquarum ſeparandarum.

39. Super cælos eſſe veras aquas.

DIVISITQVE AQVAS]Multi ex Catholicis ſuperiores haſce cõtendunt eſſe nubes ipſas , & firmamentum medium eſſe aëris elementarem partem:ſeu totum ſpatium inter cælum & terram diffuſum:quam tuentur in Coſmopeiâ Eugubinus , & Pererius noſter *in huius vers. commentariis*,citans ſuæ ſententiæ nonnullos. Vnde apparet mentiri Caluinum ; cùm ſcribit Catholicos velle pro fide tenendum has aquas ſupra cælos veras aquas eſſe. Addo cetera quoque huius hirci petulca dicta contra hanc ſententiam Catholicorum plurium,ſcuticâ potiùs vel ardenti titione,quàm refutatione digna. Primò dicit hoc à ſenſu communi alienum; Secundò id prorſus incredibile.Ain Calue?Quomodo alienum à ſenſu communi , quod receptius viris doctiſſimis & ſapientiſſimis ab omni antiquitate? Nam has aquas veras eſſe & homogeneas cũ inferioribus, tam multi,tam graues prodiderunt,vt Oecumenici cuiuſdam conſilij decretum & conſenſum mihi referre videantur. Enumerabo Græcos , Latinóſque ordine ſuo,quos noui.*hoc volunt Clemens Rom.in.lib. 2. Recognit. Iuſtinus q.93.ad Orthodox. Baſilius hom.3. Epiphanius in Epiſt. ad Ioannem Hieroſolym.Chryſoſt.hom.4.& in pſalm.148.Cyrillus Hieroſ. catheche.9. Theodoret.hic q.11.Procop.hic,Hippolytus & Seuerian.in Cathe.Euthym.in pſal. 103.Ex noſtris Tertullian.d.c.8.Hilarius in Pſ.135. Ambroſius lib.2.Hexaem.capit.3.& 4. Hieronym. d. epiſt. ad Oceanum , Auguſtinus lib.2.de Geneſ.ad litt.cap.5.lib.11.de Ciuita. Dei cap.vlt.& in d.pſ.103.& ibi. Caſſiodor.Haymo,Bruno,Lombardus, Richardus Pampolitan.nec non Eucherius,Rupertus , Hugo de Sancto Victore , Beda & Strabus hîc , Anſelmus Cantuar.d.loco c.25.& 28.Richardus de S. Victore lib.2. exceptio. c. 7. & vetuſti vates Chriſtiani Dracontius Hiſpanus,& Marius Victor de opere ſex dierum,& Drepanius Florus in Hymno trium puerorum.* Multa concilia ſunt , quibus non tot Patres ſubſcripſerunt. Non deſunt recentiores qui defendant quod diximus *vt Anton. Honchala & Oleaſtrius hîc , Vvelmius lib. de opere ſex dier. lectione 14. Ludouicus Molina eodem*

tractatu

tractatu quaest. 10. *& copiosissimè differens, Ascanius Martinenghus in tomo* 1. *Cathena magna in Genesim à fol.* 648. A sensu ergo communi non abhorret opinio.

Maximè verò credibilem patet, quia Sacræ Sripturæ verbis maximè contentanea est nudè & simpliciter acceptis, quæ contrarium tenentes, tropicè coguntur accipere. Sunt enim (meo iudicio) loca Sacræ Scripturæ clarissima, præter hunc nostrum, alia tria. psalm. 103. 3. habes; *extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius.* psal. 148. 4. *aquæ quæ super cælum sunt.* Daniel. 3. 59. *benedicite omnes aquæ quæ super cælos sunt Domino* cedo vllum S. S. locum vbi nubes super cælos positæ dicantur? vix vnquam *cæli* in plurali † pro aëre
40. Cæli in plurali vix in S. S. pro aëre.
capiantur? Semper ferè quando pro aëre, inuenias numerum singularem, vt psal. 146. 8. *qui operit cælum nubibus.* Gen. 9. 14. *obduxero nubibus cælum.* Iob. 38. 29. *gelu de cælo.* Isai. 55. 10. *descendit imber & nix de cælo.* Ierem. 10. 13. *dat multitudinem aquarum in cælo*, vt *volatilia* seu *volucres cæli*, vt infr. hoc cap. vers. 26. & 30. & passim, & *nubes cæli & cataractæ cæli*, Gen. 7. 11. & 9. 14. venti cæli, 4. Esdr. 11. 2. contrà cum de orbibus cælestibus indistinctè habes vnius vel plurium numerum, vt *rorem cæli*, Gen. 27. 28. & *cælorum*, vt Deuteron. 33. 28. *cælique caligabunt rore.* Item Isai. 45. 8. Aggæi. 1. 10. & Zachar. 8. 12. adeò vt cum in plurali vsurpet, opponi videas ipsis nubibus, Iud. 5. 4. *cælique ac nubes distillauerunt.* Sunt huiusmodi testimonia plurima. Contra vix vnum inuenias pro aduersariis, 2. Reg. 22. 12.
Locus 2. Reg. 22. 12.
cribrans aquas de nubibus cælorum, vbi non possumus nubes cælorum interpretari, quæ cælitùs videntur dependere, & demitti, quoniam in psal. 17. 12. qui huic capiti respondet habemus, *tenebrosa aqua in nubibus aëris.* Isai. 45. vers. 8. *Rorate cæli desuper. & nubes pluant iustum.*
Locus Isai. 45. 8.
cælis nubes opponuntur, illis ros, his pluuia tribuitur. Non obstat
Locus Ier. 14. 22.
Ierem. 14. 22. *aut cæli possunt dare imbrem*: non enim loquitur de cælis veris, sed de fictitiis habitaculis falsorum numinum, quæ à Gentilibus confingebantur: ideo non est positum pro vero aëre. Nam cum de verò aëre loquitur alium numerum vsurpat, vt cap. 51. 16. *multiplicantur aquæ in cælo.* Cur autem Hebræi soliti rorem orbibus cælestibus potiùs quàm aëreis nubibus ascribere, in Sacra physicâ discutietur. Satis probatum verbis & consuetudini loquendi Bibliorum, sine vllâ vi, nostram sententiam esse consentaneam: aliter volentium violentam.

Æquè probabilis est, si rationes spectes. Nam quæ solent obiici
41. Respondetur obiectionibus aduers. de his aquis.
nulla nos premit. Corruptibiles esse naturâ suâ hasce lymphas, fateor, corrumpendas actu nego, cur non potest corruptio impediri? an otiosa vis frigiditatis tot aquarum, calori, quem excitat motus orbium, apta resistere? nonne id potest, qualitas loci conseruantis? aut vis aliqua supernaturalis à Deo impressa? & quid intellectu facilius, quàm si Deus censeatur concursum suum vniuersalem ad omnem alterationem necessarium, qua corrumpi aquæ possent, iam ab initio subtraxisse? Finem, quò illic positæ, nouit qui posuit & creauit, &

dispescuit: ego consiliarius eius non fui: sed certus sum, quicquid ab eo factum, id optimo fine prudentissimè factum. Quot alia sunt ante pedes, quorum causas & fines ignoramus? Violentiam illic nullam perpetiuntur hæ aquæ, nec descendere anhelant, quia sursum aut deorsum ferri, tum demum natura elementorum postulat, quando infra orbem lunæ, & extra locum connaturalem statuuntur. Concludo cum B. Augustino quoquomodo & qualeslibet aquæ ibi sint, esse eas ibi minimè dubitandum: maior est quippe huius scripturæ auctoritas, quàm omnis humani ingenij capacitas.] *d. lib. 2. de Gen. ad litt.* Et locum hunc explico ex traditis ab S. Hippolyto in Catena; hoc secundo die Deum hanc molem aqueam in tres portiones diuisisse: & vnam eamque mediam subitò condensasse in orbes cælestes: aliàs duas iussit aquæ substantiam & accidentia retinere, & vnam quidem partem mansisse impositam toti cælestium corporum hoc die creatorum globo, subditam empyreo seu cælo cælorum; alteram relictam infra concauum orbis lunaris, supra terrarum molem; & hanc imam vim aquarum, rarefactâ earum non exiguâ parte in aëris, & ignis fortassis elementum migrasse, reliquam, quod erat, aquam remansisse de quo postea.

41. Explicatio huius operis 2. diei.

VERS. 8. VOCAVITQVE DEVS FIRMAMENTVM CÆLVM) cæli nomen meritò tributum firmamento, tum quia huius firmamenti maior & melior pars sunt cæli: tum quia illud ex aquis produxerat, & cælum Hebræis dicitur שמים *Scamaim* quasi שם *Scam* מים *Maim* quod interpretatum *illic aquæ*. (Hieron. epist ad Ocean.) denique quia in sacra Scriptura *cæli* nomine venit, quicquid supra terræ & aquæ globum fluctuat vel voluitur, etiam aëris pars ima, sicut cùm Deus dicitur *dare pluuiam de cælo* Acto. 14. 17. aut *aquilæ cæli* dicuntur. Thre. 4. 19. Et ideo hic complector cum orbibus cælestibus, eam quæ supra nos est regionem elementarem; quæ moles à superiore quidem parte debuit esse solida, sicut est crystallinum cælum; ab inferiore verò sui parte etiam catenùs firmam esse oportuit; vt non defluat aër terræ marisque globum cótinens & gyro circumdans suo: pluuiæ de vaporibus huius globi natæ, sursùm eleuatæ, & in aëre condensatæ sine aëris defluxu recidunt: aër ipse manet illæsus. Sic fermè qui de Hexaëmero scribunt *D. Basilius hom. 3. D. Nyssen. de opere sex dier. & S. Ambrosius lib 2. cap. 4. & Procopius hic.*

42. Cur cæli impositum nomen firmamento.

43. Firmamentum quid hoc loco.

Porrò in codicibus † Græcis hodie legimus, *& vidit Deus quod bonum*: quod nec legit Chaldæus, nec est in Hebræis, nec vllus vett. interpretum transtulit, vt testatur S. Hieronymus *Apolog. ad Pamm. pro libris aduersus Iouinianum.* legit tamen D. Basilius d. hom. 3. fortassis vitiosum nactus exemplar. Nam mihi probabilius est, LXX. id non posuisse. Cur hic Moses non dixerit, ratio de binario D. Hieronymi, non est truphatica (vt barbarè & impudenter Nicolaus) sed est mystica; litteralis est alia, luci diei primi nihil ornamenti accessurum; firmamentum verò quarto demum die venustandum & perficiendum erat: est Iarrij, quem Catarinus, & alij secuti: huic

44. An Deus hoc opus viderit esse bonum? & cur Moyses id prætermisit scribere.

tamen

tamen obstar,quod sequenti vers. dictum id, de terra & mari, non- 45. Connexio.
dum creatis animalibus.

DE OPERE TERTIÆ DIEI.

MOre architectorum, magnæ huius domus mundialis velut Opus tert. Diei.
integrantes partes composuit: nunc illas exornare singulas, &
fini, ad quem conditæ, incipit adaptare. Ideò terram maris inregu-
mento liberat, & duobus his corporibus sedem statuit: tellurem in-
de herbis & arboribus vestit & honestat, vt animantium habitationi
fiat idonea.

CONGREGENTVR AQVÆ] iam erant creatæ: ideò non dicit, VERS. 9.
fiat aqua: sed iubet eas congregari. Erat aqua dumtaxat eius densi-
tatis,cuius nunc sunt flumina (quæ videtur eius naturalis esse densi-
tas) maiorem aquarum sublunarium partem Deus (scilicet, quæ
nunc est marina) nonnihil ampliùs (fortassis admixto aliquanto 46. Quo pacto
terreo) conspissauit; & ita factum, vt minore quàm priùs alueo in- aquæ con-
digens, partem terræ magnam reliquerit *aridam*, cuius ante totam gregatæ in
superficiem contegebat. *Sic Augustin. lib. 1. de Genes. ad litte. cap. 12. &* maria.
lib. 1. contra aduersar. legis & Prophetar.) Præterea fecit Deus terræ
partem in valles subsidere, partem in montes assurgere: atque ita
multum aquarum in varios hinc inde natos hiatus se abdidit, mul-
tum etiam à terra, quæ altior & maior est aquis, & circumquaque
decliuis iacet, per varios riuos & subterranea in Oceanum defluxit.
Quem modum ex Psalm. 103. à vers. 5. præclarè probat & deducit
Rupertus *hic lib. 1. cap. 34. & 35.*

QVÆ SVB CÆLO SVNT] aliæ ergo suprà cælum seu firma-
mentum. IN LOCVM VNVM] in congregationem, vt ex LXX. 47
vertit Tertullian. vnam vnitate continuationis. Nam ex veriore sen- Omnes
tentia omnium aquarum confluges tandem Oceano vniuntur. *D.* aquæ Ocea-
Basil. hic hom. 4. Ambrosius lib. 3. c. 2. & 3. Hieron. in c. 3. Habac. Vel sanè no iunctæ.
vnum segregem seorsum ab arida. *Sic Rupert. d. lib. 1. cap. 32. Damascen.*
lib. 2. de fide cap. 9.

APPAREAT ARIDA] non fieri seu produci iubet, quæ iam
erat; sed detegi & in gratiam animantium nudari vndis, & desicca- 48.
ri ab vligine, & sic (vt ait Basilius) quasi velo remoto & cortinis re- Vnde fiat vt
uolutis, se conspicuam præbere. Hanc Dei iussionem quotidie cer- aqua semper
nimus in aquis vigere: quæ multis semper gyris & mæandris circa ad ima terra
montium radices conantur decliuem locum inuenire: quod si ne- rum tendat.
queant propter editorum locorum impedimenta; illic vbi impe- 49. Fontiũ sca-
diuntur, in lacus se porrigunt, & defixæ stagnant in paludes: tan- turigines, la
démque altitudine aquarum obicis cacumen superantes, cum impe- cus, & palu-
tu rursus ad ima decurrunt: sin tam modicæ sint, vt nequeant ca- des.
cumen conscendere, protinùs meatus occultos rimantur, & subter-
raneas cauitates implent, locisque accommodis fontium, & puteorum
venas suggerunt. Probabile † hoc eodem tertio die Deum marmo- 50.

ra, metella, fossiliaque cetera produxisse, quæ in terræ penetralibus
Metalla, & cætera fossilia. abdita cupiditatis humanæ insatiabilis audacia perscrutatur. Denique in † imo terræ centro eleuata inde portione tot montiũ, & litorum
51 Inferni locus. editorũ, vastũ spacium reliquisse: crediderim, vbi de ipsa terræ substantiâ sulphurei ignis & conflagrationis inexhaustam materiam, & per illud inane Diabolo & Angelis eius, sedes æternas, pœnamque præparauit: quem locum Gehennam & infernum nuncupamus. *Matth.* 25. 41. describit eleganter Tertullianus libr. de animâ cap. 55. sed pluribus: neruosè paucis Apologeti. cap. 47. definiens, *ignis arcani subterraneum ad pœnam thesaurum.*

52 Quo pacto terrâ aqua deseruerit, stabilita sit & mari terminus positus. FACTVM EST ITA.] recesserunt aquæ, non solis ardore, (qui nondum creatus) nec vento valido (quo nihil opus) nec pedetentim (quoniam Dei efficax iussio moras abrupit:) sed sola Dei virtute & voluntate, cui cuncta obediunt (*Basil. sup. Ambros. sup. cap.* 5. *Chrysost. hom.* 5.) totus ille orbis terræ, qui non futurus mari pro alueo, se simul repentè ostendit: & mari terminus positus quem non transgrediatur, nec redeat cooperire terram *Iob.* 38. *à v.* 8. *psal.* 103. *v.* 9. terra quoque stabilis facta, & licet pendula, tamen immobilis super nihilo appensa, *Iob. d. c.* 38. *vers.* 4. *&* 6. *& c.* 27. *vers.* 7. *& d. psal.* 103. *v.* 5.

VERS. 10.
53 Arida cur dicta terra. VOCAVIT] vide sup. v. 5. ARIDAM sic appellat non quod arenosa tota & infrugifera foret, sed quia, quæ prius limosa & aquis cooperta, nunc fuit ad congruam siccitatem perducta. Nam radix יבש *Iabash*, significat exsiccare. Sensus ergo huic arefacto elemento inditum nomen ארץ *Eretz*, cum sex punctis, hoc est *terra*; quæ sic vocata à RAZAZ *calcare.* sicut Latinis à terendo: creata vt ab animantibus incolatur, teratur, calceturque. *Eugubinus in Cosmopa.* Dicunt Hebræi ביש vocari, quod omni fructu careret: ארץ quod iugiter appetat fructum ferre. *Sic Isidor. Clarius* Porrò sicut Hebræi *arida* nomen absolutè vsurpant de terrâ; sic Græci ὑγρὴν de mari. Exempla
usen. Callimachi, Apollonij & Oppiani, suggerit Conrad. Rittershuius *Comment. in Oppianum.*

54 Maris significatio apud Hebræos. CONGREGATIONES AQVARVM) nihil sententia mutat, siue dicas in singulari *congregationem*, vt est Hebr. & Chaldai. siue vt noster & LXX in plurali, loquitur de cunctis aquarum generibus, siue dulces sint, vt mare Genezareth; siue salsæ, vt Oceanus ימים *Iammim*, teste Hieronymo hîc, vtrasque significat. Sensus: maris nomen quibusuis multarum aquarum receptaculis indi statuit. Sal-
55 Salsugo an mari natiua: vel addita. sugo non est mari natiua (*bene post Aristotelem* 2. *Meteor. Theophylus ad Autolycum lib.* 2. *& Damascenus lib.* 2. *de fide. c.* 9.) sed Deus, cûm aquas marinas ab aliis distinxit, illis terrenas & adustas exhalationes admiscuit, vnde salsugo; idque vt à putredine conseruarentur, tum ipsæ aquæ, tum marinæ illæ ingentes belluæ: sed & alias ob causas.
56 Mare cur in tot sinus partitum. Easdem aquas in tot alueos, tot locis in varios sinus terrarum intulit, vt tota hæc arida vicinior esset mari, è quo maiori ex parte nubium materia ascendit, vt ita tellus commodius irrigaretur, & ventis marinis ad salubritatem & fœcunditatem perflaretur.

VIDIT

VIDIT QVOD ESSET BONVM] nempè hanc aridam esse de- 57.
tectam, & aquas seorsim in vnum congregatas: eo quòd hoc facto, Formulæ:
tam terra quàm mare pulchrior & vtilior animalibus futura. Non *Bonu factum* origo.
ergo istud *bonum* hîc refertur ad ipsam terram, & mare quasi quæ
iam perfectè exo rnata, sed ad terræ ostensionem, & separationem
prædictam. Vndè patet solutio obiectionis factæ sup. in fine vers. 8.
Videtur † autem ista clausula non absimilis illi Romanorum, quam
rebus actionibúsque ascribebant; BONVM FACTVM, de qua
Brissonij formulæ consulantur: fortassis ab Hebræis hoc quoque
sumptum.

GERMINET TERRA] Tertullianus, *frutices*, sensus, materiam † VERS. 11.
suppeditet germinationi. Nam terra dumtaxat hac vice passiuè, Deus 58.
solus actiuè & efficienter germina produxit. Psal. 103. vers. 14. *Produ-* Germinare
cens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum, vt educas panem de terram quid
terra. Produxit hæc germina † Deus tertio die ante Solem, ne ger- & quæ causa.
minum vt auctorem mortales Solem venerarentur. *Theophil. d. lib. 2.* 59.
Basilius hom. 5. Procop. Ambros. alij. Ante † animalia verò, vt iis natis Cur ante
statim pabulum præparatum occurreret, *Basili. & Ambros. sup.* Solem germina.
Theodoret. quæst. 13.

HERBAM VIRENTEM] דשא *Desce*, significat omne germen 60.
siue herbæ, siue arbusti, dum adhuc tenellum & recens est: עשב Cur ante animantia.
Ghesceb, idem significat iam adultum & grandiusculum. Itaque 61.
Hebræo textu significatur, omne genus herbæ & plantarum pro- Herba virens quid.
ductum, hoc est, vt vocant vna voce Sallust. in Iugurthi, & Lactan- Gignentia.
tius lib. de ira Dei omnia *gignentia*, Græcis φυτὰ καὶ βοτάνας, plantæ
& herbæ. Noster prudentissimè, vt solet, viridem seu virentem ver- φυτὰ καὶ βοτάνας.
tit, non coloris tantum indicandi gratia, sed vigoris & succi, ne quis
siccum germen seu fœnum putaret significari: siccitas enim herbæ
& arefactio ad corruptionem, non ad generationem pertinet. Et
quoniam initiò omnia creata sunt adulta perfectáque, ideò posterius
vocabulum *Ghesceb* censuit additum, pro restrictione prioris *Desce*,
quod aliàs latissimè patet: quod seqq. confirmatur. Sensus † ergo 62.
est, herbam adultam quidem, sed adhuc viuidam & succi plenam Herba qualis creata.
aptam alimento. LXX. *herbam fœni*, non quæ iam fœnum, sed quæ
fœnum futura cùm demessa.

ET FACIENTEM SEMEN] Tertullian. *seminantem semen* 63.
ex Græco; tam adultam vt mox apta quæ paulò post queat semen, Hebraism.
ad speciei suæ propagationem, seminare. lignum pro

LIGNVM] arborem † Hebraismus. arbore.

POMIFERVM] *fructuosum faciens fructum*, ex Græco Tertullian. 64.
noster optimè: † quia pomum pro quouis arboreo fructu Latini Pomum pro omni fru-
vsurpant. *Vide quæ dixi Aduersar. ad Thyesten Senecæ Tragici vers. 110.* ctu inde pomiferum.
Sub frugiferis infrugiferas † Moyses comprehendit, vt ignobiliores, 65.
Sic Basil. & Procop. Quamquam & hæ suo fructu non carent: nulla Quando crea-
enim quæ non aliquam exhibeat vtilitatem, quæ homini prò fructu, tæ infrugiferæ arbores.
quare & earum quoque vsusfructus appellatur. *Sic Ambros. hic lib. 3.*

 cap. 13.

66 Vis sibi simile gignendi in plantis.

cap.13. & D. August. lib.3. de Genesi ad litt.cap.18. CVIVS SEMEN] quod sibi simile gignendi vim habeat, non precariam vel emendicatam aliunde, sed natura sua in seipso; siue in fructu, siue in folio, siue in ramis, siue in radice. *Basil. suprà homil.5. & Ambros. cap.14.* SVPER TERRAM] hîc idem quod, in terra elemento sibi proprio. LXX. ἐπὶ pro, super. Vis hæc illis indita hac iussione etiamnum perseuerat.

VERS. 12. 67. Productio hæc quo differat à sequentibus.

PROTVLIT TERRA] non tantùm tunc † vim accepit hac iussione in posterum proferendi; sed illo ipso, quo Deus iussit, momento actu eam cum fructu maturo produxit. Nam licet sequentium productionum, quoad modum quoque, efficientia sit terræ connaturalis; attamen primæ huius productionis effectus diuinæ omnipotentiæ soli, quoad modum, est ascribendus, quam decuit primo instanti cuncta perfecta producere. *Philo. lib. de Cosmopœia, Basili. Ambros. Marius Victor hic.*

68. Spinæ & venena, &c. An tunc producta.

Tum etiam protulit terra † rosam cum spinis, paliuros, cactum, cicutam, & omnes venenatarum vel molestarum plantarum species. Verisimilius enim mihi, hisce sex diebus Deum creasse cunctas rerum completarum species, & ab huiusmodi rerum productione septima die quieuisse. Nam cap.2. vers.5. non obscurè significatur Deus hoc sex dierum spacio omne agri virgultum fecisse, huiusmodi autem multa & spinosa, & virulenta. Sed quo anni tempore? † Nondum annus erat sole nondum producto:

69. Quo anni tẽpore mundus cõditus.

sed quæritur quæ anni tempestas cœperit Sole iam creato. Hebræi omnes mordicus tuentur auctumnale æquinoctium; nec res caret probabilitate. Tutior tamen sententia, quæ verno censet, hæc fuit Concilij Palæstini, cui Cæsareæ præsedit Theophilus iussu Victoris Papæ, & eam Patres communiter tenent.

DE OPERE QVARTÆ DIEI.

Opus quart. Diei.

QVarto die Deus sidera & stellas omnes, fixas & erraticas generatione quadam supernaturali ex cælorum materia produxit, eam condensando quo ipse nouit modo: nam exactior de his, & siderum cælorúmque discrimine disputatio Physicæ speculationis est.

VERS. 14. 70. Luminare, quid hoc loco.

FIANT] existant. LVMINARIA] vasa quædam luminis. φωστῆρες † LXX. hinc nata opinio lumen primæ Diei Soli inditum quasi lampadi. Sanè prophanis etiam Sol, *lampas* dictus Lucretio & Virgilio; meliùs eidem Lucretio *fons luminis*: & sic Latinam vocem capio; Græcam quoque, quia lumen præbet.

IN FIRMAMENTO] in illa cælorum mobilium expansione. Nam Hebræum vocabulum non est peculiare vlli cælorum: vt nec Græcum.

71. Diei & noctis diuisio.

DIVIDANT DIEM AC NOCTEM] hominibus † & animantibus mox nascituris, vices laboris & quietis indicent. Discrimen inter diem & noctem statuant, vt explicant LXX. Patet de artificiali die loqui, & hæc rudi populo crassa Minerua proponi, quasi

Luna noctem adducat, ficut Sol diem: cùm Sol vtriusque caufa fit, diei fua præfentia, noctis abfentia fua à noftro hemifphęrio.

IN SIGNA] Non vana illa & coniectanea aftrologorum, quos paffim facra Scriptura damnat, vt oftenfum à me, *lib. 4. Magicar. difquifit. cap. 3. q. 1.* Sed alia, quæcumque licitum obferuare de Sole & Luna, fiue fuerint miraculofa, velut Solis ftitio ad Gabaa, & vmbræ regreffio in horologio Achaz (*im Diodorus Tarfens. & Procopius:*) fiue prodigiofa & prænuncia diuinæ vindictæ, vt acies equitum difcurrentium in hiftoria Machabæorum, Solis obfcuratio in Apocalypfi, (*fic Ambrof. & Eucherius, & illi aly laudati:*) fiue fint naturalia, vt funt Prognoftica τῶν φαινομένων, (*fic Philo, Bafilius, Damafcenus,*) fiue alia qualiacumque. Hebræ. אות *Oth,* cuiuis figno conuenit. 72. Signa multiplicia.

ET TEMPORA] מועד *Moghed*, Hebræum nofter ad quædam tempora ftata & definita retulit, vt intelligamus agi, primo de quatuor anni tempeftatibus; (*fic Philo & Bafilius*) fecundo de temporibus meffis, vindemiæ, oliuitatis, & aliis naturalibus oportunitatibus (*fic Theodoret. hic, & Athanaf. in Quæftionibus.* Tertio quadam confequentia & extenfione de feftis feu feriis Ecclefiafticis illius populi, Neomeniis, Kalendis, & aliis. (*Procop. & Cyrill. hic:*) item de forenfibus, vt nundinis, iuftitiis, &c. Radix eft יעד *Iaghad,* definire, defignare, & certo ftatuere, vt rectè Furfterus. Inde *Moghed*, fignificat rem quampiam certam & definitam ratione temporis vel loci, nam porrigitur ad agmen, & tefferam militarem, tentorium ducis, & quemuis indictum conuentum. Quod verò fequitur, *& dies & annos,* exegeticum eft, q. d. hoc eft, vt fint notæ & indices omnium † dierum, naturalium, artificialium, facrorum, profanorum, criticorum, forenfiúmque; annorum quoque folarium, lunarium, magnorum; de quorum differentiis confulendi Cenforinus & Macrobius. 73. Temporum quomodo fol & luna definiant. 74. dierum & annorũ genera.

VERS. 16.

DVO LVMINARIA] illa duo luminaria quæ dixi, patet ex articulo Hebræo: intelligit Solem & Lunam. Luna † minor eft omnibus aftris, excepto Mercurio, vocatur tamen *luminare* magnum, quia nobis propter viciniam maior fideribus videtur: & quia maiore vi & efficacitate, quam ftellæ, in hæc inferiora pollet. *Chryfoftom. hic hom. 6.* 75. Luna quo pacto. magnum luminare.

LVMINARE MAIVS) Solis lumen † cum ftellarum & Lunæ lumine comparat; quæ fimul vix tenebras nocturnas leuiter colluxant: Sol folus etiam clariffimum diem præftat. 76. Solis luminare cur maius.

PRÆESSET] non tribuit † hac voce vllum dominium in creaturas. Nam ambo luminaria Dei iuffu hominibus feruiunt, aurigarum lucis vicem fungentes, vnde natæ fabulæ de quadrigis Solis, & de Lunæ bigis. Sol feruit interdiu lucendo, & in inferiora influendo: Luna verò & ftellæ idem præftant nocturno tempore: quæ eft germana expofitio Hebrææ locutionis לממשלת *Lememfceleth,* à radice MASCAL, *ad dominandum* feu *vt dominetur.* Nofter, ne imperium aliquod imaginère præeffe vertit, quafi dicas præcedere, & viciffitudini huic præire, velut ductorem & ideo vtitur voce, *poteftatis* pfal. 135. 7. 77. Sol & luna quomodo præfunt. Locus pf. 135. 7.

ἀρχῇ. Defensi LXX. contra Steuchũ. 135.7. *Solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis*. hoc est vt ille diei, hæc nocti ita præsit: secutus est LXX. qui ἀρχὴν vertêre; cuius versionis causâ reprehenduntur ab Eugubino, cui nunc, quia nostræ quoq; versioni offundit Coliginem, respondendum. Etiamsi ἀρχὴν sumpsissent pro Dominio & Principatu, tamẽ posset dici cum D. Augustino, *de Genesi opere imperfecto cap*. 13. *& lib*. 1. *de Genes. contra Manichæ. cap*. 14. principatum die solem obtinere, lunam noctu, quia tunc iis nihil splendidius aut excellentius apparet. Nũc cùm εἰς ἀρχὰς etiã significet *ad principia*, simplicissimè dicim⁹ quod idẽ Augustinus scripsit *lib* 2. *de Gene. ad lit. cap*. 15. *&* 16. id de initiis diei & noctis accipiendum. Quot modis ἀρχὴ sumatur docet Aristoteles. 4. *Metaphys*. Huius loci commentarius est Ieremæ. 31. 35. *qui dat solem in lumine* Locus Iere m 31 35. *diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis*; hoc est qui dedit solem vt diurnum lumen præbeat, & ordinauit stationem lunæ ac stellarum vt noctu luceant. Nihil hic pro stellarum in humanas actiones imperio, quod impij astrologi confingunt.

ET STELLAS] subaudi etiam creauit, vt cum lunâ nocti præsint. ita eas iungit psalmista d. v. 7.

VERS. 17. POSVIT EAS] non stellas tantum: sed est enallage generis† pro *ea*,
78 nempe solem, lunam, stellas, patet ex vers. sequ. & Complut. & quidã
Enallage generis Hebraism. Mãnuscrip. habent, *ea*. Hæc omnia collocauit. IN FIRMAMENTO;] hoc est *in cælo* creando ponens, & ponendo creans. *sic Augustin. d. cap*. 3.

DE OPERE QVINTÆ DIEI.

79. Aues ex aquis ortæ. PRODVCTIS astris vt lucerent & influerent, vt herbis & pomis vt alerent; nunc, quæ his vterentur, ex aquæ densiore materiã pisces, ex rariore Deus aues† produxit, productas aues non ex aëre, sed ex aquis, probabilior sententia est, primò quia textus hoc indicat, cùm de aëre his vers. nulla mentio fiat. 2. quia hoc canit Ecclesia in vesperis Feriæ 5. Denique quia hoc censent grauissimi scriptores tum Patres præter Rupertũ ferè, tum Scholastici quoque. Hieronymum, Augustinum, & D. Thoma citamt Pererius; Addo Philonem qui idcirco aues piscium cognatas vocat lib. de mundi opificio. Ambros. lib. 5. c. 14. Cyrill. hîc, Theodoret. lib. 5. diuinor. Decretor. Marium Victorem hic lib. 1. Damascen. d. lib. 2. cap. 9. Hugonem & Richard. de sancto Victore & alios.

80. PRODVCANT] Hebræũ שרץ Scaratz, vix vno verbo potest Latinè explicari: Germani duo habent, *VVedlen vnd Gredlen* possumus exponere, scaturiant in maximã copiã. Nam respicit ac piscium innumeras species. sic ps. 103. 25. *Illic reptilia quorũ non est numerus*. AQVÆ]
81. An ex solâ aquâ pisces geniti. Basili. Theodoret. Ambros. Chrysost. solam aquam memorant: sed S. Bonauentura & Scholastici ex quatuor elementis compingunt, & seq. c. v. 19. volatilium generatio etiam terræ tribui videtur Concilio, quia præcipuè ex aquæ materiâ, non tamen sine reliquorum elementorum

torum admixtione. REPTILE)vt potuit,noster expressit Hebræum 82. Reptilia quæ.
Sceretz. vt & LXX.qui in plurali *ἑρπετὰ* vniuersim de iis quæ vel nul-
los habent pedes,vt congri,murenæ,anguillæ;vel idoneos tantùm ad
rependum,vt lacerti,crocodili,centipedes,*repentiâ*, vertit Tertullia-
nus.Sic autem vocantur pisces;quia sicut colubri in terris, ita pisces
in aquis super ventrem & pectus mouentur. Ad pisces †,seu repti- 83. Amphibia quãdo creata.
lia referũtur amphibia,vt fibri,lutræ,hippopotami : quia licet pedibus
prædita, ijs tamen,dum sunt in aquis, non gradiuntur,sed rependo,
vtuntur pro remigio.Videant Euripides & Seneca, quam aptè pho-
cam seu pristim exitialem Hippolyto describant.

ANIMÆ VIVENTIS]*animarum viuarum*,Tertullian.ex LXX.Cla- 84. viuens quid.
rius noster,vt est Hebraicè in singulari, quia singulis vna dumtaxat
est anima vitæ largitrix,anima sensitiua,quę motus principium,& quâ
propriè viuitur à brutis. & sic solet *viuens* in sacra Scriptura sumi.
J. v. 30.

VOLATILE] Tertullian. ex LXX. *volatilia volantia super terram.*
Hebrea ad verbum,*& volatile volet super terram* Vnde Steuchus,Caie-
tanus, & alij recentiores cum suis Rabbinis contendunt,hoc loco nõ
probari aues ex aquis genitas,& nostrum non rectè transtulisse. Sed
pro nostrâ versione faciunt LXX. qui non crediderunt verbo *volet*,
sed κατὰ παρονομασίαν, τὰ πετεινὰ πετόμενα, quia Hebraicè haut absimili
sono habes עוף יעופף *Shoph leghophephe.volatile volet* : quod noster bre-
uitatis causa pretermisit,sciebat enim perinde esse ac *volatile quod aptũ* 85.
volare,seu *volans*. Deinde frequens est Hebræis verbum aliquod sub- Hebraismus
audire. Hoc certè loco censuerunt LXX. & Hieronymus subaudiri sæpe verbũ
voculam,*quod* scilicet *volatile quod volet*,& repeti præcedens producat subaudit.
à quo tota regitur oratio.hac sententia, producat etiam aqua animal
omne,cui natiuum volare.

SVB FIRMAMENTO CAELI] in vasta hac expansione aëris quæ VERS. 21.
cælo subiicitur.LXX.*secundum*seu *iuxta firmamentum*.obscurè Tertul- 86.
lianus,*per firmamentũ cæli*.Clarius:*in prospectu cœli,vt cũ dicitur sub diuo:*

CETE GRANDIA]*magnos cetos*, Tertullian. תנינים *Thaninim.* † si-
gnificat quaslibet belluas vastæ magnitudinis,aut formæ prodigiosæ,
siue in terris,siue in aquis degant;Sirenes *Isai.*13.*v.* 22. dracones ter-
restres *Malach.*1. 3. & marinos *Ezech.* 29. 3. Vnde patet, & fatentur
Rabbini,de aquatilibus belluis tantum agi,hoc loco;sed non restrin-
gi ad certam speciem, verùm pro quouis maximo pisce quales
esse solent qui de cetorum genere, sumi. *Sic Gennadius, post Theo-
dorum in Catenâ.* Quare rectè LXX.& noster vertunt *Cete* tum hîc 87.
tum alibi,Iob.7.12. *Numquid mare ego sum,aut cetus.* Isai. 27. 1. *occidet* Pisces parui
*cetum,qui in mari est.*Porro sub†magnis piscibus, intelligendi mino- quando creati.
res quoque creati.*ita Procopius*.ATQVE MOTABILEM] coniunctio†
vim habet explicandi id quod præcessit.significat Moyses se vocasse 88.
animam viuentem,quòduis animal quod naturâ seu ab intrinseco præ- Atque pro id est.
ditum vi se ipsum mouẽdi. Tertul.cum LXX. *omnem animam anima-
lium repentium.* IN SPECIES] iuxta species suas. SECVNDVM GENVS]

hoc est secundùm species suas, vt dixit de piscibus.

VERS. 22. 89. Benedixit Deus benefaciendo. BENEDIXITQVE] Dei benedicere, est ipsum benefacere; quod significat Hebræum ברך *Barach*, cum de Deo sermo. *sic Oleaster*) Benefecit † autem tribuendo illis virtutem prolificam, multiplicandi & speciem suam per maris & fœminæ vnius speciei congressum,
90. Benedictio animātium qualis. propagandi & conseruandi (*Sic Chrysostom. hom. 7.*) inditā quoque illis ad id naturali propensione, quam huius esse benedictionis partem Procop. & Rupert. hîc censuerunt meritò. Nam nisi hoc foret, facilè se animantes, homines maximè (de quibus postea) abstinerent, tot incommodorum, quæ accedunt, gratiâ. EIS] reptilibus & vola-
91. Fructus animantium proles. tilibus. CRESCITE] non mole corporis: nam quibus loquebatur, debitā quantitatem iam erant consecuta: sed numero per copulam. q.d. vos quoque † nō minùs quàm plantę & arbores fructificate. Hebraicè פרו *Pheru*. ne dubites quis sit animalium fructus, addit, & MVL-
fructus ventris. TIPLICAMINI. Notum ab Hebræis filios vocari *fructum ventris*; & à Iurisconsult. agnos in ouium fructu censeri.

92. Hebraism. Imperatiui pro futuro. REPLETE] sit piscium vbique aquarum summa copia. sic v. 28. etiam homini dicit *replete terram*. Ceterum ex † idiotismo imperatiui hîc habent vim futurorum. crescetis, multiplicabimini, replebitis. Sic Gen. 20. 7. *Redde viro suo vxorem quia propheta est*. cap. 42. 18. *facite quæ dixi, & viuetis* cap. 45. 18. *tollite inde patrem vestrum & cognationem, & venite ad me*. Et licèt his tribus locis queat imperatiuus iuxta vim suā consistere, malunt tamen multi eruditi, quod dixi. Nostro quidem loco sacra Scriptura vtitur imperatiuo potiùs quàm futuro, vt Deus denotet, se simul illis vim & facultatem tribuisse quod iubet faciendi, iuxta illud, *ipse dixit & factum est*.

93. Aues cur dicantur super terram multiplicari. Manucodiata. Phænix. SVPER TERRAM] Sic loquitur, quoniam † volucres in terrā nidificant, prolificant, & somnum capiunt. Nam & Manucodiata se tenui filo ad arborem deuincit volatu fessa: & Phænycem (si quis est) scribunt, & cinnamo in celsissimis arboribus sibi nidum construere. Sed de animantium indole & proprietatibus *in Hierophysicis* disseretur.

DE OPERE SEXTÆ DIEI.

Opus sextæ diei. DEderat aquæ & aëri, nūc terræ suos incolas & alūnos trāscribit. PRODVCAT] de terrâ, vt ex materiâ nascantur: sicut de aquâ
VERS. 24. dictum.

94. hocdie creata enā carniuora, & venenata. IN GENERE SVO] secundùm terrestrium animātium singulorū species; quę videlicet per vim seminalem maris & fœminæ procreantur. Sub † his, cum nonnullis, etiam carniuora cōprehendo, nec non venenata; quorum hæc nocitura non erāt, si peccatum abfuisset;
95. Et quæ ex putri materia solita. illa, sibi victum prouidente Deo, speciei cicurum non adlatura detrimētum, donec satis propagata. De his †, quæ ex putri materiâ nasci solent, verisimilius arbitror, tunc etiam à Deo producta, verū non ex putri, sed cōmuni ceterorum materiâ; nam tunc nulla adhuc putre-

do

do erat, & à primâ creatione omnis abfuit corruptio. Vim tamen hâc peculiarem his inseuit, seu potiùs cùm hac imperfectione ea produxit, vt etiam ex putredine nasci possent. Quoad † hybrides, quæ parentes habent diuersarum specierum, res problematica. inclino in affirmatiuam nunc productas, cum Pererio & Martinengo; quos lege. *hunc p. 2. tom: primi sub finem, illum lib. 1. in Genes. v. 24.* IVMENTA ET REPTILIA ET BESTIAS TERRÆ) rectè vertit noster. Nam † *iumentorum* voce complexus est, omnia domestica seu mãsueta animalia maximè quæ mactari aut immolari solent (quo pertinet Græcum κτῆνος ἀπὸ τὸ κτᾶν, vel si immunda, saltem gramine & segete vescuntur, & sunt pedibus ad gradiendum aptis, quæ dicuntur בהמה *Behemot*. *Reptilium* † nomine significat, quæcunque non sunt gressilia, sed repentia vel saltitantia, quæ Hebræis רמש *Remesc*. *Bestias* † denique vocauit, quidquid animantium supererat, maximè ferarum, quæ nec nomine Reptilium, quia gradiuntur; nec nomine Iumentorum, quia mansueta non sunt, & pleraque immunda, carniuora, noxia; satis erant expressa Hebræis hæc communi voce, חיה *haia*, sed Greci propriè vertunt θηρία, noster, vel *bestias terræ* vt hîc, vel *bestias agri*; *Exo. 23. 11. sic fermè Eucher. Beda, Rupertus & Oleaster*.

96. Et hybrides, quæ ex spe ciej diuersę.

97. Iumenta quid nostrò.

κτῆνος.

98. Reptilia quid.

99. Bestiæ quid.

VIDIT DEVS QVOD ESSET BONVM] quicquid eo die produxerat. Quod de piscium benedictione † præcedenti die dixerat, idem Moyses voluit, de ceterorum animantium multiplicatione virtute à Deo inditâ, à nobis intelligi: sed quia ad operis totius colophonẽ, nempe productionem hominis festinabat, breuitatis causâ, quòd à prudenti lectore procliue erat colligi, duxit sibi non repetendum. Mox propter dignitatem hominis, cùm de illo sermo, repetet vers. 28. & ne in liberorum legitimâ procreatione vllum peccatum inesse, cum hæreticis antiquis, suspicio nascatur. *sic S. Augustin. lib. 3. de Genes. ad litteram. c. 13.*

VERS. 25. 100 Benedixeritne terrestribus.

DE HOMINIS CREATIONE.

Sanctius his animal, mentisq; capacius alta.
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset.

Hoc ergo animal præstantius sexto die † Deus creauit, hominem; & vt Principem vt in, omni ornatu, supellectile, seruitio, instructam ornatamq; regiam, introduxit, in hunc mundum. *D. Ambrosium epist. 38. ad Orontianum.* FACIAMVS] numero pluratiuo † mysterium Sanctæ Trinitatis indicatur, quia non alloquitur Angelos, quorum in creatione ministerio Deus nec eguit, nec vsus fuit, cõtra Platonem, & Iudæos: sed alloquitur Filium & Sanctum Spiritum Pater, collegas potentiæ & diuinitatis suæ coæquales, filio Dei dictum aiũt Apostoli *lib. 5. Constitution. c. 6. & lib. 8. cap. 12. apud Roman. Clementem*; item Spirituisancto, tradunt S. Basilius & Theodoretus, & Cyrillus

VERS. 26. 101. Cur homo vltimo loco creatus.

102. Mysteriũ S. Trinitatis.

lib.1.contra Julianum. Indicatur etiam operis, excellentia, quia Deus quasi consultans & deliberans inducitur. *ita Rupertus hic lib. 2. cap. 1.*

103. ADAM, quid significet. HOMINEM] אדם *Adam*, hîc non est propriũ vni homini, sed cõmune toti speciei nomen; & ponitur pro plurali. Nam Hebraicè sequitur verbum plurale, *præsint.* & v. seq. & cap. 5. 2. *masculum & fœminam creauit eos*: non simul, sed successiuè. 104. Hebraismus *Imago & similitudo*, quid significet. IMAGINEM ET SIMILITVDINEM] idẽ quod Sap. 2. 24. *ad imaginem similitudinis*, vterque Hebraismus, significat, imaginem, quoad rei natura fert, prototypo simillimam atque verissimam, & quidem imaginem non delineatam, sed essentialem, habemus enim צלם *Elem*, non תאר *Thoar* tantùm, vt notat Moses Ægyptius *in more hanibulum* Porro nihil hoc loco diuersum significare *imaginem* à *similitudine*, patet, quia sacra scriptura de hac re loquens promiscuè hisce vocabulis vtitur, aliquãdo vtrumq; vocabulum coniungens vt hîc & Genes. 5. 3. de Sem, *genuit ad imaginem & similitudinem suam*: aliquando alterum solum ponit, Gen. 5. 1. *ad similitudinem Dei fecit illum.* Gene. 9. 6. *ad imaginẽ quippe Dei factus est homo.* Coloss. 3. 10. de nouâ *creatura, qui renouatur magnitionem secundùm imaginem eius. qui creauit illum*: Sibyllinũ oraculum, ex propriâ imagine expressit, Εἰκόνος ἐξ ἰδίης ἀπομαξάμενος. Ceterum] totus quidem homo est imago Dei, sed non ratione cor-

105. Imago est homo, & secundũ quid? poris, verùm ratione intellectus & voluntatis. Ideo hæc imago verè spiritualis est: eaque duplex † vna naturalis, & altera superna-

106. Imago Dei duplex in homine. turalis. naturalis seu essentialis vocatur, quà homo est animal intellectu & libero arbitrio pollens, qua dignitate gradum naturæ supremum, in quo sunt mentes cælicæ, attingit. hæc imago cùm sit connaturalis homini, hominis peccato prorsus illi nequiuit adimi. nisi homo esse desineret. Supernaturalis imago seu accidentalis, gratiæ & iustificationis, quæ demùm in gloriâ planè solidabitur perficieturq;, quadamtenus ab humani arbitrij quo ad amissionem libertate dependebat, quod eam reijcere & repudiare poterat, ideo per peccatum amitti potest, sed per gratiam atque iustificationem iterum recipitur, & sic restauratur, de hac enim secunda imagine dictum illud Apostoli

Loca duo S. Pauli. est, *d. v. 10.* & 2. ad Cor. 3. 18. *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Dei speculantes: in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tamquam à Domini spiritu.* Ephes. 4. 23. *Renouamini autem spiritu mentis vestræ: & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.* hoc est sanctitate verâ, eodem Hebraismo. Vnde etiam infertur intellectum, & liberum arbitrium non esse in nobis imminutum vel debilitatum (multo minus amissum vel seruituti mancipatum, vt volunt hæretici). debilitatum inquam in ijs quæ substantia eius exigebat, seu quoad nudam illam essentialem imaginem; sed quoad effectum, vsum, & operationem, & vires suas exerendas, vulneratum, & ornamentis quoque quæ originalis iustitia præbebat, spoliatum fuisse. Multa enim potuissemus in statu innocentiæ, quæ nunc non possumus: sed hoc contingit ratione huius secundæ imaginis. Atque ita Patres intelligendi, quando de debilitato vel

immimu

imminuto libero arbitrio; aut de imaginis Dei in nobis necessariâ restauratione scribunt. NOSTRAM) non Angelorum, sed loquentis Patris, & aliarum Personarum quas alloquitur.

PRAESIT] sic etiam Tertullianus vertit. Hebraicè est. *præsint*, non enim hoc ad Adamum solum pertinet, sed ad Euam quoque: mox vtriq; dicetur; *dominamini piscibus maris &c.* Noster in singulari, quia Latinis *homo*, vtrumq; sexum denotat. Sensus est; domet homo, & domitis dominetur, & ei cuncta animantia obtemperent, & ita factum. Nam in statu innocentiæ dominium hoc plenum & perfectum erat: post peccatum, factum imperfectius, & non sine sudore ac periculo, dominium tamen. ita *Nyssenus orat. de homin. creatione, & Augustin. lib. 9. de Gene. ad lit. cap. 14.* Secundi huius imperfecti dominij testimonium est Gen. 9. 2. *& terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cœli, cum vniuersis quæ mouentur super terrã: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt*] plura de hoc dominio habes Iacobi. 3. & ps. 8. v. 8. Musculus hæreticus hìc vitilitigatorem agit, cùm arguatur de differentiâ inter præesse & dominari.

107. De dominio hominis in creaturas.

MASCVLVM ET FEMINAM CREAVIT EOS] eodem nempe die. Primus formatus est Adam pater orbis terrarum, *Sap* 10. 1. vt puto extra paradisum (iuxta Tostadum in campo prope Hebron, iuxta alios in agro Damasceno, quæ res incerta) vnde operâ Angeli in Paradisum trãslatus, & eodẽ die Eua, in paradiso procreata de viri costa. creatã in Paradiso Euam, auctores sunt grauissimi, SS. *Basilius & Ambrosius.* EOS] non dixit, *eum*; nequis primos homines androgynos fuisse somniet, cum Platone in *Symposio.*

VERS. XXVII. 108. Quo ordine & loco primi parentes creati.

CRESCITE ET MVLTIPLICAMINI:] Sententia est, Deum illis benedixisse, sicut & alijs animantibus, idq; hac ipsa formulâ† vtentem, *Crescite & multiplicamini &c.* explicui superius. v. 22. inde petite, & cauete, ne præceptũ esse, omnibus & singulis hominibus sancitum, hæreticis credatis: quos confutaui in Adagijs sacris, §. 3.

REPLETE] posteris nostris. TERRAM] orbem terrarum.

SVBIICITE EAM] habitationi vestræ, domitis aut pulsis feris, idoneam facite. DOMINAMINI] Hebræum וירדו *Vrdu* est misticotaton. Nã si formes à רדה *Radah* significat dominamini, imperate: sin verò, à ירד *Iarad.* decidite seu descendite. Arcanus itaque sensus videtur, si pr̨ecepto meo parueritis, dominabimini illis; sin, dominio vestro excidetis, factum deplorat ps. 48. 15. *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis:* non iam dominator, sed æqualis, cui non nisi dolo vel vi grassanti paret, & sæpè ne sic quidem.

QVÆ MOVENTVR] sententia postulat vt hoc loco Hebræum הרמשת *Haromesceth* extendamus à reptibilibus ad saltitantia, & gradientia, fatente Vatablo, ideo sapienter à vulgato vox *mouentur* latior posita.

VERS. 28. 109. Crescite & multiplic. non est præceptum.

Quemadmodum Deus ad speciej conseruationem, sexus discrimen instituerat, & ad habitationem terram creauerat: ita nunc ad

VERS. 2.

hominis alimentum, Paradisi herbas & fructus assignauit. Quoniam hæc in Paradiso post Euæ creationem dicta probatur ex particula, *Vobis*, nempe tibi, vxori, & liberis nascituris.

111. Ecce, affirmatiuum. ECCE] † non est admirantis particula, sed tantùm affirmantis, pro sanè, vtique frequens id Hebræis.

112. Præteritum pro præsenti, Hebraism. DEDI] pro † do. Hebraismus. HERBAM FERENTEM SEMEN] Tertullianus; *omne fænum sementiuum*; † more Græco *fænum*, pro qualibet herbâ vsurpans.

113. fœnum pro herba quauis. 114. Carniū esus an ante diluuium. IN ESCAM] scio ambiguum, sed propendeo in communiorem sententiam, ante † diluuium mortales à carnibus se abstinuisse, non vllo peculiari mandato prohibente, sed nonnullâ religione, inde natâ, quòd Deus vsum carnium nondum disertè concesserat, sicuti concedet. *Genes. 9. 2. Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis.*]

115. In paradiso etiā arbores infrugiferæ. ET VNIVERSA LIGNA] videlicet pomifera. Nam reliquas arbores, in alios vsus, quàm cibi, dedit. Nam in Paradiso fuisse etiam arbores steriles, seu infructuosas vt sunt platani, cedri, abietes persuadet Ezechiel c. 31. 8. *Cedri non fuerunt altiores illo in Paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius: omne lignum Paradisi Dei, non est assimilatum illi & pulchritudini eius.*] ad amænitatem, & opacitatis voluptatem id requirebatur.

VERS. 30. 116. viuens de sensili. IN QVIBVS EST ANIMA VIVENS) quæcumq; aliquo sensu sunt prædita, etiam solo tactu, vt quædam vilissima saxis adhærentia, aut in litus à mari eijci solita. *viuens* enim ad sensitiuam animam hîc restringitur, *vt* s. *v.* 20.

VERS. 31. 117. Superlatiuū quo pacto indicent Hebræi. VALDE BONA] quia carent superlatiuo Hebræi, pro eo vtuntur hoc additamento nonnunquam. vidit ergo, quod essent optima: de singulis dixerat *Bona*: de omnibus cunctim, *valde bona*. Nam singulorum bonitas, particula quædam est vniuersæ bonitatis. His non pugnat, quod Apostolus ait, *creaturam subiacere vanitati*. Rom. 8. 20. & Sapiens, *omnia esse vanitatem*. Eccles. 1. in prin. Nam indicant tantum omnia obnoxia interitui & corruptioni: corruptio verò rei, quæ per se corruptibilis est, naturali bonitati & præstātiæ non repugnat. Sufficit vt creaturæ bonæ sint, constare substantiâ suâ & accidentibus necessarijs. hoc omnes habebant, & præterea nulla erat, quæ naturâ suâ non esset apta vtilitatem aliquam hominibus adferre.

118. Pulcræ & bonæ & vanitati subditæ. ET FACTVM EST VESPERE &c.] Sic (ait) transactus est dies sextus, & opificium mundi perfectum; in quo quæ nobis potissimum meditanda ad morum instructionem D. Bernardus suppeditat *sermo. 3. in Pentecostem*: ad fidei fidei verò doctrinam quinque colligit Philo *in fine sua Cosmopeia*, quæ licet inde petatis.

CAP.



CAPVT SECVNDVM.



IGITVR perfecti sunt cæli & terra, & 1.
omnis ornatus eorum. * Compleuítque
Deus die septimo opus suũ quod fecerat: 2.
& requieuit die septimo ab vniuerso opere quod
patrarat. * Et benedixit diei septimo; & sanctifi- 3.
cauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere
suo quod creauit Deus, vt faceret. * Istæ sunt ge- 4.
nerationes cæli & terræ, quando creata sunt, in die
quo fecit Dominus Deus cælum & terram: * Et 5.
omne virgultum agri antequam oriretur in terra,
omnémque herbã regionis priusquã germinaret:
non enim pluerat Dominus Deus super terram, &
homo non erat qui operaretur terram: * Sed fons 6.
ascendebat è terra, irrigans vniuersam superficiem
terræ. * Formauit igitur Dominus Deus hominem 7.
de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiracu-
lum vitæ, & factus est homo in animam viuẽtem.
* Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum 8.
voluptatis à principio: in quo posuit hominem
quem formauerat. * Produxítque Dominus Deus 9.
de humo omne lignũ pulchrum visu, & ad vescen-
dum suauę: lignum etiam vitæ in medio Paradisi,
lignúmq; scientiæ boni & mali. * Et fluuius egre- 10.
diebatur de loco voluptatis ad irrigãdum Paradi-
sum, qui inde diuiditur in quatuor capita. * Nomẽ 11.
vni Phison: ipse est qui circuit omnem terram

12. Heuilath, vbi naſcitur aurum: * Et aurum terræ
illius optimum eſt:ibi inuenitur bdellium, & lapis
13. onychinus.* Et nomẽ fluuij ſecundi Gehon: ipſe
14. eſt qui circumit omnem terram Æthiopiæ.* Nomen
verò fluminis tertij, Tygris: ipſe vadit contra
15. Aſſyrios. Fluuius autẽ quartus, ipſe eſt Euphrates.*
Tulit ergo Dominus Deus hominẽ, & poſuit eum
in Paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret
16. illum: * Præcepítq; ei, dicens: Ex omni ligno Pa-
17. radiſi comede: * De ligno autem ſcientiæ boni &
mali ne comedas:in quocumque enim die come-
18. deris ex eo, morte morieris. * Dixit quoque Do-
minus Deus: Non eſt bonum eſſe hominẽ ſolum:
19. faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. * Formatis igi-
tur, Dominus Deus, de humo cunctis animãtibus
terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad
Adã, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod
vocauit Adam animæ viuentis ipſum eſt nomen
20. eius. * Appellauítq; Adam nominibus ſuis cuncta
animantia, & vniuerſa volatilia cæli, & omnes be-
ſtias terræ: Adæ verò non inueniebatur adiutor
21. ſimilis eius: * Immiſit ergo Dominus Deus ſoporẽ
in Adam: cumq; obdormiſſet, tulit vnam de coſtis
22. eius, & repleuit carnem pro ea. * Et ædificauit Do-
minus Deus coſtam, quam tulerat de Adã, in mu-
23. lierem:& adduxit eam ad Adam.* Dixítque Adã:
Hoc nũc, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea:
hæc vocabitur Virago, quoniam de viro ſumpta
24. eſt.* Quamobrem relinquet homo patrem ſuum,
& matrem, & adhærebit vxori ſuæ:& erunt duo in
25. carne vna. * Erat autem vterque nudus, Adam ſci-
licet & vxor eius: & non erubeſcebant.

ARGV

ARGVMENTVM.

Sabbatum sanctificatur. Eua producitur, & matrimonio iungitur. Adamo Paradisus (qui & describitur) colendus custodiendúsque traditur. Multa superiori capite breuiter narrata copiosius explicantur.



SSERIT mundum suis partibus & supellectile abundè instructum & ornatum à Deo. CÆLI.] De cælorum numero in Physica Sacra agendum: hoc tantum, nostrum promiscuè solere vocem Hebræam, eò quod sit numeri pluralis, & vim habeat singularis, modò in hoc, modò in illo numero vertere. LXX. hic in singulari, vt noster cap. præced. vers. 1. qui sapienter: nam illic agebat, de empyreo solo, hîc de empyreo, & firmaméto. In sacris enim litteris, quantum commemini, duorum (si tertium D. Pauli aërem addit) tantum cælorum mentio, illorum; quod est beatorum domicilium, & Dei sedes vocatur, & quod est siderum receptaculum seu theca, istud secundo die creatum ex aquis, illud primo & ex nihilo: & sic, nondum ex motus varietate numero maiore ab Astrologis deprehenso, veteres Theologi duos tantum esse cælos, mordicùs tuebantur, & Chaldæos, qui tum Astrologi, reprehendebant: lege hîc in Cathena, Theodorum, Theodoretum, & Seuerianum: quos miror laudari hodie ab Eugubino, & qua solet audacia Scholasticis Theologis crimē fabulosæ traditionis idcirco impegisse. Sed aliàs de hoc, vt dixi, ex professo disceptabo. Nunc dico nostrum omnes cælos decem mobiles plurali numero, empyreo immobili coniunxisse.

VERS. 1. 1. Cæli quot in sacris litteris.

OMNIS ORNATVS] Angeli, & sidera. Hebræum צבא *Tzeba*, noster solet vertere, militiam, exercitum, virtutem, ornatum, eodem sensu: nihil enim ordinato exercitu est ornatius. Angeli ergo & astra, qui hic *ornatus cæli*, vocantur exercitus seu militia, 3. *Reg.* 22. 19. & *Luc.* 2. *vers.* 13. quia Deus Angelis militat contra peccatores: tum quia ad mandatū Dei astra suis statis temporibus oriuntur, & occidunt, & Angeli ad omnem Dei iussionē sunt promptissimi: *Virtutes* verò, quia per ea Deus potentiam suam manifestat, *Psal.* 23. *vlt. Psal.* 32 6. & 46. 10. & 67. 13. *Luc.* 21. 26: *Ornatus* denique quia summopere cælum exornant. Sic enim aëris ornatus, sunt aues; terræ, quadrupedes & bipedes, plantæ & arbores; maris & fluminum, cete, & omne genus piscium. *Plura pete ex Adagiis sacris*, §. 1.

2. Cæli ornatus, & exercitus, & militia idem.

VERS. 2. 3. Mundus successiuè creatus.

DIE SEPTIMO] violenta est expositio D. August. Satis clarè ex ipsis verbis Moyseos patet mundū non momentò simul, sed sex diebus integris successiuè conditū: *sexto* scilicet die inclusiuè, sic intelligendi LXX. Septimo autē exclusiuè, sic Hebraica & noster capiēda. Cœpit ergo mūdus condi, die, qui respōdeat nostro Dominico. *e quod die. dist.* 75. & toto die Veneris seu feria sexta opus Cosmopæium fuit perfectum: atque ita septimus dies, qui nobis Sabbati, quietē attulit.

4. Conciliātur LXX. & noster.

5. Dominico die mundus cœpit cōd

6. Locus Ioan. 5.17. à quo opere Deus cessatit.

OPVS SVVM] Gubernationis & cõseruationis opus, numquam Deus,nec omisit,nec intermisit. Ioan.5,17. *Pater meus vsque modo operatur,& ego operor.* Sed nunc dicitur quieuisse ab opere creationis nouarum specierum,perfectarum,& ex seipsis propagabilium:quod opus tunc facere instituit, ea quam voluit perfectione. Nam posset plures & perfectiores mundos cõdere.Quia non est abbreuiata manus eius, cui non est impossibile omne verbum.

7. Quiescere Dei.

REQVIEVIT] nulla defatigatione, vt nos solemus, sed sola omissione operationis: confirmat Hebraismus. Nam שבת *Scabath,* significat etiã desinere,

8. Hebraism quiescere, pro tacere, & cessare.

& cessare,& requies cessationem nudam. Isai.1.16. *Quiescite agere peruersè*.cap.2.22.*quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius est.* c.14.4. *cessauit exactor,quieuit tributum* desiit exigi. Apocal.4.8. *requiem non habebant die ac nocte dicentia*: numquam desinebant clamare: hinc quando de verbis mentio,transfertur ad silere & silentium,vt ostendam alibi.

9. Patrare.

QVOD PATRARAT] omnino perfecerat: apud prophanos ad obscœnam significationem ab obscœnis translatum. Hæc vox addita, denotat de quo loquatur opere.

VERS. 3.

10. Sabbari institutio.

BENEDIXIT] laudauit, & approbauit: *sic Philo,in Cosmop.* SANCTIFICAVIT] diuino cultui segregauit, seu dedicauit. (*ita Chrysost. hic*) sensus ergo: Deus inditum à se nomen feriæ septimæ; nempè Sabbatum; approbauit,& exemplo quietis suæ,venerabile reddidit, & inuiolabili præcepto seruari statuit. Sabbatum ergo Deus selegit ad specialem suum cultum; & postea Iudæis præcepit,(*Exod.* 20.10.) hoc die ab omni opere seruili abstinere,& diem hunc, in suæ quietis memoriam,& de creationis beneficio gratiarum actionem, celebrare.

11. Quo pacto commutata.

Quod præceptum,† si cultum Deo tribuendum aliquo simpliciter tempore spectes,morale est, nec sublatum: si verò ad illius præcisè diei cerimoniam attendas, tempore gratiæ sublatum. Nam pro Sabbato illo,Dominicus dies colendus prisco Ecclesiæ ritu sancitus; qui memoria nouæ & melioris creationis parui mũdi,qui est homo.

12. Hebraism. perfecti præteriti,pro imperfect.

QVOD CREAVIT DEVS VT FACERET] Hebraismus primus,*creauit* pro creauerat. Secundus,† *vt faceret* pro faciẽdo. Tertiò *creauerat faciendo* habet vim repetitionis,creando fecit, seu faciendo creauit, vt alibi *iurando iurauit, numerando numerauit, percutiendo percussit*; qua geminatione duo solẽt denotari.

13. Itẽ præteriti pro gerundio.

Primò studium,diligentia & affectus in faciendo, quasi diceret, quod studiosè libentérque faciendo creauit. Sicut Psal.39.vers.9. *Vt facerem voluntatem tuam, Deus volui.* Hoc est cupienter desideraui exequi quicquid iuberes.

14. Repetitio eiusdẽ verbi, quid notet Hebreis. Locus Psal. 39. 9.

Secundò,quod consectarium est,ipsius operis perfectio,vt intelligamus per omnia hoc Hexaëmeron opus perfectum & consummatum exstitisse. *Alia de repetitionibus huiusce,vide in Adag.* §.2.& 16. Denique versio LXX.confirmat primùm illud,& etiam secundum.Nam cum ait *incœpit facere*, & rei molem, & affectum architecti indicat. Prætcrea (quod aliàs ostendam) incœptione ipsa operis consummatio denotatur: nam quod incipit Deus, vtique perficit: quia nihil est, quod eius resistere queat voluntati.

Sequitur

Sequitur epilogus omnium narratorum. GENERATIONES) creationes. Sequitur, quando creata sunt, quasi dicat, cælum & terram, — VERS. 4.
quo diximus modo, Deus creauit. LXX. *hic est liber generationis*, hoc — 15. Liber generationis.
est summa seu narratio rerum creatarum, & quo ordine creatæ. Sic
Matth. 1. in prin. (vbi plura) *Liber generationis* IESV. IN DIE) toto
sex dierum spacio: *sic Beda*. DOMINVS DEVS) hucvsque solum- — 16.
modo vocauit Deum אלהים *Elohim*: nunc, toto opere perfecto, addit — Iehoua, nũc primò positum.
nomen perfectissimum, & vt indicet Deum omnis vitæ & essentiæ
authorem, nominat nomine Tetragrammato, deducto à radice הוה
Haua, fuit; quod communiter etiam orthodoxi hodie IEHOVA pronunciant, alij HEIIE, alij pronunciari posse negant, alij id saltem non decere asserunt: *de quo nos tractatu de Dei nominibus*.

Hic vers. à præcedenti dependet, & initio (*sic Vatablus*) subau- — VERS. 5. Virgultum quid.
diendum & in die quo fecit Dominus omne *virgultum*, hoc est omne arbustum & arborem: vtrumque significatur Hebræo שיח *Siach*, imo & herbæ: sed quod sequitur ostendit nostrum rectè restrinxisse. Græci latiùs, χλωρὸν, omne viride seu luteum.

ANTEQVAM ORIRETVR) more scilicet naturali ex seminis vi, — 18.
sicut post peccatum nunc fit. Vult † enim significare primam illam — Primæ plantæ Deo soli non solo aut cælo debitæ.
productionem virgultorum & herbarum, non esse ascribendam naturali virtuti, sed omnipotentiæ Dei: probat, quia cùm post hominis peccatum videamus omnes plantas & arbutea, nasci cæli solique beneficio, multa etiam non sine hominis culturâ & industriâ: id de tertio illo die productis suspicandum non esse, quoniam illo die (de hoc nunc agitur) nec homo erat, qui sereret aut plantaret, nec quæ iam sata vel plantata rigaret, vlla erat pluuiæ beneficentia.

PLVERAT] Hebraicè, *nondum pluere fecerat Dominus*. Sic solet — 19.
Sacra pagina Deũ significare *pluuiũ & imbricitorẽ*. quæ falsò falso suo — Pluuiarum author & dator Deus.
Ioui gentiles epitheta largiti. Exod. 11. 14. *dabit* (Deus) *pluuiam terræ vestræ temporaneam & serotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, & oleum, fænúmque, &c.* & 28. 12. *aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ.* Ierem. 5. 24. *Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam, &c.*

SED FONS) ED, alij *nubem*, vt Chaldæus; alij *Nebulam* vertunt; — 20.
alij *vaporem*, quod recentioribus maximè arridet. LXX. πηγὴ, vt — Fons pro vaporis nube.
noster, & Nicolaus Papa *epist ad Michaël. Imper.* censet singulare po- — אד seu איד
situm pro plurali, *fontes*, quod ante placuerat Philoni. Omnia conci- — Conciliatæ
liantur nullo negotio: quia plures vapores, fontes dici possunt; & — versiones.
quia omnes in vnum quasi conglobati ascendebant, *fons*; item quia ad
† irrigandam terram fontis vices obibant; sed quia vapor nebulosus — 21.
in morem nubis condensatus erat, ideo & *nebula*, & *nubes* quoque, & — Terra quo pacto ante pluuias de cælo irrigata.
vapor. Nam vaporem vi suâ Sol è terrâ sursùm attrahebat & leuabat, & vapor postea noctis frigore spissatus in nubem rorulentam cogebatur; denique præ graui humore resolutus in terram guttatim decidebat, & superficiem penetrabat, donec Deus terræ pluuias cæpit elargiri. Primos mundi creati dies sudos esse decuit, non nubilos aut

nebulosos: nec tamen par erat humorem congruum, quo fouerentur, herbis vel plantis nouellis deesse.

22. Ascendere de terra. ASCENDERAT E TERRA) *ascendere de terrâ* simpliciter, non designato nomine terræ, significat in sacra Scriptura de paruo principio valdè crescere, & latè diffundi, atque ita terræ superficiem vbique irrigare: sed ascendere de terra N. vel N, significat proficisci in aliam, quæ situ magis edita, *docet Franc. Ribera in Ose. cap. 1.*

VERS. 7. 23. Cur repetat de homine ordiens à materiâ Theologicæ causæ hominis, formalis, finalis. REdit Moyses καὶ ἐπανάληψιν, vt ait Theodoretus, ad opus sextæ diei, vt hominis creationem luculentiùs explicet. Et ne superbiat homo de theologicis illis & nobilibus caussis sui, nempè formali, quæ est anima rationalis Dei imagine insignita; & finali, quæ est, vt quod pote, Deo assimiletur, & animantibus sublunaribus dominetur. Ideo nunc causas aliàs viliores memorat, & physicas planè, pro materiâ terræ limum; pro formâ, flatum seu spiraculum; pro fine, vt quemadmodum bruta quoque viuunt, ipse viuat.

Physicæ verò { Materialis, formalis, & finalis. FORMAVIT IGITVR) hoc est iam ante formauerat: nam *vaf* hoc loco non solum copulat, sed etiam designat. Sicut s. cap. 1. 9. *Dixit verò Deus*: formare positum pro *plasmare*. Sic Iob. 10. v. 8. *manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu*. Hebræum יצר *Itzer*, & Græcum ἔπλασεν, propriè ad figulinam pertinent: & solet sacra Scriptura Deum figulo, hominem argillæ comparare, lege Ieremiæ cap. 18. à v. 2.

HOMINEM) ipsum corpus. Synecdoche, nam anima non est de terrâ sumpta, sed à Deo creando infusa.

24. Designatiuum. DE LIMO TERRÆ) duo hîc notanda. Primò licet humanum corpus ceteris quoque elementis constet, tamen hoc loco prædominantium duntaxat fieri mentionem, quæ sunt aqua & terra, vt docent grauitas deorsùm vergens, & cadaueris in hæc duo proximare-

25. Homo plasma Deus figulus. solutio. Secundò Hebr. עפר *Ghophor* significare minutum & vilem puluisculum: sed quia puluis aridus indoneus est ad plasmandum: ideo noster, post Tertullianum vertit *limum*; vt intelligamus Deum

26. Homo pro corpore. de terrâ puluerem sumsisse (sic L X X.) & postea illud, addito opimo liquore (vt explicat Tertullianus) in limum & quasi argillam

27. Cur corpus de terra, & quidem de limo. coagulasse: & demum ita, in morem luteæ statuæ, hominem figurasse, indicat hoc nostra versio. Sed & Iob d. c. 10. v. 9. *Memento quæso quod sicut lutum feceris me.* Et Sapient. 7. 1. Adam vocatur πρωτόπλαστος

Conciliatæ versiones. καὶ γηγενὴς, primoplasmatus & terrigena, *de terrâ* quoque *terrenus* dicitur à D. Paulo 1. Cor. 15. 47. Denique cum vltimâ dispositione,

Locus Iob. 10 9 infudit suo plasmati creando, & creauit infundendo ipsam animam.

Locus 4. Esdr. 3. 4. Sic intelligendus scriptor apocryphus, sed pereruditus & vetustus. 4. Esdr. 3. 4. *Dedisti Adam corpus mortuum: Sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitæ, & factus est viuens coram te.* vocat corpus mortuum, quòd numquam vixerat, sed adhuc, absente primâ corporis organici formâ, inanime. Sanè corpus tempore ante animam cæptum condi non tamen planè perfectum; Satis ex serie

ex ſerie textûs noſtri colligitur,& ſanior ſententia videtur. *Lege Pe re. rium lib.4.in Gen.verſ. 7. & 8. Diſputat.quaſt.4.*

27. Anima im materialis & infuſa.

ET INSPIRAVIT] *inſufflauit* vertit D. Ciprian. & interpres Eſdræ, meliùs quàm Tertullian. *afflauit*. Non igitur anima fuit educta ex materiâ, ſed ab extrinſeco à Deo infuſa; qui,non vt partem ſubſtantiæ ſuæ; (vetus hæc hæreſis) ſed, vt effectum quendam omnipotentiæ ſuæ, de nihilo in homine illam creauit.

28. LXX. & noſter defenduntur, cur non *nares*, ſed *faciem* reddant.

IN FACIEM EIVS] Hebræum אפי *Aphoi,nares* & faciem ſignificat, vt fatetur Eugubinus: Aqu. & Symmachus illud amplexi, μυκτῆρας. L X X. & noſter, quoniam aduertebant ſi *nares* vertas, hoc ambiguum fore,an de animâ, an de nudâ reſpiratione dictum; ſicut nonnulli exponunt illud Iſaiæ 2.22.*cuius ſpiritus in naribus eius*: vel ſanè *nares* ſynecdochicè pro toto corpore poni, illi πρόσωπον; noſter aptiſſimè *faciem* vertit. Tum quòd Latinis ſæpè *facies* pro toto corporis habitu ſumatur,vt docui meis in Tragædiam: tum quia, ſi malis ſtrictè illam ſumere,ob ſenſus in eâ vigentes clariſſimè in eadem ſe vitales operationes exerunt. Indicium quoque vitæ reciprocatione anhelitûs per nares, quæ faciei portio, deprehenditur. Hæc autem reſpiratio præſentis animæ,& nondum digreſſæ,certiſſimum ſignum eſt. Et ſolet ſacra Scriptura ei membro aut ſenſui ſpiritum aſcribere, quo exercendus eſt, aut in quo ſe prodit: ita Ezech. 3. 1. volumen ei proponitur non oculis inſpiciendum,ſed deglutiendum ore; quia legationis munus ore & linguâ obeundum.

29. Cur anima homines ſpiraculum ſeu flatus.

SPIRACVLVM VITAE] ſic vocat † animam rationalem, non quatenùs intelligens eſt:ſed quatenus vegetabilis eſt, & homini flatum vitæ indicem tribuit:hine anima † Latinè quaſi ἄνεμος, ventus: Græcè ψυχὴ ἀπὸ τοῦ ψύχειν quod reſpirãdo refrigeremur;Hebraicè *Nep'heſc à Naphaſc* refrigerauit; & נשמה *Neſſomoh*, halitus viſibilis, & רוח *Ruach* ventus ſiue ſpiritus inuiſibilis, priora duo nomina Hebræa tantum indicant ſigna & effectus quoſdam animæ, poſterius magis ad ſpiritualem eius eſſentiam referendum.

30. Animæ etymon, item ψυχῆς, & נפש.

31 Cur Spiraculum vitæ, ſeu vitarum cur.

Dicit itaque SPIRACVLVM VITAE] pro ſpiritu † vitali & animante,vt tenent S. Hieronym. *epiſt de erroribus Ioannis Heroſolymita.* & D. Auguſt. *lib.12.de Ciuita. Dei cap.13.* ſpiritum ſeu animam vitalem vocat Sybylla lib.8.[illegible].Pro *vitæ*, Hebraicè eſt VITARVM, primò quia hac phraſi indicant excellentiam vitæ quam tribuit, & multiplicem ſpiraculi huius poteſtatem, ſicut infra v. *9. lignum vitæ* vocatur Hebraicè *lignum vitarum*. Secundò quia rationalis anima,eadem eſt ſenſitiua & vegetatiua, & ita largitur homini quaſi triplicem vitam,plantarum, brutorum,& angelorum.

32. Particulæ ו ſeu & multiplex poteſtas

ET FACTVS EST] ויהי *Veiehi*, factus fuit. Notãda vis particulæ *ve* ſeu & multiplex,vt multis conatur oſtendere Martinus Martinius author Hypotipoſeω: cuius dicta examinabo (Deo dante) *in Apparatu,tractat. de idiotiſmis.*

33. Fieri in animam viuentem.

FACTVS EST IN ANIMAM VIVENTEM] Hebraiſmus, pro factus eſt animal viuens: cæpit ſe poſſe mouere, ſentire, & vitæ opera

exercere, vt ſolent animantia. Sic videtur explicare D. Paulus, cùm opponit hanc animam viuentem Adami, gratiæ ſeu ſpiritui viuificanti Saluatoris noſtri. 1. Cor. 15.45. *Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem.* Vnde patet primò verſionem noſtram approbari à D. Paullo, & non rectè Chaldæum exponere *animam loquentem:* quod proprium animæ intellectualis. Secundò cauendum ab expoſitione B. Philaſtrij *in Catalo. hæreticor. cap. 99* qui hoc ſpiraculum purat eſſe Spiritum ſanctum, quod refellit D. Auguſtin. *lib. 13. de Ciuitat. Dei cap. 24.* Significat ſpirabilem, ab intrinſeco, Sibylla vocat *ἔμπνοον ἔργον.*

VERS. 8.

34. Hebraiſmus vnius præteriti pro altero.

Quæ ſequuntur vſque ad verſ. 15. pertinent ad opus tertiæ diei. ideo ne referas ad VI. diem vertit noſter, *plantauerat.* Solent Hebræi † perfecto præterito imperfectum & pluſquam perfectum ſignificare: habes exempla in Pagnino *lib. 3. inſtitut. cap. 12.* & Martin. Martines *lib. 5. hypotypos. cap. 3.*

35. Plantare quid.

PLANTAVERAT] germinare iuſſerat, vt explicat ſtatim: aliàs ſignificat formare ſeu producere.

36. *Sheden*, quid

PARADISVM] de cuius ſitu poſtea. VOLVPTATIS] Nomen עדן *Sheden* † aliquando eſt proprium loci, ſed tunc non arbitror ſumi pro Paradiſo terreſtri, verùm pro alio quopiam fertili & amœno in Meſopotamiâ loco, & ſic intelligo tres locos ſequentes. 4. Reg. 19. 12. *Et filios Eden, qui erant in Thelaſſar.* Iſai. 37. 12. eadem verba repetuntur. Ezech. 27. 23. *Haran & Chene, & Eden negociatores tui.* Aliquando eſt nomen appellatiuum, ſignificans voluptatem ſeu delicias; id hoc loco ſecutus Symmachum noſter interpres amplectitur, neque halucinatur vt garriunt Luther & Caluinus: ipſe Varablus vertit *hortos delicatiſſimos*, & Pellicanus apoſtaſiâ & hæreſi ſectator Lutheri, vertit *in deliciis.* Sibylla, *paradiſum ambroſium* vocat lib. 1.

37. *Mikedem*, quid.

A PRINCIPIO] idem Caluinus cornu fæniculario contra noſtrum interpretem arietat, quod non retulerit potiùs ad terræ plagam Orientalem. Sed valde diſſentit à Caluo fraterculus eius Muſculus, & mauult cum noſtro ad tempus referri: quia nõ eſt Hebraicè בקדם *Bekedem in Oriente*, ſed מקדם *Mikedem* ab anteriore ſeu priore tempore. Sed ſinamus iſtos Cadmigenas mutuò ſe conficere.

Conciliatio vulgatæ cũ LXX.

Aquila olim tranſtulit quo modo noſter: nec diſſentit Symmach. qui *ἐκ πρώθεν à principio*; nec Theodot. qui *ἐν πρώτοις in primis.* Si velis conciliare LXX. cum noſtro, potes dicere noſtrum de principio plagæ ſeu loci locutum. Nam LXX. vt & Ioſeph. Lactantius, Suidas eos ſecuti vertunt *κατ' ἀνατολὰς ad Orientem.*

38. Oriens primum habitatus, & claratus à Sole.

Ferunt † Orientis plagam primò habitatam, primam quoque Solis iubare illuſtratam; & Paradiſum in Orientis plagâ fuiſſe † longè probabilius eſt.

39 Paradiſus in Oriente.

40. Oriẽs quomodo ſumatur in S. S.

Orientis dico, non abſolutè, ſed reſpectu terræ promiſſionis. Sic enim Orientalem plagam † ſolet ſacra Scriptura ſumere. Gen. 25. 6. *Separauit illos à filio ſuo Iſaac dum adhuc viueret ipſe, ad plagam Orientalem.* & 29. 1. *Profectus ergo Iacob venit in terram Orientalem.* & clarè patet, quia qui Numer. 23. verſ. 7. dicitur veniſſe *de montibus Orientis*, is Deuteron. 23. 4. ſcribitur

veniſſe

venisse ex *Mesopotamiâ*.causa est, quia Mesopotamia Iudææ est Orientalis. Musculi argumento respondetur præpositiones has variè accipi & confundi. Si tamen magis arridet *In principio* referre ad tempus, per me licet. dum tamen ad tertium diem protendas non ad primum tantum, & dum fugias ab auctore lib. 4. Esdr. 3. 6. qui exposuit, *ante terram plantatum*; quod & absurdum, & erroneum hodie censetur.

ET AD VESCENDVM]copula ista hoc loco nõ copulat, sed disiungit. significat enim Paradisi arbores vel amænas tantùm ad adspectum & oculorum voluptatem, (vt solent infrugiferæ multæ) vel etiam fructuosas, & esui suaues fuisse. sic omne genus complectitur. **Vers. 9. 41. Et pro vel.**

LIGNVM VITÆ] hoc est arbor vitalis seu viuifica. sic dicitur non quòd dumtaxat symbolum esset, seu signum vitæ Adamo concessæ à Deo, vt in Hęreticâ Cathenâ Geneseos quidam Petrus Artopæus nugatur; malitiosè, vt vel stramineum hinc argumentum contra Sacramentorum ex opere operato efficacitatem petat: sed dicta *lignum vitæ*, quia efficaciter & re ipsâ poterat comedentis vitam diutissimè prorogare, & interea sanum ac validum sine morbis hominem præstare, naturali quadam vi diuino munere insitâ & concessâ. *Sed plura de hac re pete à Pererio nostro hîc lib. 3.* & Francisco Valesio *Sacra philosoph. cap. 6.* **42. Lignũ vitæ.**

IN MEDIO] inter alias Paradisi arbores eminens. Hebraismus est, quo dicitur *in medio esse*, quod inter alia magis eximium. Gen. 23. 10. *Habitabat autem Ephron in medio filiorũ Heth.* 3. Reg. 11. 20. in Hebræo, secundum quosdam. Nam illic potest simpliciter accipi pro inter, vt noster illic reddidit. Certum est hîc medium Mathematicè capi non posse. Nam tale medium duas arbores non capit. **43. In medio esse, Hebraism. Locus 3. Reg. 11. 20.**

SCIENTIÆ] non cuiusuis rei, sed BONI & MALI] quod comedenti de fructu eius tribuebat scientiam discernendi inter bonum & malum. *Sic Tharg. Hierosolymitan.* Quod per προλῆψιν dictum. Nam nomen hoc illi non fuit statim atque productum fuit, sed postmodùm ab euentu inditum. (*sequor D. Augustin. lib. 14. de Ciuit. Dei c. 17. & communem Scholasticorum sententiam.* Vt enim pomum comedit Adam, bonum obedientiæ cognouit quod amisit; & malum quoque cognouit inobedientię, in quod peccando incurrit. *Ita Thargum Chaldaicum & videtur id velle Nemesius lib. de Naturâ hominis cap. 1.* Caluinus hęreticus, relatus à discipulo eius Marlorato, censuit scientiam hîc in malam partem accipi, vt sic etiam huius mali auctorem faceret Deum: sed malè. Nam ipsum nosse discernere inter bonum & malũ, non malis, sed optimis annumerandum est. Si hęc scientia mala foret, non illa Emmanueli nostro Iesu tribueretur. *Isa. 7. 15.* Quid verò denotetur hac phrasi adagiali, SCIRE BONVM & MALVM, refertur *in Tractatum de sacris Adagiis §. quincto.* Cuius verò speciei hęc arbor fuerit non liquet. Multi ex verbis sponsi Cant. 8. 5. *Sub arbore malo suscitaui te*; putant fuisse eius pomi matrem, quod vulgò malum strictè vocamus *vn Mançano*, Hispan. Sed hoc nomẽ Macrobius docet etiam ficui conuenire: & de ficulneâ potiùs crediderim Theodo- **44. Lignũ sciẽtiæ boni & mali, vnde dictum. 45. Scientia hęc boni & mali res optima. 46. Scire bonũ & malũ quid remissiuè. 47. Cuius speciei arbor scientię boni & mali.**

reto, Procopio, & Moysi Cephę filio, cuius de Paradiso liber accuratus teritur multorũ manu. hoc sanè Goropius non inaccuratè probauit. Hic verò planè εἰκαιολόγος est vanus & somnio similis Erasm. Marbachius hęreticus, qui scribit hautdubiè in Paradiso plures fuisse arbores vitę, & plures arbores scientię boni maliq. somniauit in Bromio Parnasso. pugnat cum contextu sacrę Scripturę cùm totâ vetustate, cum suis oraculis Luthero & Caluino. Iuuat aliquando hęc hominum superborum deliramenta adscribere, vt appareat nihil sani, ne quoad historiam quidem & Grammaticam, in qua se iactant eorum commentariis contineri.

48. Hæreticorũ commentarij commẽtis scatent.

VERS. 10. FLVVIVS] in magna sententiarum varietate tutissimum reor Patrum plurium vestigiis insistere; quàm cum recentioribus, inter quos hęreticus etiam Caluinus & mancipium eius superciliosum Ios. Scaliger, in libris de emendat. temp. pro duobus de quattuor fluuiis, duas tantùm ex Tigridis & Euphratis confluge fossas accipere, quod fuit etiã ab Illustriss. Cardinale & Archiepiscopo Capuano, Rob. Bellarmino confutatum *lib. de gratia primi hominis cap. 12.* Igitur D. Augustinus *lib. 8. de Gene. ad litt. cap. 7.* Theodoret. *hic q. 28.* & Rupertus *hic lib. 2. cap. 24.* Paradisum situm versus Orientem loco aliquo mortalibus incognito, & ibi adhuc quoad essentiam (non quoad ornatum, quem olim habuit) superesse: & in hoc paradiso verè exstitisse fluuium, quatuor horum maximorum amnium genitorem, quantumuis isti nunc in longè dissitis regionibus diuersis cernantur locis scaturire. id enim contigisse potuit, quia post multos & longos annorum terrarumque tractus, se alicubi sub terram abdiderint (vt de Alphæo, Arethusa, & Hispano Ana leginius) & post, iis locis emerserint, vbi nunc fontes habere creduntur. Absorbuerit ergo tellus hanc eorum originem & postea diuisim effuderit.

49. Fluuij quatuor, nõ duo ex his fossę seu elicia

50. Paradisi situs

EGREDIEBATVR] natus in editione paradisi loco, inde defluens illũ totũ irrigabat; & delapsus extra paradisum, in quatuor flumina velut in brachia se diffundebat. DE LOCO VOLVPTATIS] iterum capit EDEN vt appellatiuum significãs locum amęnissimum, & per excellentiam denotans paradisum vnde Adam eiectus, vt sup. v. 8. AD IRRIGANDVM] vt irrigaret vel exundando vt Nilus solet, vel per varios sinus & amfractus se intorquens vt Meander, vel per meatus occultos tellurem humectans vt solent amnes plerique. INDE] post exitum è paradiso. QVATVOR CAPITA] fluuios terrę præcipuos, vel etiam in quatuor fontes; seu initia fluuiorum. vtrumque patitur vox Hebr. & Græca.

51. Eden quid.

52. Paradisus quo modo irrigabatur.

VERS. 11. PHISON] de his fluuiis filius Sirach. ita; *Qui implet quasi Phison sapientiã, & sicut Tigris in diebus nouorũ: Qui adimplet quasi Euphrates sensum: qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Qui mittit disciplinam sicut lucẽ, & assistens quasi Gehon in die vindemiæ.* Eccl. 23. 35. vbi † vides Gehon, & Phison, non vt elicia, sed vt magnos fluuios memorari, & ab Euphrate ac Tigri separari, non minus quàm Iordanem. Nec verisimile fossas illas recentiorum Moysis tẽpore exstitisse. Magno consensu

53. Phison & Gehon fluuij non fossæ manuductæ.

54. Ganges, vnde Phison dictus. contra Philon. lib. 1. allegor.

sensu Iosephus, Augustinus, Epiphanius, & D. Hieronymus & alij tradunt, *Phison* esse fluuium Indiæ maximũ, qui & Ganges: non dictũ tamen crediderim Philoni ἀπὸ τοῦ φείδεσθαι à parcendo seu seruando: sed à פשׁ *Phos* crescere & multiplicari, vnde פישון *Phison* ab aquarũ multitudine quia Plinio teste augetur amnibus vigintiquinque. *Gehon.* ijdẽ † Patres contendunt esse Nilum, qui vindemiæ peractæ tẽpore aquis exũdet *d. cap. 23. v. 36* Philo exponit pectus seu cornuperam; prius melius est nam גחון *Gachon* ventrem significat. Non obstat quod *Nili* nomen in sacra Scriptura sit שיחור *Scichor.* Nam vbi nos habemus, *In aquis multis semen Nili.* Esai 23.3. Hebraicè est *Scichor*, vt & Ierem. 2. 18. in illis nostris *quod tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam.* Nã diuersa vni fluuio nomina indi, docent Padus qui & Eridanus, & Danubius qui etiam Ister. Dicitur ergo GEHON quasi venter sordibus lutoq; plenus; & SICHOR quasi ater niger ac turbidus, vnde & Melas dictus de quo alias. Sanè veteres Iudæos his recentioribus millecuplo doctiores censuisse GEHON esse Nilum, vel inde constat, quod d. loco Ieremiæ vbi Hebraicè est Scichor, ipsi reddunt γηών. Ægypti ergo fluuium esse censuerunt: & quem alium, quam *Nilum*? Abissini adhuc hodie Nilum vocant; *Guion*, teste Fran. Aluarez histor. Æthiopicæ cap. 122. Quo ergo pacto si de Nilo sermo, qui Ægypti fluuius vocari solet, hic dicitur *Æthiopiæ*? meâ sententia, vt originem & fontem Nili nobis Moyses indicaret, ignotum planè gentilibus Historicis & Geographis, vt ostẽdi breuiter olim *in Notis ad Cl. Claudianum.* constat hodie Itinerariis Lusitanorum fontem Nili in Æthiopiâ, cui pretiosus Ioannes imperat, haut longè à montibus Lunæ, è lacu quodam emergere. Igitur idem Nilus Æthiopię in qua nascitur & longè decurrit; & Ægypti quoque per quam in mare tendit, fluuius est. Quod verò longè hodie distet origo Nili, à fonte Euphratis & Tigris, nihil obstare iam ostensum. Minus obstant cetera Pererij contra communem hanc Parrum sententiam argumenta: cui assentior dum refellit Abnezram & Steuchum putãtes agi de Gihone, Hierosolymis vicino fonte. tam ille Gihon noster Gehon, quam viburnum est cupressus.

55. Nilus idẽ qui Gehon.

56. Nilus cur flumen Æthiopię.

57. Heuilath quid & vbi.

HEVILATH nomen *Heuilath* in sacra Scriptura Polysymon est. † aliquando significat Getuliam Africæ, dictam ab vno filiorum Chuz *de quo Genes.* 10. 7. aliquando regionem vicinam Susianæ & PERSIDI, iacentem inter Assyriam & Palęstinam, oppositam Sur. Genes. 25. 18. de Ismaele; *Habitauit autem ab Heuila vsque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios.* 1. Reg. 15. 7. *percussitque Saul Amalec ab Heuila donec venias ad Sur, quæ est è regione Ægypti.* hanc censeo dictam ab Heuila filio Iectam, *de quo Genes.* 10. 28. hoc verò loco suspicor significare regionem aliquam Indię quam totam circumdet Ganges, & ad quam ex huius Heuila Iectamij posteris aliqui commigrarint, quemadmodum & Ophir fratris eius posteri, Indiæ regiones Ophir denominarunt, *vt docent Iosephus in lib. antiquit.* 8. *& D. Hieronymus epist. ad Marcellam & alia ad Principiam.* Negat vir doctus

 certis

certis hæc argumentis colligi:quasi verò ipse demonstret,de illis suis fossis nouis,quas ego quod Nouatorum sint odi; amo hæc fæcunda flumina quę patres omnes approbarunt,nec amo ab his recedere nisi conuincát argumenta ipsius nonne leuidensia? EVILATH:mitem,placidam seu propitiá exponit Philo πλὼ ἀμείνω ἢ φρασίαν. sed ad Græcú nomen allusit quasi foret compositum ex εὖ & ἵλεων. Hebræú potiùs deduxerim à חול *Chol*,arenâ,quod propter eiectiones Gangis à quo perluitur sit arenosa:seu vt postea rectè Philo,dicta quasi parturiens, quod voci Hebrææ consentaneum.

VERS. 12. OPTIMVM] quia Hebræi carent superlatiuis, noster ad sensum vertit LXX.vt erat Hebraicè, *bonum*.

58. BDELIVM] LXX.vertunr *carbunculum*.Hebraicè est בדלח *Bedolah*,
Bdeliú quid. quod quid significet,† tam incertum mihi, quàm certa & vera est Oleastri Regula Rabbinos in significationibus animalium, plantarum, arborum, & lapidum nihil certi vel comperti habere.Puto LXX. ἄνθρακα generaliter pro quouis splendoris igniti lapide vel gummi sumpsisse,non verò de carbunculo seu pyropo propriè dicto, qui sanguinei coloris est.Nam Num.11.v.7.verterût *crystallum*, quod aquei coloris:fortassis etiam latè vtentes voce crystalli,pro omni humore aqueo incrustato,seu indurato, vt etiam vniones seu margarita & gummi induratum cõprehendant.Quo confirmatur sententia RR. Haghaon,Sahadię,& Auenesræ,qui BEDOLACH exponunt margaritum probabiliter.nam Moyses d.v.7. illud dixit colore simile fuisse MAN,& rotunditate quantitatéque quale coriandrú : quæ quadrant vnionibus seu perlis nostris,quarum ad Gangem copia,ad illas recentiorum fossas inopia est.Scio *Bdelium* & arborem & gummi arboris vocari lib.12.histor.Natura.c.9.qui consentire Plinio videtur Ioseph. lib.3. antiqu.c.1. sed nescio an Hebræis illa בדלח *bedolah* vocata:nec opinor deduci à radice בדל *Badal*,hoc est diuidere,& quasi attenuare,vt significet lapidem politum & attenuatum, donec argenti nitorem referat,posset quis suspicari,ex Zachar.4.10.vbi meminit lapidis similis stanno, האבן הבדיל *Haeben habbedil*, stanni sanè color persimilis argento, & vnionibus.mihi quidem BEDIL & BEDOLAH, si diuersa,ad eamdem radicem referenda videntur; & D. Hieronymus, ad vocis Hebrææ similitudinem potiùs, quam ad arborem illam Plinianam attendisse.

59. ONYCHINVS שהם *Scoam*,LXX.hîc prasynum hoc est lapidé more porri virentem;sed in Exodo *smaragdum*,qui est ipse viridis,vertût.
Onyx,& Onychinus lapis. Iosephus *Sardonycham*,quę mixta candori rubet. Hieronymus hîc & Exo.25.7.*Onychinum*.sed Iob.28.16. *Sardonichon* vocat,illic Iosephú secutus, hîc vero Aqui.Symmachum & Theodotion.de Onyce, qui vnguis humani colorem refert Plinius lib. 37. cap. 6. Haghaon dicit SCOAM esse candidum purum putum: prudentiùs Abenezra qui fatetur ignorari quid siet.Quę apud authores de his lapidibus SCOAM tradita sciri possunt inuenies à Pinedâ nostro periti inclusoris modo in pretiosam dactylothecam inserta;doctissi.dico commentar.in Iobi c.28.v.16.à nu.15.

ÆTHIO

Aethiopiae] propriè dictæ, quæ vocatur Occidentalis; ad Vers.13.
distinctionem Madianitidis quæ Chananeæ vicina. In illa est origo 60.
Nili, vt dixi. Porrò *circumit*, non significat ambire more circuli, sed Æthiopia duplex.
per Mæandros quosdam eam perlabi, non recto prorsus cursu, quod 61.
verum, & est phrasis S.S. quando vult significare aliquem peragrasse Circuire,
regionem, vt dicat circuiuisse. loca multa sunt, quædam dabo, s̄. vers. pro peragrare.
12. de Gange, *circuit omnem terram Heuilath* perfluit, non verò insulam
facit. & de Ioseph J. 41. 46. *circuiuit omnes regiones Aegypti*, hoc est
perlustrauit. 2. Paralip. 17. 9. *circuibant cunctas vrbes Israel*. Matthæus
23. 15. *circuitis mare & aridam*. Hebræ. 11. 7. *circuierunt in melotis*.

Flvminis tertii] sunt ergo quatuor flumina, cùm sequatur Vers.14.
Fluuius autem quartus: nam sicut Tigris & Euphrates, sic etiam Gehon
& Phison fluuij expressè vocantur: quemadmodum etiam isti duo
illis duobus exæquantur à Iesu filio Sirach *Sapientia sua c. 23. a nu. 35.* 62.
cuius verba adscripsimus. Porro *Tigris* (malim scribere, quā *Tygris*) iā Tigris vnde dictus.
vel ipse nomen à celeritate indidit feræ, vel fera ipsi. Sanè Hebræam
vocem חדקל *Chidekel* significare velocem vt sagittam nonnulli
aiunt. de Euphrate plura dicenda suo loco.

Quæ sequuntur vsque ad finem capitis ad opus sextæ diej spectāt:
nisi hoc quod sequitur de præcepto spectet ad Sabbati diem.

Posvit evm] extra Paradisū creauerat; & vt colligitur ex v. 23. c.
3. postea transtulit in eū, vnde & eiecit denique. Sed ad quid trāstulit?

Vt operaretvr] vt iucundè & per modum recreationis eum
colens, nec fatigaretur, nec ocio labasceret. *Sic fermè Chrysost. hom. 14.
& Augustin. lib. 8. de Genesi ad litt.*

Item vt Cvstodiret illvm] à feris, quæ extra paradisum erant.
(*iuxta SS. Basilium & Augustin.*) Si quæ animalia erant in paradiso, vt
verisimile, vt caueret ne culta protererēt aut vastarent, Illvm] hor-
tum. nam Hebraicè est affixum fœmininum, respondens voculæ גן Vers.16.
gan, quæ generis illius. 63.

Præcepitqve] Nota primò † hyperbaton, sic explicandum: Hyperbatō.
Præcepit ei Deus, dicens de ligno scientiæ boni & mali ne comedas, 64.
de omni autem alio Paradisi ligno comede. Nota. 2. verbum *præce-* Præceptum Adæ datum explicatur.
pit solummodò pertinere ad lignum scientiæ boni & mali, & vnicum
hîc esse præceptum, idq. negatiuum: quod verò de ceteris arboribus 65.
additur, nudā esse permissionem. (*asserunt D D. Basilius & Chrysostom.* Idiotismus vocis repetitæ.
& fusè demonstrat, Tostadus in. 13. c. Genes. q. 206. cum sequent.) vt ex hoc
pateat contra ciborum delectum frustrâ hinc hæreticos argumentari. Vers.17.

Comede] Hebraicè † אכל תאכל *Ocol Tocol*, *comedens comedas.* 66.
LXX. *es à edes.* significat idiotismus dari liberam & securam quando- Hebraism.
cumq; & quomodocumq; vescendi illis facultatem. lignum pro fructu Metonym.

De ligno] de fructu arboris. † J. c. 3. 17. *comedisti de ligno.* sic 4.
Reg. 18. 31. Hebraicè habes, *comedite vir ficū suā & vir vineā suam.* Vbi 67.
noster explicat, *comedet vnusquisque de vinea sua, & de ficu sua.* Vnde Regula nostri interpretis in vertendo.
† potes colligere canonē, quē in suâ versione noster vulgatus, secutus
morem LXX. seniorum, sapientissimè solitus obseruare: Nempe eū-

dem Hebraiſmum vno loco retinere, & alio loco explicare, vt hoc pacto poſſit lector & ſenſum aſſequi, & idiotiſmum addiſcere. Mille exempla paſſim toto opere obuia futura.

68. Enallage numeri.

69 Præceptum hoc an ſoli Adamo an ſimul ſuæ dictum.

70. Canon pro conciliandis LXX. & vulgato.

Ne comedas]Enallage ſingularis pro plurali. † Nam præceptum hoc datum ſimul Euæ, vt colligitur infer. ca. 3. 3. *præcepit nobis Deus ne comederemus*, ait Eua: & euentus declarauit, vt pœnam, ſic præceptum commune fuiſſe. Sanè LXX. vertunt in plurali, *ne comedatis*, & *morte moriemini*. Qua ex † te & ſimilibus paſſim occurrentibus, videor mihi canonem colligere conciliandi LXX. & vulgati verſiones, vt vna ſit alteri pro commētario. Et idcirco Deum permiſiſſe, quin & prouidiſſe, vt non eodem ſemper modo verterent: ſed vnus ad ſenſum, alij ad verbum redderent. Sic enim neq; proprietas Hebraiſmi, neque ſenſus vllam iacturam patitur. Probabilis itaq; eſt ſententia B. Gregorij lib. 35. in Iob cap. 10. Euam iam tum natam fuiſſe: quare quod eius productio poſtea narretur, id fieri per recapitulationem eorum quæ antè facta fuerant. Oſtendit autem Tertullian. *lib. aduers. Iudæos cap. 2.* hanc fuiſſe primordialem legem, quaſi matricem omnium præceptorum legis poſtea per Moyſem latæ.

71. Dies pro momento.

In quocumque]† quocunque momento ſeu tempore.

72 Hebraiſmus *morte mori*, quid ſignif.

Morte morieris]Notandum volunt quidam recentiores, hunc † Hebraiſmum, quo moriendi vocabulum ſic iteratur, non eſſe pleonaſmum, ſed valdè energeticum, cum inſeritur præceptis. cùm enim res morte ſancitur ſine hac repetitione, tum eſſe nudam comminationem, quaſi ferendæ (vt aiunt) ſententiæ, & legiſlatorem ſibi reſeruare poteſtatem necis cùm libebit inferendæ, vt Leuit. 22. 9. *Cuſtodiant præcepta mea, vt non ſubiaceant peccato, & moriantur in ſanctuario cùm polluerint illud.* quod polluerūt, qui non occiſi? Sed quando vox geminatur, eſſe quaſi latæ ſentētiæ pœnam, non ſemper in inſtanti, ſed certò & infallibiliter mortis inferendæ. Sic Salomon minatur Semei 3. Reg. 2. 36. in Hebræo, *ſcias quod moriendo morieris, Mot Tomot*, vbi noſter, *ſcito te interficiendum*, certò & infallibiliter, & vt ait 1. Reg. 14. 39. *abſque retractatione morietur*: & quia latam à ſe legem volebat ſeruari, hac mente mox idem Saul ait vers. 44. *hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha.* Vide Adag. noſtra §. 2. Senſus ergo hoc loco eſt: fietis obnoxij certæ moriendi neceſſitati; à qua lege liberi eratis futuri, ſi non peccaſſetis comedendo. hoc indicauit Symmachus vertens θνητοὶ ἔσῃ *mortales eritis*. didicere id ex Sacris litteris etiam poëtæ, vt ille qui cecinit.

73. Mortis neceſſitas quæ hic ſancita.

Tunc macies & mala febrium
Terris incubuit cohors.
Remótique prius tarda neceſſitas
Lethi, corripuit gradum.

74. In ſtatu innocentiæ an homo moriturus.

In † ſtatu innocentiæ, naturæ lege mortalis erat, nunquam tamen moriturus fuiſſet, ſi non peccaſſet: quoniam eſu ligni vitæ, eò vel ſemet guſtato, vt quidam volunt, vel vt alij ſæpius & ſubinde ſumpto, vitam propagare potuiſſet: quod indicat ſatis, clarè cap. 3. v. 22. Deus ipſe di

ipse dicens; *ne sumat forte de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternum.*
poterat ergo in æternum viuere si sumpsisset, & comedisset: quę est
D. Irenæi & aliorum Patrum sententia, quos refert & sequitur noster
Bellarminus *lib. de gratiâ primi hominis cap. 18. & sequenti. 19. respondet*
obiectionibus. Poterat ergo quoad corpus hominem fructus iste im-
mortalem facere. Hîc autem mors † corporis directè sancitur. (*Sic* 75.
contra Pelagium docuit D. Augustin. lib. 1. de peccat. meritis & remiss. c. 2.) Mors quæ
nihilominus consequenter & indirectè mortem etiam animi signifi- hic sancita.
cari, quæ per peccatum incurrenda, fateor, *cum S. Ambrosio lib. de Pa-*
radiso, c. 9 S. Augustino lib. 13. de Ciuita. Dei cap. 12. & D. Gregor. lib. 5.
ep. 14. Atque ita diuersimodè Primi parentes peccãdo mortem incur-
rerũt: quoad corpus secundũ necessitatẽ mortui, quia necessariò erãt
idcircò morituri, quoad animã statim actu mortui fuerũt. *Sic B. Felix*
Papa ad Petrũ Antiochenũ habes in quintâ Synodo Constantinopolitanâ.

Dixit] Sexto die positum pro dixerat. Non est bonum] non Vers. 18.
est aptum, congruum, conueniens, vt genus humanum propagetur, & 76.
hoc animal sociale vitam iucundè transigat. Nam Bonum † istud ex Quo pacto
Apostolicâ doctrinâ ad liberorũ susceptionẽ, & consequendum be- non sit bonũ
nedictionis illius, *crescite & multiplicamini*, finem, restringi debere do- homini care
cuit Clemens *Roman. lib. 6. constitt. Apostolicar. c. 27.* post multiplica- re vxore, cõ
tum verò satis genus humanum, iam laude digni cęlibes & spiritua- tra hæreti-
les spadones. *Matth. 19. 12. 1. Cor. 7. 18. Qua de re plura in Adag. Sa-* cos.
cris §. 3.

Hominem] hunc Adam. Nam Hebraicè additur articulus ה. 77.
Adiutorium simile sibi] Chaldęus explicat; † *sustentaculum* Vxor quale
quod sit penes eum, quod sit ad manum, vt ab eo adiuuetur & subleue- adiutorium.
tur, eique per omnia velut ἀντίστοιχον καὶ ἀντίστροφον correspon-
deat, & congruat, ad morem tabularum contrapositarum & agglutis-
natarum. hoc indicat Hebræum כנגדו *Kenegdo*, positum pro eo quod
noster, *simile sibi*, & compositũ est ex particulâ similitudinis כ. & ver-
bo *Neged*, contra vel ex aduerso. LXX. eodem sensu *adiutorem secun-*
dum eum, adiutorium intellige primò quoad procreationem, deinde
quoad ceteras vitę necessitates. Sed, vah! quàm vitio nostro sępè 78
hoc adiutorium (vt delicię bonorum, Lipsius meus, dicere solitus) in Lipsij dictũ
molestiam vertit. Sibi] Hebraismus frequens, pro ei. verũ & fal-
sum.

De humo] *min hoadomoh, à terra*: hoc est. † super terrâ, ne putes 79.
ex terrâ creatas aues. Vel, istud, *de humo*, solummodò referendum est Vers 19.
ad proximum, bestiam scilicet agri, non etiam ad aues. *vide sup. cap.* 1. Aues ex
20. 38. Volatilibus] nempe *formatis*, sed ex aquis. aquis creatę.
80.
Adduxit] insito † illis occulto quodam motu ad hoc, quo spon- Animalia
tè accederent, & subiectionem suam quodammodo profiterentur: quomodo ad
vel adducta Angelorum ministerio, bina & bina ab Adamo nomi- Adam addu-
nanda. masculũ & fœminam adductos probabile est, vt ipse quoque cta
sibi Fœminam speciei suę ad propagationem opus esse intelligeret. 81.
Vocaret ea] quod nomen singulis imponeret à cunctis ho- Adã nomina
minibus, vsque ad turrim Babel & labij confusionem, vsurpandum. singulis quæ
imposuerit, & quã apta.

Nam Hebræam linguam, quæ omnium prima, diuinitus à Deo acceperat, & eá fuit vsus in hac nomenclaturâ, ante (opinior Euæ productionem.

81. Nominum impositione quid Deus intenderit.

IPSVM EST NOMEN EIVS]singulorum naturæ conuenientia nomina indidit: ita vt quod illis proprium erat & peculiare speciei, id ipso nomine exprimeretur. *Eusebius lib. 11. præparat. Euangel. cap* 4. Hac † nominũ impositione non solùm Deus voluit Adæ sapientiam ostẽdere: sed dominij quoque in animantia tradìti vsum atque possessionem: solebant enim seruis nomina commutari, Pharao vertit Iosephi nomen, *& vocauit eum lingua Ægyptiaca Saluatorem mundi* ,] Genes. 41. 45. & in captiuitate Babylonicâ. *imposuit eis præpositus Eunuchorum nomina; Danieli, Baltassar: Ananiæ, Sidrach: & Azariæ, Abdenago. Dan. 1.7.* Sed & CHRISTVS, vt Dominus, hoc more nomina suis, Petro Cephæ, Zebedej filijs Boanerges, indidit. *Philo lib. de mundi opificio & Patrum multi hac obseruarunt, quorum verba inuenies apud Martinum Martines lib. 2. hypotyp. cap. 1.*

82. Nomina seruis mutabātur.

VERS. 20.

83. Piscibus & ex putri natis materia non indidit Adam nomina.

CVNCTA ANIMANTIA] præter pisces, qui † adduci extra aquam in contrarium elementum, sine miraculo, non potuerunt: erant etiam, & sunt, ab hominum commercio remoti. Sed nec adducta, quę ex putri materiâ nasci solent, propter eorum imperfectionem: si verba consideras, nullis horum Adamus nomen imposuit: sed piscibus homines, vt illos capere cæperunt & comedere: alijs istis, vt suis temporibus exstitere.

ADÆ VERO] q.d. cunctis diligenter perpensis, nullum animal inueniebatur aptũ vel dignum, cum quo vitæ communionem Adam institueret. quare huic indigentiæ fuit à Deo prospiciendum.

84. Hebraismus actiuũ pro impersonali seu passiuo.

NON INVENIEBATVR] Sępenumerò Hebręi † tertiá personá passiuorum seu impersonale, exprimunt voce actiuâ, vt hoc loco habes מצא *Maea inuenit* pro *inueniebatur*, & Isai. *9. 6.* ויקרא *Veiquera, & vocabit* pro *vocabitur*, nec locus ibi mendosus est. *Vide Steuchum Cosmopeia fol.* 69.

VERS. 21.

85. Locus Isai. 9.6.

86. Adamo cur super immissus.

IMMISIT; soporauit, † vt de adiutorio illi prosp iceret, nec tamen ad apertionem lateris Adam exhorresceret, néve dolorem de costę exemptione & suppletione sentiret. *sic Epiphan. contra heresim* 48. *& Chrysost. hic hom.* 15.

SOPOREM] תרדמה *Thardhemoh*, hîc & infra 15. v. 12. vbi etiam noster *soporẽ* dicit *irruisse*; & Ionę. 1. 5. vbi noster, *dormiebat sopore graui*. propriè significat grauem & adeo profundum somnum, vt lethargo sit similis, & quasi rapiat hominem in extasim. Symmachus vertit καρὸν, quod morbi genus: Aquila καταφορὰν, quasi descensum seu totius vigilię lapsum. Meliùs sensu LXX. ἔκστασιν; qua voce abusus Tertullianus lib. de animâ cap. 21. *amentiam* vocans, sed explicuit cap. 45. *quasi amentiam*, propter visiones imaginum quę somno adiunctę: verùm mihi non videtur assecutus mentem LXX. interpretum: qui non verterunt *exstasim*, propter vanas rerum imagines quæ somniantibus se offerunt: verùm vt indicarent sopori coniunctam fuis

Tertullianus explicatus.

ctam fuisse mentis supra se eleuationem prophetico illustratam lumine (vt bene *D. Epiphanius contra hæres. 85.*) adeò vt Adami mens 88.
tum eo soporato & à corporis ac sensuum functionibus soluta fuerit, Sopor Adami cum reuelatione coniunctus.
& ita diuinitus clarata, vt videret mentis oculis, costam sibi eximi, &
corpus suppleri, & ex costâ mulierem formari, & insuper mysterium
eo facto significatum probè intelligeret. hoc indicant verba Adæ.
ỹ.v.23.

TVLIT VNAM DE COSTIS EIVS] non superfluam vel † supernumerariam aliquam, sed vnam de requisitis ad indiuidui integritatem. 89. Costa ex qua Eua formata qualis.
Etenim verè ex Adamo Eua producta, non quatenùs ille erat homo,
sed quatenus iste homo, & Euæ maritus futurus. Quoniã sic ex Adami osse dicitur os Eua, sicut ex eius carne caro vocatur. videlicet ex
duobus indiuiduis quasi vnum futuri; & sicut in vnâ carne duo, sic
etiam in vno osse duo. Scito etiam contra Rabbinos recentiores צלע 90. צלע quid.
çalagh propriè significare costam, & non nisi metaphoricè pro latere
capi, eo quòd latus sedes costarũ: hinc vlteriùs extensa translatio fuit,
ad trabes & latera ædificiorum. atque ita conciliandi † Patres idem 91. Conciliati Patres de formatione Euæ.
diuersis verbis explicantes, vt S. Ignatius *epist. 3.* dicens creatam ex
latere Adæ, D. Cyrillus *lib. 3. contra Iulian.* dicens creatam ex particula, & D. Martialis *epist. ad Tolosanos cap. 9.* scribens formatam ex costâ.

REPLEVIT CARNEM] costam non sine carne abstulerat, † nunc 92. Costa redditur Adamo, sed alia.
etiam carnem reponit non sine costâ: sic carne & costâ nouis hians
illud vulnus lateris clausit & continuauit: quæ post quosdam veteres
Catarini sententia est, animo meo optima. Sed cur potiùs ex latere, 93. Eua cur ex latere creata
quàm ex capite? vt significaretur Ecclesia nascitura ex latere Saluatoris in cruce dormiẽtis. Assumpta autem ex viro potiùs quàm aliunde:
tum vt constet eiusdem illam esse speciei & naturæ: tum vt doceamur quantum par sit esse coniugum amorem, & quàm sanctum & 94. Cur creata ex viro.
indissolubile matrimonij vinculum futurum.

ÆDIFICAVIT] Hebræis BONO; significat ædificare, † & liberos VERS. 22. 95. בנה, & ædificare pro liberos gignere.
gignere, eò quod liberi sint quasi quoddam domus (id est familiæ)
complementum. *de quo plura dicemur cap. 16. 2.*

COSTAM IN MVLIEREM] addidit † Deus costæ; quam
exemerat Adamo, cum carne illi adhærente; aëris circumstantis, &
aquæ, & terræ quantum opus erat: & hæc elementaris materia fortassis in Euæ membra corpusque immediatè fuit mutata (potuit certè) : adhuc tamen dicitur Eua formata ex Costâ, quia materia hæc 96. Euæ materia vnde producta.
elementaris, etsi maior; dumtaxat fuit quædam accessio ad costam;
quæ præcipua materia Dei destinatione.

ADDVXIT EAM] ipsemet Deus, vt paranymphus, viro coniugem
in matrimonium obtulit, quam in paradiso creauerat loco ab Adamo
dormiente non multum distante.

DIXIT] visa muliere vt mysterio intellecto, admirabundus exclamauit. VERS. 23.

HOC NVNC OS] q. d. apage à me animantia prius adductæ

non placent, non congruunt mihi: quia specie dissimilia, & prono vertice in terram vergentia, & rationis expertia. hæc mihi simillima

97. Os de osse, & caro de carne. Hebraismus.

est, particeps rationis, consilij, sermonis; denique carnis† & ossis mei portio. Video nunc mihi à Deo concessum, singulari priuilegio, coniugem ex me natam accipere: vt posteri intelligant ex quam arctæ coniunctionis origine matrimonij vinculum ducatur. Ex hoc Adami dicto nata phrasis Hebrea, quâ consanguinei *caro & os* appellantur; de qua lege Adaq. sacra §. 4. Latini dicerent *sanguis meus, viscera mea*.

98. Consanguinei caro & os vocantur Hebraismo.

NVNC] hac vice: ex Hebreo. VOCABITVR VIRAGO] substantiam habet à me, nomen etiam accipiat. D. Hieronymus hîc notat etymologiam hanc etiam Grecè noua voce inuenta à Symmacho (alij tribuunt Aquilę) seruatam, qui [illegible] fecerit [illegible]. hanc vocem tempore nondum receptam LXX. non agnouerunt, ideo prorsus ab etymo exciderunt, vertentes γυνὴ, cui quid commune cum [illegible]? Vidit Diodorus Tarsensis, sed dum ipse conatur meliùs, & vult Hebraicè haberi [illegible] grauius allucinatur. Noster; *viraginem*; vertit non habitâ ratione significationis tantum, sed etiam etimi. Nam virago dicitur animi virilis mulier, & à *vira virago*. Quare Steuchus potuit censoriâ hîc virgulâ abstinere. Festus tradidit fœminas *viras* vocatas, potuit itaque (nisi quod vox obsoleta, sicut & *puera*) reddi, *vocabitur vira &c.* sic Teuthones nostri à voce *Man*, deducunt *Mannim* & Hispani, de hombre formant *hembrâ*, iisdem consonantibus. Hebrei ab איש *Isc*, faciunt אישה *Issca*. de qua voce lepidè lusit Abraham Esre F. scribit in voce אישה contineri nomen contractum Dei יה, qui autor coniugij: & quamdiu hoc nomen duarum literarum in coniugio manet (manere autem, quamdiu Deum coniuges timent, & mutuùm amant) tamdiu nuptiis Deum adesse & benedicere: si vero inuicem oderint, & Dei obliuiscantur, tum illud nomen coniuges abiicere, saltem mutilare, nam ex איש tollere Iod, & ex אישה tollere cum Iod etiam He; atque ita vtrimque dumtaxat relinqui אש & אש *Esc & Esc*, hoc est ignem & ignem: hic ignem rixarum & assiduę molestię, in alterâ vitâ ignem ęternum. Verissimè & sapientissimè, nec duxi omittendum.

99. Nomina in variis linguis mulieris ex viri nomine ducta. Diodorus Tarsensis notatus. Vir, vira. Man mannim. Hombre hembrâ. lepida allusio ethymi nominis. Issca.

VERS. 24. 100. Indissolubilitas matrimonij hîc à Deo sancita.

QVAMOBREM] quidã volunt hanc legem ab ipso Adamo hîc sanciri: crediderim à Moyse nunc introduci† Deum loquentem, qui dicta protoplasti confirmet, & ex iis legem matrimonij eliciens, decreto suo sanciat. quia CHRISTVS Matth. 19. 5. disertè hæc verba tribuit Deo, & hæc est sententia D. Hieronymi & Theodoreti in illud Malachiæ, *quia Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuę quam tu despexisti, & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui.* Malach. 2. 14. fœdus vocat hanc legem à *Deo* latam: sed eam clariùs explicauit CHRISTVS loco citato: *Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio masculum & feminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem &c.* Sensus est idem qui nostri loci, nam quod Moyses, *Quamobrem*; CHRISTVS *propter hoc*; sensus (inquàm) est: cùm Deus primam

Locus Mat. 19. 5.

con

coniugem ex viri sui corpore formauit, & nō nisi vnā formauit, satis hoc ipso indicauit, nullam colligationem humanæ necessitudinis vel affectuum, cum matrimonij vinculo & nexu esse cōferendam: & posteros Adami & Heuæ semper memores esse debere primorū coniugum, vt quamuis ipsi ex inuicem non essent nati sicut illi primi, recordarentur tamen illos primos ideo sic natos, vt ostenderent etiam sequentium coniugum inuiolabilem esse debere societatem, & dilectionem maximam. Proinde hanc coniugij legem Deum sanciuisse, (*Sic Hierony. & Theodoret. in Osee cap. 11*) vt, si res exigat, coniux coniugis causa patrem & matrem deserere teneatur. (*vide Rupert. hic lib. 3. capit. 36.*) Veruntamen sapienter & verè hoc explicat B. Thomas 2. 2. *quæst. 26. ar. 11. ad. 1.* istud intelligendum de cohabitatione & vitæ consortio. Nam in pari casu famis, vel alterius huiusmodi necessitatis, potius esse patri & matri subueniendum. Et satis perspicuè ad hoc præceptum alludens auctor lib. 3. Esdræ cap. 4. v. 20. tractad cohabitationem retulit: *Homo patrem suum relinquit, qui enutriuit illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit. Et cum muliere remittit animam, et neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem.*] Ex supra dictis patet perfidia Caluini, qui hæc vult interiici tātum à Moyse, vt à Doctore ne conuincatur contra Dei legem repudia & matrimonij dissolutionem ex quauis causa suis sectatoribus permisisse: refellit hanc hæresim Bellarminus *lib. 1. de matrimonio cap. 15. et 16.* Et splendidè Musculus mentitur, dum quod suæ synagogæ est, id Catholicæ Ecclesiæ impingit,

101. Pater & mater quo casu vxori præponendi.

102. Hæretici soluunt matrimonia quoad vinculū.

ADHÆREBIT VXORI] LXX: προσκολληθήσεται, quod † Tertullianus benè reddit, *conglutinabitur.* Hebræum דבק *Dak r* denotat arctissimam adhæsionem: sic noster sumit vocem adhærēdi apud Matthęum d. v. 5. & Ruth. 1. 14. *Ruth adhæsit socrui suæ*, vt numquam ab eâ recessura. Mysterium horum verborū de nuptiis CHRISTI & Ecclesiæ Paulus explicuit: *Ephes. 5. à vers. 24.*

103. דבק seu adhærere vxori quid.

DVO IN CARNE VNA] voculam *duo* Hebraicè hodie non esse cōstat. dubium est mihi, an olim fuerit, fuisse & erasam à Iudęis vult Leo Castrius in Apolog. lib. 3. ceteri malunt non fuisse olim, sed rectè id LXX. ad sententię plenitudinem adiecisse, & ideo ex LXX. id citasse CHRISTVM Dominū d. v. 5. & Mar. 10. 8. & Paulum d. cap. 5. v. 31. & nostrum quoque interpretē hic retinuisse. Propendeo in Castrij sententiam excidisse ex Hebręo Iudęorum oscitantiâ. Deinde LXX. habent, *in carnem vnam*, eodem sensu quo noster, *esse in carne vnâ*, hoc est secundum nonnullos erunt sicut vna caro. Sicut Hebręum ל sumitur Abdię 18. v. vbi Hebraicè, *sicut stipula*, noster, *erunt stipula*, scilicet combustione: sicut stipula comburentur: ita hic, *in vnam carnem*, erunt sicut *vna* caro tunc subaudiendum indiuisibiles, sicut enim vna caro, non potest diuidi, & vna caro manere. Sic non potest coniux à coniuge separari, eo ipso quod sit vna caro effectus cum coniuge: vnitati namque diuisio repugnat, sed prestat non exponere per

104. An olim Hebraicè fuerit duo.

notam similitudinis:sed identitatis,vt significet,erunt vna caro, quia vxoris caro est caro viri, & viri caro,est caro vxoris. Non sunt ergo duo,sed vna caro, vt CHRISTVS met exposuit,d.v.5. & Marci 10.8. Notat Tertullian. *Exortat ad castitatem c.*5. his verbis Poligamiam refutari; à qua Lutherus non abhorrebat, sed Ochinus eam & facto & doctrinâ professus.Refellit Bellarminus d.lib.1.cap.10.

VERS. XXV. 105. Protoplasti soli nudi, posteri nequaquam.

VTERQVE NVDVS] Isidorus Clarius putat eis pro vestimento diuinam quamdam gloriá fuisse, cuiusmodi & in resurrectione futura; sed hoc gratis fingitur. Non indigebant vestium tegmine cùm nullis extrinsecis incommodis essent obnoxij. Neque id pudori ducebant, qui legi mentis legem aliam contrariam in membris non sentiebant. cur puderet,vbi nihil quod refrenandum, vel dedeceret? conscij postea malitiæ, texerunt internæ concupiscentiæ membra proditricia. *Lege D. Augustin.lib.2.de Gen.ad litt.cap.1:de vestitus origine Tertullian. de Pallio cap.*3. Ex hoc loco duo collige,verum non esse quod in Politico Plato & poëtæ hanc nuditatem ad omnes aurei sæculi homines

106. Adamitæ hæretici.


extendunt. Secundò refelli vesaniam † Anabaptistarum illorum,qui in Batauiâ Adamitæ.nam nudus Adam in solo statu innocentiæ:olim similes re ac nomine hæreticos refutauit S.Epiphanius *lib.*2. *contra heres.* 52.

CAPVT





CAPVT TERTIVM.



SED & serpens erat callidior cunctis ani- 1.
mantibus terræ, quæ fecerat Dominus
Deus. Qui dixit ad mulieré: Cur præcepit
vobis Deus vt non comederetis de omni ligno pa-
radisi? * Cui respondit mulier: De fructu lignorum, 2.
quæ sunt in paradiso, vescimur: * de fructu verò li- 3.
gni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis
Deus ne comederemus: & ne tangeremus illud, ne
fortè moriamur. * Dixit auté serpens ad mulierem: 4.
Nequaquam morte moriemini. * Scit enim Deus 5.
quòd in quocũque die comederitis ex eo, aperien-
tur oculi vestri: & eritis sicut dij, scientes bonum &
malũ. * Vidit igitur mulier quod bonũ esset lignũ 6.
ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; dele-
ctabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditq;
viro suo, qui comedit. * Et aperti sunt oculi ambo- 7.
rum: cùmq; cognouissent se esse nudos, consuerunt
folia ficus, & fecerũt sibi perizomata. * Et cùm au- 8.
dissent vocé Domini Dei deãbulantis in paradiso
ad aurá post meridiem, abscõdit se Adam & vxor
eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.
* Vocauitq; Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi 9.
es? * Qui ait: Vocé tuã audiui in paradiso: & timui, 10.
eo quòd nudus essem, & abscondi me. * Cui dixit: 11.
Quis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi
quòd ex ligno, de quo præceperá tibi ne comede-

12. res, comedisti? * Dixitq; Adam: Mulier, quã dedisti
13. mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. * Et
dixit Dominus Deus ad mulierẽ: Quare hoc feci-
sti: Quæ respondit: Serpens decepit me, & comedi.
14. *Et ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti
hoc, maledictus es inter omnia animãtia, & bestias
terræ: super pectus tuum gradieris, & terram come-
15. des cunctis diebus vitæ tuæ.* Inimicitias ponã in-
ter te & mulierem, & semẽ tuum & semen illius: ip-
sa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo
16. eius.* Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas
tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub
17. viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. * Adæ ve
rò dixit: Quia audisti vocẽ vxoris tuæ, & comedisti
de ligno, ex quo, præceperã tibi ne comederes, ma
ledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex
18. ea cunctis diebus vitæ tuæ.* Spinas & tribulos ger-
19. minabit tibi, & comedes herbam terræ. * In sudore
vultus tui vesceris panẽ, donec reuertaris in terram
de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerẽ re-
20. uerteris. * Et vocauit Adã nomen vxoris suæ, Heua:
21. eo quòd mater esset cunctorũ viuentiũ. * Fecit quo
que Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelli-
22. ceas, & induit eos: * Et ait: Ecce Adã quasi vnus ex
nobis factus est, sciens bonum & malum: nũc ergo
ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de li-
23. gno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. * Et emi-
sit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt
24. operaretur terram, de qua sumptus est. * Eiecitque
Adam: & collocauit ante paradisum voluptatis
Cherubin, & flammeum gladium, atque versati-
lem, ad custodiendam viam ligni vitæ.

Creauerat

Creauerat Deus hominem bonum & felicem; vt audiuimus: nunc vnde factus prauus & infelix videamus.

ARGVMENTVM.

Tentantur primi parentes, & peccant, & puniuntur, maledicti, & paradiso pulsi: sed ne desperent promissio redemptoris futuri inseritur.



Statim hîc initio vilium † vnum atheismi Caluinus osten- VERS. 1.
dit, dum asserit non sine Dei ordinatione lapsum Ada- 1
mum, & quod Deus eum labi voluit, nam si Deus voluit Deus nō fuit ordinator,
labi, voluit peccare; quia lapsus iste peccatum, & labi hic nec volitor
peccare fuit. Si præordinator, ergo author peccati. hoc verè tenuit culpæ Adam.
Caluinus: sed vtrumque blasphemum est. Præuiderat Deus lapsu-
rum, & labi permisit, vt Catholici asserimus; qui mala pœnæ, nō cul-
pæ Deo ascribimus.

SERPENS] radix Hebræi nominis, נחש *Nachasc*, est נחש 2.
Nachasc, quod est malis artibus curiosè explorare, obseruare, tētare.
vnde nomen obscœnum rectè competit; tum, ei quo Diabolus abu-
sus est animanti, quod vafrum, malignū, & naturâ suâ insidijs & po-
nendis & cauendis aptum; tum etiam † ipsi Diabolo, qui malarum 3.
artium inuentor, per serpentem primo Adamo, hoc loco, & per se Serpēs & tē-
secundo insidias tetendit, vnde & *tentatoris* nomen accepit, Matth. 4. tator nomi-
v. 2. *accedens ad eum tentator*, & solet vocari *serpens antiquus*. na Diaboli.

CALLIDIOR] in sacra Scriptura *callidi* † nomen aliquando bo- 4.
nam prudentiam significat, vt in Prouerb. docebitur: & è contra *pru-* Callidus &
dens aliquando significat vafrum & astutum. Inde factum, vt hoc lo- prudens no-
co LXX. *φρονιμώτατος* reddāt, noster, *callidior*. Hebræa vox ערום *Gha-* mina æqui-
rum indicat in malam partem capi debere, pro malignâ & veterato- uocā in bo-
riâ astutiâ. quare rectè Diodorus monet vsum instrumento ad fallen- num & ma-
dum idoneo, delectum à dæmone ait, ego potiùs censuerim cum lum.
Barcepha *lib. de Paradiso cap. 27.* non permissum à Deo vti alio ani-
mantium; tum vt sic appareret vilitas & abiectio dæmonis; tum vt 5.
tortuosi & maligni animalis adspectu faciliùs Eua fraudem depre- Cur serpen-
henderet. Rectè Aqui. vertit *πανοῦργος*. Iubemur quidem esse *pru-* te vsus Dia-
dentes sicut serpentes, Matth. 10. 16. sed quod additur, *& simplices sicut* bolus.
columbæ, cōuincit, nos iuberi vti sollertiâ serpentis in nostri defēsione, Locus Matth. 10. 16.
nō in aliorū damno. Bona † est prudentia serpentis, quâ vt caput ser-
uet reliqua vulneri opponit, & quâ de fonte bibiturus venenum 6.
priùs deponit, ne alijs animalibus ad aquam accessuris noceat: sed Serpentis
mala versutia, quâ soporantis meditam mulcedinem aure obturatâ astutiæ indicia.

 excludit,

excludit, item qua hominem latenter mordere conatur. *Psal.* 37.5. *Eccles.* 10. 11.

7. Serpens iste cuius speciei.

Non constat qua specie sit abusus dæmon, qui regulum putant, à Pererio refelluntur: ipse *Scytalen* censet; & pulchritudo, addo & magnitudo suadet. Spolium vnius vidi in Thesauro rerũ Naturalium, docti & curiosi viri Vlyssis Aldrouandi, nisi memoria labor plusquam septẽpedale, totum artificio naturæ pulcherrimè variegatum, auri splendore, & argenti nitore radians. Suspicio tamen mihi de viperâ: quoniam Diaboli filios, Iudæos CHRISTVS vocauit, *Ioan.* 8. 44. eo quod vt ille hac Euæ seductione homicida fuit, illi homicidiũ imitati patrissabãt, *Matth.* 23. 23. & propterea Præcursor eos *genimina viperarũ* nũcupauit *Matth.* 3. 7. sed cuiuscũque speciei serpẽs iste fuit,

8. Serpẽte quo vsus pacto dæmõ cum Eua m allocutus?

Diabolus † eum subingressus, sicut energumenos solet: deinde in eius ore, quasi in organo, aëre moto & modulato, vocem humanam, vt potuit, effinxit, nõ vitali actione, sed artificiali. Sic mendacij & homicidij initia dedit, cùm ex inuidiâ mortem homini in mundum introduxit. *est sententia Seueriani & Procopij hîc & D. Augustini lib.* 11. *de Genes. ad litt. cap.* 27. *& lib.* 14. *de Ciuita. Dei cap.* 11.

9. Cur Eua nõ exhorruit & refugit colloquiũ serpentis.

Non † dubito Euæ nonnullam ante à Serpente auersionem fuisse; sed quia sciebat sibi nocere non posse, nec exhorruit, nec loquentem fugit; vel rei nouitate, si sciebat loquelæ expertem, allecta, vt euentum insolitæ rei opperiretur. (*Sic D. Thomas* 1. *p. q.* 94. *ar.* 4) vel ignorans intellectuali creaturæ proprium esse sermonem, quod Procopius *hîc*, & B. Cyrillus *lib.* 3. *contra Iulianum* censuerunt. Inferiorem eâ tempestate nostri æui mulieribus scientiâ illâ, quam experimenta gignunt, adhuc Euã fuisse: nihil absurdi est. Non pugnat cum status fælicitate, vsũ & experientiâ, quæ initio nesciebat, addiscere quædam. pugnat cum eo vera pro falsis, vel falsa pro veris firmo assensu complecti. Quod Patres illi Euæ non tribuunt.

QVI] Diabolus in serpente per os serpentis.

10. Plura verba non præcessisse.

CVR PRÆCEPIT] Procopius, plura † præcessisse verba, sed à Moyse præcipua tantum commemorata, censuit. verùm id minimè necessarium, neque conuincit Hebræum *Aph-chi* Sensus enim: Itane verùm est. quod colloquij initio, adspectu ad aliquid ante gestum vsurpari posse patet. Eadem est sententia nostri: *cur præcepit?* q. d. cur Deus præcepisset aut vellet vos à fructu illius arboris carpendo manum abstinere, cùm omnes suauissimi sint & salutares. Nolite ergo putare hoc seriò dictũ ab eo: nec est quod metuatis inde mortis periculum. Scit Deus nullam in Paradiso arborem esse lethiferam: sed omnium fructus optimos, & edules: illius præcipuè, à qua vos video continere, & vix audere illam intueri. Quam ipsam Deus nouit vtiliorem ceteris.

11. Diabolus cur non nisi *Elohim* Deũ nominarit.

DEVS] subticet † nomen ineffabile, quod hactenus positum, quia hoc diuinam essentiam significabat: sed vtitur nomine *Elohim*, quod communicabile creaturis, & cuius similitudinem mox illis pollicitur.

VT NON COMEDERETIS] Ecce primum & apertum menda- 12.
cium calumniatoris, verbum Dei corrumpit: ex permissione, & præ- Diabolus
cepto negatiuo, vtrumque mutilans, vnicum facit præceptum nega- verbum Dei
tiuum: quasi Deus prohibuisset vllo paradisi fructu vesci (*Vide Ter-* corrumpit.
tullian. lib. 2. contra Marcion. cap. 16. & Rupertum hic lib. 3. cap. 4.) Sic ta-
men verba temperans, vt posset deprehensus dicere, se de vna tan-
tùm hac arbore sensisse, non de omnibus: & hinc recognosce à quo
didicerint hæretici sacram Scripturam citare, & corrumpere.

DE OMNI] ambiguum est an dicat de vllo, an verò de aliquo tantùm neget.

Corrigit mulier mendacium Satanæ, vt rectè Seuerianus: Sed ni- VERS. 2.
mis molliter. Non est, vt ais: sed licet de ceteris vesci. Nam † Hebrai- 13.
cè futurum positum pro præsenti. Hebraism. futuri pro præsenti.

DE FRVCTV VERO] de illo tamen pretiosissimo, non licet. He-
braicè, arbori articulus additur: vt videas iam nonnihil commo- VERS. 3.
tam.

ET NE TANGEREMVS] tædio & odio præcepti, addens de suo, inuidiosè exaggerat. Deus enim nec adspectum, nec tactum, sed esum dumtaxat prohibuerat. *D. Ambrosius lib. de paradiso cap. 12.*

NE FORTE MORIAMVR] In Hebræo est פן *Phen, ne forte*, quod 14.
etiam Chaldæus habet; ideo arbitror excidisse ex versione LXX. in LXX. libri
qua hodie, *forte*, non exstat. Deus absolutè affirmarat, *moriemini*; mu- mendum.
lier dubitat, Diabolus negat, *de quo lege Rupert. lib. 3. de Trinita. cap. 5. & Bernard. sermone de quadruplici debito*: restabat vt quassatus & nutans paries subuerteretur: & fecit Satan, inclinatum impulit.

Vt nutantem tentator vidit, instat impellere: nam & pœnæ metum VERS. 4.
apertè remouet, & promissis lactat. *Qua de re lege D. Gregorium lib.* 15.
24. in Iob cap. 7. & 8. Præterea aduertè aliquot splendida in tam pau- Diaboli mẽ-
cis verbis mendacia. Primò intendit negare, quod Deus seriò sit dacia.
mortem minatus. Secundò tribuit arboris fructui vim, quam non habebat, nempe scientiæ & sapientiæ infusæ donum, quod solius est Dei conferre. Tertiò dicit Deum scire hæc esse vera, & ita euenturum illis: quæ omnia falsissima.

SCIT] q. d. Scientia Dei falli non potest, nouit omnium rerum VERS. 5.
ingenium & dotes: ideo non ignorat hanc arborem vobis vtilissi- 16.
mam esse, vt pote quæ rerum omnium cognitionem possit solo esu Dolus ver-
adferre. Præterea cùm bonus sit, & vestri curam gerat; non est pu- borum eius,
tandus voluisse vos hoc bono priuare: sub hoc præcepto credendum ostensus.
potius mysterij aliquid occuluisse, quod nondum sciris; sed scietis fructu gustato. Quod de mysterio latente dixi, D. Augustinus *lib. 11. de Genesi ad litt. cap. 30.* insinuat: quod addidi in laudem Dei, & non detractionem vel insimulationem inuidiæ; (quod plerique solent) id me profiteor à B. Epiphanio, *contra hæresim Cainanorum*, mutuatum. Caluinus id latenter arrodit; sed homo, contumeliis Dei insaturabilis, præ liuore non attendit, ita solitum cacodæmonem simulatâ pietatis specie mentibus bonorum illabi; sic tamen, vt semper aliquid

de ſuo apponat, mendax atque blaſphemum.

In qvocvmqve die] quouis momento, quandocumque. Indicat certitudinem & celeritatem effectûs, quia quod Deus ſcit futurũ; id non poteſt non fieri.

Aperientvr ocvli] adeò perſpicacis intelligentiæ efficiemini, vt meritò ſitis exiſtimaturi vos antea cæcos fuiſſe. Nam ſæpe † in ſacra Scriptura effectus, pro opinione vſurpatur, de quo alias.

17. Idiotiſmus, effectus ſeu res pro opinione.
Eritis sicvt Dii.] meliùs quàm Fauſtus Reginenſis *lib. 1. de lib. arbitr. cap. 1.* & quidam alij hæc retulerunt ad ſimilitudinem diuinitatis; meliùs, inquam, ceteri id reiecerunt. Quia non obſcurè Moyſes oſtendit, in quo ſit poſita hæc ſimilitudo, reſtringens illam ad boni & mali cognitionem, hoc eſt exactiſſimam rerum omnium ſcientiam.
18. Similitudo Dei qualis hic promittatur?
Sicut enim quando Hebræi † volunt indicare aliquem inſtar infantuli, rerum omnium inſcium & ignarum eſſe, dicunt; neſcit eligere bonum & reiicere malum, *vt Iſai. 7. 16.* ita cùm volunt alicui tribuere quandam quaſi rerum cunctarum, quæ ſciri queunt, ſcientiam,
19. Scientia boni & mali, quid.
dicunt eum ſcire bonum & malum, hoc eſt omnia. Nam quicquid eſt; bonum vel malum, vtile vel inutile eſt: vnde Horatius; *Qui quid ſit pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non:* quamquam id de moralibus tantùm, diabolus de cæteris etiam: *de hac phraſi, vide Adagia ſacra* §. 5.

20. Deorũ multitud initiũ.
Sicvt Dii] Iuſtinus Martyr *lib. contra gentes*, docet Diabolum hîc Polytheïæ fundamentum ponere.

Vers. 6.
21.
Vidit] non innocuo vt ante affectu, ſed concupiſcens, cupida guſtandi, curioſè & attentè pomum conſiderans, de oculorum neceſſariâ cuſtodiâ, huius loci ratione, grauiter & diſertè D. Gregorius *lib. 21. In Iob. c. 2.* Tria in arbore perpendit miſella mater viuentium, quæ ex Hebræo † patent clariſſimè: primò, quantum adſpectu diſcernebat, pomum eſſe ſuauiſſimum & aptiſſimum eſui. Secundò
Euæ lapſus vnde, & tres laudes arboris.
idem eſſe pulcherrimum & amæniſſimum oculis, תאוה לעינים *Taaſeh Laghenaim, deſiderium oculorum*, h. viſu gratum & deſiderabile. Chaldæus, *ſanitas oculorum*, † hoc eſt cibus, paſtúſve oculorum: nam
22. Chaldæus explicatus.
illis ſonare oculos, idem quod oculos paſcere: ne ſuſpiceris, de medicata vi quapiam. Tertiò quod eſſet נחמד להשכיל *Nechmad Lehaſchil*: hoc Fagius, Lutherus, Caluinus hæretici, referunt ad dæmonis promiſſionem, vt ſenſus ſit, vidit vtile eſſe ad intelligendum ſeu ad intelligentiam boni malique. Non placet, quia hoc oculis videre nequibat. Verbum verò; *vidit* quod ad hæc omnia æquè ſpectat, de corporeo viſu accipiendum docent duo membra præcedentia.
23. Conciliatæ verſiones ex Hebræo.
Quare oportet exponere de iis † quæ foris arbor oculis offerebat, vt ſenſus ſit; vidit arborem eſſe dignam attentâ pulchritudinis eius conſideratione; & contemplatione moroſâ otioſaque hoc indicat noſter, qui vertit; *adſpectu delectabilis*, ſicut Chaldæus, *arbor delectabilis ad intuendum in eam:* nec alia mens LXX. interpretum, ὡραῖον κατανοῆσαι. Mecum facit Vatablus, & ex parte Eugubinus.

24. Peccati gradus.
Tvlit] abſtulit, decerpſit. En vbi gradus † peccati. Suggeſtio dia

ſtio diaboli, Euæ auſcultatio, conſenſus & patratio peccati; *de quibus præclarè D. Bernard. in libro de gradibus humilitatis & ſuperbiæ.* Porro † primum peccatum hoc protoplaſtorum, non fuiſſe infidelitatem, vt contendunt hæretici, ſed ſuperbiam, docent non modò Patres *D. Auguſtinus lib. 14. de Ciuitate Dei cap. 13. S. Baſilius Orat. quod Deus non ſit auctor malor. S. Leo ſermo. 5. de Natiu. Domini, & alij*: Sed & ſacra Scriptura Ecclesi. 10. 14. *Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, receſſit cor eius, quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.*] initium enim peccandi Euæ fuit motus ſuperbi animi, indignantis ſe præcepto arceri ab eo quod luberet: inde impatientia, curioſitas, inobedientia, omnes filiæ ſuperbiæ. *Contrariorum obiectiones ſoluit Bellarminus tom. 3. lib. 3. de gratia cap. 5.*

25. Euæ & Adami primum peccatum, ſuperbia, nō infidelitas.

Comedit] primum † ſola: cùm placeret pomum, tulit alia ad virum; vel Adam ſuperuenit comedenti: hæc, volens illum boni à ſerpente promiſſi participem facere, ſpeciem pomi oſtentat, & inuitat porrectum comedere: iubens eſſe ſecurum à metu mortis, cùm eam quæ comederat ſuperſtitem videret. Sic *à muliere factum eſt initium peccati, & per illam omnes morimur. Eccli.* 25. 33. quo reſpexit S. Orientius in Commonitorio,

26. Adam quo pacto ſeductus ab vxore, & an deceptus?

27. Locus S. Orientij.

" *Prima mali labes heu! femina te dolus anguis,*
" *Ac hominem per te, reppulit à Domino.*
" *Erepti tu cauſa boni, tu ianua mortis,*
" *Tu citò decepta, tu citò decipiens.*

Quo loco in Notis oſtendi ſic Patres loqui ſolere, quaſi & Adam deceptus. Breuiter quid de hac re putem certius, & B. Paulli ſententiæ, qui negat Adamum ſeductum, 1. *Timoth.* 2. 14. magis conſentaneum: accipite, cenſeo narraſſe Euam marito, quæcumque illi Diabolus promiſerat; & Adamum dictis Diaboli fidem habuiſſe: quæ eſt haut dubiè mens omnium Patrum, qui vel à ſerpente deceptum, vel credidiſſe promiſſis ſerpentis, vel plus Diaboli promiſſis quàm Dei comminationi aut diuinitatem appetiiſſe tradiderunt, hoc enim nequit verificari, niſi dicamus Adamum ſciuiſſe quid ſerpens vxori dixerat: quo autem pacto ſciuit, niſi ex illius narratione? Nam de reuelatione, nemo id ſuſpicatus. Patres autem quod dixi tenentes ſunt, Irenæus lib. 3. aduerſ. hæreſ. cap. 33. Tertullian. Hilar. & alij plurimi, quos inuenies citatos à Bellarmino *d. lib. 5. cap. 7.* Cenſeo præterea Euam verè & formaliter loquendo ſeductam à Diabolo, qui eam voluit decipere & ſeducere; & miſellam credidiſſe Deum noluiſſe illis ſeriò mortem pro pœnâ infligere, ſed aliquid aliud arcani in dictis Dei latuiſſe, ſeque adepturam cognitionem illam boni & mali promiſſam. Adamum verò propriè & formaliter ſeductum non fuiſſe; quia nec Eua illum volebat ſeducere vel decipere: nec credidit vxori vel ſerpenti, Deum non prohibuiſſe pomi eſum, vel non ſeriò mortem comminatum: ſed excæcauit illum propria prauitas, & occulta animi elatio: qua paruì pendit Deo diſplicere, vt coniugi placeret. Ex hoc errore natus alius, fore in hac tranſgreſſione præcepti veniale

28. Locus Paulli 1. Timoth. 2. 14.

solummodò peccatum(*Sic D. Augustin. lib. 14. de Ciuitat. Dei c. 11. & 13.*) hoc est veniabile & facile remissibile, vt amore coniugali perpetratum, & ideo spei aliquid sibi superesse posse, Deum id non vsque adeo difficulter condonaturum. Accessit quòd videns vxorem viuam, cœpit subdubitare de pœnæ sancitæ certitudine, saltem nec se statim moriturum, si vt vxor comederet. Ex hac dubitatione, paulatim decidit in pronitatem quandam credendi promissis illis, *aperientur oculi & eritis sicut Dij, &c.* facit φιλαυτία, vt libenter credamus, quod valdè cupimus. Sic seductus Adam non fuit ab vxore, neque à serpente: quare neque Deo, pro excusatione dixit, *mulier decepit* vel *seduxit me:* Sed decepit se ipsum, quoad illa tria quæ dixi, plura de hac re doctissimè disputauit Bened. Pererius *hic in Commentar. integrâ Disputatione.* In hac tentatione lapsus est errore, quem libertate arbitrij cum gratiâ quam habebat, potuit vitare; & cuius permissio ad pugnam & periculum de eius fidelitate capiendum pertinebat. Lege Molinam nostrum in 1. p. de opere sex dier. disp. 26.

DEDITQVE VIRO] LXX. addunt, *secum*, & est in Hebræo. Scilicet dedit vt secum vnà vesceretur: videtur Eua bis comedisse: nam vbi nos habemus *& comedit*, LXX. *& comederunt*. Comedente Adamo, vitium contractum quò originale peccatum in totum genus humanum erat transfundendum.

VERS. 7. APERTI SVNT OCVLI.] priùs † non aduerterant, quam grauiter delinquerent, neque quid illis indumentum gratiæ conferret: nūc

29. **Peccatum oculos aperuit, quomodo.** eo per peccatum spoliatis, pœnæ magnitudo ostendit criminis grauitatem; & ablatio tegumenti fecit exutos cernere motus in membris, propter internæ concupiscentiæ indicium, inhonestos, & legi mentis repugnātes: quæ res illos, & attentos, & confusos reddidit, *est explicatio D. Augustini d. lib. 14. cap. 17. secutis Græcos D. Athanasium lib. 1. contra Gentiles, S. Nazianzen. lib. 2. de Pascha, & D. Cyrillum d. lib. 3. contra Iulianum.*

VIDERVNT SE] viderant ante, sed non aduerterant: nunc aduertere cœperunt.

NVDOS] amictu corporis (hoc oculis corporeis viderunt) & ex motu membrorum oculis mentis viderunt se stolâ gratiæ nudatos.

30. **Corporis nuditas cur pudenda.** ERVBVERVNT] contra quam in statu innocentiæ *cap. 2. v. vult.* Cur corporis † nudationem naturaliter pudor consequatur docet B. Cyprianus *lib. de ratione circumcisionis*. Non pauca in denudationis corporeæ detestationem sedulò, & lectu digna P. Hamerius in huius loci commentario congessit: dixeram & ego multa iam olim *Aduersariis ad Senecæ Medæam v. 77.*

31. **Caluini nugacitas.** CONSVERVNT] non accurato opere, aut acu & filo: sed ramusculos teneriores circum latera plectentes, vt foliis pendulis verenda occultarentur. Mirè hic nugantur hæretici: sed inter eorum nugas nugacissimum istud Caluini: hoc fecisse, vt tamquam (verba belluæ) inuicto propugnaculo Deum procul arcerent.] quasi non fugam potiùs, quam pugnam; & latibula, quàm mœnia turrita, me

rita, meditarentur. Causa † verò, quod mutuum nuditatis fœdæ conspectum non ferrent. 32. Ficus folia cur sibi aptarint.

Ficvs] quoniam est arbor latifolia, & fors erat in proximo. Mysteria hoc facto insinuata reperies apud SS. Ambrosium *lib. de Paradiso cap.* 13. & Irenæum *lib. 3. cap.* 37.

Perizomata] lumbaria, seu ventralia † subligacula. D. Augustinus d. cap. 17. vertit, *campestria.* Sic enim ea luctatores vocabant. *Succinctorium* vertunt D. Irenæi interpres & S. Ambrosius. De adagio quod ab his Perizomatis ficulnis ducunt hæretici, dicam Adag. Sacr. §. 6. quod sufficiet. 33. Perizoma quid, campestria.

Post peccatum, sequitur actus iudiciarius. Primò reorum latitatio. Secundò citatio. Tertiò reorum confessio, seu potiùs tergiuersatio. Quartò sententia in conuictos, & eius executio. Vers. 9.

Avdissent] protoplasti. Vocem] magnum † ac formidabilem fragorem, quem excitabant folia, ramique arborum moti & tremefacti vestigiis maiestatis diuinæ, quasi de longè aduenientis; & vox, instar tonitrui, Adam inclamantis: hæc & sequentia omnia humano more dicta. 34. Vox Dei quæ hic.

Ad avram post meridiem] Hebraicè tantùm est, לרוח היום *Lenach Chaiam, aduentum diei:* quod Aqu. & Symmachus æquè obscurè reddiderunt: ille *in vento diei* ἐν τῷ ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας: hic autem διὰ πνεύματος ἡμέρας, *per auram diei.* Quod cæteri interpretes cùm prudentiùs vidissent ambiguum manere, quo diei tempore hæc acciderint, censuerunt sibi explicandum, & in eo veteres præclarè conueniunt, vt mox patebit: veteres dico. Nam Nouatores decipiunt. Caluinus, vt cum Africa semper aliquid monstri pariat; colligit agi de matutino tempore. Vult enim tota illos nocte latitasse (adspectu fors ad latibulum Æneæ & Didûs) & orta post luce à Deo accusatos iudicatósque. Sed cur hoc conijcit? primò, mane (ait) aura consurgit. Quasi non & aliis horis diei. Deinde, quia hæc propriè aura diei. Quæro, cur hæc magis quàm quæ aliis horis diurnis spirat? Mihi nullum dubium est, loqui de aura Moysen, de qua Salomon locutus Cant. 2. 17. *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ,* secundùm Luisium Legionensem ibi. Nempè de vento qui oritur inclinante iam post meridiem die, quo tempore scribit Aristoteles in Problematibus Zephiros spirare, & docet experientia, tum frigidiorem auram solere ab hominibus diurno fatigatis æstu aptari: hoc clarissimè vertit Theodotion, qui ἐν τῷ πνεύματι πρὸς τὴν ψῦξιν ἡμέρας, *in aura versus refrigerationem diei:* eodem sensu L X X. τὸ δειλινόν (leuiter corrupta hîc Biblia regia, vbi duæ voces in vnum coaluerũt) quod alij *in meridie*, alij *ad Vesperam*; ego *post meridiem*, seu *à meridie* verterim. Chaldæus etiam, *ad quietem diei*, hoc est, *postquam æstus diei deferbuit.* Simplicissimè ergo & verissimè noster sententiã exposuit, & fatetur Nouator hanc opinionem inualuisse: cur non præualeat? Auream Tropologiam D. Gregorius *lib. 28. in Iob c. 3.* 34. Conciliatur versiones de tẽpore, quo Adam damnatus à Deo. 35. Conciliatur versiones. 36. Adam, cur se absconderit.

Absconderit] consternatione quadam mentis ignari quid agerent.

rent. Sciebant se Deum latere non posse: *Psalm.* 138. *à vers.* 7. Oderant tamen lucem, quia peccarant. *Ioan.* 3. 20. Pudebat culpæ, pœna timebatur, & latendo differri videbatur. IN MEDIO LIGNI] in loco, vbi arbores erant densissimæ: lignum pro arbore, singulare pro plurali.

VERS. 9. Non arbitror Deum per se, sed per Angelum hic collocutum cum reis: de variis modis quibus homines Deus alloquatur, diuinè B. Gregorius *lib.* 28. *in Iob à cap.* 2. *usque ad* 7.

37. Deus quot modis hominē alloquatur.

VOCAVITQVE] ad iudicium clementiæ plenum citauit: cur tam longum institueret sermonem, si non vt spatiò ad pœnitentiam concesso, potestatem à ventura ira fugiendi daret? Gerit se vt pastorem, qui ouem perditam quærit. *Matth.* 18. 12. *Luc.* 15. 4.

38. Adam cum articulo ה, non semper est appellatiuum.

ADAM] satis patet ex contextu non pro homine, vt appellatiuum esse positum, sed vt nomen proprium. Ipsum enim Adamum citabat, & cum interrogauit vbi esset: cum Eua nondum loquitur. Vnde cùm sit Hebraicè האדם *Haadam*, cum affixo, patet nō esse certam, nec perpetuam Pagnini in Institutionibus regulam, nominibus propriis non præfigi ה, testimonia plura suis ostendam locis. Hîc Adamum affatur, vt caput fœminæ; & à quo familiæ delicta exigenda: ideò malè nouelli, qui vertunt *hominem*: rectè Chald. LXX. & noster, qui *Adam*, vt & sup. vers. 8. *abscondit se Adam & vxor eius*, vbi etiam est האדם, & ridiculè vertas, *homo & vxor eius*, cum Pagnino; quis ita Latinè loquitur? Desinant † ergo hanc regulam contra D. Hieronymum strepere Iosue cap. 14. vers. vlt. & protoplasti sepulchrum amoliri.

39. Iosue locus c. 14. 15

VBI ES] Hebraicè additum, *tu*, emphaticum: non, vt sarcasmus insultantis Dei; sed vt interrogatio commiserantis. Prodi foras miser: nondum vides, in quod barathrum miseriæ, de tam fœlici & glorioso statu, te præcipitaris? *Ambros. de Paradiso c.* 14. Mos iste † Dei est, eos qui errarunt variis interrogationibus conari ad resipiscētiam perducere; vt agnoscant, fateantúrque, & confessionem misericordia subsequatur. Sic egit cum Cain, cum Balam, cum Ezechia, *Num.* 22. 9. *Genes.* 4. 9. 4. *Reg.* 20. 14.

40. Deus, cur peccatores interroget, quæ nō nescit.

VERS. 10. 41. Timor, pro pudore.

TIMVI] præ verecundia in conspectū tui venire, nam his ficulneæ foliis non satis me contegi cernebam: non dolebat de peccati reatu, quod leue censebat; nec magnoperè pœnam metuebat; quàm sperabat haut grauem fore; sed humani dedecoris pudore angebatur. Multa hic planè impertinentia Caluinus effutit de totius hominis corruptione, quæ refutata inuenies à Bellarmino *libr. de Peccato Originis cap.* 5. *&* 6.

42. Et, causale.

NVDVS] cæterum corpus præter pudenda. ET ABSCONDI] ideò me abscondi: frequens *&* causale.

VERS. 11. 43. Deus protoplastos iudicio conuincit.

Deus ex Adæ verbis confessionem elicit. q. d. cùm tu veram metus tui causam coneris silentio transmittere, nempè peccatum tuum; ego illud tibi ante oculos statuam.

QVIS ENIM] quid † *enim* (additum hîcis & connexionis gratia) est.

tia) est cur causeris nuditatem? priùs & nudus eras, & sciebas, & non
pudebat. Vnde igitur nunc tibi illa visa indecens & erubescenda?
conscientiam tuam vrgeo. Potuisses id nosse, nisi de agnitionis (sic
vocat Tertullianus) arbore comedisses? NISI QVOD] Hebrai-
cè est interrogatio, *Nonne ex arbore*, &c. noster secutus L X X. rectè
sensum expressit: sunt enim hæc vehementer admirantis, & incre-
pantis tam audacem ingratitudinem. *Rupert. hic lib. 3. cap. 15.*

MVLIER] iustus in principio est accusator sui: nobis Adã præit, VERS. 12.
quærere excusationes † in peccatis: deinde culpam in vxorem, quin 44.
& in ipsum Deum deriuat. Peccaui quidem, sed non peccassem: nisi Adæ contu-
tu mihi talem vitæ sociam adiunxisses: non fecisses adeò pellacem & max & iniu
persuadere aptam: debebas præuidere. DEDIT] non ait se de- riosa respon
ceptum: quia sciebat se malè facere comedendo. sio.

DIXIT D. D. AD MVLIEREM] Adæ excusationem, vt friuo- VERS. 13.
lam & pœna quàm responsione digniorem, sicut & mox Euæ præ- 45.
terit. QVARE] reprehenditur noster † interpres à Caluino, quod מה, idẽ sæ-
non verterit, *quomodo*: Sed reprehendi dignior ipse. Quoniam hoc pè cũ למה.
loco non est איך vel איכה, quomodo, qualiter; sed est מה idem cum
למה cur, quare: sic Chaldæus & L X X. *Quid* id est quorsum, &
Vatablus, cur? q. d. fuitne vlla ratio tam potens vel efficax, quæ te
potuerit in tam grauie flagitium pellicere?

SERPENS] Hebraicè, *serpens ille*, quem † tu creasti, & inter nos 46.
hic degere permisisti, cui tantùm versuriæ tribuisti. ME] mulier- Euæ mali-
culam improuidam, simplicem, fraudis nesciam. Vides vt ipsa quo- tiosa excusa
que vltro Deum accusat, quasi mali occasionem præbuisset: qui præ- tio.
buerat vincendi, & merendi.

Conuertit se Deus ad primum mali auctorem, malesuadum an- VERS. 14.
guem, nec interrogat: quia mera malitia diabolus peccarat: ideò 47.
maledicit & sententiæ fulmen vibrat. In quem? Locutus † fuerat Maledixerit
in serpente & per serpentem cacodæmon: eidem nunc; & serpenti Deⁱ cui, dæ-
quoque maledicit: aliter tamen huic, quàm illi. Historicè serpenti moni, an ser
verò, quod fuisset aptum & idoneum instrumentum ipsi diabolo. penti.
Chrysostom. hom. 17. sensu autem mystico & allegorico, & præcipuè in-
tento, maledicit dæmoni, qui serpente abusus. *Augustin. ita intelligo
lib. 11. de Genesi ad litt. cap. 36.* Nam verba Dei sic in serpentem ten-
dunt, vt ad diabolum magis etiam pertinere videantur. Sicut quæ
Num. 21. exstat narratio de serpente æneo, ad illum ipsum æneum Locus Nu-
serpentem Historicè pertinet; sed allegorico præcipuè intento sen- mer. 21.
su, prophetia est de crucifixo Saluatore. Nec iniquum † censeri de- 48.
bet iudicium in bestiam ratione destitutam: nam benignus parens Cur serpẽti
etiam sicam, qua filius interemptus, solet execrari: & sapientes iudi- maledixit.
ces omnia scelerum instrumenta, atque noxiam supellectilem non
raro flammis adiudicant, secuti exempla sacræ Scripturæ. *Exod. 21.
29. Leuit. 20. 15. Deut. 7. 25. & 13. 15. Iosue. 7. 24. 1. Reg. 15. 3.* Omnia
hæc iræ diuinæ indicandæ caussa fiunt: ideò etiam Deus serpentem
alloquitur, non vt intelligentem, neque vt intelligat; sed vt homo ad

peccati magnitudinem, & vindictæ seueritatem contremiscat: sicut & CHRISTVS ficulneam ideirco maledixit, *Matth.21.19.* Nec verò putandum est, quod nonnullis visum, † serpentem, ante maledictum, rectum ambulasse, valdè amabilem fuisse, cæteris animantibus præcelluisse, victu quoque suaui ex optimis frugibus vesci solitum, gratum quoque homini & iucúdum familiarem fuisse, & quasi congerronem, vt suauiter hîc garrit & nugatur hæreticus Marbachius, vt nescio quas insulsas antitheses obtruderet. Multò namque probabilius est, quod sapienter docuit Bened. Perer. *lib.6.in Genes.disp.1. quæst.4.* & illo prior Eugubinus *Cosmopoeia fol.81.* Serpenti quā nunc habet formam, reptationem, esum, ab homine auersionem naturalia fuisse: Sed quæ illi à natura competebant, hæc eadem illi Deum in pœnam & supplicium vertisse: quare nihil hac maledictione serpenti nocitum, quàm quòd infame iussum est esse, quod infame non foret si iussum non fuisset. Sicut è contrariò, CRVX, quæ priùs erat ignominiosa, & qui in ea appensus maledicto obnoxius putabatur; postquam à Dei Filio electa per quam nos redimeret, capit esse optabilis & gloriosa, & in benedictionem transiuit: non absimiliter serpens, cœpit hominibus esse abominabilis & maledictus, quia ruinæ hominum fuit instrumentum: atque ita, quæ fuit semper antipathia naturalis inter serpentum & hominum sæcla; post hanc præuaricationem per Dei maledictionem, qua ruptis repagulis & habenis laxatis, in bellum noxium & infestum vtrimque erupit, quod priùs ne mutuò nocerer, singularis Dei prouidentia reprimebat. Cur quæso serpenti naturalia dona tollerentur, quæ nec Dæmonibus propter peccatum ablata fuerunt? Alia hîc † supplicij & delicti ἀναλογία se offert. In amicitiam & familiaritatem conatus angius irrepere, sit odium & execratio: erexerat cum diabolus, vt cum fœmina misceret colloquium: iubetur in solo serpere: persuaserat esum pomi, ad esum pulueris condemnatur: in os fœminam intuitus, calcaneo nunc insidiatur.

49. Serpēs, quæ illi naturalia accepit in maledictum

50. Serpētis supplicij quam congruum conatui.

51. Inter, pro præ.

INTER OMNIA] præ omnibus, vt LXX. explicant, affixum Hebræum מ *Mi*, significat *ab*, vt vertit interpres Irenæi lib. 5. c. 35. Sed habet vim comparatiui: vt Psalm. 44.3. *Speciosus præ filiis hominum:* & Cant.1.2. *meliora sunt vbera tua vino.* Hebraism. est מיין *Mijain*, præ vino. PECTVS] pro ventre positum, in vers. LXX. ex alia quapiam fuit geminatum.

GRADIERIS] repes, serpes. TERRAM COMEDES] puluerem, vt alibi solet vertere. Esai.65.25. *Serpenti puluis cibus.* Miche. 7. 17. *lingent puluerem sicut serpentes.*

VERS. 15. 52 Mulieris & serpētis bellū, indicitur. 53. Figura B. Virginis & diaboli.

INIMICITIAS] non tantùm, quoad propensionem, aut occultas, sed actu, & apertas, & in nocendi conatum erumpentes: bellum irreconciliabile καὶ ἄσπονδον. Quod (vt ait Didymus) nostræ aduersus diabolum inimicitiæ est αἴνιγμα, id est, signum & indicium. Ideò sollerter & verè secundum allegoriam S. S. Patres interpretati sunt per *mulierem*, MARIAM; per eius semen, IESVM; per serpentem, diabolum;

diabolum; per eius semen, infideles & impios Christianorum hostes. *Sic prater alios, Epiphanius contra Antidicomarianit. heresim lib. 2. Theodor. hic, Cyprianus lib. 2. testimon aduers. Iude c. 9. Augustin. d. lib. 11. cap. 36. Rupert. hic lib. 5. cap. 19. & lib. 2. de Victor. Dei cap. 16. Beda hic & alij.*

Et semen] *Et hoc loco* ἐξηγητικὸν pro, id est: vt sup. 2. 3. *& sanctificauit illum.* Matth. 13. 41. *colligent de regno eius scandala omnia, & eos qui faciunt iniquitatem.* Roman. 2. 5. *in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Matth. 3. 11. *baptizabit in Spiritu sancto & igni.* 54. & exegeticum.

Ipsa conteret:] Primùm vel legendum *Hi*, vel *Hu*, pro *Hi*, accipiendum, ✝ in Hebræo, & masculinum, vt fœmininum legendum: quod non est nouum Hebræis: idcircò rectè noster; *Ipsa* vertit: quam lectionem semper Romana Ecclesia fuit secuta. Quo pacto verterint L X X. non constat. Nam veteres multi legerunt, αὐτὴ, vt Iosephus, qui lib. 1. cap. 3. *Præcepit vt mulier caput eius plagas inferret*, vt vertit Ruffinus, ex quo patet olim αὐτὴ lectum Iosepho, sed hæreticos typographos vocem γυνὴ sustulisse. Sed parùm refert, siue αὐτὸς, siue αὐτὴ, siue αὐτὸ legas. Nam omnia vera sunt: & semper in filio, seu semine suo contritura serpentem prædicitur. Eua contriuit quando pœnitentiam egit: Euæ semen Maria & Christus. Maria contriuit, quia semper diaboli victrix fuit: Iesus contriuit, quando in cruce hostem calcauit propria virtute: Maria & Eua, id fecere virtute accepta à Deo; tamen & ipsæ contriuerunt, quia Christus ipsarum semen fuit. Nos quoque conteremus, si Iesv & Mariæ vestigiis insistemus. Ista nunc sufficiant. Namfusa disputatio petenda ex §. 7. Adagiorum sacrorum. 55. Vulgata defenditur. היא pro הוא

Conteret] hic libri Græci variant: quidam τηρήσει *obseruabit*, quod sequutus est Philo. *lib. 2. allegoriar.* alij τρίψει, conteret, quod secutus est Iosephus. Hebræum שוף *Scuph*, quidam censent etiam significare insidiari & obseruare; vt noster vertit in proximis verbis *insidiaberis calcaneo*; & ideò vtrobique Chaldæus, reddidit verbo obseruandi: contra Vatablus *conterendi* vtrobique: Quod consentaneum Rabbinis, Abenezræ, Iarrio, & Kimchi: & verè puto vocis significationem esse percutere, vulnerare, lacerare, conculcare, vt vertit Psal. 138. 11. Cur ergo L X X. & ✝ noster, vno in loco variè vertunt? elegantiæ consulunt, sensu saluo. Nam elegantiæ est; quia res aliqua diuersimodè lædi solet, illud genus læsionis exprimere, quod rei & loco conuenientissimum. Solet hoc vulgatus interpres facere, quod sæpè ostendam: nunc de nostro vocabulo tantùm: fœmina anguem repentem calcatura prædicitur, ideò vtitur voce, *conteret caput*, scilicet pede imposito. Serpens humi reptans & calcatus, plantam petat necesse est, si se vlcisci velit; ideò de serpente calcando, vtitur voce *insidiaberis seu obseruabis*, locum vulneri. Sata & plantæ à vento vrente lædi solent, ideò cùm vento huiusmodi Deum homines exscindentem & conterentem comparat, dicit afflatu id facere, & נשף *Nascaph*, quæ idem cum *Scuph*, exponit; *flauit in eos & aruerunt*, Isai. 40. 24. Porrò de Adagio *Calcare caput*, vide d. §. 7. 35. Canon, cum idē vocabulum noster sæpè vertat diuersis vocabulis. Locus Isaiæ 40 24. 36. Caput calcare. Adag.

INSIDIABERIS] etſi ſuperiori commate, LXX. verterint, *τειρή-*
σεις: hoc tamen vertiſſe *τηρήσεις*, nihil dubitandum. Sic enim lege-
runt Philo *d.lib.*2. Ioſeph.ſup. Irenæus, Hieronym. Ambroſ. & cor-
rigenda Biblia Regia in quibus eſt *τειρήσεις, conteres*. Significatur ge-
nus humanum anguino genere ſuperiùs fore, adeò vt non aperta vi,
ſed dolis queat ſe vlciſci. Soliti ſanè ſerpentes incautos ex inſidiis
adoriri, &, dum in pratis vel nemoribus latitant, pedes ambulantium
37. dentibus appetere: hinc Adag. *calcanea inſidiari*, de quo dicturus
Calcaneo inſidiari, Adag. plura d. §. 7. TROPOLOGIAM pete à D. Auguſt. *Pſal.* 48. *&* *Pſ.* 103.

MVLIERI.] Nunc ſexui fœmineo proprium ſupplicium ſancit.

VERS. 16. MVLTIPLICABO ÆRVMNAS] quas in poſterum es exantlatu-
38. ra. Hebr. הרבה·ארבה *Harboh Arbeh, multiplicãdo multiplicabo.* LXX.
Mulieri inflicta pœna tripl. retinent geminationem; quæ hoc loco denotat crebritatem & cer-
titudinem. q.d. certò certiùs, & crebrò iteratas, multifariam, pluri-
mùm multiplicabo. Mox id explicat triplici pœna expreſſa. Prima
39. Hebraiſm. quo duorũ ſubſtantiuorum habet vim genitiui. eſt multiplicatio ærumnarum in concipiẽdo: hoc ſignificat cùm ait,
ærumnas tuas & conceptus tuos. Hebraiſmus † eſt, quo duorum ſub-
ſtantiuorum per copulam (*&*) iunctorum poſterius habet vim caſus
patrij: vt hic ſententia ſit: valdè multiplicabo ærumnas cõceptuum
tuorum. Sed quæ iſtæ? Fluores menſtrui priuſquàm apta concipere,
40. in ipſa deintegratione pudor & dolor, & in iam corruptis immundi-
1. Cõceptus ærumnæ. tia fœtórque: poſt conceptum retentio menſtruorum, incontinens
appetitus, & moleſta ſuperfœtationis aggrauatio, geſtatio vteri tam
diuturna, laſſitudines, ſpaſmi, deliquia, faſtidia deniq; omnis generis.
Vide Ariſtotelem lib.7.Hiſtor. animal.cap.4.& ex eo Plinium lib.7.Natur.
hiſtor.cap.6.& 7.

41. Secunda pœna eſt *dolor partus*, & periculum vitæ, de quo illa ex-
2. Partus dolores. perta; *malle ſe decies ſub armis vitam cernere, quàm ſemel parere.* Cauſas,
cur mulieri, quàm cæteris animantibus, ſit difficilior partus, habes
phyſicas apud Ariſtotelem *d.lib.7.cap.*9. Fortaſſis ad naturalem diffi-
cultatem, multùm Dei hac cõminatione adiectum. Naturale quidem
eſt mulieri, cũ dolore parere, propter continuarũ partium diuulſio-
nem: Sed hunc dolorẽ in eo ſtatu Dei beneficio effugiſſet: nunc hoc
illi munus adimitur: & ſi nihil mali additum; tamen quod abſolutè
loquẽdo mulieri pati naturale fuit, id, reſpectu ſtatus fœlicioris, ſup-
plicio aſcribitur. Acceſſere naturali dolori, non neceſſarij metus &
mœrores, quibus ante caritura: quot fœtus cõcepti ante natiuitatem
pereunt immaturi? de cæteris numquã deeſt metus ne ad gehennam
iræ filios pariat, ſi redemptionis beneficio nõ ſint efficaciter fruituri.

42. SVB VIRI POTESTATE ERIS] en pœnam tertiam: parebis
3. Subdita viro mulier vel inuita. viro, non, † vt priùs, ſemper ſponte, ſed interdum in gratiis & inuita.
Hebraicè habes, *& ad virum tuum*, תשוקתך *Teſukothech*, deſiderium
43 tuum, concupiſcentia tua; conuerſio tua, prompta voluntas tua ad
Conciliatio & defenſio verſ. noſtræ & LXX. nutũ illi obſequendi: à radice שוק, excurrere, cõcupiſcere, conuerti:
hinc orta hoc loco mira varietas verſionũ, vt & infer. Gen. 4. v. 7. vbi
eſt eadẽ phraſis. LXX. vertunt, *ἀποστροφὴ, conuerſio tua*: ſic etiam Chal-
dæus:

dæus: quod cum nostro conuenit. q. d. oculi tui semper nutum viri tui obseruabunt (iuxta illud, *Oculi seruorum in manibus dom.*) Vt illi placeas & morem geras. Eodem sensu Abenezra, *& viro tuo obedientia tua.* Imò nec recentiorum versio sensu diffidet, qui malunt, *appetitum* seu *concupiscentiam.* Sensus, si sapis, non aliud appetendum tibi, quàm quod marito libebit. Si quæ desiderabis velis effecta, necesse est à viro impetres, ab eo tota pendeas: cum illo sentias si pacem ames: hanc legem tibi fero. Caue ne contra stimulum calces: Apud Homerum Odyss. ζ. vxor maritum vocat πόσιν, hoc est, desiderium à verbo ποθεῖν. Noster præclarè vertit ad sensum, vt significaret, ita vxori maritum esse refugium, portum, præsidium & amorem, vt etiam lupatum sit & frenum; &(quod rectè D. Chrysostomus, hoc loco,) amor & illa reliqua timori coniuncta sint: in quo pœna. Vide quæ de hoc loco dicuntur à me fusiùs Adagiorum sacrorum §. 8.

Et ipse dominabitvr tvi]naturæ ergo hæc lex à naturæ auctore insita. Sanè legem vocat Apostolus 1. *Cor.* 14. 34. quàm nimis frequenter, vel ambitiosi sexus impotentia, vel virorum non virorum fœmineus animus infringit: de hac re præclarè Rupertus Abbas *lib.* 3. *de operibus Trinitatis cap.* 21. — 44. Virû fœminæ subesse legi naturæ repugnat.

Vers. 17. Quemadmodum mulieris pœnæ hominis natiuitatem præcedunt ferè; sic viri supplicia ad iam nati conseruationẽ maximè referuntur. Quoad exitum ex hac vita communis vtrique pœna ponitur sequ. versiculo 18. Benè Isid. Clarius notat pulchrè pœnas infligi: serpentis arrogantiæ opponi, vt supra ventrem gradiatur; in muliere delitias puniri doloribus partus; ignauiam Adami laboribus excitari. — 45. Adami supplicia.

Qvia avdisti] vocem vxoris præcepto meo præferens ei obediuisti.

Vxoris] quam tuum erat corripere.

Maledicta terra] priuata benedictione fertilitatis sponriuæ, quam in Paradiso vidisti. In opere tvo] propter peccatum tuum, patet ex Hebræa lectione hodierna, quæ est בעבורך *Baghabburecha*, cũ *Resch*, id est, *propter te*, vt vertunt Aquila & Chaldæus, & apertè exposuit Theodotion, *in transgressione tua*, deductum enim est à עבור, cui præpositum ב significat, *in* † & valet *propter* more Hebræo. Eodem modo LXX. *In operibus tuis*, vt cùm D. Hieronymo intelligamus opera vocari peccata (quæ in vna transgressione multa fuerunt) non verò ruris colendi opera & labores illi subeundos; qui possent intelligi, si בעבודך *Baghabudecha* cum *Daleth* legeretur, hoc enim esset, *in labore terra colenda*, à עבד *Ghabad*, *coluit terram*: similis litterarum mutatio occurrit Num. 33. 22. & Ionæ. 1. 9. Vt verò intelligas, quo pacto propter peccatum eius terra sit maledicta, subdit. — 46. † In, pro propter. — Litteræ ד & ר permutatio.

In laboribvs:] *In* hîc sumitur pro *cum* ex alio Hebraismo, † & *labor* pro ærumna; ac dolore: עצבון *Ghiçobon*, significat ipsam agriculturam molestiæ & laboris plenam, qua homo post plurimam — 47. † In, pro cum. — 48. Terræ maledictio quæ.

defatigationem, vix sumptum & impendia consequitur. Græcis tam labor quàm dolor, πόνος: neutrum enim sine altero solet. In Paradiso innocenti Adamo tellus largè omnia suppeditasset leuem cum voluptate operam impendenti: peccatori & extra Paradisum, eadem maligna nutrix inarata nihil, arata parcè quædam & quibusdam locis reddditura denunciatur. Ait, *in laboribus*, vt multiplices & assiduos cogitet.

49. Terram, seu mensam comedere, Hebraism.

Ex EA] ex eius prouentu. Hebr. *comedes eam*, locutio Metonymica: sicut 2. Reg. 19. 28. *inter comedentes mensam*, hoc est conuiuas mensæ, sicut benè noster ibi: longè alio sensu dictum illud, *etiam mensas consumimus*, à Marone. Cur hæc homini maledictio irrogata sit, consule D. Ambrosium *præfat. in Lucam*.

VERS. 18.

SPINAS ET TRIBVLOS] non, vt antea, † paucas & paucis locis; sed copiosè passimque senteis & plantas noxiales progerminabit.

50. Spinæ & malæ plantæ etiam ante peccatū fuerunt; post multiplicatæ.

TIBI] tuæ molestiæ, adeo vt, si vel herbis terræ, quas priùs in cibum iumentorum produxeram, vesci velis; labor in pestibus illis euellendis, & sæpè dolor aculeorum pungentium tibi sit perferēdus.

51. Herba agri vel terræ, quid.

HERBAM TERRÆ] Hebræi *herbam terræ vel agri* vocant, viliores herbas, quæ cum iumentis & aliis bestiis communes. Dignum & iustum fuit hoc pabulo illum inuitare, qui per peccatum factus fuerat, vt equus & mulus. TROPOLOGIAM petè à Cassiano *Collation.* 23. *cap.* 11. Et quid multis opus est;

VERS. 19.

52. Panis pro quouis cibo.

IN SVDORE VVLTVS] nihil omninò eduliorum † (nam Hebræis *panis* quemuis cibum significat) cibariorúmque tibi cōtinget, sine graui, & tædij fatigationísque pleno labore, qui copiosum faciei sudorem sua difficultate exprimet. *Vultus* † meminit, quia copiosus hinc sudor solet erumpere: causam reddit Aristoteles *Problemat. sect.* 2. Quod de sacræ Scripturæ studio tropologicè capiendum monet D. Augustin. *in Psalm.* 77.

53. Sudor, cur primulū in vultu.

54. Reuerti in terrā, Adag.

DONEC REVERTARIS] donec moriare, toto vitæ tempore, sermo prouerbialis. *Vide tract. de sacris adagiis.* §. 9.

55. Moriēdi necessitas, lexque vnde.

QVIA PVLVIS ES] En pœna vtrique sexui † communis, necessitas moriendi; de qua lege Paulus; *per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in* CHRISTO *omnes viuificabuntur:* inflicta nobis pœna, non lege naturæ, sed in peccati supplicium. *Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Sap. 2. 23. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.* Rom. 5. 12. vide Concil. Tridentin. *session.* 5. *de peccato originali.*

56. Mortis pœna, quam vtilis.

Quam porrò fuerit hæc pœna nobis vtilis, grauiter & eruditè ostendit Rupertus, *d. lib.* 3. *cap.* 24. & 25. Pro *puluere*, terram legit Ambrosius Ansbertus *libr.* 1. *in Apocal.* & sanè עפר *Ghopor*, potest reddi, humus, lutum, terra, puluis, nec mirandum † cur Ecclesia, cum cineribus consignet, initio Carnispriuij dicat *Memento, quia puluis*, &c.

57. Ritus formulæ in die Cinerum.

VERS. 20.

VOCAVIT

VOCAVIT] solatium sibi & vxori ex nomine petens: puto nomen imposuisse mox, vt paradiso eiecti, & hîc per prolepsin narrari, eo quòd de pœnâ seu lege mortis mentio facta. VERS.20.

58. HEVA) LXX. hodie ζωὴ vita puto illos Hebræum nomen voluisse explicare; si sic scripserunt: nam valdè suspicor in exemplaria hoc irrepsisse ex glossulâ quæ adscripta vel inscripta voci Εὔαν. Nam Tertull.lib.de veland.virg.c.5.qui non aspirant,peccant in vocabulũ Hebræum & etymon eius, nam dicta חוה Chono per duo Cames, non quòd Adamo dicta serpentis annunciasset, quasi annuntiatrix (vt quidam Rabbini, sed ex Chaldæo) nec quod esset futura ærumnosa sicut ipsa vita, vt alij nugantur: sed à viuendo, nempe radice חיה Choio viuere, mutato IOD in vaf iuxta regulam litterarum ÆVI, vt optimè noster accepit, inquiens; HEVA vnde dicta & defensi. LXX.

EO QVOD FVTVRA (nã in Hebræo † præteritũ positũ pro futuro.) 59. Præteritum pro futuro.

MATER VIVENTIVM] omnium posterorum, non restringas ad ærumnosos, Ratio hæc videtur à Moyse inserta, etsi potuit etiam ipse Adam vxori illam insinuare. Nam ad nominis impositionem motum puto, tum vt dominij quod in vxorem acceperat, quasi possessionem hoc facto inchoaret, *iuxta tradita sup. cap. 2.19.* tum quia nouerat solius hominis animam esse immortalem; & ideo mortem, quam illis Deus subeundam sanciuerat dicendo, *in puluerem reuerteris*, nihil ad animam pertinere, & somno cuidam alto similem, propter futuram corporum resurrectionem. Sciebat etiam ex vxore sibi liberos nascituros, in quibus ipse superstes censeri posset, iuxta Siracidem; *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se.* Eccli. 30. 4. His ergo nominibus se consolatur: & propterea B. † Epiphanius hæres. 78. Euam B. Virginis typum fuisse tradidit. 60. Adam cur nomen hoc vxori imposuit. 61. MARIAE figura Heua.

FECIT] videte Dei prouidentiam & misericordiam: peccatoribus de amictu prospicit; molli, & parabili, & hyeme æstateque solâ inuersione iuxtà vtibili; de tunicis scorteis (vt vertit Tertullianus) seu pelliceis. † Sed qua ratione fecit? an quod diuinitùs inducti ad mactandum aliqua animalia, & eorum corijs detractis se contegendum? an potiùs id Deus Angelorum ministerio effectum dedit? an de nihilo creauit? variæ namque sententiæ sunt, *quas vide apud Theodoretum & Procop. hîc, & Epiphanium lib. 2. hæred.* 64. Causa fuit, vt nuditati consulerent, & aëris iniurias arcerent. ALLEGORICE Adam pellitus, est figura CHRISTI qui peccati carnem induit *Philipp.2.7.* TROPOLOGIA exstat apud August. *in psal.* 103. VERS.21. 62. Pelliceæ vestes cur datæ? & quomodo.

ADAM] homo, vir & fœmina. Sarcasmus iste ad totum genus humanum pertinet: nam Deus, more hominis irati κατ᾽ εἰρωνείαν, superbam spem protoplastorum increpat (vt benè Gennadius & Theodoretus) ad efficaciorem medicinam morbi, & ad futuri cautelam. Sententia est: cernite vos Angeli, tuque adeo liuide serpens auctor mali, in quantam inobedientiâ & vanis spebus miseriam venerit homo, qui ad similitudinem scientiæ diuinæ ausus aspirare: scilicet potitus quæsitis. Contrarium subauditur: cernite quàm mihi factus VERS.22.

dissimilis, in maximam densissimamque mentis cæcitatem & ignorantiæ caliginem, vanâ scientiæ cupiditate, incurrerit. *Sic fermè Epiphanius & Theodorus Heracleotes.*

63. Trinitatis probatio.

NOBIS] benè Tertullianus *libro contra Praxean cap.* 12. hinc personarum pluralitatem collegit: sed malè *lib.* 2. *contra Marcion. cap.* 25. retulit ad statum vitæ alterius post resurrectionem, interpretatione admodum violentâ.

NVNC ERGO] oratio, vt solet iratorum & obiurgantium, defectiua. Subaudiendum: *nunc ergo* restat, arceamus illum in posterum à ligno quoque vitæ.

NE FORTE MITTAT] & in fine versûs, rursus supplendū; quare eiiciamus eū paradiso NE, si in illo manere sinitur, FORTE MITTAT.

64. Adam de ligno vitæ nō gustauit.

Vbi meo iudicio verisimilis est sententia † Ruperti; Adamum adhuc non modò non gustasse, sed & ignorasse vbi sita, & quæ esset arbor vitæ, quod & diabolum latuerit. Qua ignoratione bellè Deus & misericorditer Adamo consuluit, ne qui miser futurus, æternum miser fieret: quod perpendunt SS. Irenęus *lib.* 3. *ca.* 37. & Hilarius *in psal.* 68.

DE LIGNO VITÆ] cuius illi suo tempore vescendi vsum permittere constitueram; sed reuoco, vt ab indigno & ingrato.

65. differūt. עלם עלם עולם

VIVAT IN ÆTERNVM] quam illi vim fructus arboris largiri poterant: *lege Bellarmin. tom.* 3. *Controuers.* 1. *lib.* 1. *cap.* 19. *Sholom* significat latere, seu ignotum esse: inde fit עולם cum vaf. Notat S. Hieronym. comment. in cap. 1. ad Galat. עלם sine vaf significare spacium quinquaginta annorum; עולם cum vaf, spacium æternum.] Sed vel hæc differentia non est perpetua, vel olim D. Hieronym. & LXX. hîc legerunt עולם cum vaf, cùm exponant *in æternum* optimè: cur enim formidandum valdè ne quinquaginta annis viueret, qui multo vixit pluribus?

Mendum Hebræi textûs.

VERS. 23.

66.

ET EMISIT EVM DOMINVS] ignominiosè & violenter expulit. hanc vim habet Hebræum ישלח *Iscolach* in Piel, vt & Ieremiæ. 15. 1. vbi noster, *eiice illos à facie meâ, & egrediantur.* peracutè & breuiter more suo Tertullianus scribit; exterminatum Paradiso, pellitum orbi, vt metallo datum. *de pallio cap.* 3. Sed quoto à creatione die? Probabile eodem quo peccauit, sub solis occasum. *Sic Irenæus lib. quinto cap.* 23. *Epiphanius, Ephrem, Diodorus & alij in Cathenâ Græca, & Barcepha lib. de Paradiso.* Suadet Dei oratio, nolentis illic eum relinquere, ne gustet de arbore vitæ. Arbitror etiam hunc peccati diem, fuisse feriam VI. nempe octauam creationis eius. Videtur opus fuisse aliquot dierum interuallo, vt beatum illum statum nonnihil experiretur: vt eodem quoque die peccarit, quo redemptus: est sententia B. Gaudentij; & fortassis Irenæus, & alij illic Patres, *vno die* dixerunt, pro tali seu simili die; hoc est sicut die Veneris creatus, sic die Veneris peccauit & eiectus. *lege Perer. lib.* 6. *in Gen. peculiari de hoc dubio disputatione.*

67. Adam quot diebus in Paradiso? Dies lapsus octauus à creatione.

DE QVA SVMPTVS] igitur extra Paradisum creatus, quia extra eum in terram missus.

COLLO

VERS. 24.

68. Conciliatæ versiones.

COLLOCAVIT] Aliter LXX. nam significant Adamo habitationem assignatam ad partem Orientalem è regione seu in conspectu paradisi: nimirum vt eius adspectu bonum amissum impensius lugeret, acriùs pœniteret, & ardentiore odio in diabolum mali authorem accenderetur. Noster verò vult eo loco Cherubin collocatum: de Adamo nihil aliud asserit, quàm pulsum inde: sed satis † est verisimile custodem locatum medium inter paradisum & exulantes, atque vtraque versio vera. Hebræus contextus fauet nostræ versioni.

69. Cherubim, cur in neutro genere vsurpent, & quid & cur positi.

CHERVBIM) causa collocandi, vt & homines & dæmones ab ingressu arcerent, illos, ne de ligno vitæ sumerent: hos ne ingressi decerperent, & homini darent, & tali munere væcordes aliquos, pollicitis immortalis vitæ, ad obsequium suum & idololatriam pertraherent: fuisse puto CHERVBIM ista, non μορμολύκια aut ἀγάλματα: (qui est error Theodori & Theodoreti, & quorumdam hodie hæreticorum) sed veros angelos, & quidem ex supremæ hierarchiæ Cherubinorum ordine, vt censuerunt DD. Augustinus *lib. 11. de Gen. ad litt. cap.* 40. Chrysost. hîc *hom.* 18. Rupertus, Strabus & alij. Radix nominis כרב *Cherub*, per transpositionem est רכב *Rokab*, vehi quomodocumque, siue alis, siue curru: pingebantur enim in sanctuario senis alis insignes, vt quadriga Dei volantis super Cherubim. Certum est Hebræos nutro genere carere: sed, cùm illud exprimere soleant nomine masculino; mihi quoque certum, prudenter Ecclesiam SANCTA CHERVBIM & SANCTA SERAPHIM celebrare: non quia hoc Alexander ille triuialis Grammaticus docuit (amarulenta hæc, sed stolida Steuchi commentatio & irrisio est) qui nullus in mundo cùm iam hoc in vsu Ecclesiæ. Sed, tum quia, nullius sexûs spiritibus, neutrum genus aptissimum: tum quia etiam Aquila, & Theodotion, & tot ante CHRISTVM generationibus LXX. interpretes ita locuti: vt appareat semper Synagogæ visum, masculinum in hoc nomine pro neutro vsurpati.

Contra Eugubinũ pro Ecclesia.

70. Gladius flãmeus & versatilis.

FLAMMEVM GLADIVM ATQVE VERSATILEM] Explodendus † Conrad. Pellicanus hæreticus, qui hoc loco figuratam locutionem esse voluit, nec aliud significari, quam omnem aditum homini in paradisum non secus obseptum, atque si plures Cherubim cum huiusmodi romphea ante paradisum excubarent, vbi verba propriè possunt accipi, non decet ad tropos confugere. Non decet etiam gladium & flammam seorsim quasi diuersa (cum quodam viro docto) capere: refellit Hebræus contextus, *flammam glady se vertentis Lahat Hachereb Hammi Haphegeth.* Nam להה est ardere, & quasi stricturas flammicantes emittere. Vnde *Loheth* cum cholem, significat ardentem vt psal. 104. v. 4. *ignem Loheth*, noster vertit *ignem vrentem* D. Paulus ad Hebræos 1. 7. πυρὸς φλόγα *flammam ignis*. Sic hoc loco *flamma glady*, idem quod *flammeus gladius* hoc est adeò splendens & exacutus, vt vibratus flammas vomere videatur. Sic enim & poëtis Græcis Latinisque thoraces, galeæ, ensesque flammiuomi


להה

describuntur. LXX. quoque & Chaldæus cum nostrâ versione ad hanc mentem planè conspirant. Denique alibi quoque tales Angelis gladij tribuuntur. *Num.* 22.23.1.*Paralip.* 2.v.16.& 27.

71. Gladius iste an verus. * VERSATILEM) hoc est aptum verti in omnem partem, quia anceps & vtrimque secans. Potest accipi de vero gladio æreo vel chalybeo. Quod si malis flammam fuisse instar veri gladij conformatam, sicut Actor. 2. *linguæ igneæ* fuerunt: non repugno. Quæri solet, † an adhuc hodie Angelus cum gladio sit ante paradisum? curiosa quæstio, sed pendens ab eâ qua controuertitur an supersit paradisus? Veteres ferè omnes superesse volunt: recentiores nonnulli non superesse: quidam per diluuium amænitate ablatâ locum superesse de qua re aliàs ex professo disseretur, in Chorographiâ Sacrâ. Si arbor vitæ cum loco superest; causa nulla, cur Cherubinorum custodia desierit: illam verò speciem arboris non annihilatam nec perditam, & eâ Enochi vitam propagari, meâ sententiâ valdè probabile est. Superesse paradisum negat Pererius *l. 7. in Genesim*, sed affirmatiuam doctè defendunt Bellarminus *d. opere de gratiâ*, & Gregorius Valentia *commentarior. in primam Diui Thomæ partem*, quibuscum sentio.

72. Paradisus & eius custodia an supersit.

CAP.





CAPVT QVARTVM.




Dam verò cognouit vxorem suã Heuam: 1.
quæ concepit & peperit Cain, dicens: Pos-
sedi hominẽ per Deum. *Rursumque pe- 2.
perit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor o-
uium, & Cain agricola.*Factũ est autem post mul- 3.
tos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera
Domino.* Abel quoque obtulit de primogenitis 4.
gregis sui, & de adipibus eorum: & respexit Domi-
nus ad Abel, & ad munera eius.* Ad Cain verò, & 5.
ad munera illius non respexit: iratusque est Cain
vehementer, & cõcidit vultus eius.* Dixitque Do- 6.
minus ad eum: Quare iratus es? & cur cõcidit facies
tua?*Nónne si benè egeris, recipies: sin autem ma- 7.
lè, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit
appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Dixitque 8.
Cain ad Abel fratrem suũ: Egrediamur foras. Cũ-
que essent in agro, consurrexit Cain aduersus fra-
trem suũ Abel, & interfecit eum. *Et ait Dominus 9.
ad Cain: Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit:
Nescio: Num custos fratris mei sum ego?* Dixitq; 10.
ad eum: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui cla-
mat ad me de terra.* Nunc igitur maledictus eris 11.
super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit san-
guinem fratris tui de manu tua.* Cùm operatus 12.
fueris eam, nõ dabit tibi fructus suos: vagus & pro-
fugus eris super terram.*Dixitque Cain ad Domi- 13.

num:Maior est iniquitas mea, quam vt veniã me-
14. rear.*Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie
tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra:
15. omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.*Dixit-
que ei Dominus: Nequaquã ita fiet: sed omnis qui
occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitq; Do-
minus Cain signum, vt nõ interficeret eum omnis
16. qui inuenisset eum.*Egressúsque Cain à facie Do-
mini, habitauit profugus in terra ad orientalẽ pla-
17. gam Eden.*Cognouit autem Cain vxorem suam,
quæ concepit, & peperit Henoch: & ædificauit ci-
uitatem, vocauitq; nomen eius ex nomine filij sui,
18. Henoch.*Porrò Henoch genuit Irad, & Irad ge-
nuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael, & Ma-
19. thusael genuit Lamech.*Qui accepit duas vxores,
20. nomen vni Ada, & nomen alteri Sella.*Genuitque
Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis,
21. atque pastorum.*Et nomen fratris eius Iubal: ipse
22. fuit pater canẽtium cithara & organo.* Sella quo-
que genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber
in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubalcain,
23. Noema.*Dixitque Lamech vxoribus suis Adæ &
Sellæ: Audite vocem meam vxores Lamech, auscu-
late sermonem meum: quoniam occidi virum in
vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meũ.
24. *Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech ve-
25. rò septuagies septies.*Cognouit quoq; adhuc A-
dam vxorem suam: & peperit filium, vocauitq; no-
men eius Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen a-
26. liud pro Abel, quem occidit Cain.*Sed & Seth na-
tus est filius, quem vocauit Enos: iste cœpit inuo-
care nomen Domini.

Continuatio

CONTINVATIO ET ARGVMENTVM.

Prima Geneseos pars fuit de hominis creatione & lapsu: sequitur secunda de humani generis propagatione: habes liberos Adæ & posteros Caini; ac Sethi, qui Abeli occiso successit, ortum; è quo CHRISTVS *oriturus, in quem, vt restauratorem lapsi hominis tota sacra Scriptura colllimat. habes Caini parricidium, & Abelis martyrium. Vnde duæ ciuitates oriundæ, vna Diaboli in Cain, altera Dei in Abel; quæ materia librorum D. Augustini de ciuitate Dei.*



OGNOVIT] Latini dicunt, † operam liberis dedit. Græci, VERS. I.
communicauit vxori: de causa phrasis Hebrææ multa 1.
Liranus & Oleaster: veram puto, quia virginem intactã Cognoscere
vocant עלמה *Ghalma*, quod significat absconditam seu pro liberis
incognitam: ideo corrumpere virginem exprimunt ver- operam da-
bo *reuelandi*, (vt docebo in Isaiam) quia quæ abscondita, solent co- re, vnde di-
gnosci cùm reuelantur. Quidam Rabbinorum volunt ידע *Iadagh co-* ctum.
gnouit, poni pro cognouerat. Nam censent Heuæ zonam in paradiso 2.
solutam: de tempore non conueniunt; quidam statim, vt ad illum ad- Adã an co-
ducta quod insinuatur lib. 1. Sibyllinorum oraculorum circa princip. gnouerit
sed apage à protoplasto tam impotentem sui libidinem, cùm adhuc Heuam in
ornatus iustitiâ originali. ceteri Rabbini, cum nostris hæreticis putant paradiso.
statim post peccatum. Non est verisimile metu consternatis id colli-
buisse. Sequor sententiã digniorẽ loco paradisi, & verbis inhærẽtem;
non dedisse liberis operã, nisi post expulsionem. facit iste locus, vbi
primùm mentio, & quia *cognouit*, præteriti perfecti est, & sic vertunt
LXX. noster & Chaldæus, & recentiorum quique doctissimi: conue-
nit id seriei contextus, qui recapitulationis nullius hîc eget. si in *co-*
gnouit admittas enallagen temporis, cogêris etiam in *concepit*, quod
absurdum, quia cogêris etiam in *peperit*. hui tot mensibus illi in para-
diso? & nonne Deus apertè significauit post peccatum ante expulsio-
nem nondum concepisse ca. 3. v. 16.? Denique hæc Patrum Orthodo-
xorum est opinio communis, ante peccatum (*sic Irenæus lib. 3. cap. 33.*
& Procopius hîc fol. 62. Epiphan lib. 3. contra heres. 78. Iustinus Dialo. con-
tra Triphon.] & quamdiu in Paradiso fuerunt virginem permansisse
tenet *Tertullianus lib. de veland. virginib. cap. 5. D. Hieronym. lib. 1. contra*
Iouinian. Ambros. lib. de Institut. virgin. Basilius epist. ad Letoïum de vera
virgin Chrysost. hic hom. 18. Marius Victor. lib. 2. in Genes. Augustin. lib. 3. 3.
de Genes. ad litt. & alij. Nec aliud sentit Procopius fol. 62. † qui dumta- Procopius
xat vult Adamum sciuisse Euam sibi vxorem concessam. Nec pugnat explicatus.
nobiscum S. Cyrillus Hierosolymitan. *catechef.* 12. Nam in codice 4
Plantiniano vitiosa dispunctio turbauit: repone; *accessit ad mulierem* Cyrillus Hierosol. explicat.

adhuc virginem. Nam post casum in paradiso, tum primum cognouit Euã.] at inter casum,& expulsionem non fuit tempus commodum Veneri vacare,nec satis spacij. *vide c.3.v.7.& 8.*

CONCEPIT] post expulsionem. Nam si ante ergo iam indigna paradiso iuxta Tertullianum:optimè probant LXX. *concipiens peperit.*

5. Eua an sem per gemellos pepererit.

PEPERIT] vbi conceperat,& cõcepit vbi cognita. Sed an geminos? quidam volunt, & cùm his Princeps Nouatorum, opinor ex fabulosis quibusdam Methodio per impudẽtiam ascriptis: sed potuit alternis filios & filias parere, quæ fratribus suis, saltem Caino quæ nuberet vnam,& vt arbitror alteram quæ Setho.

POSSEDI] aucta sum homine,acquisiui sobolem speciei conseruandæ,& generi humano propagando: *vide infr.cap.14.19.*

6. Homo pro viro.

HOMINEM] Hebræi איש virum,nempe vnde ille oriturus Messias, quem VIRVM fæmina circumdabit.

7. Per Deum.

8. את & pro cum.

9. Cain quid.

PER DEVM] diuino munere ac beneficio: non enim est iurantis, sed beneficium agnoscentis,sicut & in illo Apostoli, *& heres per Deũ.* Galat. 4.7.nam † Hebræum את inter cetera significat, *cum. σὺν θεῷ* adiutore Deo. Nomen CAIN deducitur à קנה *Qanah* possedit: vnde etiam colligitur malus iste fuisse primogenitus & eo ipso figura Iudæorum CHRISTI occisorum. Non placet quod Clarius exponit; Possedi hominem Deum,id est qui sit Deus & homo:nam CHRISTVS non nasciturus ex Cain.

VERS. 2.

10. Cain primo genitus,non gemellus Caini.

11. ותסף ללדת adiicere ad Hebraismus quid.

RVRSVS PEPERIT] Hebraicè ותסף ללדת *Vattoseph Laledeth & addidit vt pareret*,cum Rabbinis collegit Caluinus Abel & Cain fratres gemellos fuisse, sed priùs prodiisse Cainum. ficulneum argumentum est. Nam † Hebraismum retinent LXX. & is optimè à nostro interprete explicatur: nihil enim aliud significat, quàm iterùm peperisse: sic Deute.5.25. *addentes audierimus*, hoc est, iterùm audierimus,& alibi; *addidit vt interrogaret*, pro iterùm interrogauit. sic passim *addidit loqui* & similia.

12. Abel, quid. Iosephus de sensus. & tur primogenitus vocatus Caĩ minor vero Abel.

ABEL] Iosephus & Eusebius aiunt significare *luctum* non ignorantiâ linguæ Hebrææ, sed censentes ה positum pro א per regulam commutat. litterarũ אהוי Hodie non scribitur אבל *abel* sed *Hebel* הבל quod significat vanum. Sicut primogeniti † natiuitate recordata fuerat seminis à Deo promissi, quod serpentem contereret: ita natiuitate secundi, facta memor conditionis humanæ per peccatum vanitati subditæ. quia *vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Præterea moraliter hinc colligas mundanas cogitationes animam matrem suam efferre, diuinas humilitatem & compunctionem gignere. Cain reproborum, Abel electorum figura.

13. Abel virgo.

FVIT ABEL] sacra Scriptura nec meminit vxoris eius, nec exprimit virginem fuisse. hinc Caluinus, vt ineptus erat, argutatur maritum fuisse: contra Patres orthodoxi, Hieronymus, Basilius, Ambros. Althelmus ceterí passim deducunt virginem fuisse: hi rectè, quia Sacra Scriptura meminit liberorum Cain, & vxoris: idem dictum de Abel, si non virgo decessisset argumentum est ex contrario:

Calui

Caluini ex mere negatiuâ particulari.

Post Mvltos Dies]dies pro annis.nam aliquot multi e lapsi inter natiuitatem fratrum,& inter sacrificium. Vers. 3.

Factvm Est Vt Offerret]benè explicat Hebraismum, *fuit vt adduceret oblationem*. Adducere,pro offerre, sæpiùs occurret.Et si etiam Adam (contrarium non est probabile) priùs sacrificarit,tamen huius filiorum sacrificij prima mentio fit ex more Sacræ Scripturæ quæ tantùm memorat sacrificia in quibus aliquid memorabile diuinitus accidit, vel quibus aliquid singulare præfigurabatur : sacrificandi ritum ab Adamo filios edoctos,docet B. Athanasius *in epist. de perfidiâ Eusebij*, *& in lib. super illo, omnia mihi tradita sunt*.

14. Hebraism. adducere pro offerre.

15. Sacrificauit etiam Adam ante filios.

De frvctibvs terræ] quia non additur fuisse primitias, censent Patres Cain obtulisse secundos seu viliores fructus, primoribus sibi reseruatis. *Ambrosius lib. 1. de Abel & Cain. c. 7. & Suidas in voce Cain.*

16. Cain viliora obtulit.

De primogenitis] primo † vt sic sibi Deum præponeret. (en amorem Dei.) secundò vt profiteretur, spiritu prophetico, fidem suam de Agni immaculati oblatione, qui primogenitus inter mortuos. hoc insinuat D. Paulus ad Hebr. 11. v. 4. *Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain; obtulit Deo &c.* vbi nos plura ; interea vide Rupertû lib. 4. c. 2. *Tropologiam* pete à D. Ambrosio lib. 2. de Cain & Abel.

Vers IV.

17. Abel cur de primogenitis obtulerit.

Locus ad Hebr. 11. 4.

De adipibvs] sic significant Hebræi † eum, quæ inter primogenita gregum, pinguissima & maximi pretij erant, obtulisse; *plurimam hostiam* vocat Paulus.

18. Adeps quid significet.

Respexit] sibi † in eis complacens, benignè & gratanter illa accepto tulit hoc totum significat ישע *Isçagh*, à verbo שעה, *Scaghah*, vnde orta varietas versionum, Tertullianus † *lib. 2. contra Marcio. c. 22. & lib. 2. contra Iudæos*, vno loco; *placuit* alio; *accepto tulit*. LXX. vt noster, Symmac. ἐτέρφθη *delectatus est*, alij ἐδόκησεν, *accepta habuit*. Theodotion ἐνεπύρισεν, *inflammauit*. Benè Procopius,
„ tem optimè explicuit, adscribam Latina interpretis verba, defectu
„ Græci autographi Theodotion interpretatur, *incendit*. Aquilas reddi-
„ dit, *consolationem accepit*: Symmachus verò vertit, *oblectatus est*. at Sy-
„ rus habet, *placuit*. Sed singuli interpretes peculiarem respexerunt fi-
„ nem. Theodotion enarrat, quomodo sacrificium acceptarit Domi-
„ nus, & allusit ad modum, quem in libris Mosis, & in libris Regum de
„ Eliæ sacrificio legimus. Aquilas docet Deum placatum & deposuis-
„ se iram, qua in Adamum exarserat, & sic suscepisse sacrificium. Sym-
„ machus significat Deum delectatum esse illo sacrificio, quod consta-
„ bat viuentibus animalibus, non rebus inanimatis, siquidem Deus ip-
„ se in creationis rerum primordio, gauisus est plurimùm animatis,
„ & sese mouentibus creaturis, quas solas benedictione exhilarauit. Sy-
„ rus docet illo verbo, quod in suâ translatione collocauit, Deus Abeli sacrificia & munera prætulisse Caini.]Ex quibus verbis habes etiam signum quo Deus declarauit se respicere ad oblationē Abeli: quòd igne de cœlis demisso oblationem eius absumpserit, Caini intactam reliquit

19. Respicere ad aliquid.

20. Conciliatæ versiones.

21. Signum quo Deus ostēdit se acceptare oblationem Abeli.

reliquit. Lutherus & Caluinus † hæreticorum vertices, pro suâ impudentiâ hoc vocant fabulas Iudaicas: cùm sit Orthodoxorum Patrũ communis sententia. id tenuerunt Procopius, & Hieronym. & Cirillus hic, & Faustus Regiensis *lib. 2. de libero arbitrio cap. 6.* nec scio qui reiecerit. Est etiam consentaneum mori Diuino. sic *Leuit. 9. 24.* flamma cœlestis absumit sacrificium Aaronis, *Iudit. 6. 21.* Gedeonis, *1. Paralip. 21.* Dauidis, *2. Paralip. 7.* Salomonis, *3. Reg. 18. 38.* Eliæ *2. Machab. 1.* Nehemiæ. Porrò hac prærogatiuâ Deus vsus erga Abelem fuit, †

22. Abelis sacrificium cur prælatum. quia maiore fide, quàm Cain obtulit (*sic D. Ambros. d. lib. 2. c. 7.*) quia cum cordis simplicitate & metu Dei obtulit (*Sic Tertullian. d. cap. 22.*) quia cum sincerâ in Deum & proximum caritate obtulit, Cain verò zelum & malitiam contra fratrem fouebat (*Sic Irenæus lib. 4. cap. 34.*) quia præstantiora liberaliore animo obtulit. (*Sic Iosephus lib. 1. antiqu. cap. 3. & S. Chrysost. hîc hom. 18.*

VERS. V. NON RESPEXIT] hoc est recusauit munera, vt loquitur Tertullianus *lib. de patientiâ cap. 5.*

23. חרה à יחר IRATVSQVE] Hebræum יחר *Ichar* à radice חרה *Charah*, significat eum vehementer excanduisse animo, & inuidiâ stimulante, quod fratri se posthabitum cerneret, cœpisse illi malum meditari irâ in odium conuersâ.

24. Concidit vultus, quid. CONCIDIT VVLTVS EIVS] qui bene † sibi conscij, & simpliciter ambulant: ambulat vultu erecto confidenter: qui verò liuore cõtabescunt & malum machinantur, frontem caperant & faciem obnubilant, & oculos in terram demittunt. hoc ait Caino accidisse. vide Rupertum Tuiens. *lib. 4. cap. 3.*

VERS. VI. 25. Deus solet suscipere defensionem iustorum. DIXITQVE DOMINVS] vide, vt soleat Deus iustorum defensionem contra improbos suscipere, & eos increpare, sic Pharaonem increpat, Abrahamum defendit *infra caput 12. 17.* idem accidit Abimelecho *caput 20. 3.* item Labano & Iacob. *caput 3. 24.* Sed quo pacto hæc Deus dixit Caino? Leutherus somniat hoc Deum

26. Lutheri ineptia maligna. Adamo reuelasse, deinde filium sic paterne ab Adamo admonitum: quod Symmistæ eius, Caluinus lepidè ridet, Musculus temerarium pronunciat: Sed neuter malitiam latentem voluit indicare, id ego in eorum gratiam præstabo. Idcirco hoc sceleratus iste confinxit, vt quæ sequenti versiculo sequentur pro arbitrij libertate, ea non nihil eleuet, quasi non Dei, sed Adami, hoc est hominis verba sint, non vt Dei verba referentis, sed vt de suo promentis. Mordicus ergò teneamus hæc vel immediatè Deum Caino dixisse, vel per Angelum qui Dei personam representabat; vt videtur velle Tertullianus lib. aduers. Iudæos cap. 5.

VERS VII. Conciliatio versionum. Versionum varietatem, quæ hoc commate maxima est, quoniam diligenter exhibet Pererius noster lib. 7. Commentar. nolo actum agens hîc exhibere. probabo dumtaxat nostrum interpretem benè vertisse. Hebraicè est הלאאם תיטיב שאת *Halo-im tetib seeth nonne si beneficeris, portare.* ואם לא תיטיב לפתח חטאת רבץ *Veim lo tetib lapethach chattath robeç. Et si non beneficeris ad ostium peccatum cubans.*

ישב *Iatab*

יטב *Iatab* significat bonum esse, placere, benè agere, dirigere, ordinare, 27.
aptare (*hoc secuti LXX. qui diuidere seu partiri, exponunt*) *Seeth*, hîc non quid sit יטב
est nomen, sed verbum descendens à radice נשא *Nassa*, significat suscipere, acceptare (*ita Theodotion*) parcere siue remittere (*Sic Thargumai, Chaldeus & Hierosolymitanus*) tollere, leuare, portare, quæ videtur primaria significatio) vt benè Oleaster *& alij* & hanc secutus noster interpres: NONNE SI RECTE EGERIS, RECIPIES, *te Cleuaras tu galardon*, Hipan. ô (quod idem (*recibiras lo merecido*. Sēsus si abstinueris à peccando, si deponas machinabundam hanc cogitationem, quam corde voluis aduersus Abelem fratrem tuum: si resipiscas 28.
à malo, & deinceps te benè gesseris; si mente quoque sinceriore & Conscientię
animo mundiore mihi sacrificium obtuleris, nonne referes iustum bonæ & malæ in hac vita merces.
præmium? idque duplex. primum bonæ conscientiæ internum testimonium, cuius contarium nunc sentis. secundum, attestationem acceptationis meæ, quam retulit frater tuus signo à me ostenso, quod te nunc angit, & coquit sub pectore. Liranus & Honchala confirmant *Nassa* etiam interdum significare idem quod *recipere*; &, vt non signi- 29.
ficaret voce, sensu tamen, vt dixi. Prætetea licet שאת *Seeth* sit Infinitiuus
infinitiuus ponitur tamen pro futuro, quod Hebræis consuetum pro futuro.
docet Pagninus *lib. 2. Institution. capite 6.* Sane *Seeth* etiam Thargumæi ambo & Dauid Kimchi ad mercedem *hîc* retulerunt; licèt minùs 30.
benè ad recipiendam in alterâ vitâ; meliùs, qui ad mercedem huius Peccatū pro
vitæ, vt explicui, Vocula deinde חטאת *Chattath*, significat † pec- pœna peccati.
catum, & pœnam peccati: & possumus nostram versionem vtrouis modo accipere.

SIN AVTEM MALE] malâ intentione erga fratrem, vel te Deo præferendo in oblationibus.

STATIM IN FORIBVS PECCATVM ADERIT] Adagialis locutio, 31.
adesse in foribus, hoc est ad manum esse, impendere, imminere. Locus In foribus esse.
insignis de conscientiæ iugi cruciatu: de quo multa egi varijs locis Syntagmatis Tragici, & *Sacris lectionibus Marianis*, ijs quas *de conscientia* inscripsi. Prouerbium verò explicui §. 10. Adagiorum sa- 32.
crorum, inde petatur loci explicatio. si *peccatum* sumas propriè, sensus Conscientię cruciatus.
est; si ampliùs in fratrem tuum peccaueris, si pergas animo malignari, multóque magis si quod cogitas opere perfeceris; assiduè horrenda species tam fœdi facinoris ante animi oculos tibi obuersabitur. Si verò quod mallem, peccatum sumas pro vindictâ criminis; nempe pro flagello conscientiæ, & furijs illis quas poëtæ fingunt, ita cruciatum internum exprimentes, & supplicium illud, à quo nemo nocens se iudice absoluitur; tunc sensus erit, hanc pœnam semper peccatori, velut saxū Tantalo, impendere, nunquam illum deserere; sed siue foras prodeat, siue domum se recipiat, semper adlatrare & 33.
morsum minari; sicut canis irata solet, quæ vinculo alligata cubat Comparatio conscientiæ & canis.
ante fores heriles. Nam רובץ *Robeç* idem quod cubans seu iacens à verbo רבץ *Rabaç* ita hunc locum explicat Rupertus. *d. lib. 4. c. 3.*

Sed svb te erit appetitvs eivs]Leuassent me labore hîc multa dicendi, vel qui Controuersias fidei, vel qui commentaria in hunc locum ediderunt: pergerem citato cursu. Nunc illi prætermiserunt,

34. Libertas arbitrij contra hæreticos stabilitur.

quæ hoc loco necessariam lucem adlatura, & simul hæreticorum perfidiam detectura, & stabilitura maximè articulum de humani arbitrij libertate. Quare quod intactum fermè relictum mihi, id bonâ cum Lectoris fauentiâ aggrediar, & specimen aliquod dabo, tractationis locorum sacræ Scripturæ Controuersorum, quam in *Apparatum sacrum* reseruo.

35. Vulgati prudentia.

Legitur Hebraicè, ואליך תשוקתו *Veelecha Tescuqatho*, phrasis ista hîc in Genesi bis occurrit, hîc & sup. cap. 3. 16. quorum vno noster interpres idiotismum interpretatur, altero Hebraismum retinet, vt sic nobis & loquendi modum & locutionis significationem seu interpretationem indicaret *vide d. vers. 16.* Sequitur ואתה תמשל בו *Veatah Timsal Bo.* Et tv dominaberis illivs. cuius? hîc tota quæstio est. Catholici dicimus, *illius*, qui præcessit *appetitus*. contra nituntur hostes fidei, arbitrium seruituti mancipantes. nos ex hoc loco vindicias secundùm libertatem damus, & regnum rationis humanæ in concupiscentiam stabilimus. vim veritatis vt infringant, quid non aduersarij moliuntur? Non se in tot facies Proteus aut Vertumnus olim verterunt.

36. Refelluntur explicationes hæreticorum variæ. Oecolápadij & Fagij. Lutheri & Selnecceri.

Dissentiunt Nouatores inter se de † loci interpretatione, sed contra veritatem consentiunt caudis colligati. Oecolampadius & Fagius appetitum referunt ad affectus, cupiditates, & libidines animum sollicitantes: sed etiam hîc constricti tenentur. Lutherus & Selneccerus volunt iuberi Caino, vt credat in Deum, & pro- »
missum semen, tum enim illi Deum propitium fore. sin cupiditatibus »
obtemperet, tum peccatum eius ipsi quidē posse occultū atque sopitū »
videri; sed tamen illud *in foribus cupiturū*; hoc est in loco vbi non queat »
diu quiescere vel latere. Quod enim in foribus est, ab omnibus cōspi- »
ci, siue egrediantur siue ingrediātur. si tamē peccatū pergat illum sol- »
licitare: curet sedulò, vt resistat motui, & ei dominetur per fidē: alio- »
qui certò periturum.] Sed quis non hîc, ligna exclamet, vt sententiæ »
frigus torpidum discutiat? ego etiam vt tantum scelus exuratur. Inprimis. quæ hîc de promisso semine, in contextu vel vmbra? vnde hariolantur stolidi peccatum Caini fuisse infidelitatem fidei rectæ oppositam, potiùs quàm inuidentiam? Quid illud est motus per fidem reprimere? agnosco fraudem. censent opus non esse peccatum vitare; & licere patrare, idque impunè fore, si tantùm confidant se saluandos meritò Saluatoris, hîc latet anguis iste Lutheranus. Sed frustrà totum hoc. Nonne blasphemum sit hanc Dei dictis sententiam ascribere: si vrget tentatio; resiste si potes: sin; crede te à Christo saluandum, etiamsi patres, etiamsi herbam porrigas tentanti. Hoc illos velle, palàm est, quia fides illa, quā insinuant, fides est non auxilij contra tētationē; sed fiducia certæ salutis. Deinde quæro, an hæc Dei verba præceptū aliquod cōtineant? Si continēt, hoc erit vt resistat cōcupiscentiæ. Ergo vel potest resistere; & tunc liberū est arbitriū: vel nō potest

& Deus

& Deus homini quod impossibile est, præcipit. Has angustias vt Luther effugiat; subdit: *Non ideo statim sequi, posse nos facere, quod à Deo iubemur.* Si non sequeretur, Deus iniustus & immitis foret (horresco scribere) quia iuberet homini quod homo nequeat præstare; & interea puniat, quia quod iussit non præstatur. Hoc animaduertentes discipuli Lutheri, magistro digni, Borrhaïus & Marbachius, eius durum dictum malacissare nituntur, & aiunt, neque id Deum præcipere, nec ad id vires Caino tribuere: monere tantùm, quid eum facere deceat.] Sed isti Deum faciunt stolidum aut imprudentem. Nam vt iubendo impossibilia iniustitiæ, sic eadem suadendo vel monendo insipientiæ & imprudentiæ notam incurreret. Quis enim prudens alteri suadeat, vel ad id adhortetur honestate propositâ, quod nouit eum facere non posse? Alij ergo hæretici, vt hæc vitent incommoda tam aperta; negant hoc dominium referri ad peccatum, vel peccati motus reprimendos, sed ad Caini fratrem Abelem.] Verumtamen isti, qui ad Abelem spectant, & τὸ *illius*, subaudiunt, *Abelis*; rursus diuiduntur: Pellicanus sic explicat. Ambo mei estis: cur tibi displicet fratris integritas in offerendo? cur odisti fratrem? si pergis vt cœpisti, peccati pœna in proximo te manet: palàm te impium comprobabis. Num te fratrem suscipere sic debet Abel, velut vxor maritum? Num tu illius Dominus? num ad tuum imperium attemperare debet fidem suam in Deum?] Videris quàm iste apostata audacter detorqueat, & procul abducat à vero. Quòd videret eamdem hîc esse locutionem quæ fuerat cap. 3. 16. de Eua, censuit sibi licere, tot tam extrauagantes fingere interrogationes, quas nullus ante somniarat, nullus postea probauit. Ideo Vvolph. Musculus meritò iudicauit hunc commentarium esse prorsus contrarium menti loquentis Dei, & iuri primogenituræ has interrogationes repugnare. Nam Musculus supponit primogenitis ceteros fratres obedire debuisse. Hæreticorum acutissimus & perniciosissimus scriptor. *lib. 2. Instit. cap. 5. num. 16. & hic in Commentar.* vult etiam de Abele accipi, sed alio sensu: Nullam habes causam inuidiæ aduersùs fratrem: quòd illius sacrificia sint mihi acceptiora quàm tua: tibi imputa, quòd non sis iustus, vt ille, sed impius; qui scelus in fratrem meditaris; & sis ingratus erga me pro accepto primogenituræ beneficio: nec potes subiectum tibi fratrem ferre, in quem integrum ius & imperium tibi manet. Nam ipse tuâ in potestate permanebit, & tu ei tamquam primogenitus dominaberis.] Sequitur varus varum, vt solet, Musculus: sed ne nihil videatur noui pipire posse, addit Hebræa sibi videri potius debuisse per præsens tempus quàm per futurum reddi; quòd ad Grammaticorum ferulas relego. Sequitur etiam hac in parte Caluinum Marbachius. Omnes isti volunt Deum his verbis occurrere offensioni Caini, & iubere, vt acceptæ ex repudiato sacrificio ignominiæ memoriam aboleat, & beneficio primogenituræ saluo manente consoletur sese. Bone Deus! quo recedunt, ne ad veritatem accedant? Nulla hîc primogenituræ vel adumbrata mentio reperitur: &

Borrhaij & Marbachij.

Contra Pellicani.

Musculi, & Caluini.

hanc explicationem iam olim, quasi prophetico spiritu nocituram scirent, SS. Ambrosius & Augustinus prædamnarant. *ille lib. 1. de Cain & Abel cap. 7. hic lib. 15. de ciuitat. Dei cap. 7.* Verumtamen videamus, quid pro suâ væsaniâ in medium adducant. Primò sic Caluinus pugnat. Res ipsa & grammaticæ ratio postulat, vt de Abele, & non de peccato locus accipiatur. Res quidem; quia maior frater minori posthabitus non esset, nisi scelere deterior fuisset. Quid tum? de scelere tamen hîc vnius Caini agitur, & non de fratre; qui innocens fuit & iustus. De grammaticâ sic probat: quia *tuus* & *ei*, nequeunt ad peccatum referri: cùm Hebræis *peccatum* sit feminini generis, *tuus verò* & *ei* sint masculina, vt *frater* & *Abel*. Respondeo D. Hieronymum ad hanc constructionem aduertisse, sed eam non emendasse, quia probam norat. *Tuus* enim & *ei* sciebat referenda non ad peccatum, appetitúmve seu conscientiam peccati; sed ad appetitum ipsius Caini: quasi dicat, tuus ô Caine appetitus, & tuo ô Cain appetitui. Notum etiam vel grammaticis masculina verba nominibus fæmineis, & hæc illis iungi solere. *lege Pagninum lib. 2. Institut. cap. 3.* Deniq; תשוקה neutri vim habet, ideo tam fæmino quàm masculino pronomini potest iungi: quare de appetitu vel concupiscentiæ motibus ipsi Hebræi acceperunt, vt statim docebo. Quid? quòd ipse Caluinus hoc cogitur fateri, quando fatetur agi, non de peccato, sed de peccati reatu: quod tamen est absurdissimum. Nam licet peccatum cauere, & de commisso, per pœnitentiam perfectam triumphare, cum Dei gratiâ homini sit possibile; reatui tamen ipsi tùm peccaris sic dominari, vt is peccatum non comitetur; hoc est, cum peccato sis irretitus reatum abs te reiicere & arcere, ne in reatum incurras, non opis est humanæ.

17. Obiectiones hæreticorum & solutiones.

Fæminino inseruit iungitur vox masculina.

Neutrum cū fæminino vel masculino.

Secundò Musculus argutatur eleganter, vt mures molas lingunt. Non dicit *sub te*, sed, ad te erit appetitus tuus. Respondeo אל non rarò significare idem quod על super, vt notum est vel ex Pagnino *lib. 4. institut. cap. 1. circa medium.* & ita hoc loco præter D. Hieronymum, Paraphrasis Chaldæa & Hierosolymitana, LXX. Abenezra, Iarius, Kimchi, acceperunt, agnoscentes eamdem esse phrasim quæ fuit cap. 3. 16.

Secundum & solutio. אל pro על, ad pro super

Tertium argumentum proponunt: Nemo dicitur habere potestatem peccandi, cùm nemini liceat peccare: igitur malè accipimus de potestate peccandi vel non peccandi. Sed hoc sophisticum est. Nam potestas peccandi quædam est moralis, quædam naturalis. Naturalis prouenit à libero arbitrio; qua dicitur homo, si velit, posse non consentire concupiscentiæ peccati; & posse si velit, ei consentire: nec negatur, si consentiat peccaturum: & de hac naturali potestate, falsum est in antecedenti, neminem habere potestatem peccandi: nec ratio contrarium probat, quia tantum est vera de potestate morali. Nam moralis potestas est quæ à lege & iure pendet: & de hac loquendo posse peccare, vel non posse peccare, idem est quod liceat vel non liceat peccare. Et hoc sensu procedit argumentum:

Tertium & solutio.

Peccandi potestas alia moralis; alia naturalis.

tum: sed nobiscum non pugnat. Sunt illi perridiculi sic à morali potestate ad naturalem inferentes, non secùs ac si dicerent. Nemo habet potestatem occidendi hominem, quia non licet hominem occidere: ergo in latronis armati & robusti potestate non est, occidere viatorem, quem solum, inermem, debilem & dormientem nactus. Distinguant inter ius, & factum: ad factum quod attinet, quis neget liberum tunc latroni occidere, vel parcere?

Addunt præterea. Cain hîc monetur, quid facere debeat, non quid facere valeat: cur igitur hæc ad naturam arbitrij refertis? Antecedens probant, quia Hebræi sermonis ista consuetudo est, vt futuris indicatiui pro imperatiuis vtantur. Sicut cùm dicitur: *Non habebis Deos alienos*; non dicitur quid possint vel non possint facere, vel quid sint facturi: sed vetatur quod non licet facere. Ita hoc loco non dicit Deus, quid Cain possit facere, vel quid facturus sit: Sed quid illi liceat, quid eum facere deceat. Respondeo, quamuis hoc totum illis largiremur, nondum hoc se nodo expedirent: quoniam in eo quod decet facere, includitur id ab eis fieri naturali potentia posse: vt etiam patet in exemplo quod adducunt. Nam nisi includeretur in hac prohibitione, posse si velint Deos alienos colere, frustrà vetarentur eos colere: quis enim prohibeat (nisi nugax) ne faciam, quod facere non valeo? Tu cæco dicas, ne mulierem ad concupiscendum fixis oculis intueatur: vel muto, ne lasciuum carmen recitet? Ita hoc loco nugaciter Caino diceretur, decet te appetitui dominari; si non possit illi dominari: vt si dicas lusco, decet te non intueri limis præterea argumentum eorum est à particulari ad vniuersalem; aliquando sic capiunt: ergo semper. Immo frequentius absolutè, & iuxta vim verborum vtuntur futuris indicatiui.

Quarrum argumentū & solutio.

Futurum indicatiui pro imperatiuo.

Decet & licet includūt facere posse.

Quinto nobis sic sunt molesti; licet concederemus (aiunt) ista ad peccatum referenda, nihil adhuc ista facerent pro arbitrij libertate: quia possent ista adhuc aliter explicari ex Patribus; vel cum D. Ambrosio, vel cum Gennadio & Chrysostomo. Nam D. Ambrosius d. c. 7. exponit ascribi Caino errorem, cuius ipse sit author. Verba sunt: In te refertur crimen, quod à te cæpit: in te retorquetur improbitas tua, tu Princeps es illius.] Gennadius autem cum D. Chrysostomo hom. 18. in fine, apertè hæc ambo capiunt de primogenituræ priuilegio & obedientia Caino ab Abele præstanda. Respondeo, ab illis Ambrosij locum mutilari citando. Nam prætermittuntur verba quæ repugnant hæreticorum instituto, vt illa; *non enim ei frater additur, sed error ascribitur*; quibus apertè chimera illa de Abelis subiectione reiicitur: omittitur etiam & illud ab Ambrosio verbis quæ citant immixtum; *non habes quod necessitatem magis, quàm mentem tuam arguas*. Quibus apertè D. Ambrosius explicat, quo à se pacto Cain princeps sui criminis vocetur, & quo ab eo dixerit, modo peccatum cæpisse, & qua ratione improbitas in eum retorqueatur; videlicet nullâ necessitate, sed liberâ mentis eius malitiâ. Quid est, si hoc non est, libertatem arbitrij stabilire? quod Sanctus iste solet, vt libro primo de

Quintum argumentum & solutio.

Ambrosij locus explicatus.

mo de Iacob capite tertio, vbi, quam hîc mentem, vocat voluntatem; vt commentariis in psalm. 40. vbi vocat eligentis affectum.

D. Chrysostomi locus & sententia.

De Gennadio palàm est ex Chrysostomo id accepisse & cum eo sensisse. Itaque respondeo Chrysostomum planè ab aduersariis nostris quoad arbitrij humani libertatem dissensisse, quia non negat ex hoc etiam loco libertatem voluntatis probari posse, quam Patrum nullus ipso acrius solet propugnare, vt statim facit hom. 22. adeò vt Caluinus scribat eum sibi videri nimium in viribus liberi arbitrij prædicandis: quia videbat verba Chrysostomi non posse vllâ interpretatione eludi. Quare Chrysostomi testimonium ad aliud nihil Musculum iuuat, quàm vt deprehendamus contra Chrysostomi mentem flagitiosè Chrysostomi verbis eum abuti, & effugium aliquod sibi quæsiuisse. Attamen (instant) locus iste, de quo disserimus Chrysostomo non videtur facere ad liberum arbitrium.] Esto de hoc loco sic putarit; non dubito si cæterorum patrum consensum ei videre contigisset, qua fuit modestiâ & sanctimoniâ, libens in eorum sententiam à suâ discessisset. Nec æquum est vnius sententiam licet grauissimi, contra reliquorum omnium in stateram appendi.

Sextum argumentum & solutio.

Vltimus aries est Nouiodunensis stigmatiæ, armatus frontem charactere bestiæ, immani dico blasphemiâ, quam sic euomit: Deus hoc iubendo, vel promittendo dixit. Si iubendo; nihil inde probatur, cùm interdum iubeat impossibilia. (*vide mendacem blasphemum*) si promittendo, falsa fuit promissio: quia Caino peccatum, non ipse peccato dominatus. Nec euades, si dicas promissioni conditionem inclusam, si legitimè certaueris. Sunt enim (ait) istæ ambages meræ. Respondeo verius hoc asseri de ipsius argumento, à quo si ambages, insaniam, impietatem sustuleris; nihil reliquum remanebit. Nam siue foret promissio, siue iussio, nihil consequeretur eorum, quæ contendit sequi, sed contraria penitùs. Si iussio foret, benè sequeretur, ergo est possibile: quia nemo sapiens iubet quæ nouit esse impossibilia: alioquin talia iubens iubendus ipse Choræbo vel Oresti assidere. Si promissio foret, foret necessariò vera, quia Deus nequit promittendo fallere. Si conditio viriliter resistendi inesset promissioni, nulla perplexi sermonis inuolutio adesset: quid enim clarius, quàm; vinces si fortiter restiteris? nunc nec iussio, nec promissio est conditionalis nisi implicita; sed est nuda declaratio virium liberi arbitrij, quod Caino Deus, cùm eum formauit, cum animâ indiderat. Quasi diceret, Tu quidem hactenùs à peccato passus fuisti te superari: & sæpiùs deinceps luctator ille dolosus aggredietur: poteris tamen, si voles, cum auxilio gratiæ illum vincere: insurgent impetus concupiscentiæ, compesces si voles adniti; nam gratia non deerit.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

Sin

Sin vinci malis, iusta punitio præsto futura peccanti. Conditio igitur inest, sed ista; Si velis. Cui non repugnat, nolentem resistere, victum postea fuisse. Non enim promisit semper Cain fore victorem, sed promisit se illi adfuturum auxilio gratiæ; vt si vellet vincere, posset non vinci. 38.

Loci vera explicatio.

Hic Ecclesiæ sensus est, hæc Catholicorum interpretatio: Quam singula contextus membra confirmant. Primò dicitur: *Quare iratus es, & quare concidit vultus tuus?* inanis foret interrogatio, nisi potuisset non irasci, & non mœrere. Sicut si claudo diceremus, cur claudicas? Sequitur, *nonne si bene egeris, recipies? sin autem male, statim in foribus, &c.* poterit ergo, bene aut malè, si velis agere. Quis enim sanus seriò dicat? si biberis oceanum; si olympum manu moueris, dabo tibi centum aureos; sin autem, centum prægnantes plagas: cur hoc nugax & delirum videatur, nisi quia conditio non est in hominis potestate? Postea dicitur; *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis eius.* Nonne his verbis exprimitur, fore Caino possibile posse cupiditatem refrænare, posse non sinere, vt in eius mortali corpore regnet peccatum? *ad Rom. 6. 12.* Nonne quando Deus fore dicit, vt illi dominetur, significat se gratiam illi largiri vt possit? 39.

Quæ probatur.

Præterea semper ista fuit communis Hebræorum, Græcorum, & Latinorum veterum huius loci explicatio; agi de peccato, & arbitrij
» ad alterutram contradictoriarum libera electione. Thargum Chal-
» daicum ita: Nonne si benè egeris opera tua, dimittetur tibi? &, si
» non benè egeris, in diem iudicij peccatum tuum seruatum est, in qua
» futurum est, vt vlciscatur de te, si non cõuerteris; & si cõuerteris; di-
» mittetur tibi.] Vbi habes אם לא תהוב *Im la tethab* ואם תהוב *ve im tethab.* Non conuerti igitur, vel conuerti tribuit ipsi homini, vt &
» Abenezra, Iarrius, & Scimchi. Thargum Hierosolymitanum adhuc
» clarius ex versione Genebrardi; Nonne si emendaueris opera tua
» in sæculo isto, condonabitur & remittetur tibi in sæculo futuro?
» Quod si non emendaueris opera tua in sæculo hoc, ad diem iudicij
» magni peccatum tuum conseruabitur, & ad ostium cordis quiescet.
» Veruntamen in manum tuam tradidi potestatem concupiscentiæ
» tuæ, & tu dominare ei, siue ad bonum, siue ad malum. Isidorus Cla-
» rius, Thargum (ait) Ionathæ sic exponit; in manu tua tradidi arbi-
» trium fomitis; & tu Dominus illius eris.] Ex Patribus Orthodoxis, æquè disertè locuti accedunt plurimi. *Hugo de sancto Victore, Anselmus Laodunens. Strabus, Rupertus, Rabanus, Beda, Alcuinus, Eucherius, & Hieronymus hic, Bernardus sermone 5. de Quadrages. Gregorius lib. 4. in Iob cap. 22. Prosper lib. 2. de vocat. Gentium cap. 7. Augustin. lib. 15. de ciuitate Dei cap. 7. Ambros. supr. cap. 7. ipse quoque Chrysostom. d. hom. 18. nimis quàm manifestè tribuit Caino, si velit posse concupiscentiæ fluctus compescere.* Sed redeamus ad contextum; si prius notaueris hæreticorum stultitiam semper extrema consectantium; & dum vitium fugiunt, in opposita incurrentium. 40.

Pelagianorũ error contratus ex hoc loco.

Illis quos refellebam, ad Manichæos accedebant †: contra Pela-

giani ex hoc loco Moysis inferebant, posse hominem solis naturæ viribus concupiscentiæ tentationes superare. Verùm hi pessimè hoc inferebant, & gratiam Dei concurrentem excludebant. Nec enim, quia hîc mentio gratiæ non fuit facta, eius ideò necessitas exclusa. *De quo consule Bellarminum lib. 5. de gratia & libero arbitrio à cap. 6.*

VERS. 8. DIXITQVE CAIN] vultu verbisque beneuolentiam prodens, sed mente altum odium premens. *Sic Cyrillus.*

41. Egrediamur foras, an à Moyse additum.

EGREDIAMVR FORAS] LXX. *in agrum.* Sed de his † verbis multa est altercatio. Primùm temerè Fagius ait à sciolo quopiam adiecta: & mentitur, cùm addit in Latinis veteribus libris non haberi: an vidit ille antiquiores Ambrosij codicibus aut Hieronymi? Secundò Caluinus caluitur, cùm D. Hieronymũ innuit ea inferuisse: legerant enim LXX. ante Hieronymum. Tertiò sciendum hæc hodie deesse in Hebræo, & olim à multis libris abfuisse; iam ab Originis temporibus, nec ea vertisse Aquilam, Symmachum, aut Theodotionem; quia illa non legerunt, vt nec Onkelos Thargumæus. Quartò, non esse hæc verba superflua, vt scribit D. Hieronymus, puto ex aliorum sententia, non sua: nec esse desumpta ex apocryphis, vt innuit ex Hebræis Origenes; sed verè scripta fuerunt à Moyse, & ex Hebræo per incuriam librariorum exciderunt, vt censet Cyrillus. Probatur, quia se repetisse illa in Samaritanorum Pentateucho fatetur Hieronymus, & ea legerunt LXX. & Thargumæus Hierosolymitanus, & vulgata versio retinuit; & ideò censenda sunt pars sacræ Scripturæ: sine quibus etiam verè locus mutilus maneret: quæ etiam Nicolaus Diaconus legit. Vide Lindanum lib. 1. de opt. gen. interp. cap. 5. Quinctò censeo hæc verba dixisse Cain priusquàm egrederentur, & alia illa, quæ subdit Thargum Hierosolymitanum, & ex eo conuertit Genebrardus & retulit Pererius, dixisse postquam in agrum egressi.

44. Cain & Abel iurgiũ, & cædis causa.

CVMQVE ESSENT IN AGRO INSVRREXIT] inuasit † inopinantem subito iurgio: quod quale fuerit, certò nescitur. Non caret verisimilitudine Paraphrasis Hierosolymitana: Cainum in agro cœpisse conqueri de Dei prouidentia & iustitia; nec blasphemiis abstinuisse: Sed ab Abele patrocinium Dei susceptum, & fratrem reprehensum: ad hanc contentionem secutam cędem innocentis. Si more Hebręo opera capias pro verbis, videatur id significare Ioan-

Locus Ioan.

nes 1. Canon. 3. 12. *Propter quod occidit eum? quia opera eius maligna erãt, fratris autem iusta.*

INTERFECIT EVM] nescitur quo modo. vers. 11. terra dicitur bibisse sanguinem Abel: vnde patet non pręfocatum, sed quopiam lapide vel alio telo necatum. Vulgò mandibulam pingunt. Iosephus & Procopius addunt, eum, vt occuleret cędem, cadauer humo obruisse.

43. Abel CHRISTI typus.

ALLEGOR.] Abel figura CHRISTI, à Iudęis occisi. *Sic Irenæus lib. 4. cap. 42. Augustinus lib. 12. contra Faustum cap. 9. & 10. Rupertus lib. 3. cap. 6.* Nota primum mortalium Abel mortuum, & primum descendisse

descendisse ad limbum, seu ad inferos latè sumpta voce, & ideò apparet vanitas etymi inserti Sibyllinis oraculis *lib.* 1. orcum vocari ἄδην quod eo primus Adam descenderit. Sibyllini oraculi error.

AIT DOMINVS] externa locutione fortassis per Angelum, qui Deum repræsentarit; interrogat autem vultu minaci, & voce acri, vt iudex; non quòd ignoraret, sed cupidus confessionem vltroneam, & culpæ deprecationem ferreo pectori extorquere. *Vide D. Ambros. dict. lib. 2. cap. 9.* VERS. 9.

FRATER TVVS] emphaticum, vt cor vulneret.

NESCIO] S. Irenæus † *lib. 3. c. 36.* vult grauiùs peccasse sic mentiendo, quàm nece fratris: intellige grauiùs, quoad circumstantiam istam impudentiæ Deo in os mentientis; non absolutè. Cyrillus & Chrysostomus, indicant propterea adiudicatum æternæ gehennæ: quod capias, complectẽdo parricidium, & desperationem; non verò excludendo illa crimina. 44. Irenæus, Chrysost. & Cyrillus explicati.

CVSTOS] cum indignatione loquitur, & quasi subsannās Deum. Quid mihi cum fratre meo rei? scilicet curæ mihi, vbi, ille locorum versetur? ecquid custodiam eius in me suscepi?

QVID FECISTI] vnico verbulo ostendit se conscium rei perpetratæ, & simul exaggerat atrocitatem criminis. Considera miser, nihil mihi in adbito latere: tolero etiãmnũm, & ad pœnitentiã prouoco. Tu recognosce, cupio parcere. Quid? frontẽ cum animo obdurās? cassa præsidia occupas: en testimonium locuples. VERS. 10.

VOX SANGVINIS FRATRIS TVI] cædes iniusta & parricidalis. Hebraicè SANGVINVM, quòd fabulosè Chaldæus refert ad liberos, quos habiturus Abel, si non fuisset occisus. Enallage potiùs Hebræa est, pluralis pro singulari: si quid subesset mysterij, explicarem singulas fraterni sanguinis guttas. 45. Enallage numeri.

CLAMAT] reatus parricidij celerem & atrocem in conspectu Dei vindictam vehementer expostulat. Hoc enim est peccatum clamare † apud Deum. Sic de homicidio sacra Scriptura: *veniet super vos sanguis iustus*; Matth. 23. 35. & Deus dicitur facturus *vindictã electorum suorum clamantium die ac nocte.* Luc. 18. 7. habes hunc clamorem, dicentium, *vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est.* Apocal. 6. 10. & ideò *Abel defunctus adhuc loqui dicitur*, Hebr. 11. 4. hoc est clamat've: vt patet ex alio loco, de CHRISTI sanguine, *sanguinis effusionem meliùs loquentem quam Abel.* Hebr. 12. 24. Sic clamat peccatum Sodomorum. *inf. cap.* 19. 13. & merces operariorum detenta. *Iacob.* 5. 4. 46. Peccatũ clamans apud Deum.

MALEDICTVS ERIS SVPER TERRAM] Puto esse hypallagen, † pro; terra quam tu coles erit maledicta: ante quidem maledicta fuerat propter Adami peccatum respectu totius generis humani, sed nunc iterum maledicitur in particulari respectu Caini; eo quòd Deo fœcunditatem, quæ terræ fuerat relicta, reprimente, laboribus eius non erat nisi parcissimè responsura. Sic explicat Tertullianus *lib. de Resurrect. carnis cap.* 26. & *lib. aduersus Iudaeos cap.* 5. VERS. 11. 47 Hypallage. 48 Terra quo pacto maledicta, respectu Caini.

vertit; *propter quod maledicta terra*: & Hebraicè est; *maledictus tu de terra*: itaque tellus vltrix criminis constituitur, quę, effusione sanguinis in eam, fuerat iniuriam passa. Sed cur sic iacitur maledictio, per enallagen, cũ simplicius potuerit dici, sicut Adamo c.3.17. *maledicta terra in opere tuo?* fortassis, vt ponderat S. Chrysostomus *hom.*19. quia ex Adami semine per Seth oriturus fuit Messias; Caini verò semen totum à promissione seminis alienum: crimen quoque Cain longè

49. Cain figura Iudæorum. exsecrabilius erat. Per ALLEGORIAM ad Iudæos CHRISTI necatores hæc transferunt Cyrillus *in c. lib.1.* & Rupertus *lib.*4.*c.*6.

QVÆ APERVIT OS] hac metaphora significat ipsum irrationale elementum, ad crudele facinus exhorruisse, &, absorpto innoxio sanguine, conatum occulere, quod ille non veritus perpetrare.

VERS. 12. Nunc ostendit quo pacto terra vindictam sceleris sit sumptura: quod futura pro matre nouerca.

50. Terræ vires fuut fructus. NON DABIT TIBI FRVCTVS SVOS] pro † fructu Hebraicè est; Non addet dare tibi כחה *Coho*, quod significat vim, siue virtutem vt vertunt L X X. & Chaldæus. Sed quæ virtus terræ, nisi prouentus eius? sic de filio ait ille; *Nate mea vires, mea magna potentia nate.*

VAGVS ET PROFVGVS ERIS] LXX. στένων καὶ τρέμων *gemens & tremens*; alij ἀλώμενος καὶ ἀναστατούμενος, quod noster explicuit, & hoc sonant Hebræa verba נע ונד *Nagh Vanad*. Vbique te sceleris pœnæ, vbique carnificina conscientiæ per incertas vagantem sedes

51. Cain an corpore tremulus simul & profugus. exagitabunt. Scio L X X. & Græcos ferè omnes hæc † retulisse ad quemdã corporis tremorem, pauoris & consternationis animi proditorem: nec negarim fors Cainum, quasi tremulum & nutabundum vixisse, & hoc suspicor Spiritum sanctũ versione L X X. nobis indicare voluisse: & simul per D. Hieronymi versionem id quod dixi.

52 Vagantur & fugiunt aliter iusti, aliter impij. Sanè נוע vagari πλανᾶσθαι, נדד celeriter fugere significat. Aliter fugiunt de oppido in oppidum, & vagantur iusti, (de quibus hoc passim Sacræ S. *Matth.*8.20.1. *Cor.*4.11.& *Hebr.*11. *vers.*13.& 38. nã isti vbicumque fuerint, habent circa cor *robur & æs triplex*, semper securi & tranquillo sunt animo, propter conscientiæ testimonium; improbi verò, nullibi se tutos credunt, vbique pallent & pauent, etiam vbi nihil timendum, quoniam intrinsecus mala.

Mens agit attonitos, & cæco verbere pulsat.

VERS. 13. MAIOR EST INIQVITAS MEA, QVAM VT VENIAM MEREAR] difficilis locus; adeò, vt quidã sub his aquis gigantes gemere, crucẽ alius à Moyse Grammaticis omnibus defixã inquiat: Pererius verò sententiis quatuor enumeratis, quid veriùs reliquerit. Rabbini quidam hic addunt interrogationis notam, & volunt crimen suum à Caino extenuari; quod audax & nouum commentũ est, & ipsis (quę

53. Iniquitas seu peccatũ pro eius pœna, S.S. phrasis. illis tanti) punctis Massoreticis repugnat. D. Chrysost. *hom.*19. sententia, singularis est ipsius, nec videtur satis tuta, quia supponit alicui in hac vita serã esse posse pœnitentiam; quòd neutiquam dicendum. Tertia opinio Abenezræ & Kimchij, necnon Pagnini Vatabli & Oleastrij, עון *Auon, iniquitatẽ* sumi pro iniquitatis seu peccati pœna:

Hebræa:

Hebrę̨ voci cōſētanea eſt, vt 1. Reg. 25. 24. *In me ſit Domine mi, hæc ini-
quitas* 4. Reg. 7. 9. *ſceleris arguemur*. Sed hanc explicationem non amo,
quòd videam hæreticorum vertici Caluino tantoperè placuiſſe, &
nō ſcio vlli Patrum id viſum, niſi ſi Auctori quæſtionum breuium in
ſacrā Scripturā quæ Athanaſio adſcribūtur q. 96. Amplector † quod 54.
ſecurius, & æquè conuenit contextui, eſſe verba Caini deſperatione Cainum his
plena, negantis Deum poſſe illi (aut ſaltem nolle) veniam criminis verbis deſ-
dare. Probatur ex Hebræo. Nā עוני *Ghaoni* deducitur à ענה *Ghanah*, peraſſe.
quod ſignificat incuruari ſub onere, & ſolet ad animum transferri.
Quæ incuruatio tam poteſt oriri ex culpæ grauitate, quàm ſupplicij 55. Incuruari
pondere: quamobrem in ſacra Scriptura paſſim de peccatis vſurpa- nos peccato.
tur, cuius maior preſſura, & onus vt Æthnā, ſic ipſo ſupplicio ponde-
roſius. Sic propriè capitur peccatum etiam in Hebræo עון. *Pſal.* 39. 12.
& 51. 7. *Prouerb.* 5. 22. 1. *Reg.* 20. 8. Iuuat nos hoc loco ſequēs vocabu-
lum נשא *Naſſa*, quod ſignificat ferre ſeu leuare. Sed *ferre* ſeu *leuare*
iniquitatem Naſſa Auon, Hebræorum phraſi, cum dicitur adſpectu ad 56. Ferre ſeu le-
alium, idem eſt quod veniā obtinere alteri, ſeu remittere iniquitatem. uare iniqui-
Nam qui remittit, vel redimit, illam aufert, & quaſi leuat alium hoc tatem, He-
onere. Quare cùm ſic additur, de peccato alterius, eſt veniæ & clemē- braiſmus.
tiæ, quo etiam ſenſu dicimus; *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi αἴρων*
Græci: & ſic iſta duo iuncta reperias in Hebręo, Pſ. 32. v. 5. Vbi noſter
vertit *remiſiſti iniquitatem peccati mei*. Sicut etiam Tigurinus & Vata-
blus explicat *iniquum peccatum*. Iſai. 33. v. vlt. Vbi noſter, *auferetur ab eo*
iniquitas. Ezech. 4. v. 5. & 6. Vbi vno loco vertit, *portabis iniquitatem do-* Locus Eze-
mus Iſrael. altero, *aſſumes iniquitatem domus Iuda*. Hoc eſt ſuſcipies in chiel. 4. v. 5.
te, lues pro illis. Et eâdem ſententiâ verbum *Naſſa* ſunt interpretati & 6.
Chaldæus, & Kimchi, & Hieroſolymitanum Thargum, Gen. 4. v. 7.
Deinde probatur iſte commentarius, quia de ipsâ culpâ ſeu internâ
accuſatione culpæ, hoc loco acceperunt LXX. *ἡ αἰτία*, hoc eſt factum
meum, cauſa vt vertit D. Ambroſius, ſeu delictum, vt Tertullianus: &
Abénezra fatetur hoc velle omnes qui ipſum Hebræi præceſſerūt; ſe
primū pro pœnâ peccati accepiſſe. Tertiò vt expoſui, capiūt cōmuni-
ter magnâ cōſpiratione Patres, iā ab initio Chriſtianiſmi ferè; *Philo lib.*
quod deteriùs meliori inſidietur. Tertullianus lib. cōtra Iudæos c. 5. Ambroſius
de Cain & Abel lib. 2. c. 9 Hieronym. ep. ad Damaſū 25. q. 1. Theodoretus hîc
q. 57. Gregorius in Pſal. 5. ad illud, ne proijcias me. D. Bern. ſer. 12. & 62. in
Cāt. & Declamatione ſuper illo, ecce nos reliquimus omnia. Rupertus lib. 4. c.
7. Gloſſa interlineal. hîc & S. Thom. 3. p. q. 84. ar. 10. in corpore. Et omniū op-
timè S. Iſidorus Hiſpalenſis cuius verba habes in Cathenâ Lipomani. Vlti-
ma ratio eſt, quia hoc vltimum *vt merear veniam*, nullo modo patitur
explicationem illam Abenezræ & recentiorū. Quis enim iſte ſenſus,
vel connexio; *Maior eſt ſupplicij vis, quàm vt merear veniam*, vel quàm
vt mihi ignoſcatur. Niſi dicas per modum ſigni capiendum q. d. ipſa
ſupplicij magnitudo indicat te mihi nolle remittere, ſed hoc durū fo-
ret, nec benè colligeretur. Sæpè Deus grauiter multat, vt citiùs homo
reſipiſcat, & ita veniā impetret. Quare fallitur ſiue Athanaſius, ſiue quis

R alius

alius Quæstionũ illarũ author. Nã reuerà non poteſt recipi expoſitio illa, iniquitatis pro punitione eius; niſi verſionem noſtrã damnemus,
57. Michael Medina notatur. quam ſancta Synodus Tridentina approbauit. Vnde etiam infero, nõ † videri recta, neque ſecura, quæ de Caino non deſperante ſatis licẽter ſcribit Michael Medina *p.1. de Indulgent. diſp.1.* Item infero † cum Caino errare grauiter & contra fidem, qui tenent vllum adeò graue
58. Crimina cuncta poſſunt à Deo remitti. ſcelus eſſe, quod Deus remittere non poſſit, vel nolit, ſi homo ſatisfacere quantum poteſt nitatur. Hæc fuit hæreſis Nouatianorum teſtibus S. Paciano *epiſt.3. ad Simpronian.* & S. Ambroſio *lib. 1. de pœnitẽtiã cap. 9.* quod damnatum ſub Innocentio 3. in Concil. Lateranen. cap. 1. Egregiè Marius Victor, lib. 2. in Geneſ.

At verò nulla eſt hominis tam dira nefandi
Culpa, Deus quam non animo clemente remittat,
Si modò pœniteat facti.

Vnum reſtat, contra noſtrã explicationem, quod noſter interpres: dixerit; *veniam merear*: Sed ſenſus eſt, vt pœnitentiã vllã veniã à Deo queã mereri. q. d. fruſtranea mihi & caſſa futura omnis pœnitentia.

Vers. 14. EIICIS ME] Hebraicè † eſt, *Eieciſti*: ſed præteritũ poſitum pro præ-
59. Hebraiſm. præteritum pro præſenti. ſenti. Eiectio † verò violentã & ignominioſam ſignificat expulſionẽ, vt ſup. cap. 3. 24. Meritò (ait) deſpetor Nam video te iam mei curam abijcere, & priuare ſolitã prouidentiã tuã; quem nuſquam locorũ tutò pateris conſiſtere, vel vllam capere requiem. Nonne docet apertè,
60. Eiicere. ſe non dolere, quòd Deum offenderit, ſed quòd exilij incommodis & mortis periculo ſit expoſitus?

61. Terræ ſignificatio duplex. A FACIE TERRÆ] vel terra † ſumitur pro hominibus Metonymicè, vel propriè pro ipſo ſolo. Poſteriore modo ſenſus eſt, ablegas me à terra natiuitatis meæ, vbi natus & educatus. Priore verò, facis me hominum odium, adeò nec illi me viſu dignentur, nec ego illos auſim aſpicere.

62. Deus oſtendit vel abſcondit faciem, quomodo? A FACIE TVA ABSCONDAR] Deus † dicitur faciem ſuam oſtendere, quando claris indiciis ſe fauentem & beneuolum oſtendit. Abſcondere verò faciem ſuam dicitur, cùm factis oſtendit ſe aliquẽ deſerere, vel ei aduerſari, & punire. Pſal. 12. v. 2. *Vſque quo auertis faciẽ tuã à me.* Pſal. 26. 9. *Ne auertas faciem tuam à me.* Ieremi. 33. 5. *quos percuſſi in furore meo abſcondens faciem meam à ciuitate hac.* Itaque hoc † loco eſt
63. Hypallage. hypallage, pro, tu abſcõdes faciem tuam, ne me oculis æquis aſpicias. Nam nemo poteſt ſe à cuncta vidente oculo abſcondere, vt alibi docet ſacra Scriptura. *Pſa. 138. 7. Ieremi. 23. 24.* Si non admittis Hypallagen; dic Cainum cumulare hęreſes hęreſibus; & blaſphemias blaſphemiis.

OMNIS QVI INVENERIT ME] nequeo effugere, quin ab aliquo mox interimar. Omnis in me creatura inſurget, vah! quanta eſt ex aduerſo ſecuritas iuſti! *Pſal. 22. 4.*

OCCIDET] nec iram Dei, nec animę timet mortem, ſed ſolam vitæ huius & corporis noxam veretur. *lege Ambroſ. d. cap. 9.*

Vers. 15. NEQVAQVAM] non erit, quod ais. deterrebo cũctos pœnã grauiſ-

ſimã

ſima propoſitâ,ne quis tibi manum violentam injiciat.ponam in te ſignum,quo moniti,ſe à cæde tuâ contineant. Hebræum לכן *Laken. certè,profectò.* defectiua oratio reiiciens Caini dictum,quod non repetit;ſed ſubintelligit.ideo ſapienter noſter intellexit ineſſe tacitam refutationē,& vertit,*Nequaquam*,ſecutus LXX.Symmachū, & Theodotionem.Mens iſta:ego verò faxo,ne fiat,quod metuis.Quicunque te occiderit, næ ille mihi graues pœnas daturus.

Septvplvm pvnietvr.] numerus†finitus pro infinito. Sæpè multũque grauius,quàm tu:quia tuo non fuit exēplo deterritus, quo minùs te de medio tolleret,quē in delicti ſui pœnâ, & aliorū admonitionem ſupereſſe ſic volebā,vt & vitam pro ſupplicio, & mortem pro ſolatio haberet.*Sic Alcuin.hic in quæſtionibus.* Sed quo metienda grauitas huius pœnæ? interpretibus id dubiū fuit, & ideo aliter ac aliter reddunt,vt apud D.Hieronymū in epiſt.ad Damaſum.d. ep. 125. eſt videre.ad quantitatē ſeu numerum retulerunt LXX. & Theodotion qui vertunt,*ſeptem vindictas*;ad qualitatem ſeu grauitatem ſupplicij Aquila,qui *ſeptempliciter*;ad durationem , ſeu numerum ſuccedentium generationum Symmachus,cum vertit *ſeptimum*,vt & Chaldæus:quæ omnia ſi rem ſpectes,in ſe vera reperias : & potuit omnia ſpiritus ſanctus intendiſſe. Noſter cum videret Hebræum שבעתים *Scibghathaim* valdè ambiguum eſſe,generalem ſignificationem ęquè lato vocabulo expreſſit,*ſeptuplum*:quod ego libentius ad qualitatem, & quantitatem ſupplicij retulerim , quàm vt Symmachus & Chaldæus fecēre.*Vide de hac adagiali locutione ſacra adagia* §.11. 64. Septuplum puniri. 65 Conciliatæ verſiones.

Posvitqve Dominvs Cain signvm]quale?non ſatis id mihi liquet.†Rabbini,quidam fabulantur fuiſſe canem ſemper præcedentem,& per vias tutas deducentem:alij litteram fronti impreſſam: alij faciem torram,& aſpectum truculentum cunctis formidabilē. Muſculus ſcurratur,quaſi Mimum de Attellanis exponeret.Communior D.Hieronymi,Procopij,Eucherij & aliorum Patrum doctrina eſt,de aſſiduâ motitatione & quaſſatione querqueri corporis,cum quadam vultus & mentis cōſternatione.Qualecumque fuit,externum fuit; magis in reliquorum ne inſcij peccarent,quàm in Caini fauorem datum.Tropologiam,Ambroſius d.lib,2.c.10. 66. Caini ſignū quale.

Vt non interficeret evm omnis.] Primus † iſte locus eſt, vbi *omnis* ponitur pro *nullus*,quam regulam Euthymij paſſim omnes amplectuntur:quod intelligendum quando negatiua particula præcedit, vel ſequitur particulam *omnis*, vt benè notatum à Martino Martines,*lib.6.Hypotyp.cap.*3.Exo.20.4.*Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem &c.*& v.10.*Non facies omne opus in eo.* Pſalm.118. 133.*Non dominetur mei omnis iniuſtitia.* Habac. 2.19.*omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius*,Matthęi 24.22.*Niſi breuiati fuiſſent dies illi,non fieret ſalua omnis caro*.Luc.1.37.*Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum*.1.Ioan.3.6.*Omnis,qui in eo manet,non peccat:& omnis , qui peccat, non vidit eum,nec cognouit eum*.His omnibus locis noſter retinuit Hebraiſmum,ſed alibi more ſuo explicuit,vt Exo. 22.22. Hebraicè , *om-* 67. Omnis pro nullus, ex Hebraiſmo.

nem viduam & pupillum non affligetis. noster; *viduam & pupillum non affligetis.* Sic Leuit. 3. 17. *nec sanguinem, nec adipem omnino comedetis.* Hebraicè erat; *omnem adipem & omnem sanguinem non comedetis.* Eccles. 1. 10. *Nihil sub sole nouum; nec valet quisquam dicere.* Hebraicè, *& non omne nouum sub sole.*

Vers. 16. 68. Cain desertus à Deo, & factus deterior.

Egressvs Cain a facie Domini] recedente ab eo Domino ipse quoque exiuit è patriâ; vbi illi Dominus solitus esse propitius, nunc destituitur speciali illâ curâ & præsidio peculiari quo Deus sibi amicos tuetur *Philo, lib. quod deterius meliori insidietur in fi.* & egressus ruit in omnia flagitia. *lege Iosephum lib. 1, 3. antiqui. cap. 3.*

69. Versiones conciliatæ. 70. Nod seu Naid vnde dicta.

Habitavit Profvgvs] quia vocabulum נוד *Nod*, (deductum à *Nud, mouere*) tam potest esse appellatiuum quàm proprium, factum vt hîc duæ sint versiones, quarum neutra reprehensione digna, & potest altera alteri esse auxilio; si dicamus; Cainum profugum primùm venisse ad eum locum, vbi postea ciuitas *Naed*, (apud LXX. & omnes hodie legitur *ναιδ* mallem *νὼδ*.) condita, & ab hoc aduentu Caini profugi nuncupata. Coniicio. quia Græci ferè, & cum his Iosephus accipiunt vt nomen proprium loci, sic dicti; non quod tellus sub Caini pedibus vbicumque vestigium posuisset solita contremiscere, vt quidam Hebræi commenti, quos fortè secutus Clemens Alexandrinus quando *lib. 2. Stromat.* Naid exponit fluctum, & tropologiam quandam illi nomini accommodat: sed potiùs quasi dicas terram palationis, seu profugij, eò quod se huc initiò Cain receperit, id mihi LXX. videntur censuisse cùm vertunt, *ἐν γῇ Ναΐδ*. Noster & Chaldæus acceperunt vt appellatiuum nomen & de Caino positum: quia Nod verè significat idem quod *σαλευόμενος*, vagus, fluctuans, subinde sedem mutans. *Sic Diuus Hieronymus.*

71. Eden certa regio.

Ad orientalem plagam Eden] malè libri, qui; *Edom.* Nota *Eden* hîc non dici de paradiso voluptatis, sed de certâ regione de qua superius cap. 2. vers. 8. id patet, contra Caluinum & alios, quia paradisi locus erat proximus Orientali cardini: ergo, si de paradiso capias, debuit Cain vltra paradisum tendere, & (vt sic dicam) ipsi Orientis solis cubili se intrudere.

Vers. 17. 72. Hæreticorum ineptiæ.

Si luberet cum laruis luctari & ineptiis insultare, bella se mihi hoc loco daret occasio lepidè hæreticos exagitandi. Lutherus omnem mouet lapidem vt rationem reperiat, cur Moses agat de generatione Cain, priusquam de generatione Seth; qui nondum natus. tam acutè: ac si quæras, cur Titus Liuius de Romulo, priusquàm de Pompeio disseruerit. Caluinus pro monstro & portenti loco habet, quod Cain profugus animum ad vxorem & liberos quærendos adiicere potuerit. magnũ miraculum! quasi non id exules soliti, & non exul Beza Candidam suam curarum suarum partem esse voluerit. Musculus pro miraculo habet, quod homo sanguinarius, &

naturæ

naturæ hostis humanum genus propagare affectarit. Hui! qu alia miracula veris destituti obtrudunt! Hæc (lector) horum lucumonum insipiens sapientia est, cùm pauxillum vltra grammaticam assurgunt, Et tales mihi pro corde peponem habere non videantur?

VXOREM] cuius nomen ex fictitio Methodio edit Scholastica Historia *cap.* 25. non † dubitandum sororem germanam fuisse. nam Abel virgo mortuus: & ante Sethum natum (fors & ante Abel occisum) vxorem duxit. Scribit enim Iosephus *d. lib.* 1. *cap.* 2. Euam post Abel & Cain genitos, ante Sethum, pluries filios & filias peperisse; quod de filiabus verum esse sufficit. D. Hieronymus *lib. contra Heluidium* testatur, in primis hominibus sorores fratribus nupsisse: sed sacram Scripturam id propter aurium honestatem non exprimere. idem testantur Chrysostomus, Theodoretus, Procopius. Videlicet auctor legis naturæ, dispensabat; qui solus potest in gradu primo consanguinitatis. 73. Caini vxor quæ. 74. Connubia sororũ initio licita.

PEPERIT] Henoch, primogenitum.

ÆDIFICAVIT] ex rudi † materia, metu ferarum. semper enim pauent impij. factum id multi post Henoch natum annis, (ita Iosephus) cùm iam quingentorum vel amplius annorum esset Cain, & posteritas, in sæculi illa fæcunditate, adeo multiplicata, vt pluribus etiam oppidis incolendis sufficeret. *D. Augustinus lib.* 15. *de Ciuitat. Dei cap.* 8. 75. Henochia prima ciuitas, cur ædificata.

NOMINAVIT] non à se, quia nomen ipsius omnibus inuisum sed à filio, in quo cupiebat memoriam sui conseruari, vocant Henochiam *Tropologia*, mali in terris, boni in cœlis ciuitatem deligunt. *D. Gregorius lib.* 16. *in Iob. cap.* 6.

HENOCH] חנוך *Chanoch* à radice † חנך *Chanach*, instruere, erudire, initiari, auspicari; boni nomen ominis Philoni significat lib. de Abraham, idem quod κεχαριτωμένος, *gratiosus*. Perpende quàm raptim perstringat posteritatem Caini. vnam tantùm lineam memorat, ex qua *Lamech*; qui per metathesim, quasi *Melech*, *Rex*: & in eius linea septimam tantùm generationem; in qua, diluuio tota progenies Caini ad vnum interijt. vnde clarescunt mendacia Caianorum, quæ in eorum hæresi S. Epiphanius refutauit. VERS. 18. 76. Henoch, etymon. 75. Lamechi etymon. למך quasi מלך

ACCEPIT DVAS VXORES] Luther commendat illum ab ingenio quod primus ausus. cur nõ & ipse? an quod Borrham suam metuebat, & sæculi leges? mitto nugatorem; & Rabbinos, de Ada & Sellà multa fabulantes. volunt priùs ab eo viros necatos, post adductas vxores. fieri potest, sed non probant. Nicolaus Pontifex † Lamechum vocat homicidam & adulterum, *in c. an non.* 24. *q.* 3. sed homicidam propter alias cædes, de quibus statim: adulterum, vt opinor, quia sine vllà dispensatione plures simul coniuges habuit: hac enim in re Lamecho similis Lotharius Rex. Primus Lamech ante diluuiũ, fors & vltimus, polygamiam ausus, & vnam carnem in duas vxores diuisit, sicut ait Hieronymus *lib.* 1. *contra Iouinian. & refertur in c. quomodo.* 31. *q.* 1. *seu vt loquitur* Tertullianus *lib. de exhortat. castitatis Cap.* 5. primus tres in 76. Cainitæ omnes diluuio periere. VERS. 19. 77. Polygamia an vnquam licita. 78. Explicat. c. an non. 24. qu 3.

vnam carnem effecit. Monogamiæ legem Deus sanxerat, dicēs Adamo; *Et erunt duo in carne vnâ*, (vide sup. cap. 2. 24.) contra hanc legem peccauit Laméch, non quia plures vxores habuit, sed quia plures vno
79. Tertulliani error. tempore. Cauendus Tertullianus, qui iam hæresi Montanâ imbutus *lib. de Monogamiâ cap.* 4. effutiuit, nihil referre, an duas vxores quis singulas habuerit, an pariter singulæ duas fecerint.] quod probat, quia idem numerus coniunctorum & separatorum.] Sophisticè paralogizat. Numerus quidem est idem, sed legi à Deo latę in coniunctis repugnat, nō in separatis. cùm successiuè duę sunt, vna sola habetur, & defunctę sufficitur altera, & nullo tempore plures sunt, quam duo in carne vna, nullo tempore diuiditur caro in plures: nam quę esse desijt prior, iam mariti caro non est; & priore viuâ, posterior nondum est: quando verò simul duę coniuges habentur, iam vno tempore plures sunt in carne vnâ, quàm duo; iam caro viri in tres diuiditur, iam tres in vnam carnem efficiuntur, vt patet.

80. Polygamia ex quadam Dei dispensatione post diluuium. Lex ista post diluuium † à Deo fuit quodammodo per dispensationem abrogata. Nam nisi hoc fuisset, nunquam Patriarchę sanctissimi plures vno tempore duxissent: Dispensatio in eo fundata, quòd Monogamia vnius vno tempore vxoris, esset proculdubio legi naturę maximè consentanea: non tamen polygamia plurium eodem tempore vxorum, adeò legi naturę refragabatur, vt non posset aliquo euentu censeri ea lege non esse prohibita; nec esset adeò mala, vt non posset aliquo casu tempore, & in personis quibusdam tolerari; maximè quando ad Ecclesię mysteria pertineret; vt constat de polygamiâ Abrahę & Isaac. Vnde cùm post diluuium paucissimi forēt homines, & eorum vita quàm ante diluuium esset adducțior; ipsa naturalis ratio suadebat hanc polygamiā permitti potiùs, quàm vt adeò lentè &
81. Polygamia iterum abrogata. ægrè genus humanū propagaretur. Verū posteà, hominib. satis multiplicatis, apud cultiores & prudentiores nationes Hebręos, & Gręcos, deseri paulatim polygamia cępit: donec eam tandem CHRISTVS Dominus planè antiquauit, primamque illam Monogamię, vnius vno tempore vxoris, serio renouauit. Quę de re valdè controuersā, contra Ochini hęresim; & calumnias frequentes Caluini aduersus Patriarchas, breuiter dicta sufficerint. *Lege, si lubet Franc. Feuardentium lib. 1. additionum eruditarum ad Alphonsi à Castro lib. contra hereses, tit. de Po-*
VERS. XX. *lygamia Abrahe. & Bellarminum lib. 1. de matrimonio cap. 11.*

82. Patris nomē apud Hebræos latè patet. PATER] Hebręi † vocabulo patris solēt significare, quemuis artium inuentorem vel excellentem magistrum. Opes olim sitę in re pecuaria, cùm itaque Iabel † pecore abundaret, inuehit modum conficiendi tentoria, quæ prò oportunitate pascuorum facilè transferrentur.

83. Iabel inuētor tētoriorum. Partis opibus, studium voluptatis quærendæ gignitur. ideo Plutı filium Comum finxêre.

VERS. XXI. CANENTIVM] Hebraicè, *apprēhendētium* seu *tractantium*. ideo *canere* hic latè patet, vt scias inuentorem fuisse omnium musices instru-
84. Iubal pater musicorum. mentorum, quæ feriuntur, aut inflantur.

Vides

Vides Dei clementiam, quæ dona ingenij varia etiam malis largitur, testimonium benificentiæ suæ, & ingratitudinis mortalium. VERS. XXII

95. Iubalcaim inuentor fabrilium ferri & æris; gladiorum, lancearum. &c.

CVNCTA OPERA] Hebraicę, *acuentem omne opificium æris & ferri*. inuentor fuit ferrum & ęs rude in belli instrumenta exacuendi, & conformandi. Nam belli instrumenta ab hoc auctore, rectè Philo & Iosephus deducunt, frustrà quęrunt alium ad istud Tibulli:

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Quàm ferus & verè ferreus ille fuit?

86. Noema Hada, Sella, quid significent.

NOEMA, significat venustam & pulcrã HADA comptam & ornatam SELLA, à radice, צלה *çalah* amore suo torrentem.

VERS. 27.

Haut dubiè ex totius Sacrę Scripturę difficillimis locis est iste: prolixus sim si væc ordes imaginationes † Lutheri, Caluini, Selnecceri, Marbachij recenseam, & impugnem. Cui Theodoreti codex ad manum est, is eorum dicta libro de hęreticis fabulis meritò subiunxerit: consulere mihi certum est breuitati, & quæ minùs incerta exhibere. Impium † hunc Lamechum fuisse communis Hebræorum traditio est Philonis quoque, & Nicolai Papæ, & D. Hieronymi ac ceterorum. hoc tamen quod hic ab eo dicitur, puto probè † & sensatè dictum non stolidè, vt ait Philo: nec vanâ virium ostentatione, & insultando Deo, vt hæreticî scribunt. Nec credo † prophetico dictum spiritu, neque id vult Iosephus, sed tãtùm vult eum fuisse peritum diuini oraculi quod Caino responsum fuerat: quanquam potuit ignarus de CHRISTO ex septuagesima septima generatione nascituro aliquid allegorico sẽsu prędicere, vt videtur significari in c. quomodo 31. q. 1. sed ego mentem eius non adeo attollo. Causam hæc dicendi vxoribus, facilè admisero, quam Moses Gerundensis tradidit; quod cùm metu essent perculsæ; sic eas voluit consolari & animare: quinetiam vt criminis sui aliquam resipiscentiam ostẽderet & doceret quàm Deo sit odiosa humani sanguinis effusio, *vt voluere D Chrysosto. hom. 20. Rupert. Suidas, & alij*. Nunc ad singula.

87. Hæreticorũ fabulæ.

88. Lamech homo impius.

89. Locutus tamẽ hic sana & opportuna, sed nõ vt propheta.

90 Causa hæc dicendi.

VXORES LAMECH] meæ, more Hebræo de se in tertiâ personâ loquitur.

AVSCVLTATE] hac repetitione ostendit magni momenti, & perobscura fore, quæ dicturus.

QVONIAM OCCIDI] non habet vim aithiologicã, sed simplicis narrationis, fateor me occidisse est Hebraismus. 91.

91. Præteritum pro futuro Hebraism.

OCCIDI.] *occidero*, malunt Pagninus & Vatablus, & resoluunt præteritum tempus in futurum, quod indefinitè accipiunt. durè admodum, quodque extra propheticum sermonem, vbi tali phrasi certitudo denotatur, non est recipiendum, quare hoc loco Arias à Pagnino recessit. LXX. quoque Chaldæus, & omnes Hebræi, Gręci, Latinique veteres interpretes pręteritũ hîc retinuerunt. Nec sanè illud; si quis me lacessat, facilè illum necauero, vllo modo cohęret cum sequenti,

in vulnere meo &c. in liuore meo.

91\. Sed quem occidit? VIRVM IN VVLNVS MEVM, & ADOLESCENTVLVM IN LIVOREM MEVM] Magna hîc quæstio est, quis iste vir, & an vnus cum adolescente? Inhærens Sacræ Scripturæ verbis censeo non vnum, sed duos fuisse, *quæ fuit sententia Philonis lib. quod deterius, potiori insidietur, & plurimorum.* Sed qui isti duo, non habeo pro comperto affirmare, quia nec Scriptura sacra id expressit, nec vnanimes in eo sunt Orthodoxi scriptores. Pro verisimili habeo traditionem Hebræorum quoad occisorum personas, Cainum & puerum comitem armigerum Lamechi fuisse: quoad quædam quæ assuunt, non æquè. D. Hieronymus *hic in Traditionibus* hoc adfert vt traditionem Iudæorum; cùm tamen in epistol. 125. ad Damasum scribit, *maiorum nostrorum ista traditio est*, non obscurè indicat hoc etiam visum multis Patribus Orthodoxis. Non arbitror quoad omnes circumstantias id Hieronymum velle, vel tenuisse: sed quo ad rem principalem, vt aiunt. suspectum mihi, quod de latitante in siluis Caino narrant, quasi defectu domicilij. erat illi Regia Henochia. nam quod profugus esse iussus, id ad finem vsque vitæ non extendendum, sed magnam eius partem; & quod demum delectâ sede, semper ad omnem folij vento agitati motum trepidarit. illa quoque de Lamech planè capulari, & cæcutiente, & puero sagittam manumque dirigente, parum accommoda fetarum venatori: nec putandus Lamechi ad senium Cainum peruenisse; nedum vsque ad cataclysmum, vt opinatur Burgensis. tunc vixisset annis plus mille sexcentis. quod incredibile. Fieri potuit, vt domum egressus Cain; & syluam ingressus captandi frigoris causâ inter arbores densissimas consederit; quo tempore Lamechus, adhuc vegetus, more suo feras auidè venatu fatigans in illâ syluâ versabatur. & venatorum vnus, vel armiger Lamechi, de foliorum & ramorum motu, feram illic versari ratus, hero indicium fecerit: qui puero credens iaculum in eum locum intorserit, & senem miserum suum tritauum confixerit. Mox accurrens, errore cognito, suspicatus indicem id lasciuiâ vel malitiâ peccasse, subitâ iracundiâ, fuste vel arcu contuderit, ita vt ex contusione paulo post interierit. Qua in re nihil video, quod fabulæ nomen mereatur: nisi si, quæcumque in archiuis veterum traditionum continentur, quia nobis ignota, pro fabulis habenda. Sunt pro nobis graues auctores, Hieronymus s. Rabanus, Strabus, Anselmus Laodunensis; & recentiores Comestor, Liranus, Tostadus, Caietanus, Lipomanus, & Pererius. Nec me mouent quæ obijci solita. Aiunt primò graues auctores fabulam vocant, vt Augustinus qq. *id vetus & nouum testament. quæst. 6.* & Theodoretus *hic q.* 44. Respondeo, librum illum Augustini non esse, nec tanti auctoris, qui Hieronymo conferatur, vtpote qui non paucis erroribus scateat: præterea innititur falso fundamento, nempe

* Lamech quos occiderit, an Cainum?

à Caino

à Caino non duos, virum & adoleſcentē, ſed vnicum adoleſcētulum occiſum: qui error, etiam Theodoreto cauſa fuit, hanc hiſtoriā refellendi: & licet Ruperto idem viſum, verumtamen non eſt, nec contextui ſatis conueniens. Ait Burgenſis multa in hac opinione Iarrium ſupponere; ſed non pauciora ſupponit Gerundenſis, quē ipſe ſequitur. Immò nihil hic ſupponitur, niſi ex veteri traditione acceptum, & commodè explicatum. Fortiùs inſtat Oleaſtrius. Primò, falſum tunc fore occiſorem Caini ſepties luiturum; nec enim legitur Lamech tot pœnas dependiſſe. Secundò, quia Deus Caino receperat à nemine occidendum: quo igitur modo à Lamech occiſus dicitur? Expedio; illud, *ſepties vltio dabitur de Cain*, non intelligi de certo numero pœnarum, ſed de graui ſupplicio luendo, quam certè pœnā Lamech ſubiit, cum vxoribus, & omnibus liberis (LXXVII. fuiſſe vult Ioſephus) diluuio ſubmerſus. Dei verò promiſſio fuit dumtaxat, neminē auſurum manus in Cainum violentas mittere, & deſtinata voluntate eum interimere: timebat enim miſer, ne à quouis obuio necaretur. Lamech autem caſu, & ignarus, immò & inuitus, illi necem intulit. Cæterùm ſi verba Domini conſideres; *Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplū punietur*; ſatis innuunt ab aliquo occidendum; & illa; *poſuit Dominus Cain ſignum, vt nō interficeret eum, omnis qui inueniſſet eum*; remouent ſolummodò eos, qui Cainum inuentum vellent interimere; nec ſignum poſitū iis, qui eum non viderent. Cur ergo Lamech punitus? propter inaduertentiam, & iactum teli temerarium; qui dolo, ſed culpa non vacabat.

23. VIRVM] non fratrē Henoch, vt vult Suidas; ſed Cain decrepitū.

IN VVLNVS MEVM] Hebraiſmus pro vulnere à me impoſito.

ET ADOLESCENTVLVM] non proprium filium Tubalcain, vt quidam ſcribunt: nec alterum iuſti Henoch, vt Suidas ariolatur, fratrem; Sed vnum ex venationis comitibus: alium fuiſſe à viro illo, præterquam quòd tradunt Philoſ. Ephrem. *in cathena*, Hieronymus, Chryſoſtomus, Suidas; probatur ex Hebræo contextu, in quo ſic vir & adoleſcens exprimūtur, vt ambo nomina vni vix poſſint conuenire: dicit enim וילד *Veieled*, ילד autem non ſignificat adoleſcentem vel iuuenem validum aut robuſtum, ſed imbellem & imbecillem adoleſcentulum ſeu puerulum, LXX. νεανίσκον, qualis certè non ſolet איש *Iſc*, *vir* vocari, quod nomen præceſſit. 93. Lamech duos occidit.

IN LIVOREM MEVM] ex liuore confuſionis ei meo verbere illato, è quo malè curato mortuus: vt benè Caietanus. Hæc ergo confeſſio delicti: ſequitur ratiocinatio humana de ſupplicio.

SEPTVPLVM VLTIO DABITVR DE CAIN] Scio (inquit) mihi cædem illam non impunè ceſſuram: quia Deus prædixit, grauiter puniendum Caini occiſorem. Vnde poteſtis colligere (ô meæ) grauiùs adhuc plectendū, qui, quod vos adeò metuitis, me per iniuriam interimeret. Nam Cain fratrem ſuum ſponte occidit, nec pœnituit facti: & ideò digniſſimus, qui & ipſe occideretur. Ego duos quidem occidi, ſed autem inuitus & ignarus: puerum illum nolens occidere, Vers. 24. 94. & pœnituit.

occidere, volens solùm castigare quod me in fraudem pertraxisset: & vtriusque facti fateor me pœnitere: quare me iam nemo reum, sed pœnitentem occisurus: ideò de me, LAMECH occiso, exigeretur

95. Septuagies septies, adagium. vltio SEPTVAGIES SEPTIES,] id est, † vt, Latini dicere solēt, sæpè sæpiùs, plurifariam, & graui grauior: de hac phrasi dictum abundè in sacris adagiis §.11. sufficit nunc monere, cùm CHRISTVS Dominus ad hunc locum adspexerit Matth. 18.22. *Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies*; ex CHRISTI verbis aptissimè nos de infinitis vicibus, non de certis, interpretari: cum Tertulliano *lib. de orat. cap.* 7. Chrysostomo & Euthimio *in Matthaeum.* Quare quæ de septenario numero hic multi speculantur, cum Niceta *in orat. Nazianz. de Pentecoste*, parùm ad rem pertinent. Quod verò Nazianzen. & Chrysostomus ea retulerint ad pœnam luendam ab ipsismet Caino & Lamecho, id non posse placere: quia repugnat Hebræo contextui, & versioni LXX. & Paraphrasi Chaldaicæ. Deinde pœnæ istæ ambæ sunt eodem modo intelligendæ, cùm opponantur: sed in priore manifestè Deus locutus de pœna, non à Caino: sed ab occisore Caini exigenda, vers. 15. *Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Ergo etiam istud; *de Lamech vero septuagies septies*; intelligendum, non de Lamecho Caini occisore, sed de quolibet ausuro Lamechū occidere. Ruperti commentarius planè alienus est à phrasi, & serie contextus. Expositio de LXXVII. generationibus, & in earū vltima CHRISTO nasciturо, qui Lamechi peccatum, luiturus; quam indicat D. Hieronymus, *d. epist.* 125. *ad Damas.* & secuti Nicolaus Pontifex *d. c. an non.* 24. *q.* 3. Iulianus Pomerius *lib.* 3. *contra Iudæos* & Beda *hic*, qui putat historicam; allegorica tantùm videtur: nec toti textui potest aptari. Denique Moyses hic sepelit memoriam Cain, & posteritatis eius non nisi obiter semel tantùm *cap.* 6. meminit.

VERS 25. COGNOVIT QVOQVE] paucis arbitror annis post Abel à Caino necatum.

VOCAVIT] non Adam, sed Heua, ex Hebræo affixo.

96. Seth quid significet. SETH] שת, propriè † est positio seu fundamentum: nomen hoc instinctu Dei indidit: tum quia futurus fundamentum ciuitatis Dei, pro Abel; tum quia figura CHRISTI, qui fundamentum Ecclesiæ

VERS. 26. vocatur *Esai.* 28.16. 1. *Cor.* 3.11.

97. Enos quid significet. ENOS] deducitur † ab אנש ANASC, *dolere*, & significat hominem miserum, afflictum, ærumnosum: nouerat Seth hanc futuram suorū, nempè iustorum, in hac vita sortem. *Omnes enim qui volunt piè viuere in Christo Iesu persecutionem patientur.* 2. Tim. 3.12. & fusiùs ad Hebræ. 11. à vers. 37. de nominis etymo consule Eusebium lib. 7. & 11. de præparat. Euangelica & D. Hieron. in quæstionibus Hebraicis.

Nomen Domini pro Domino. CÆPIT INVOCARE NOMEN DOMINI] *Nomē Domini*, pro, *Dominus*, quem Hebraismum mutuati Græci, & Latini. Æschylus Θηβαίων ὄνομα, pro Thebanis. Cæcilius Comicus, *Nomen virginis deintegrauit*, hoc est virginem. Valerius in Diris, *fœlix nomen agelli*, pro agro fœlici: Hebraicè *& cœptum est ad inuocandum in nomine Domini.*

mini. הוחל לקרא בשם יהוה *Huchal liqro beschem iehoua.* Inter multas significationes verbi חלל *Chalal*, eam noster retinuit, quæ fuit historicæ veritati magis consentanea; secutus Aquilam, τότε ἤρχθη τοῦ καλεῖσθαι ἐν ὀνόματι κυρίου. *Tunc cœpit inuocari in nomine Domini.* Itaque nostra versio præferenda est fantasiis recentiorũ Hebræorum, & Paraphrasis Chaldaicæ: clarior est quoque, quàm L X X. qui vertunt *sperauit*, οὗτος ἤλπισε. Sed illi causam expresserunt, hæc enim inuocatio, ex spe nata. Sensus ergo, tum temporis, auctore & suasore Enos, cœpisse homines passim & publicè, certis cærimoniis † & conceptis precum formulis Deum colere; inferiùs cap. 5. 22. de alio mentio fit, nempè de Henoch filio Iared: ideò falsum & ridiculum est, quod homini Caluiniano excidit, idem bis frustrà repeti: quod, vt vitent, solent illius sectæ homines sequi Rabbinos, qui hoc loco tradunt Enosi tempore idololatriam cœpisse, & ideò hîc vertunt: *Tunc profanata est inuocatio nominis Domini*: Sed de adoratione Onkelos Chaldæus nobiscum sentit, iuxta codicem Complutensem: nam in aliis deprauatè addita negatio.

98. Versio nostra defensa, & conciliati L X X. & Hebræ.


99. Cærimoniarum origo.

DOMINI] Hebraicè est tetragrammaton. יהוה, quod semper soli Deo datum, † quare nunquam tributũ legas, Enocho aut filiis eius: ideò non sunt audiendi graues alioquin scriptores B. Cyrillus, Theodoretus, Emesenus, & Suidas; qui exponunt tunc Enoso, propter insignem pietatem, Dei; & liberis Filiorum Dei, nomen datum: quibus resistit Hebræus contextus: decepit eos quod non distinxere inter HELOHIM, *quod est cap. 6. vers. 1.* & ineffabile nomen, quod hic positum. Alia quæstio est, vtrum iam hoc tempore cœperint Deum, expresso nomine יהוה inuocare; censent Rupertus, & Caietan. *hic*, Ruchlin, & Goropius: Sed magna vi contra tendit Petrus Faber *in Dodecameno*; cui assentior, Mosi hoc nomen primò reuelatum, vt in Exodo docebitur: huic loco & similibus in Genesi, respondeo, ab auctore Geneseos Moyse positum, adspectu ad suum æuum, non adspectu ad æuum Patriarcharum.

40. Iehoua incõmunicabile nomen.

41. Iehoua nomen ante Moysem incognitum.

S 2 CAPVT





CAPVT QVINTVM.



1. HIc est liber generationis Adam. In die
qua creauit Deus hominem,ad similitu-
2. nem Dei fecit illum.* Masculũ & fœmi-
nam creauit eos, & benedixit illis:& vocauit no-
3. men eorum Adam, in die quo creati sunt. * Vixit
autem Adam centum triginta annis: & genuit ad
imaginem & similitudinem suam,vocauítque no-
4. men eius Seth. * Et facti sunt dies Adá, postquam
genuit Seth,octingenti anni:genuítque filios & fi-
5. lias.* Et factum est omne tempus quod vixit Adá,
6. anni nongenti triginta,& mortuus est.* Vixit quo-
que Seth centum quinque annis, & genuit Enos.
7. * Vixítque Seth postquá genuit Enos,octingentis
8. septem annis, genuítque filios & filias.* Et facti
sunt omnes dies Seth nongétorum duodecim an-
9. norũ,& mortuus est.* Vixit verò Enos nonaginta
10. annis, & genuit Cainam.* Post cuius ortum vixit
octingentis quindecim annis,& genuit filios,& fi-
11. lias.* Factíque sunt omnes dies Enos nongenti
12. quinque anni,& mortuus est.* Vixit quoque Cai-
13. nan septuaginta annis, & genuit Malaleel.* Et
vixit Cainan postquam genuit Malaleel, octin-
gentis quadraginta annis, genuítque filios & fi-
14. lias.* Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti
15. decem anni, & mortuus est. * Vixit autem Ma-
laleel sexaginta quinque annis, & genuit Iared.
* Et

* Et vixit Malaleel postquam genuit Iarad, octin- 16.
gentis triginta annis:& genuit filios & filias. * Et fa- 17.
cti sunt omnes dies Malaleel octingēti nonaginta
quinque anni, & mortuus est. * Vixitq; Iared cen- 18.
tū sexaginta duobus annis,& genuit Henoch. * Et 19.
vixit Iared postquā genuit Henoch octingētis an-
nis, & genuit filios & filias. * Et facti sunt omnes 20.
dies Iared nongēti sexaginta duo anni, & mortuus
est. * Porrò Henoch vixit sexaginta quinq; annis, 21.
& genuit Mathusalam. * Et ambulauit Henoch cū 22.
Deo:& vixit,postquam genuit Mathusalam,trecē-
tis annis,& genuit filios & filias. * Et facti sunt om- 23.
nes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni.
* Ambulauitq; cum Deo, & non apparuit:quia tu- 24.
lit eum Deus. * Vixit quoque Mathusala centum 25.
octoginta septem annis,& genuit Lamech.* Et vi- 26.
xit Mathusala, postquam genuit Lamech, septin-
gentis octoginta duobus annis, & genuit filios &
filias. * Et facti sunt omnes dies Mathusala nōgenti 27.
sexaginta nouem anni, & mortuus est. * Vixit au- 28.
tem Lamech centū octoginta duobus annis,& ge-
guit filium. * Vocauitq; nomen eius Noë, dicens: 29.
Iste cōsolabitur nos ab operibus & laboribus ma-
nuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus.
* Vixitq; Lamech,postquam genuit Noë, quingē- 30.
tis nonaginta quinque annis, & genuit filios & fi-
lias.* Et facti sunt omnes dies Lamech,septingen- 31.
ti septuaginta septem anni,& mortuus est.Noë ve-
rò cum quingentorum esset annorum,genuit Sem,
Cham,& Iapheth.

ARGVMENTVM.

Præmissa breui recapitulatione, catalogus posterorum Seth vsque ad Noë texitur. Scopus huius narrationis fuit, proponere quo pacto Deus semper Ecclesiam suam in aliqua successione integram & illibatam conseruarit: & vt constet de CHRISTI *vsque ad Adamum genealogia, quam secutus D. Lucas. 3. a. vers. 35.*

VERS. 1. IBER GENERATIONIS] enarratio continuatæ prosapiæ Adami vsque ad Noë, quæ continet historiam temporis à mundi natali vsque ad diluuium.

AD SIMILITVDINEM.] Hebraicè, *Deus fecit hominem ad imaginem Dei:* est idiotismus, pro *suam*, positum

1. Antecedens pro relatiuo, Hebraism. † antecedens pro relatiuo. Significatur Adam sine patre & matre natus, non alium patrem habuisse cui similis esset, præter Deum, à quo creatus.

VERS. 2. VOCAVIT NOMEN EORVM ADAM] vnum & idem illis nomen dedit, vt scirent coniuges se quasi vnum hominem in duobus esse corporibus. Hîc *Adam* est † nomen speciei, non indiuidui, etiam

2. Adam nomẽ speciei. Heuæ à Domino impositum, significans *hominem*, ideo vera lectio, *eorum:* sic quidam codices LXX. αὐτῶν, & sic Hebraicè & Chaldaicè, & legerunt D. Hieronym. *in Traditionibus* & D. Augustinus *lib. 15. de ciuitat. Dei cap. 21.* Illud etiam obserua, sicut sequ. versu, pro indiuiduo, sic isto pro specie poni אדם sine articulo.

VERS. 3. AD IMAGINEM ET SIMILITVDINEM] Hebraicè, *in similitudine sua secundum imaginem suam.* eâdem phrasi, quæ sup. c. 1. v. 26. quare eodem modò explicanda, de imagine simillimâ, quoad vim intelligendi & arbitrij libertatem. Quærunt cur idem non sit dictum de Cain & Abele? facilis responsio, quia Abel sine liberis moriturus, ex Caino nulla generatio post diluuium superfutura. Caluinistæ perperam imaginem referunt ad corruptionem, quæ ex Adamo per Seth in posteros originaria labe trãsmittitur: similitudinem ad ipsam naturæ originem. Quæro, cur ergo de Cain non idem dictum, cui & liberis eius hæc æquè quadrabant?

3. Nomen liberis primo loco mater dabat: in terdũ pater. VOCAVIT] ipse Adam, confirmans nomen ei ab vxore inditum. sup. cap. 4. 25. videtur consuetudo fuisse, vt mater primo loco prolem nominaret, & pater id confirmaret, vel mutaret. habes infer. c. 16. 15. de Ismael. cap. 19. in fine de Moab & Ammon. cap. 25. 25. de Iacob. cap. 29. & 30. de Ruben & alijs patriarchis: cap. 35. 18. quem mater vocarat *Benoni* pater vocat Benjamin: cap. 1. Lucæ, Zacharias confirmat nomen ab vxore filiolo inditum, quòd priùs Angelus indiderat: aliquando tamen Patres ipsi hoc munere functi, vt Genes. 21. 2. Abraham, cap. 41. 51. Ioseph. & Exod. 2. 22. Moses. Nam nominum interpretatio,

pretatio illis locis addita id ad patrem docet referendum.

VERS. 4.

Pro huius & sequentium commatum intelligentiâ, quædam sunt breuiter præsupponenda. Primò ab Adamo ad diluuium generationes decem recenseri, & hanc vocari solitam, primam ætatem. Secundò de quibus hic agitur annos fuisse mensium duodecim, vt nostri sunt. Tertiò Hebræos & Ecclesiam Romanam cum nostrâ versione vsque ad diluuium numerare annos *Mille sexcentos & quinquaginta sex:* quod cùm sit consentaneum Hebræis exemplaribus, vel grauiter lapsus vel turpiter mentitus fuit hæreticus, qui in Marlorati catenâ scripsit, Christianos tam longè discrepare in hac annorum supputatione ab Hebræis. Nec enim Christiani vniuersi; (hoc est Ecclesia) sed quidam dumtaxat, amplexi calculum Græcorum librorum secundùm editionem LXX. sic ab Hebræis discrepant. Nam LXX. vt habetur in editione Vaticanâ, cui præfuit Cardinal. Carafa, ponunt annos BIS MILLE DVCENTOS QVADRAGINTA DVOS, & sic excedunt annis quingentis octoginta & sex. Sequendos hac in dissentione codices Hebræos, iam olim monuerant D. Hieronymus *in quæstionibus* & D. Augustin. *lib. 15. de Ciuitat. Dei cap. 13. De his plura petes à Gilb. Genebrardo lib. 2. chronograph. & Pererio lib. 7. in Genes. peculiari disputatione.*

4. **Chronographia Hebræa præferenda Græcæ LXX.**

POSTQVAM GENVIT SETH] obseruandum ex Iosepho *lib. 1. cap.* 4. in isto annorum calculo per generationes deducto, computari tantùm annos vniuscuiusque vsque ad filij generationem seu filium genitum: deinceps non computari annos reliquos genitoris; sed filij tantùm: ne iidem anni bis numerentur, qui concurrunt patri filioque communes. Igitur isti octingenti non veniunt in calculum.

5. **Anni post genitum filium non computati.**

GENVITQVE FILIOS & FILIAS] certum est ante Sethum saltem vnam filiam habuisse, Caini vxorem; certum & alios liberos, ex hoc loco: quorum non fit mentio, quia eorum posteri diluuio deleti.

6. **Adami filij & filiæ, cur omissi multi.**

VERS. 5.

OMNE TEMPVS QVOD VIXIT ADAM] ne mireris multos Adamo diutiùs vixisse: nam istorum tempus vitæ ab infantiâ computatur, quæ pro ratione illius æui vt minimum ad sexagesimum annum æquipollenter producenda: sic æquaretur eius vita annis aliorum nongentis nonaginta. *Sic Bened. Pererius.*

7. **Adam cur paucioribus annis vixerit quã alij multi.**

MORTVVS EST] additur hæc clausula capite isto ferè singulis: vt intelligamus sanctionem latæ legis statim effectum sortitam; *quacumque horâ comederitis moriemini*; quæ pulsat æquo pede pauperum tabernas, Regumque turres, omnibus præscripta. *Heb. 9. 26* Incipit ab Adamo, quia per illum vnum peccatum, & mors intrauit. *Rom. 5. 12.* Huic legi secundus Adam non erat obnoxius, quia peccati expers; mortuus tamen vt multorum peccata exhauriret. *Heb. 9. 28.* & moriendo debellaret eum, qui mortis imperium habebat. *Heb. 2. 14.* Mortuus ergo Adam morte prima; non secundâ. Scio Tatianum negasse Adam ex limbo liberatum: sed hoc aliis eius erroribus annumeratum, & refutatum à martyre Irinæo *lib. 1. contra hæres. cap. 31. & lib. 3. cap. 34. & seq.* quem secuti patres alij *Tertullianus lib. de præscript.*

8. **Mortuus est cur toties repetatur.**

9. **An Adam saluatus.**

circa fin. Eusebius lib. 4. histor. Ecclef. cap. 27. & Epiphani. hæresi. 46. fortis-
simum argumentum ducitur ex Sap. c. 10. in prin. Hæc *illum qui primus*
10. Adami pænitentia. *creatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus custodiuit, &*
eduxit illum à delicto suo. Græcè est, *à lapsu.* Gelasius † quidem Ponti-
fex librum quendam de Adami pænitentiâ reiecit, sed pænitentiam
11. Adami sepultura. egisse non negauit. *vide Alph. à Castro contra hæreses. verbo Adam, er-*
rore. 1. De sepulturâ eius † nunc taceo, quia quod addam, *dictis in Pa-*
negyri de visitatione B. Virginis MARIÆ non habeo.

VERS. 7. ET FILIAS] nota in generationibus Caini fæminam vnam no-
12. Fæminæ cur nullæ nominatæ inter posteros Seth. minari, nempe Noëmam: hîc in generationibus iustorum dici fuisse,
ne suspicetis Sethi posteros semper contraxisse connubia cum Cai-
nitis: nullam tamen nominari, quia iustorum est viriliter agere, nec
vanâ capi pulcritudine, nec voluptatis vllam rationem ducere.

AMBVLAVIT CVM DEO] Seth & alij viri iusti ac pij viuebant,
VERS. 22. & tamen Henoch † solus Spiritus Sanctus præconio hac laude orna-
13. Ambulare cum Deo. tur, propter raram & singularem eius sanctitatem. Nam genus hoc
dicendi significat vitam perfectam & inculpatam, diuinæ placitam
& consentientem voluntati. (*vide Adag. sacra* §. 12.) Rectè igitur
explicant LXX. *εὐηρέστησε τῷ θεῷ. placuit Deo.* Idem geminatur paullo
post v. 24. q. d. iste inquam, iste ambulauit cum Deo.

VERS. 24. ET NON APPARVIT] Hebr. ואיננו *Veenenu & non ipse.* LXX.
14. Henoch viuus translatus. *καὶ οὐχ ηὑρίσκετο & non inueniebatur est*, quod secutus B. Paulus ad Hebr. 11.
5. *& non inueniebatur.* Sic enim illi Hebraismum explicant, eodem
sensu quo noster. Nam subauditur, amplius inter homines. Si vo-
luisset dicere mortuum, scripsisset, vt de ceteris, *Et mortuus est.* Sed,
15. Et non ipse, Hebraism. hoc valet † phrasis, clamat Abenezra, & probationi testimonia pro-
ducit; quibus tamen nihil plus consequitur, quàm aliquando hanc
phrasim de mortuis quoque vsurpari. Nos facilè probamus etiam de
viuis dici, qui non comparent. Sic Genesi 42. 36. dicitur, de Ioseph,
quem pater mortuum putabat, sed simul idem Hebraicè additum de
Simeone, quem pater sciebat mortuum non esse: vbi confirmant ver-
sio LXX. & Chaldæa paraphrasis. Sic psal. 72. vers. 5. vbi nos habe-
mus, *in labore hominum non sunt*, exstat Hebraicè, *in labore hominum non*
ipsi, hoc est non laborant vt reliqui. Denique facit nobis Chaldæus
hîc exponens; *& non comparuit.*

QVIA TVLIT EVM DEVS] id est in alium locum transtulit,
LXX. & D. Paulus d. v. 5. *μετατέθεικεν.* Hebræa vox לקח *Lagach* etiam
potest reddi, rapuit: & quia omnes qui mortui translati sunt à Deo
ex hoc sæculo in aliud, facilè apparet aliquid præter ceterorum mo-
rem indicari de Henoch. Sed discrepant multi a nobis, quid hoc sit.
Sequor sensum & verba D. Augustini *lib. 2. contra Pelagium & Cele-* «
stium cap. 23. sic scribentis: mihi quidem fas non est dubitare, cum «
B. Apostolos hoc nimis expressè tradiderit, *Henoch translatus est, vt non*
videret mortem. d. v. 5. quid hoc aliud, quàm, raptus est ne moreretur,
sicut ceteri moriuntur. Hac authoritate conuicti communiter Patres
asseruerunt, viuentem translatum. *Clemens Romanor. lib. 5. constitut.*

Apostol.

Apostol.cap.6.Ireneus lib.4.cap.30. Tertullian.lib. de resurrectione carnis cap.58.Cyprianus in lib.de Sion & Sina. Epiphanius in Anchorato, Nemesius lib.6.de Naturâ hominis cap.4.Hieronymus lib.3. contra Pelagian. Augustinus sup.& lib.15.de ciuita. Dei cap.29.& Chrysostom.hom. 21. in Genes.& in cap.11.ad Hebraeos. nec aliter Iosephus lib. 1. antiq. cap. 4. cum ait transiuisse ad cœlestia seu diuina, & ideo mortem seu exitum eius non memorari. ἀνεχώρησε πρὸς τὸ θεῖον ὅθεν οὐδὲ τελευτὴν αὐτοῦ ἀναγεγράφασιν. Instat in contrarium Abenezra, †contendens hanc locutionem, *tulit eum Deus* significare, mortuum esse, & loca accumulat. Reuerâ tamen לקח nunquam significat occidere, nisi vox alia accedat 16.
mortem indicans, vt in loco Tobiæ 3.v.4. quem adducit, additur nomen *animæ*. propria verò significatio verbi est, iure vel iniuriâ auferre, vel accipere, aut rapere. Quod autem citauit ex Iobi 32. capite nihil ad rem pertinet, quondam aliud ibi vocabulum est. Iuuat hîc Lectori ostendere; quàm væcordes & stolidi sint hæretici hoc loco de

Laqach quid in sacra Scriptura contra Abenezrá.

Henoch scribentes, & quàm ridiculè fabulosi. Caluinus, & eum secuti Musculus & Marbachius, noui quid prodigij hîc attulerunt: Henoch non quidem mortuum separatione animæ à corpore violentâ *(quasi Adam & alij plerique non essent mortui morte naturali:)* Sed alio nouo modo, nempe exutâ tantùm corruptibili naturâ, & absolutum à miseriis huius sæculi, placidâ quadam ex hac mundo migratione. Et *(ne fallaris putans illos loqui de morte naturali, qua multi placide dissoluuntur)* addunt, se loqui de tali, qualis fuisset transitus in statu innocétiæ, & qualis *(ipsorum sententiâ)* futurus eorum, quos dies vltimus superstites inueniet, 1.*Thessal.*4.15. atque ita in cœlestem patriam Henoch translatum fuisse; non quidem futurum illic participem gloriæ cælestis, sed absolutum dumtaxat à miseriis sæculi, donec CHRISTVS in

17. Mortis genus nouum ab hæreticis excogitatum.

» cœlum ascenderet. Hæc est summa Chymeræ Caluinisticæ; quæ (vt
» verbis authoris vtar) suâ absurditate abundè refellitur, & mirum est
» quenquam tam crassis ac prodigiosis deliriis potuisse fascinari. Quale hoc, introduci nouum genus mortis citrà separationem naturalem animę à corpore, postquàm ob noxam originalem statutum omnibus hominibus ita semel mori? *Heb.*9.27. Nec valet expositio Caluini, hoc posse capi de duplici illo mortis genere, quia id malè colligit ex d. v. 15. Vt illic ostendam. Nunc sat refellitur commentum, quia falsum præsupponit: nempe Enoch iam nunc esse immortalem, nec ampliùs moriturum; quod statim refellam. falsum etiam, quod aliquos anima & corpore in cœlum introducit, ante CHRISTVM; qui regni cœlorum viam debebat propalare, & cœlestis palatij portas aperire. Nec valet solutio, id intelligendum de gloriæ fruitione. non inquam hoc valet. quia prorsùs inauditum est, aliquem in empyreo degere, qui beatus non sit. Quid? quod D. Augustinus lib. de peccatorum merit. & remissio. c.3. negat, Henochi & Eliæ corpora esse incorruptibilia, qualia post resurrectionem futura: quod apertè est contra Caluinum. Martinus Borrhaius Lutheranus fatetur Henoch verè mortuum, quoad corpus more ceterorum, sed sepulto corpore; quoad animam,

T propter

propter fidei præstantiam, translatum in cœlum, & ideo diei nō mortuum, hîc & à D. Paullo. verùm hoc multis Anticyris indiget. Etenim vel hoc commune fuit Henocho, cum Abel, & aliis iustis; & tunc nihil peculiare traderetur de Henoch, quod Paullo & Moysi non est consentaneum: & præterea sic sinus Abrahę, vel limbus Patrum tolleretur, quod hęreticum est: vel peculiare Henocho fuit; quærerem tum vbi ergo anima Abel, & aliorum iustorum? non in cœlo, iuxta Borrhaium quia hoc peculiare Henocho: non in limbo, quia limbum hęretici non agnoscunt magis quàm purgatorium: non in gehenna, quia iusti decesserunt: non sub altari, quia hoc quoque erroneum. Vbi ergo? Viuus ergo assumptus Henoch.

18. Henoch ex quo loco translatus. Hæreticorum nugæ. Sed ex † quo loco? certum quod ex terrâ vbi degebat. Incertum dormiens an vigilans, domi an foris, cùm solus esset an coram aliis? & inanis ista quęstio visa patribus, ideo prętermissa. Mouent hęretici, vt suauiter fabulentur. Lutherus vult raptum suauiter in gramine dormientem, nullo conscio, bellè: credo de raptu Ganymedis sumpsit. cur non potuit vigilans? cur non de lecto vt de gramine? cur non consciis multis? an quod impedituri? Selneccerus in suo iudicio contra magistrum abundans, scribit vigilantem coram totâ Ecclesiâ, vel pręcipuis Patriarchis raptum: alioquin, vnde sciuissent (ait) raptum à Deo? meliùs & certiùs potuerunt id reuelatione diuina intelligere. Nam talis raptus non certo foret indicio, à Deo factum. quia legimus non paucos cernentibus aliis à cacodęmone raptos, & dedi exempla *in Magicis Disquisitionibus*. Fateamur nos nescire, quo tempore, loco, modo, & coram quibus à Deo raptus fuerit. Scimus raptum viuentem, & à Deo.

19. Henoch an in paradisum terrestrem translatus. Maior difficultas † de loco in quem translatus: quia nobis hîc non cum hęreticis tantùm, sed & cum viris quibusdam Catholicis colluctatio est. Sed amicus ille contra quem dicendum, magis tamen amica veritas. Hæretici etiam inter se pugnant, & Luther, quoad Paradisum Patribus consentit. Sit effatum, *Henoch à Deo in Paradisum raptus*. reclamant Caluinus, Musculus & alij fatinæ huius, & volunt raptum in cœlum, vt diximus. Vnico nituntur argumento, Henoch trāslatus in locum in quem Elias: sed hic translatus in cœlum. ergo & ille. Quid si negem maiorem? sat scio non possent probare, qui vel Apocalypsin reiiciunt; vel locum vnde id eliciam, postea lōgè aliter accipiunt. Sed esto, maior transeat. Minorem probant † ex 4. Reg. 2. 11.

Locus 4. Reg. 2 11. *ascendit Elias per turbinem in cœlum.* Verùm *cœlum* illic pro aeris regione ponitur, significaturque de terra sublatus in aëra, & per aëra in paradisum transferēdus; sicut explicat B. Gregorius *hom. 29. in Euangel.* & eodem modo interpretor, quod obiter de Henocho † dixit D.

Locus Ambrosij. Ambrosius lib. de Paradiso cap. 3. *raptum in cœlum.* Nec obstat quod

Locus Tertulliani. † Tertullianus lib. de resurrectione carnis cap. 58. Scribit hos ambos *de orbe* translatos. nam orbem vocat hanc terram ab hominibus habitatam; vt solent Poetę loqui. Nitimur nos verbis Siracidę, Eccl. 44.

20 Locus Eccli 44 16. 16. *Enoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam.*]

tentiam.] A quo loco, vertant se in quamcumque volent faciem, nunquam aduersarij effugient. Musculus respondet librum non esse Canonicum. Sed hoc hæreticum est, *vide Bellarminum lib. 1. de verbo Dei cap.* 14. Modestiùs Catholici, negant in Græco contextu haberi *εἰς παράδεισον.* Quasi non sufficiat haberi in vulgata nostra, quam authéticam esse iussit Concilium Tridentinum; & inde non constet olim in Græcis libris, quibus noster vsus, id lectum: Sanè nostrum meliores nactum codices, multis argumentis est exploratum. Deinde hæc est traditio eorum, qui Apostolorum discipuli fuerunt, quæ certè plerísque patribus, si non omnibus, placuit; à qua recedere, meritò temerarium videatur. *de traditione testatur Irenæus lib. 5. cap. 5. sequuntur Iustinus in q. 85. ad Orthodox. & alij multi relati à Feuardentio ad d. c. 5. Irenæi.*

Non sum ignarus S. Chrysostomum, Theodoretum & Rupertum dubitasse, an in Paradisum terrestrem translatus; quosdam verò recentiores id negasse, propter opinionem destructi diluuio paradisi; quos nec damno, quia reuereor; nec sequor, quia tutiores habeo doctores, neque mihi gratum aut volupe est receptas multis sæculis sacræ Scripturæ interpretationes conuellere recentibus commentis. Aiunt isti, qui vulgatam versionem retinent, paradisum in Ecclesiastico non accipi de paradiso Adami, sed de quopiam alio amæno & salubri horto, nobis incognito: sic alibi sæpe in sacra Scriptura paradisum capi, quod fateor; sic isto loco Siracidæ, quod nego, fretus cómuni Patrum explicatione. Nullum ipsi proferunt veterum, qui sic clarè acceperit; quosdam, quos ipsi id voluisse suspicantur: vt Rupertum, qui solummodò affirmat nusquam id in sacra Scriptura de paradiso tradi in quo fuit Adamus. *lib. 3. de Trinitate & operibus eius cap.* 33. non est additum expressè, *Adami*; sed subintelligendum, quia nihil additum, vnde colligatur de alio paradiso sermonem esse, quàm de illo præcipuo: iuxta regulam Logicorum de significatione vocis analogæ. Addunt Chrysostomum, *d. hom.* 21. qui vel in mutilum Ecclesiastici exemplar inciderat, vel memoria lapsus fuit, vt & Theodoretus q. 45. qui à Chrysostomo id mutuatus. Quod attinet ad sacræ Scripturæ de paradiso loca, obseruatum mihi variè sumi solere & debere: † pro quo autem sumi debeat ex circunstantiis id ponderandum. Nam si dicitur, *paradisus voluptatis*, vt sup. c. 2. & 3. vel *paradisus Domini*, aut *Dei*, Genes. 13. 10. Ezech. 31. v. 8. & 9. certum est de Adami paradiso capi. Si verò additur aliud aliquid, vnde potiùs colligatur de quouis amæno horto agi, quàm de vno aliquo certo, tunc generaliter positum censendum. Sic accipio *paradisum malorum punicorum* Cant. 4. 16. & *paradisum benedictionis*, seu *in benedictionibus*, Ecclesi. 40. 17. & 28. id est cui largè Deus benedixerit. Sed quando simpliciter ponitur nomen paradisi, tunc aut Metaphoricè cœlum significat empyreum, ducta metaphora ab Adami paradiso, vt fortassis Luc. 23. 43. *hodie mecum eris in paradiso.* quoad statum & dignationem. 2. Cor. 12. 4. *raptus est in paradisum.* Apocal. 2. 7. *Vincenti dabo edere de ligno vi-*

21. Paradisi nomen in sacra Scriptura dupliciter sumi. Paradisus voluptatis.

ta, quod est in paradiso Dei mei. 4. Esd. 4. 7. *Qui sunt exitus paradisi*, & cap. 8. 52. *vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitæ.* cuius explicatio petenda ex Apocalypsi d. v. 7. Vel sine metaphorâ simpliciter denotat paradisum Adami, vt quidam exponunt d. vers. 12. & dicta loca Apocal. & Esdræ: sic sanè capitur in sequentibus. Gen. 2. v. 9. *lignum etiam vitæ in medio paradisi.* v. 10. *ex omni ligno paradisi comede.* & c. 3. v. 1. 2. 3. 8. & 10. & d. 4. Esdræ. 3. 6. *induxisti eum in paradiso, quem plantauerat dextera tua.* cap. 6. 2. *antequam confirmarentur fundamenta paradisi.* c. 7. 53. *quoniam ostendetur paradisus, cuius fructus incorruptus perseuerat.* nisi istud metaphoricè capias, de regno cœlorũ. alioquin testimonium foret pro paradiso adhuc exstante incorrupto. Quare cùm de Henoch agens Ecclesiasticus, ἁπλῶς dicat, *in paradisum*; probabilius est, de Adami paradiso locutum, & paradisum posuisse, pro paradiso Dei, seu voluptatis: tempore translationis Henoch superfuisse paradisum non est ambigendum.

22. Henoch an, & quando moriturus.

Vltimò quæritur † an Henoch aliquando moriturus? Moriturum patet, quia hæc lex omnibus hominibus post peccatum sancita, & quia est recepta Patrum traditio, vt patet ex eodem Feuardentio supra citato: & docet efficaciter D. Thomas *in c. 5. ad Hebræos.* Tertullianus *lib. de animâ*, vocat *immortalitatis candidatos* Eliam & Henoch quo verbo significat nondum assecutos; Ireneus *d. cap. 5.* dicit eosdem esse in paradiso *coauspicantes immortalitatem*, hoc est eius auspicium accipientes, & quasi adumbrationem futuræ. Trucidandum iussu Antichristi, dum ab eo seductos ad viam reuocat, ex D. Ioannis verbis *Apocalyps. 11. in princip.* de duobus fidelibus testibus, colligunt veteres summo consensu; *Clemens Roman. & Iustin. suo. Hippolyt. Mart. lib. de Antichristo. Tertullian. lib. de anima cap.* 28. *Hieronym. in epist. ad Pammach. contra errores Ioann. Hierosolymita. Augustinus lib. 20. de ciuita. Dei cap.* 29. qui dicit hoc celeberrimum in sermonibus & cordibus fidelium, *Gregorius lib. 9. moral. cap. 4. & homil. 12. in Ezechiel. Prosper de prædiction. & in dimid. temp. cap. 13. 15. & 16. Ambrosius, Stratus, Haymon, Rupert. Anselmus, Richard. & D. Thomas, necnon Andreas & Arethas ad Apocalyp. cap. 11. vbi Arethas dicit* hoc ex traditione inuariabiliter in Ecclesiâ recipi.] Vnde elucet impudens audacia Musculi, magno supercilio pronunciantis tria. primò hoc de paradiso & de prædicatione Henoch in fine mundi, errorem esse. Secundò hunc errorem natum ex vulgati interpretis negligentiâ. tertiò hunc errorem iam à Cipriani tempore in Ecclesiam introductum.] Nos autem scimus

Musculi fœdi lapsus.

delirare Musculum, Ecclesiam verò columnam veritatis esse, & in sacræ Scripturæ expositione vniuersam errare non posse. Scimus etiam hoc Musculi tertium dictum, plusquàm supinâ negligentiâ dicentis, secundo dicto contradicere. Nam si à Cipriani tempore; ergo non ex vulgatâ versione natus error, quæ Cipriani tempore adhuc ignota. An & Hippolytus, & Tertullianus, & Irenæus, & Clemens, & illi presbyteri Apostolorum auditores, etiam secuti vulgatum interpretem, diu postea natum? apage fœdam & immanem ἀπιστοπιστίαν.

Causa

Causa translationis Henoch † habetur Sap. 4. 10, quia *dilectus* Deo, 23. Henoch cur
& viuebat inter malos bonus, ne malis moribus innocens inquina- translatus.
retur.

Cauendum sedulò ne nostrum Henoch confundas, cum Henoch
filio Cain: aut Lamech filium Mathusalemi, cũ Lamech filio Mathu- 14. Henochduo
sael. nam iste Lamec ex posteris Caini fuit, *sup. ca. 4.* 18. ille ex posteris & duo La-
Seth & maioribus CHRISTI *hic cap. 5.* 25. idem discrimen est in duo- mech.
bus illis Henochis *c. 4. 17. & c. 5. 18.*

Hinc patet Mathusala † annosiorem ceteris patriarchis fuisse. obijt VERS. 27.
sex annis ante diluuium, vt monet Augustin. *lib 1. quæstion. in Genes.* D. 25. Mathusala
Hieronymus verò *in traditionibus* vult obijsse ipso anno quo ceptum senior om-
diluuium; quod fuit annis à morte Adami DCCXXI. nibus.

ISTE CONSOLABITVR NOS] LXX. vertunt, *faciet nos quiescere* VERS. 29.
διαπαύσει, hoc secuti Philo & Iosephus. Sensu conueniunt cum no- 26.
stro. causa diuersæ versionis, quòd secundum nonnullos Hebraicè Nec vndedi-
נחם *Nacham*, sit radix nominis vt ipsi pronunciant נח *Noach*; ctus.
quæ radix significat *consolari*, & hoc placuit D. Hieronymo, & Chal-
dæo. alij verò putant nominis radicẽ esse נוח *Nocha requiem præ-*
stare Nehem. 9. 28. & sic LXX. censuerunt; putantes hîc in ינחמנו
Ienachamenu nõ esse ם radicale. Neutra itaque versio potest reprehẽ-
di, & præstat eas conciliare dicẽdo, quod Lamech à Deo doctus præ-
uiderit hunc filium futurum generis humani quoad corpora restau-
ratorem; & ex eius semine nasciturum verum Messiam eiusdem ge-
neris humani, quoad animam seruatorem: qui nostra non modò con-
solatio, sed & requies; *venite ad me omnes*, clamaturus, *qui laboratis*, *&*
ego reficiam vos.

CVM QVINGENTORVM ESSET ANNORVM] subaudi † circiter, nã VERS. 31. 27.
duæ sunt sententiæ vna volentium Sem, primogenitum natum Noë- Sem quoto
mi anno fermè quingentesimo puta, biennio minus: alia fuisse bien- Noëmi anno
nio maiorem quingentis annis. Quæ sit verior spectat ad tractatum natus.
Chronographiæ. Certè Semi lineam decreuit sequentibus capitibus
prosequi. Verisimile est Sem natum anno quingentesimo secundo
Noëmi, quod contra Funccium pugnacissimè defendit, vir eru-
ditus & acutus, Ioan. Goropius Becanus *sub fin. lib. 4. Originum.* An
verò ante Semum Noë vllos alios liberos susceperit, nec significat
sacra Scriptura, nec potest definiri: quia D. Augustinus docuit *lib. 15.* 28.
de ciuit. Dei cap. 2. hunc catalogum per primogenitos non contexi. Sem an pri-
Censeo hunc versiculum isto loco per anticipationem positum, vt mogenitus.
omnes hæ generationes simul, quasi in vnâ tabulâ, nobis spectandæ
proponerentur: & habeamus consummatam primi illius quasi ori-
ginarij mundi descriptionem.



CAPVT SEXTVM.



1. CVmque cœpiſſent homines multiplicari
2. ſuper terram,& filias procreaſſent, * Vi-
dentes filij Dei filias hominum quòd eſ-
ſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus
3. quas elegerant.* Dixítque Deus:Non permanebit
ſpiritus meus in homine in æternum,quia caro eſt:
4. eruntq; dies illius centum viginti annorum.* Gi-
gantes autem erant ſuper terrã in diebus illis:poſt-
quam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias homi-
num,illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſecu-
5. lo viri famoſi. * Videns autem Deus quòd multa
malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogita-
tio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore,
6. * pœnituit eum quòd hominẽ feciſſet in terra. Et
7. tactus dolore cordis intrinſecus, * Delebo, inquit,
hominem,quem creaui, à facie terræ, ab homine
vſque ad animãtia, à reptili vſque ad volucres cæ-
8. li:pœnitet enim me feciſſe eos, * Noë verò inueñit
9. gratiam coram Domino. * Hæ ſunt generationes
Noë: Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in gene-
10. rationibus ſuis, cũ Deo ambulauit.* Et genuit tres
11. filios,Sem,Cham,& Iapheth.* Corrupta eſt autem
12. terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. * Cum-
que vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, (omnis
quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram.)
13. * Dixit ad Noë: Finis vniuerſæ carnis venit coram
me:

me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, &
ego diſperdam eos cum terra. * Fac tibi arcam de 14.
lignis læuigatis: manſiunculas in arca facies, &
bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus. * Et ſic 15.
facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitu-
do arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & tri-
ginta cubitorum altitudo illius.* Feneſtram in ar- 16.
ca facies, & in cubito conſummabis ſummitatem
eius: oſtium autem arcæ pones ex latere, deorſum,
cœnacula & triſtega facies in ea.* Ecce ego addu- 17.
cam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiã omnẽ
carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cælum: Vni-
uerſa quæ in terra ſunt, conſumentur.* Ponamque 18.
fœdus meum tecum: & ingredieris arcam tu & filij
tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.* Et 19.
ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina in-
duces in arcam, vt viuant tecum: maſculini ſexus &
feminini.* De volucribus iuxta genus ſuum, & de 20.
iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ
ſecundum genus ſuũ: bina de omnibus ingredien-
tur tecum, vt poſſint viuere. * Tolles igitur tecum 21.
ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & compor-
tabis apud te: & erũt tam tibi, quàm illis in cibum.
* Fecit igitur Noë omnia, quæ præceperat illi 22.
Deus.

ARGVMENTVM.

Habes de humani generis in omne scelus corruptione, de vltione per diluuium, de arcæ fabricatione.

VERS. 1. 1. Multiplicatio hominũ & vitiorũ.



VM CAEPISSENT] prius etiam cęperunt, sed nunc loquitur de multiplicatione in immensam multitudinem; cum qua pari passu nequitia & deprauatio morum gliscebat. circa septimam generationem id accidit. *Iosephus lib. 1. antiquita. cap. 3. Theodoret. hic q. 47.*

2. Filiæ plures quod filij. FILIAS PROCREASSENT] antè quoque natæ illis filiæ, sed nunc plures † filijs, caussæ non paucæ. profusa libidine vis generatrix erat debilitata. fortè medicamentis etiam id curabant, vt singuli pluribus fœminis fruerentur. demum permittente Deo, ad celeriorem & vberiorem humani generis prouentum. Mihi suspicio † fuit, ironicè

3. Filiæ pro filijs effeminatis. nomine fœmineo comprehendi & filios, eò quod effeminati, & animis muliebribus. sic sanè poëta, *Phrygiæ neque enim Phryges.*

VERS. 2. FILII DEI FILIAS HOMINVM] cum nostra versione consentit receptior & emẽdatior lectio LXX. quę *filios*, habet, & non, *Angelos*; de quo Cyrillus *lib. 9. contra Iulian.* Theodoret. *q.* 47. Augustinus *lib.* 15.

4. Filij Dei qui. *de ciuitat. Dei cap.* 21. & Suidas *in Seth.* nihil dubito hanc alteram ex glossemate irrepsisse alicuius, errore de concubitu Angelorum, qui vetustissimus: re vera posteris Seth nomen filiorum Dei adhæsit, propter reseruatam illis promissionem seminis benedicti; & peculiarem illis sanctitatem, religionem, iustitiam, aliarumque diuinarum virtutum quamdam Dei quasi splendentem in illis imaginem: quæ quòd

5. Filij hominum, qui. deerant † omnia Cainitis, terrena tantum sapientibus; & hanc suam possessionem (iuxta nominis etymon) censentibus, dicti sunt filij hominum. *Ita communiter Patres post Chrysostomum, Cirillum, Theodoretũ, & Augustinum.* de cauendo quorundam antiquiorum errore illo, iam

6. Bonum pro pulchro. egi *lib. 2. Disquisitiõn. Magicarum. q.* 15. • PVLCHRÆ bono † corporis habitu, curâ artisque lenocinijs comptæ, musicæ delenimentis illecebrosæ. Hebrai. est *bona*, Græcè καλαὶ. notat Augustinus *d. lib.* 15. *cap.* 23. in sacra Scriptura *bonos* solere vocari qui speciosi corpore sunt. sic quidam illud de Egnatio capiunt. *quem bonum facit barba.* Dictum de pulchritudine vt aduertas matrimonij huius finem fuisse libidinem. *Sic Chrysostomus hom.* 22.

ACCEPERVNT VXORES] Suidas fabulosam causam memorat de minis Cainarum: longè aliam retulit Moyses. *Acceperunt*, quâ vi, quâ prece; & tot quisque quot lubebat, retinendas quamdiu placerent. Omnes Sethiani in hanc nassam inciderunt, exceptis posteris Henochi, qui semper abstinuere: ceteri ab Adamo fortassis acceptam legem de non miscendis cõnnubijs cum Cainitis, non cæperunt præuaricari.

DIXIT

DIXITQ. DEVS] ſubaudienda his minis conditio, niſi reſipiſcant, VERS. 3.
& ad frugem ſe recipiant : quod malebat, quàm punire : cur alioquin
tot annis ante minaretur ? cur tam diu differret, ceſſaret, moraretur?

NON PERMANEBIT] Leo Caſtrius *lib. 3. Apologia* vult D. Hiero- 7. Defenſa noſtra verſio.
nymum legiſſe ילון *Ialon*, à verbo לון *Lun* permanere, morari, vt
ante voluit Lindanus lib. 1. de interpretat. opt. c. quarto hodie legitur
ידון *Iadon*, quod ipſum ſi ſcribas cum chiric, ידין ſignificat immane-
bit velut in vagina, à radice נדה *Nadah* elongare, producere, morari;
vel à נדן *Neden* immanere : quaſi dicas euaginabo ſeu extraham ani-
mam de corpore, non ſinam diutiùs viuere. Chryſoſt. ita exponit, &
ex traditis ab Honchâla & Oleaſtrio patet noſtram verſionem eſſe
probam. Immò licet deducas cum Ariâ à דון *Dŭ* quod eſt cõtendere,
aut *diſceptare* vt Symmachus vertit, ſimilis eſſet ſententia : deſinam
poſthac cum illorum peruicaciâ diſceptare, & conari in rectam viam
illos reducere : nolo diutiùs oleum & operam perdere : quoniam il-
los video, qui ſecundùm ſpiritum viuere debebant, totos ſe carni de-
didiſſe. Tollam de medio, qui nolunt emendari. Sed magis placet
prior interpretatio, quam confirmant LXX. & Chaldæus, & Paul.
Burgenſis & Diadorus, & alij communiter Patres. Aramæis etiam
corpus dicitur נדנה *Nidneh* quod ſit quaſi animæ vagina. Sequitur
etiam ; *& erunt dies illius centum viginti annorum.*

SPIRITVS MEVS] ſpiraculum † vitæ, quod illis inſpiraui; *Gen.* 2. 8.
7. ſeu flatus cuius conſeruandi vel auferendi poteſtatem in manu ha- Spiritus pro vitâ.
beo, *Daniel.* 5. 23.

IN HOMINE] ſingulare † pro plurali, *in hominibus iſtis*, vt LXX. 9. Enallage numeri.
nempe qui nunc viuunt tam effrenatè.

IN ÆTERNVM] tam † longo tempore, quàm permiſi maiores 10. Æternorum pro longo tempore.
eorum viuere.

QVIA CARO EST] ſunt toti caro, † non naturâ, ſed culpâ & vi-
tæ inſtituto : perinde viuunt, ac ſi mens illis non vt rectrix, ſed pro
ſale, ne putreſcant, data foret. Loquitur ergo de culpâ ſingulorum 11. Homines caro, quo ſenſu.
actuali, non de omnium originali. Nam originalis æquè inhæſerat
maioribus eorum, de quibus non queſtus fuit Deus, vt de iſtis. *Vide
D. Chryſoſt. ſup. & S. Gregorium lib.* 14. *in Iob c.* 31. *& l.* 6. *in primi Regũ c.* 16.

ERVNTQ. DIES ILLIVS.] non loquitur † de termino vitæ in 12. Vitæ humanæ tempus.
communi hominum poſtea naſciturorum (quorum multi hunc ter-
minum prætergreſſi) : ſed vt benè Hieronymus, Chryſoſtomus, &
Chaldæus paraphraſtes, de termino vitæ peruerſi illius ſæculi homi-
num peſſimorum ; quos diluuio delere ſtatuerat, quibus tamen ad
pænitentiam tam laxum ſpacium largiebatur, centum & viginti an-
norum. Locutus iſta videtur Deus annis fermè viginti ante natum
Sem : Nam ſexcenteſimo vitæ Noë anno diluuium exundauit *cap.* 7.
6. Sem verò natus circiter quingenteſimum annum Noëmi : & di-
luuij tempore Sem fermè centum ſaltem annorum fuit. *Gen.* 11. 11.
Sic iſta à Deo dicta, cùm Noë eſſet fermè quadringentorum & octo-
ginta annorum ; iuxta ſententiam quorumdam Hebræorum, &

D. Augustini *d.lib.*15.*cap.*14. Non obstat vers.vlt.cap.5.nam Semi natiuitas illic per prolepsin narratur.

VERS. 4. GIGANTES] hos diuersimodè nuncupant † Hebræi, à robore
13. גִּבֹּרִים *Gibborim*, à stirpe seu origine רפאים ענקים *Rephaim & Ghe-*
Gigantum *nagim*, ab *Ghenaq & Repha* maioribus eorum: Sed hoc loco vo-
nomina, & cantur, à prauitate נפלים *Nephilim*, à radice נפל *Naphal*, id est
descriptio, cadere: opinor actiuè sumptâ voce, quasi dicas inuadentes, irruentes, & cuncta procellæ more prosternentes, confirmat Aquila vertens *ἐπιπίπτοντες οἱ βίαιοι, illi violenter irruentes.* inde illud Iobi 16.15. *irruit in me quasi gigas.* Fuere homines corpore procerissimo, *Num.* 13.35.& *Amos* 2.9. Veloces & agiles, *psal.*18.7. fortes & robusti, *Psal.*32.16. Bellicæ rei peritissimi, *Baruch.* 3.26. cunctorum metus & odium, *Prou.* 19. 18. *Esai.* 14.9. Superbi, confidentes sibi, & (qualis ille Mezentius) dextram pro Deo colentes, Sap. 14. 6. *Ecclesi.* 16. 8. Porro imperfectum (*erant*) indicat, iam ante nonnullos fuisse, postea ex commistione illâ Dei filiorum & filiarum hominum, longè plures exstitisse, quod fons Hebræus clarè prodit, vt & versio LXX. prout laudatur à D. Augustino *d.lib.*15.*cap.*23. Igitur illud, *postquam enim* idem valet, quod maximè seu præsertim postquam.

ISTI SVNT POTENTES] ex tali copulâ geniti, qui tam celebres ab initiò mundi, & scelere atque flagitijs tam nobiles, maximè tyran-
14. nide, fuere. † Veros Gigantes exstitisse docui *nouissimè in Magicis Dis-*
Gigantes *quisitionibus lib.*2.*q.*15.
verè fuerũt. Ostendit iustam diluuij causam. VIDENS] accuratè perpendens.
VERS. 5. QVOD MVLTA MALITIA] *malitiam, κακίαν*, latissimè cape; & *multam* per omnem modum, continuam, variam, vehementem, longè latè diffusam, ideo D. Cyprianus epist. ad Nouatian. id exprimit verbo, redundandi.

15. CVNCTA COGITATIO CORDIS INTENTA ESSET AD MALVM
Versio no- OMNI TEMPORE] Certatim hîc irruunt in Catholicam æui nostri
stra defensa. *Nephelim*, & iuxta nomen irruentes corruunt: duæ sunt machinæ pugnantium, vna contra versionem dirigitur: altera contra sensum, fidemque. Contendunt illâ, † nostrum interpretem prauè vertisse, ad extenuandam culpam originalem: (*ita Chemnitius*) hac verò iactat Marloratus liberi vires arbitrij planè prosterni: neque contentus apostata id iactasse, splendidè insuper mentitur, nos similia impudenter gloriari, & nescire Dei gratiâ vacuos nihil posse, nisi peccare? quasi vmquam Catholici liberi arbitrij vires à gratiâ Dei separarint, aut huius concursum necessarium vllo tempore negarint. Sit axioma primum, Noster interpres & rectè vt verè vertit: & ideo (quod »
consequitur, & assolet Chemnitius.] Hebraicè est ad verbum, »
& omnis imaginatio cogitationum cordis eius tantùm malum omni die. וכל-יצר מחשבת לבו רק רע כל-היום *Vechol-Ieçer Machsceuoth Libbo Raq Ragh Col-haiom.* Hæretici ex his duo carpunt, primum quòd non vertit *figmentum cogitat.* Respondeo figmentũ cogitationum nihil est aliud quàm ipsæ cogitationes, ideo nihil nostrum detrahere de sen-

tentiâ,

tentiâ, vt nec alij veteres: nam LXX. reddunt, *καὶ πᾶς τις διανοεῖται ἐν τῇ καρδίᾳ*, *omnis cogitat in corde suo*, Chaldæus exponit, omnis sensus cogitationis, וכל-יצרא מחשבת *Vechol-içero Machscebath.* Quid? quod Marlorati numen Caluinus, pro *figmento*, maluit, imaginationem. Sanè vox *figmenti* obscurior, errorem potuit parere, vt videre licet in Flacco Illyrico, qui inde monstrosam figlinam commentus, originale peccatum conatus fuit in substantiam plasmare. Alterum vrgent, quod non expresserit exertè voculam *Raq tantummodo.* Respondeo id quoque sine culpâ prætermitti potuisse, quod prætermisit Chaldæus, LXX. reddunt *diligenter.* Nonne qui dicit, *omni tempore* aliquid fieri dicit id semper sine intermissione fieri, & innuit contrarium non fieri? Deindè quid si dicam *Raq*, defuisse ab exemplaribus, quibus D. Hieronym. vsus, vt videtur defuisse illis, quibus vsus fuit Chaldæus: nec LXX. hanc exclusiuam verterunt, quia non viderunt, vel Hebraicum pleonasmum iudicarunt. Sit axioma secun- 16.
dum: Nihil ista pugnant cum libertate arbitrij humani.] Primò quia Liberum arbitrium defenditur.
non sequitur homo semper imaginatur praua; ergo non potest imaginari bona. Quia non valet consequentia ab actu ad potentiam negatiuè. Tantùm sequitur, ergo vel non potest, vel non vult. Si quia non vult, ergo sequitur eum habere liberum arbitrium, sed abuti libertate. Quod vero hîc ita fieret, quia nolebant aliter: probatur, quoniam idcirco puniuntur à Deo, crudelis enim punitio fuisset, si aliter imaginari nequiuissent. Secundò non obstat hæc arbitrij libertati, quia (fatetur Caluinus) hæc dicuntur de hominibus illius sæculi, nec ad alias ætates pertinent, nisi quadam extensione. Ideo non possunt torqueri contra liberum arbitrium, nisi admissâ illâ extensione. Vide, quanta sit fiducia bonæ causæ. Transeat illa extensio, vt agam liberaliter. Nô enim cogunt illorum argumenta. Non Lutheri, ex c. 8. v. 21. verbis istis; *sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentiâ suâ*, quod non stringit nos, quia hîc agitur de actu & facto, illic solummodò de propensione naturæ corruptæ ad actum, sicut & Ierem. 17. v. 19. *prauum est cor hominis.* posse autem, & sæpè contra propensionem homines velle & agere, quis neget? Nec Caluini quoque machinatio, qui quæ Dauid & D. Paullus contra sui sæculi deprauatos mores dixerunt, *psalm. 5. 10. & 13. 3. ad Roma.*
» 3. 12. audet ipse ad omnes omnium ætatum mortales trahere: quo-
» niam (inquit) non est illis locis simplex de paucis hominibus quere-
» la, sed humani ingenij descriptio, vbi spiritu Dei vacuum sibi relin-
» quitur. Non (inquam) hoc vrget, quia falsum supponit, esse humani ingenij descriptionem: descriptio est non paucorum (fateor) sed plurimorum illius æui hominum. Est sermo locis istis omnibus, de peccatis hominum actualibus, non de originali: & de moribus ac vitę institutis, non de ingenio aut naturâ: & (vt dixi) non sequitur semper malè agunt, ergo bonum velle numquam possunt. Denique
✝ (quicquid ogganniant vulpeculæ) his ac similibus locis inest hy- 17.
perbole seu amplificatio frequens sacræ Scripturæ: qua non totum Hyperbole in S. S.

id quod verba sonant, sed plurimum quid, & summum debet intelli-
Sensus nostri loci. gi: vt hoc loco nostro, non opus istis hominibus fuisse externâ occasione, consilio, aut suasu ad peccandum; non errore, aut infirmitate lapsos, sed ex mera & deliberata malitia, id vnum solitos animo voluere, & in cordis officina effingere; non rarò aut per interualla, sed omni die, omnique momento.] Qua tamen figurata auxesi, non negatur aliquando boni aliquid illos cogitasse, dixisse, fecisse: sed id adeo infrequens, exiguum, & parui momenti fuisse indicatur, vt pro nullo & nihilo sit habendum. Nonne constat in his Dei verbis ipsum Noë non comprehendi, & in Dauidis verbis quæ Apostolus citauit ipsum Dauidem, & Gad, & Nathan, & alios iustos excipiendos? Quid frontem contrahunt ad hyperbolem? ait se Rex ille, dies & noctes in lege Dei meditari, & in omni tempore Deum benedicturum; iubemur sine intermissione & semper orare, & numquam deficere: nihilne ergo aliud nobis agere licebit, aut non Dauid aliquod tempus somno dedit, & alijs interdum vocauit? Ioannis 12. dicitur totus mundus post CHRISTVM abire, hi tamen ipsi qui dicebant, non abibant, nec alij Principes aut Sacerdotes, nec maior pars ciuium Ierosolymitanorum. Si locus exceptioni, coguntur hyperbolen agnoscere: coguntur insuper fateri non ipsius humani animi potestatem, sed multorum mores & instituta his verbis perstringi. Nam si ad naturam re-
18. feras, nec Noë, nec Moyses, nec Dauid, nec Apostoli eximendi. Quo
Actiones humanæ quædam bonæ & Deo gratæ, contra hæreticos. igitur pacto ex his Moysis verbis, inferunt, ipsas actiones humanas omnes, propter originale peccatum, & figmenti vitium secundùm se semper malas & inuisas esse Deo, vtpote peccata vera & mera? Scelesta peruersitas opinandi, dâmnata in Concil. Tridentino *sess. 6. de Iustificatione can. 12* Confugiunt ad locum 1. *cap. 8. v. 21.* iam citatum, vbi significatur cogitatûs humani quædam congenita propensio ad malum. Fateor hanc propensionem vulnus esse naturæ, peccato originali velut telo illatum nobis: sed contendo illam pronitatem numquam esse, nec dici posse peccatum, nisi in actum voluntarium proruperit, saltem animo intrinsecum, & noxium mora vel consensu: tum verò iam non est originale peccatum, sed actuale. Si hoc non vident, cæci, si non intelligunt, bliteni sunt & bucceones: vt etiam quando hac propensione putant tolli libertatem arbitrij possum, quod ægrè possum; & faciõ sæpè, quod, vt faciam, vix à me queo impetrare. An Lethen olim biberant, vt non recordarentur promissi diuini? *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius? c. 4. 7.*

VERS. 6. POENITVIT EVM] Sine pænitentia † sunt Dei dona, quia Deus
19. immutabilis: sed quod naturę intellectualis creatę propriũ, cui propriũ
Deus an pæniteat. multa non præuidere, id in Deũ transfert κατ᾽ ἀνθρωποπάθειαν *Vide D. Aug. d. lib. 15. c. 23. Chrysost. sup. & Ambr. l. de arca Noë c. 4.* Symmachus
20. † vertit ἐπέστρεψεν *auersatus est.* Aquila vt noster, μετεμελήθη quod Ter-
Conciliatæ versiones. tullianus lib. cõtra Praxeam retinuit. & hæc est illa Dei cogitatio quã significant L.XX. καὶ ἐνεθυμήθη: *& recogitauit.* nam quos aliquid egisse pænitet, sæpè illud versant animo, eccur feci? vtinam ne fecissem.

TACTVS DOLORE CORDIS] Hebraicè, *dolore affectus erga cor suum:* quod

quod ille alter dixit; ipse suum cor edit. Tenuius LXX. *διενοήθη, cogitauit*. Suspicor aliquid excidisse: quamquam nec Chaldæus de cordis dolore quicquam, sed tantùm; *dixit in verbo suo*. quod miror, nisi alia quoque fuerit Hebræa lectio.

DELEBO] verba Dei adhuc secum deliberantis. VERS. 7.

NOE VERO INVENIT GRATIAM CORAM DOMINO] VERS. 8. 21. Gratiam inuenire.
Non ignotus Hebraismus, pro acceptior & gratior fuit Deo quam cæteri, promeruit Deum magis propitium habere. Genes.18.vers.3. *Si inueni gratiam in oculis tuis*. cap.19.19. *Quia inuenit seruus tuus gratiam coram te*. cap. 39. 4. *Inuenitque Ioseph gratiam coram Domino suo*. Lucæ.1.30. *Inuenisti enim gratiam coram Deo*. Rectè autem Catholici (quicquid dicant Caluinus & Oecolampadius calumniantes more suo) ex verbo *inueniendi*, eliciunt aliquid ad esse in promerendo augmento gratiæ conatus humani. Primam † gratiam, nec possumus, nec Noë promeritus fuit vel inuenit; Sed beneficio gratuito primæ gratiæ adiutus, gratiæ acceptæ non ingratus, fuit cooperatus, non sine coadiuuante gratia: & quia non est passus Dei gratiam in se vacuam esse; rectè dicitur gratiam nouam, seu primæ gratiæ augmentum, inuenisse. Quoniam datam sibi gratiam priorem excepit, coluit, conseruauit, & suauiter ducentem fuit sponte secutus: nihil quidem horum sine gratia, quæ tamen illum iuuabat, non physicæ causæ more prędeterminabat; multò minùs sic vinciebat, obstringebátque vt illam repudiare, vel recusare, si vellet, non posset. Sed de his plura disserere, ad scholas pertinet. 22. Gratiæ augmentum homo mereri potest.

IVSTVS ET PERFECTVS] tali locutione † nō excluditur maior virtus acquirenda, sed ostenditur iam maiorem partem imperfectiō peccati & defectuum superata. Excluditur etiam, non quoduis peccatum, sed mortale tantùm iustitiæ & caritati valdè repugnans; ideò perperam ex hoc & similibus locis inferebant Pelagiani, hominem posse & debere omni culpa, etiam veniabili, vacare. *Lege D. August. lib. de perfectione iustitiæ contra Calestium*. Porrò de hac laude Noë, habes Siracidem cap. 44. Eccles. eam confirmantem: & Sibyllam lib.1. quæ vocat iustissimum, veracem, fidum & bonis studiis deditum, vnum inter omnes. *μοῦνος δ' ἐν πάντεσσι, δικαιότατος καὶ ἀληθὴς ἦν Νῶε, πιστότατος, καλοῖς τ' ἔργοισι μεμηλώς*. VERS. 9. 23. Perfecti quo sensu iusti dicatur in hac vita.

IN GENERATIONIBVS SVIS] emphaticum est, quasi dicat toto vitæ decursu, etiam inter tā corruptos sæculi eius mores & homines, etiam præ maioribus suis. Sic fermè quotquot legi. Equidē obseruo, etsi noster hoc eodem versu vtrobique *generationes* ponat, tamen Hebraicè, Chaldaicè & Græcè voces esse diuersæ significationis & soni. Nam vbi noster, *hæ sunt generationes Noë*, ibi LXX. *αἱ γενέσεις*, Hebr. & Chald. תולדות *Tholedoth*: hic vbi noster, *in generationibus suis*. LXX. *ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ* Hebr. & Chald. בדרתיו *Bedorothou*, à radice דור *Dor* habitare, peregrinari: ideò capio *generationes* hoc secundo loco, pro totius peregrinationis seu vitæ illius spacij actionibus, quæ sunt quasi liberi, quos homo parit: *γενεὰν* eodem modo capi posse, nihil dubitandum. Sic etiam alibi sumuntur *generationes*. Eccles.1.21. 24. Generationes pro actionibus.

Omnem domum implebit à generationibus. & cap. 6. 20. *cùò edes de generationibus illius.* & 24. 26. *à generationibus meis adimplemini.*

VERS. 11. 25. Metonymia terra pro hominibus. CORRVPTA EST TERRA] Metonymiæ iuncta hyperbole. Tanta colluuies & inquinatio criminum fuit, vt ipsa, in quibus homines degebant loca, contagem hausisse viderentur; non hominibus qui falli possunt, sed ipsi qui cuncta videt & decipi nequit Deo.

CORAM DEO] verè. INIQVITATE] fraude, calumniis, violentia.

VERS. 12. 26. Hyperbole & Synecdoche. OMNIS CARO] mixta Synecdoche auxesi. Nam *omnis* pro † plerisque: *caro* † pro homine. Sic Isai. 40. 5. *Videbit omnis caro pariter.* Zachar. 2. 13. *Sileat omnis caro à facie Domini.* Vide D. Ambrosium *de arca & Noë cap. 5.*

27. Omnis pro multis. VIAM SVAM] Via † in singulari (vt hic) significare solet, vt plurimùm modum & rationem viuendi. Psalm. 1. 1. *& in via peccatorum non stetit.*] *Via* in plurali significant ipsamet opera. Iob. 40. 14. *Ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum.*] quæ opera dixi etiam vocari *generationes*, d. vers. 26. Eccles. 1. & supr. vers. 9.

28. Caro pro homine. SVAM] meliùs est, quàm, *ipsius*.

29. Via & viæ differunt. VERS. 13. Tria hoc & sequentibus versiculis notanda sunt. Primò indicari concilium Dei de mundo perdendo. Secundò dari præceptum & modum arcæ conficiendæ. 3. à vers. 18. dari mandatum ingrediendi in eam, & introducendorum animalium, quæ futura seminario viuentium: & promissionem de conseruandis quæ introducerentur à diluuio, vsque ad capitis finem. Diuersis autem temporibus, non vno & eodem hæc à Deo Noëmo iussa puto.

30. De arca in genere, & mystici sensus. Quæ ad arcæ fabricationem † spectat, difficilia & coniecturalia sunt latissimè tamen à Buteone, Montano, & Pererio explicata; quid mihi videatur non reticebo. ALLEGORICE arca significat Ecclesiã, *vt docent* post D. Petrum 1. can. 3. 21. *Tertullianus libr. de idololatria & lib. de baptismo, Epiphan. lib. 2. Panarij, Augustin. d. lib. 15. cap. 26. Gregorius hom. 16. super Ezechiel.* TROPOLOGICE animam. *Docent Origenes hom. 2. in c. 6. Genes. & Hugo de sancto Victore lib. 2. de arca morali.* Videamus singula.

VERS. 14. 31. Arcę forma. ARCAM] ipso nomine Hebræo *Teuath*, significatur † arcæ forma, non nauigij in morem, sed capsæ, suprà & infrà latæ, & infrà quidem non concameratæ, sed æqualis ac planæ: vt benè D. Augustinus *sup cap. 27.* idem patet significare Græcam vocem λάρνακα, & κιβωτὸν. Latina etiam voce finis exprimitur, ab extrinseca iniuria arcendi, secundùm Varronis analogiam: & propter hanc formã non ventricosam (vt sunt nauiumĩ carinæ) sed planã puto vocari *ratem* suprà 14. v. 5.

32. Arcæ materia. DE LIGNIS LEVIGATIS] Hebraicè, עצי-גפר *Ghaçe-gopher.* LXX. ἐκ ξύλων τετραγώνων. *Ex lignis quadratis.* Chaldæus de lignis דקדרוס *Dequadros.* Mihi primùm dubium est an aliter olim lectum, & in quibusdam libris fuerit כופר *Kopher*, quia D. Hieronymus scribit in Hebræis libris haberi, *lignis bituminatis*: vel existimauit idem significari voce GOPHER: cuius significatio cùm vnico hoc loco contineatur, incerta est. Quidam ad modum seu præparationem li-

gnĩ

gni fabrefacti retulerunt, vt vulgatus & LXX. Quidam verò ad ligni speciem natiuam vt recentiores, quorum nonnulli piceam volunt, vt Oleaster, quia GOPHRITH *picem*, significat: alij verò *cedrum*, quod Abenezræ & Rabbinis aliis non displicuit, vt nec mihi, nam in Syria cedrorum copia, quæ arbor apta longissimis tabulis excidendis, nec aquis, nec corruptioni cedit, leuis est & superfluitans. Chaldæa vox id significat, & confirmant DD. Ambrosius *lib. de Noë & arca cap.* 7. & D. August. *tracta. in Ioan.* 6. Caue te fallant LXX. & Plinius, qui *lib.* 19. *hist. nat. cap.* 1. scribit in Ægypto fruticem esse, quem nos gossipium illi ξύλον vocant: vt inde opineris de gossipij ligno arcam fabricatam: *fruticem* dicit Plinius non *arborem*; de frutice tabulæ aut costæ nauigij fieri nequeunt: de partibus autem præcipuis saltem arcæ agitur. Gossipij ramusculi adeò tenues & fragiles sunt, vt nec leuigari, nec quadrari queant: quare hoc versioni nostræ & LXX. repugnaret: Quæ inter se probè conueniunt: vtraque enim fuere hæc ligna, *leuigata* seu deasciata vt commodiùs illinerentur, & *quadrata* vt arctiùs iungerentur, teste D. Ambrosio. fuere ergo hæc cedrina ligna, non rudia, indolata, vel rotunda; sed exasciata, perpolita, & quadra, stabilia, firmaque quod Græcis est τετραγώνων. Illud D. Hieronymi *bituminatis* suspicabar positũ pro *bituminosis*; sicut adipatũ dicere solemus, quod intrinsecè est pingue: & *bitumen* latè, pro resina sumptum: pinus autem & cedrus resiniferæ: sic omnia conuenirent: vt & GOPHRITH, latè resinam quoque complectatur, in sibyllinis orac. *lib.* 1. dicitur hæc ligna fuisse durabilia, & quæ humorem non imbiberent, ideoque & imputribilia essent, οἳ δ' ἐκ ῥίζης γὰρ ἀσηψήτοιο τεθηλὸς δουράτεον κέλομαι δῶμ' ἄφθιτον ἀσκήσασθαι. Græci alij ἐκ ξύλων ἀσήπτων. ex lignis putrescere nescijs. 33. Concillatæ versiones.

MANSIVNCVLAS.] Hebraicè, *nidos facies arcam* sic LXX. eò quòd in arcâ stabula parua, seu mansiunculæ instar nidulorum: has iubet per totam arcam fabricari, variè iuxta singulorum animantium necessitatem: non pro solis auibus, ideo non vertit *nidulorum*.

BITVMINE] aptius † *bitumen* quam pix; maximè Syriacum seu Iudaicum, cui laudem tribuit contrito, & accenso per suffitum serpentes fugandi Epiphanius *d. lib.* 2. integrum hic adhibitum, quod etiã sic resistit fœtori & graueolentiæ; quæ in arca multiplex propter fimum & stercora tot brutorum, intolerabilis fuisset, nisi illam & cedrinorũ, & bituminis (quod ei tribuit Dioscorides *lib.* 1.) odor dispulisset. Præterea bituminatio seruiebat aquis exteriùs arcendis, & interiùs prohibendo vuori ac oblimationi; & non gratiæ tantum atque decori, conciliando: sed tabulis etiam solida conglutinatione connectendis, & cunctis materiæ vitiis prohibendis. 34. Bituminis vsus.

Sequuntur tres arcæ dimensiones. † Longitudo decupla ad profunditatem, nempè trecentorum ad triginta; Sescupla ad latitudinẽ, nempè trecentorum ad quinquaginta. Cuiusmodi proportionẽ esse humani corporis notatum DD. Ambrosio & Augustino locis memoratis. Cubitus constat sesquipede, palmis sex, digitis viginti. VERS 15. 35. Arcæ fabrica.

Modus iste longè maior olim quàm hodie, pro analogia membrorum tunc multò maiorum. Hoc solemni cubito, quem dixi, aream constructam Arias *in Tubalcain*, & Pererius *lib.* 10. *in Genes. disp.* 4. volunt. Origenis *hom.* 2. opinio exagitatur hodie, censentis fuisse cubitos Geometricos, quorum singuli communes sex continent, vastissimam sanè molem; sed nobis homullis admirandam, temporibus illis non incredibilem: longitudinis mille octingentorum cubitorum, latitudinis trecentorum, altitudinis centum octoginta, si ad cubitos solemnes seu communes reducas: hoc est duûm millium & septingentorum pedum in longum, quadringentorum & quinquaginta in latum, altitudo ducentorum septuaginta. Hanc sententiam cum Isidoro Clario sequor, quia profitetur Origines, quæ traditurus de arca, se maiorum traditione accepisse: & quia non displicuit B. Augustino *supr. & lib.* 1. *Quæstionum in Genesim*, qui obiectionem illam de arcæ magnitudine vocat ineptissimam calumniam: & soluit similitudine vrbium maiorum. Non displicuit etiam Caietano: mihi verò ridiculum videtur, malle animantia in arctum illic compacta fuisse, ita vt commodè se mouere, & cubare nequeant, quàm laxè & salubriter degere. Tantam † molem Noë cum familia copiosa, & operariis ad id conductis, centum solidis annis vix perfecit, *teste Origine lib.* 4. *contra Celsum*. Interiùs arbitror quatuor fuisse tabulata, totam longitudinem & latitudinem arcæ complexa, sed altitudinem in partes quatuor inæquales secantia. Primùm voco, quod imum erat, & aquam tangebat: vt sub infimo cænaculo vacuus locus fuerit; qui, pro sentina, sordes superioribus tabulatis excretas, & detrusas, reciperet per certos canales deuolutas; saburræ quoque quod erat necessariumq;, ad arc in aquis libramentum contineret: hoc primum tabulatum quatuor cubitis (sed Geometricis. Nam de his loquor) altum, benè Arias pingit: videtur suas foricas ita dispositas habuisse, vt inde sordes in aquam delaberentur: nihil tamen aquæ subintraret, saburrâque stabilis & immota consisteret: quantumuis capax locus fuisset, sordibus tamen salubritatis causa dandus exitus fuit.

37. Arcæ magnitudo.

38. Arcæ operarij.

39. Arcæ contignationes & tabulata.

1. tabulatũ, mum. i

2. Tabulatũ. Secundum ordine tabulatum ascendenti stabulationem præbebat cunctis animalibus terrestribus, tam reptilibus, quàm gradientibus, altitudinis fortassis duodecim cubitorum: hic fuerint mansiunculæ plus minùs trecentæ, in sex ordines distinctæ extensos secundùm arcæ longitudinem, disiunctæ ab inuicem secundùm eiusdem latitudinẽ, singulæ cancellis, asseribus, & portis suis munitæ. Singulis mansiunculis spaciũm pro animantium magnitudine maius minúsve attributum: Et inter omnes, via per quam homines discurrerent, (quæ *ageja*, seu (vt M. S. Isidori habet) *agéa* vocatur) gratia curandi, quæ necessitas animalium posceret. In loculis quoque animalium, putarim præsepia fuisse & vasa ad cibum potúmque præbendum accommodata. Hoc primum cænaculum.

3. Tabulatũ. Secundum cænaculum fuit super primo, & tertio tabulato impositum: hic penus cibariorũ & distinctæ apothecæ disparis capacitatis, pro varie

pro varietate commeatuum,fœni,paleæ,frondium, pomorum, frumenti,feminum,leguminum,deinde in magnâ eius parte dolia,vasâque lignea,seu testacea,in quibus dulcis aquæ copia,ad potum & lotionem : foramina quoque & tubi ex hoc loco impendebant præsepiis & stabulis animantium,per quæ cibum,& potum acciperent.deniq; locis vacuis à prouido patrefamiliâs supellex tam rustica quàm vrbana fuit reposita,post diluuium vsui futura. hoc cœnaculum potuit esse altum sex cubitis.

Quartum tabulatum sustinebat supremam tristegam seu cœnaculum,quod hominibus & volucribus præbebat habitationem, & fuit accuratè à Buteone delineatum;quem,quoad istud, sequar. Primo loco se offerebat cœnaculum grande, Noë & familiæ domicilium, cui lumen infundebat arcæ fenestra:cęnaculo iunctus caminus & focus ex lapideo stratu, molæ trusatiles cum clibano, lignile de lignis coctis quæ ἄκαπνα,strues carbonum,andronitis & gynecæum, seorsim thalami virorum & feminarum;à quibus se illos diluuio durante continuisse Rabanus, & Anselmus Laodunensis & alij graues scriptores prodiderunt; culina & penus annonæ hominum capiebant à cœnaculo lumen secundum:ad cetera loca lucernis accensis accedebatur,si vnica fenestra fuit;sin plures, per illas lux se in totam hanc contignationem insinuabat;vt & in cellam,vbi conditi fructus rusticani, & auium pabulum,& in ipsas earum caulas seu nidulos aluearij more vel columbarij ad latera contignationis huius affixos;interuallis congruis separatos,quibus aër exspiratione feruefactus velut æstuariis refrigesceret. Addit Buteo ad oram quoque superiorem ab vtraque lōgitudinis parte spiracula,vnde tamen propter suggrundiorum ἐκφορᾶς,nec lumen,nec pluuialis aqua in arcam descenderet: schalas etiam suis locis exteriùs appositas, quæ ad cunctas mansiunculas aditum præbebant. certum est onera & vectores sic dispositos vt in neutram partem arca deprimeretur : huic dentur cubiti septem in medio,ad latera paullo amplius. **Quartum tabulatum.**

Postremò his omnibus tectum impositum scribit Arias arcuatū, ad modum columnæ secundùm longitudinem fissæ; vt ita ventis irruentibus meliùs obsisteret; & imbres illapsos vtrimque effunderet. putarim fornicem hunc in medio,vbi summus, cubito non eminentiorem. Nunc sigillatim,quæ in sacra Scriptura exprimuntur, discutiamus.nam ista ad architectonices normam, rudiore Minerua, breuiter dicta,suffecerint;vt Apelli Marcionitę,Porphyrio,& aliis Moysen,velut fabulosæ Deucalionis arcæ narratorem,calumniantibus os obstruatur. Patet enim capacem fuisse,non elephantorum duodecim (vt ille nugabatur) sed omnium animalium quæ in eam introducta scribuntur. Tolle hybrides,& quæ ex putredine nascuntur, tolle pisces,& amphibia cum B.Augustino, *d.cap. 27.* quouis pignore certarim,te mihi vltra reptilium forte triginta species(*consule librum Bustamantij de sacræ Scripturæ reptilibus, & Vlyssis Aldrouandi opus de omnibus insectis & serpentibus diligenti curâ conscriptum*) quadrupedum cen- **Quintum tabulatum.** **40. Arcæ capacitas suffecit animantibus.**

tum triginta; (*vide Gesneri volumen de quadrupedibus & Pererium hic lib.*10.) auium centum quinquaginta (*vide Gesnerum de auibus, & Vlyssis Aldrouandi Ornithographiam*) minimè inuenturum. cùm itaque tam exiguus singularum specierum numerus sit introductus, & auium paucæ sint maiores oloribus; pleræque minores: quadrupedum quoque maiores equis vix sex species reperiamus: nihil causæ video, cur de hac narratione vllus dubitandi locus relinquatur.

VERS. 16.
41. Fenestra præcipua qualis.

FENESTRAM] pręcipuam † vnam grandiorem, ad latus vnum altitudinis arcę, valuis instructam, de vitro, crystallo, vel lapide speculari, qui cæli iniuriam repelleret, lucis radios admitteret: quæ intrinsecùs aperiri, extrinsecùs claudi poterat. Pellucidam fuisse docet Symmachus suo *διαφανὲς*, & Hebræum צאר *çoar*, quod D. Hieronymo interprete significat *meridianum*, & capitur tam pro ipsâ luce, quàm pro eo quod lucem præbet. Huius fenestræ solius meminit, quia per illam postea coruus & columba emittentur. Nihil tamen obstat quin aliæ in tertio cænaculo per circuitum ex eadem materiâ minusculæ, ad lucis vsum, fuerint?

42. Ostium arcæ.

SVMMITATEM] altitudinem, nempe fenestræ. OSTIVM] vnica † fuit ianua ad latus longitudinis, quinto à terrâ cubito, quæ cathenis demittebatur, ita vt vice pontis animalibus ingredientibus commodum præberet ascensum, & per easdem cathenas iterum attracta leuabatur; &, vt fenestra, intus aperiri, foris claudi poterat, *cap.7.16.* Suffecerint eius magnitudini decem cubiti longitudinis, & octo latitudinis. EX LATERE] ex vno laterum; D. Ambrosius, *ex aduerso.*

43. Deorsum pro à summo ad imũ.

Græcè *ἐκ πλαγίων.* DEORSVM CÆNACVLA & TRISTEGA.] propter Hebræum contextum, qui sonat; *inferiora secunda & tertia facies eam.* & Symmachum qui clariùs *δίστεγα καὶ τρίστεγα, secundum binas & ternas contignationes*, persuadeor vocem, *deorsum*, iungere sequentibus & dicere portam illam, in statione quadrupedum collocatam fuisse, vt sit sensus: primò tibi fabricandum est imum arcæ tabulatũ, quod superiacet arcæ fundo: huic tabulato superimpones duas præterea contignationes, nempe secundam & tertiam. hoc satis indicant fons Hebræus, versio LXX. & Thargum Chaldaicum, & benè explicat D. Augustinus *hic in quæstionibus.* Igitur *deorsum*, non refertur ad ipsum ostium, quasi ostium fuerit altius tristegis: sed ad ipsas inter se tristegas & cęnacula, vt deorsim vnum sub alio constituatur, q:d. à summo ad imum arcæ facies cænacula & tristega. Præterea putarim cum

44. Tristega quid, & distega.

Honchâla Eugubino & Lipomano vulgatum interpretem per cænacula intelligere secundam contignationem seu *δίστεγον*; per *tristega* tertiam. Nam *distegon* idem est quod superior thalamus, vbi solet esse cænaculum: & quod Iuuenalis dixit *tabulata tertia*, id vetus eius Scholiastes exponit *tristega.* noster plurale vsus pro singulari.

IN EA] per totam arcam. Sequitur vindicta qua genus se Deus dixerat deleturum, & præmittit iussionem de inducendis & inferendis in arcam.

VERS. 18. Iubet induci animantia in arcam, & inferri ad eorum victum necessaria.

cessaria. Homines in arcam ingressi non plures octo. septem alij propter Noë seruati. *c.7.1.2.Pet.2.5. Octauum Noë iustitiæ præconem custodiuit.* Henoch interea in paradiso conseruatus. 45. Octo in circa homines.

PONAMQVE FÆDVS] ante promiserat, nunc ait se illud confirmaturum, & spem in rem collaturum, ipsum enim cum suis diluuio erepturum.

VXORES FILIORVM.] quas filij tui ducturi, si nondum duxerant; aut iam desponsatas, sed quæ nondum pepererant: fors nondum cognitæ. An inter has vna Sibylla Babylonia? ipsa quidem hoc asserit in oraculis Sibyllinis: mihi tamen id de fuco valde suspectum, ne quis laciniam hanc versibus illis assuerit auctoritati conciliandæ.

BINA] masculum & fœminam, non alterius sexus tantum. Nec enim hoc verbo præscribitur numerus inducendorum, sed ipsa tãtùm pariatio seu combinatio adspectu ad propagationem. VERS. 9.

VT VIVANT TECVM] Hebraicè † est, *vt viuifices ea*: hoc est vt ea nutrias, & conserues tecum. sic etiam explicat versic. sequ. & LXX. verterunt. 46. Viuificare pro alere, Hebraism.

INGREDIENTVR TECVM] quantumuis effera, spontè venient & se tibi offerent, vt introducas. factum id instinctu diuino, vel etiam Angeli alicuius ministerio, sicut priùs ad Adamum fuerant adducta. *sup. c.2.19. D. Augustinus d.cap.27.* VERS. 20.

Sciebat Noe diuinâ inspiratione, quo cibatu & quanto singulæ species animalium introducendorum indigerent: & ad id paullatim omnia congessit: etiam iis quæ alias carniuora, sine carnibus tunc sufficientes escas Deo faciente præparauit. *vide Augustin. sup.* VERS. 21.

QVÆ MANDI] non mandunt aues, sed mandere simpliciter pro quouis modo vesci positum. Ennius, 47. Mandere.

Volturis in siluis miserum mandebat homonem.

Sed apud Attium propriè;

Impius hortatur me frater vt meos malis miser

Mandem natos. - - - pro mandam.

& Lucretius in manuscripto,

Ne Saturnus eum malis manderet adeptus.

notatum id Gifanio.

Indicatur perfecta Noemi obedientia; qui nec prætermisit eorum quæ iussa quicquam, & quicquid imperatum eo fecit modo quo imperatum. Apostolus eum prædicat iustitiæ quæ secundùm fidem est *Heb.11.7.* Sed hæc fides tota fuit per obedientiam & operis exhibitionem consummata: & quia quæ iussus, præstitit; patet nihil iussum impossibile (quod blasphemat Caluinus) & sufficerent etiam homini, (qui dæmonem non induit) ad libertatem arbitrij fortiter stabiliendam vel ipsi Caluino; si hæreticæ pertinaciæ molliendæ quicquam soleret sufficere. VERS. 22. 48. Noe obedientia.



CAPVT SEPTIMVM.



1. DIxitq; Dominus ad eum: Ingredere tu,&
omnis domus tua in arcam: te enim vidi
2. iustum corã me in generatione hac. *Ex
omnib.animantib.mũdis tolle septena & septena,
masculum & feminam:de animantib.verò immũ-
3. dis duo & duo,masculum & feminam. * Sed & de
volatilibus cæli septena & septena, masculum &
feminam:vt saluetur semen super faciem vniuersæ
4. terræ:* Adhuc enim, & post dies septẽ ego pluam
super terram quadraginta diebus & quadraginta
noctibus:&delebo omnem substantiam,quam fe-
5. ci,de superficie terræ.*Fecit ergo Noë omnia,quæ
6. mandauerat ei Dominus.*Eratq; sexcentorum an-
norum quando diluuij aquæ inundauerunt super
7. terram.*Et ingressus est Noë & filij eius, vxor eius
& vxores filiorum eius cum eo in arcam propter
8. aquas diluuij.* De animantib.quoque mundis &
immundis,& de volucribus,& ex omni,quod mo-
9. uetur super terram, * duo & duo ingressa sunt ad
Noë in arcam,masculus & femina, sicut præcepe-
10. rat Dominus Noë.*Cumq; trãsissent septem dies,
11. aquæ diluuij inundauerunt super terram. * Anno
sexcentesimo vitæ Noë,mense secundo, septimo-
decimo die mensis,rupti sunt omnes fontes abyssi
12. magnæ,& cataractæ cæli apertæ sunt:*& facta est
pluuia super terrã quadraginta diebus & quadra-
ginta

ginta noctibus. * In articulo diei illius ingressus 13.
est Noë,& Sem,& Cham,& Iapheth filij eius:vxor
illius,& tres vxores filiorum eius cum eis in arcam:
* ipsi & omne animal secundum genus suum,vni- 14.
uersáque iumenta in genere suo, & omne quod
mouetur super terram in genere suo, cunctúm-
que volatile secundum genus suum, vniuersæ
aues, omnésque volucres. * ingressæ sunt ad 15.
Noë in arcam, bina & bina ex omni carne,
in qua erat spiritus vitæ. * Et quæ ingressa sunt, 16.
masculus & femina ex omni carne introierunt, si-
cut præceperat ei Deus: & inclusit eum Dominus
de foris. * Factumque est diluuium quadraginta 17.
diebus super terrã:& multiplicatæ sunt aquæ,&ele-
uauerũt arcã in sublime à terra. * Vehemẽter enim 18.
inundauerunt: & omnia repleuerunt in superficie
terræ: porro arca ferebatur super aquas. * Et aquæ 19.
præualuerũt nimis super terrã: opertique sunt om-
nes montes excelsi sub vniuerso cœlo. * Quin- 20.
decim cubitis altior fuit aqua super montes, quos
operuerat. * Consumptáque est omnis caro quæ 21.
mouebatur super terram,volucrum, animantium,
bestiarum,omniumque reptilium,quæ reptant su-
per terram:vniuersi homines,* & cuncta, in quib. 22.
spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt.* Et de- 23.
leuit omnem substantiam, quæ erat super terram,
ab homine vsque ad pecus, tam reptile quàm vo-
lucres cæli: & deleta sunt de terra: remansit autem
solus Noë,& qui cum eo erant in arca.* Obtinue- 24.
rúntque aquæ terram centum quinquaginta die-
bus.

ARGVMENTVM.

Ingressus Noë in arcam & orbis diluuium describitur.

VERS. 1.
1. Lutheri fabulæ.



DIXITQVE DOMINVS] Deus per Angelum, non per Mathusalem, vt cantherino ritu astans hic Lutherus somniat etiam fabellas miscens, & oratiunculam fingens, quàm paullo ante diluuium senex ille ad nepotem habuerit. Et addit se ista commentum, vt ad honorem ministerij (suorum prædicantium) commodè referantur. Estne hoc verbum Dei verè & decenter interpretari, aut vt in Æsopi apologis ludere? laudabile ministerijs, quod futilibus mendacijs honorandum.

IN GENERATIONE HAC] inter illos huius ætatis homines; qui prædicationi tuæ credere noluerunt, & admonitione facti sunt deteriores.

VERS. 2.
2. Immunda animalia.

MVNDIS] hoc tempore animantia dicebantur immunda, eo quòd ex traditione Sethi nõ liceret Deo sacrificare: Mosaico tempore immunda dicta, quibus in Leuitico vesci prohibiti. puto tamen vtraque eadem fuisse.

3. Septena & Septena Hebraism.

SEPTENA & SEPTENA] nunc numerum præscribit: nempe singularum † specierum de mundis septem, non quatuordecim; & de immundis duo, non quatuor: scilicet de illis quatuor masculos & tres fœminas, de his masculum dumtaxat & fœminam. *Sic exponunt Iosephus lib. 1. antiq. cap. 5. Tertullianus de monogamia cap. 4. Ambrosius lib. de Noë cap. 11. Eucherius hic, & alij quos citat Pererius lib. 11. disp.* 3. Notat D. Augustin. lib. de locution. veteris testamenti, *Septena & septena*, seu Græce ἑπτὰ ἑπτὰ, Hebraicè שבעה שבעה *Scibghah Scibghah*, non significare quatuordecim, sed septem, q. d. ex singulis speciebus, ex vnâ septena, & ex aliâ septena. & ideo (vt hoc intelligamus) de immundis agens, tantum semel dicit *bina*, שנים *Scenim*, quod accuratè vtrobique retinuit Chadæus. LXX. verò vt supra geminant, δύο δύο, & noster *duo & duo*. Alibi phrasim explicuit noster. nam Ezechiel 43. 23.

4. duo & duo Hebraism.

Hebraicè est, *cubitus, cubitus*, noster reddit, *vnum cubitum*. Marci 6. 7. Grecè δύο δύο, noster reddit *binos*? quod D. Lucas cap. 10. 1. ἀνὰ δύο, per paria, noster *binos*. CAELI] aëris.

VERS. 3.

VT SALVETVR] vt cunctarum specierum seminarium supersit.

VERS. 4.

ADHVC ENIM ET POST DIES SEPTEM ADDVCAM] vide misericordiam, insuper ad tot annos adijcit hebdomadam dierum, vt vel tũ pœnitentiam agant. Sensus est: ideo te nunc arcam ingredi iubeo, quia post diem septimum à tuo ingressu incipiam imbres ciere. fortè mouebit exemplum tuum, quos adhortatio nihil mouit. Septiduo isto durante animalia cuncta sunt ingressa, & Noë cunctis hospitio metatus.

Ego

Ego plvam]Hebraicè, *ego pluere faciens*. Vtitur præsenti ad denotandam certitudinem, & addit, *ego*, emphasis causa, q. d. non siderum vi aliquâ, nec causis naturalibus alijs id proueniet, sed absolutâ meâ potentiâ & & voluntate. Svbstantiam] omne viuens vitâ sensitiuâ & subsistens, ab homine vsque ad pecus inclusiuè. *Ambros. d.lib.c.13.*

De svperficie terræ] additum ad excludendum aquatilia. amphibia simul periere, quia nequibant tam diu carere terrâ, in qua solent quædam pabulari, quædam nocte stabulari.

Dvo & dvo]per paria, seu bina. Hebraicè, *bina bina*, vt sup. v.2. & tam munda quam immunda *Augustin. hic q.8.* Vers. 8.

Noe]Hebraismus pro *ei*, antecedens pro relatiuo.

Septem dies]illi pœnitentiæ superadditi. 5. vers. 4. totâ istâ hebdomadâ Noë cum familiâ suâ se intra arcam continuerat. 5. Hebraism.

Sexcentesimo]currente. Mensis]qui illius anni secundus, vt verisimile est Aprilis. 9. Diluuium cæpit Apr. li mense.

Rvpti svnt omnes fontes] Præcipua & † supernaturalis diluuij causa efficiens Dei voluntas fuit: sed præter illam tres alias memorat, vt sciamus Deum aptissimis medijs vsum. Prima quòd *rupti omnes fontes abyssi magnæ*, hoc est abyssorum multarum. Nam רבה *Rabah* significat multitudinem. sententia est: omnes voragines, siue concauitates profundissimæ, quibus subterranei fontes aquarum dulcium toto terrarum orbe diffusarum continebantur, sursum eruperunt. Secunda causa, *cataracta cæli apertæ sunt*. Cataractas etiam Pagninus vertit, vocabulo Græco à καταῤῥήγνυμι, præceps deorsum ruo. sic catadupas Nili Heliodorus cataractas vocauit, quod maximo illic impetu & fragore amnis delabatur. Sensus ergò, à mediâ regione aëris (quem *cælum* vocat.) tanto impetu vis aquarum maxima in terras diffusa est, vt totus aër per vastissimas scissuras quodammodo hiare, & non guttatim, seu stillatim sed fluuiorum furentium more fluctus effundere videretur. *Chrysost. hom. 25. & Rupertus libr. 4. cap. 20.* Sacra Scriptura † dicit *cælum aperiri*, quando pluit; *claudi* quando negat imbrem. Luc. 4. 25. *In diebus Eliæ quando clausum est cælum.* quod Elias prædixerat his verbis; *si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba*, 3. Reg. 17. 1. Tropologiam pete à D. Ambrosio de arcâ & Noe cap. 14.

7. Diluuij causæ.

8. Magnum pro multo.

9. Cataractæ cœli, quid.

10. cœlū claudi vel aperiri quid.

Tertia causa fuit, duratio tantæ pluuiæ per quadraginta dies & noctes artificiales: quo toto tempore crediderim illam aquarum, ex terræ venis, eruptionem durasse. Ita factum, vt etiam mare exundaret, & simul mistis atque grassantibus salsis ac dulcibus aquis, tota tellus mox obruta cooperiretur. Pluuiæ tantæ támque † diuturnæ materiam suppeditabat vaporum assidua multiplicatio, & resolutio in liquorem; vaporum (inquam) qui iam ante in aëre erant, & qui recens porrò nascebantur ex magnâ terræ extenuatæ portione euaporati; & ex aëre corrupto, qui spacium illud terræ proximum occupabat, quod altitudo aquarum superauit.

11. Pluuiæ tantæ materia.

VERS. 13. IN ARTICVLO DIEI] Noe septimo ante die fuerat ingressus nec
12 Articulus diei. egressus postea, ideo capiunt de primo illius hebdomadæ die. nã repetit quod ante. Si dicas semel egressum, vt aliquid circa animantiũ ingressũ curare; sensus, ipsâ momenti illius opportunitate ingressum, quando iam pluuia incipiebat decidere. sic Cicero *temporis articulum*, vsurpauit. Græci ἀκμὴν vocant. LXX. dumtaxat, *in ipsa die*: & sic est Hebraicè.

VERS. 14. VOLATILE] Hebræum עוף *Ghoph* significat † quicquid in
13. volatile quid. altum eleuatur motu proprio, siue alis, siue pinnulis, & his siue mobilibus siue immobilibus, vt fertur de aue paradisi seu manuc odiata.

14. Aues. AVES] צפר *çipor* pennatum † seu pennipotens, siue idoneum volare, vt columba; siue non, vt passer marinus.

VOLVCRES.] כנף *Kanaph* † significat omne alatum, siue
15. volucres. habeat pennas, siue membranulas vt vespertilio. atque ita ex He-
16. Moyses defensus, contra Lutherũ braeo patet † nihil hîc labdacismi vel repetitionis manis esse; nec incipere hîc mirabiliter esse multiloquium, ita vt aures delicatas (*asininas credo ipsius Lutheri*) verbositate offendat, nec sine fructu eadem repeti: quæ hîc omnia, honoris causa, scele-
17. Defensum & explicatũ c nuptiæ 32 q 2 pro cæli batu & virginitate. ratus ille diuinis verbis impingit. Nec fas mihi prætermittere, Sacrorum Canonum defensionem. Nam Musculus hic, satur molas lingere, & de Cocyto bibere omne virus animi virulentissimis verbis euomuit in D. Hieronymum *lib. 1. contra Iouinian.* vnde desumptus canon, *nuptiæ* 32. q. 2. plura in Diui huius dictis re-
18 virginitas paradisum, nuptiæ terram replẽt. prehendit. primò † quod dixerit nuptijs terram, virginitate repleri paradisum; quasi censeat maritos cęlo excludi. Non hęc mens Hieronymi fuit: sed alludens ad protoplastos, qui in paradiso virgines vixerunt, extra paradisum verò generationi vacarunt, et iã illud significat; quia in cœlis nec ducunt, nec nubunt, nuptias ipsas illic eiuem nullum gignere; virginitatem verò etiam hîc in terris seruatam, plurimos cælo transcribere, & sic cœlum implere. Et quis non credat ἀναλογικῶς plures in cælo virgines esse quàm coniugatos? Negẽt qui nesciunt cõiugatos diuisos esse amore & cogitatione, virgines totas
19. virginitas purior nuptijs. Deo cedere. Deinde calumniatur, quasi Sanctus † ille masculi & fœminæ coniunctionem impuritatis damnarit, cum priscis hęreticis: sed agit sophistã. Nã Hieronymus eo loco non voluit simpliciter coniugium impurum haberi: sed comparatiuè dumtaxat, quasi dicat; tantò puriorem esse angelicam hanc laudem virginitatis, vt præ illo coniugium, maximè iteratum (nam de digamia Gloss. canon. accepit) impurum esse videatur: ea phrasi, qua veterum quidem solum Deum incorporeum dixerunt. Tertiò canonem mendacij arguit, sed ipse-
20. Immũda bina ingressa. met mentitur. Non enim dixit † Hieronymus omnia animalia, quæ bina sunt ingressa, fuisse immunda; sed tantùm animalia quæ immunda erant *bina & bina* (hoc est duo solummodo) ingredi iussa; cùm munda, septena sint ingressa; quo
21. nihil verius. Quod verò hinc præterea Hieronymus † subinfert,

impar

impar numerus est mundus, cum habet sensum; animalium mundorum Numerus impar quo modo mundus.
numerus in arca fuit impar, scilicet septem; immundorum fuit par,
nempè duo. Nonne id verissimum? calumnia est Diuum voluisse
numeris pari vel impari (qua tales) puritatem vel impuritatem ascri-
bere. Verissimè quoque † Canonis auctor tradidit, binarium nume- 22.
rum à perfectione deficere. Scitum enim omnibus vnionem diuini- Binarius deficit à perfectione.
„ tati sacrum esse: vnde & illud apud Gentiles receptum, Numero
„ Deus impare gaudet. Ideò dicit, non esse bonum duplicem numerū
„ qui ab vnione diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarum,] ita capien-
dum, vt dixi; & ipsemet Hieronymus non semel inculcat, collatione
quadam boni, quod est in virginitate, & boni, quod in fœdere nu-
ptiarum intelligitur: ipsa comparatio necessariò indicat nuptias esse
bonas: nam si non essent bonæ, nec melior esset virginitas. Nume-
ris verò attributa bonitas non est moralis, vt illa, sed significatiua
dumtaxat. Fit comparatio boni significantis imaginarij, cum bono
verò & morali significato. Quibus cognitis, poteris (Lector) quas
Musculus addit calumnias, & conuitia, quæ crepat homo ventosus,
difflare instar titiuillitij, vel papporum salicis lanuginosæ.

Deus accuratè per Angelum aliquem forinsecùs ostium arcæ, Vers. 16.
fortassis etiam bitumine obturauit: ne vel aqua intraret, vel Noë
horrendum illud diluuium per rimas obseruaret: & sic à vi extraria
securus esset. A feris inclusis nullum ei periculum fuit; quæ, vt olim
Adamo, sic illi, renouata Dei iussione, per omnia parebant, quasi ci-
cures cortis aues aut mites agnelli. *Lege D. Chrysostom. hom.* 25.

DIEBVS] naturalibus: ideò vitandæ ambiguitati, LXX. *& nocti-* Vers. 17.
bus, addiderunt.

ELEVAVERVNT ARCAM] à solo, vt fluitaret & seruarentur in-
clusi. Nota, hic, peculiarem cum iustis † Dei prouidentiam: aforis 23.
arcam claudit, non vt maleficos carceri includens sicut clausit An- Dei cura erga iustos.
gelos impios. 2. *Petr.* 2. 4. Sed vt solemus cymelia, & res nobis ca-
rissimas, ne quid illis noceat. Priùs etiam eripit iustos, quàm perdat
impios, vt videbimus de Loth & Sodomitis *infr.* 19. 12. & in extre-
mo iudicio electorum remuneratio præcedet impiorum damnatio-
nem. *Matth.* 15. 24.

FEREBATVR] non velis aut remigio acta, sed sine periculo flui- Vers. 18.
tans instar nauigij. Quid mirum? pro gubernatore Deus erat: pu-
tarim opera Angelica vsum. Quadragesimo demū die, tantùm aquæ
excreuerunt, vt arcam leuare & ferre possent.

AQVÆ PRÆVALVERVNT NIMIS] ità vt ædificia cuncta Vers. 19.
subruerent; arbores, plerásque saltem, eradicarent; montium altis-
simorum cacumina superarent, etiam Athon & Olympum; quos ad
mediam vsque aëris regionem quidam in altum attollunt, *vide D.*
August. sup. c. 27. Vnde patet † aquas aliquam mediæ regionis aëreæ 24.
partem occupasse: quæ regio cùm sit vastissima & plurimorum mil- Aëris regio media an diluuio inundata.
liarium, nihil hæc inundatio officit, quin adhuc potuerit ex suprema
eius parte pluuia in aquas excrescentes decidere; & ex eius inferiore

Y regione

regione ad quindecim cubitos aër totus in aquam fuerit resolutus, & non exiguum diluuio addiderit incrementum. Postmodum, aquis recedentibus, totam hanc quindecim cubitorum sedem iterum aër impleuit: verisimile est in mundi fine loci tantumdem vindicis ignis flammas occupaturas, quam esse sententiam sacræ Scripturæ. 2. *Petr. ult. vers. 5. & 7.* insinuat D. August. *lib. 3. de Genesi ad lit. c. 2.*

25. Ignis in mũdi fine quo vsque se extendet.

PRÆVALVERVNT] noster secutus Symmachum, eodem sensu LXX. *exaltata est.* Aquila, *obtinuit.*

SVB VNIVERSO CÆLO] docet vniuersale fuisse diluuium.

VERS. 20. QVINDECIM CVBITIS] mensura idonea, vt nec gigantes, nec vllum animal altissimum in editissimi montis vertice seruari potuerit; & tam vasta moles inoffensa in aquis fluitaret. Videtur mihi hæc altitudo aquarum, sententiam Origenis de cubito geometrico astruere.

VERS. 21. OMNIS CARO QVÆ MOVEBATVR SVPER TERRAM] omne viuens sensile siue aëreum siue terrenum, *vt supr. cap. 6. 17. & cap. 7. 4.* Hinc colligitur aquatilia non exstincta diluuio. Nam quod Rabbini ea necant aquis calidis, gerris siculis adnumero. Nonne satis clarè etiam mox vers. 23. notatum ea tantùm animantia periisse quæ super faciem terræ fuerunt?

26. Pisces non exstincti diluuio.

VERS. 24. OBTINVERVNTQVE AQVÆ] durauerat pluuia & cum ea incrementum aquarum, diebus quadraginta; postmodum sic aucta, roborata, & exaltata (tot modis reddi potest גבר *Gauar*) terrã obtegens & obtinens naturalibus diebus centum quinquaginta mansit, donec penitùs decresceret: ita Iosephus, Chrysostomus, & similes, quibus credendum potiùs iniuratis, quàm Musculo per stygam suam, & Pyriphlegetonta iuranti. TROPOLOGIAM hic suggerit Eucherius, & Prosper de Prædictionibus p. 1.

27. Diluuij duratio.

CAPVT





CAPVT OCTAVVM.



RECORDATVS autem Deus Noe, 1.
cunctorúmque animantiũ, & omnium
iumentorum, quę erant cum eo in arca,
adduxit spiritum super terram, & im-
minutæ sunt aquæ. * Et clausi sunt fontes abyssi, 2.
& cataractæ cæli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cæ-
lo. * Reuersæq; sunt aquæ de terra euntes & redeũ- 3.
tes: & cœperunt minui post centum quinquagin-
ta dies. * Requieuítque arca mense septimo, vige- 4.
simo septimo die mensis super montes Armeniæ.
* At verò aquæ ibant & decrescebant vsque ad de- 5.
cimum mensem: decimo enim mense, prima die
mensis, apparuerunt cacumina montium. * Cúm- 6.
que transissent quadraginta dies, aperiens Noe
fenestram arcæ, quam fecerat, dimisit coruum: * 7.
qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec sic-
carentur aquæ super terram. * Emisit quoque co- 8.
lumbam post eum, vt videret si iam cessassent aquę
super faciem terræ. * Quæ cùm non inuenisset vbi 9.
requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam:
aquæ enim erant super vniuersam terram: exten-
dítque manum, & apprehensam intulit in arcam.
* Expectatis autẽ vltra septem diebus aliis, rursum 10.
dimisit columbam ex arca. * At illa venit ad eum 11.
ad vesperam, portans ramum oliuæ virentib. foliis
in ore suo: intellexit ergo Noe quòd cessassent

12. aquæ super terram.* Expectauítque nihilominus
septem alios dies: & emisit columbam,quæ nõ est
13. reuersa vltrà ad eum.* Igitur sexcentesimo primo
anno, primo mense, prima die mensis imminutæ
sunt aquæ super terram: & aperiens Noe tectum
arcæ,aspexit,vidítque quòd exiccata esset superfi-
14. cies terræ.* Mense secundo, septimo & vigesimo
15. die mensis arefacta est terra. * Locutus est autem
16. Deus ad Noe,dicẽs:* Egredere de arca,tu & vxor
17. tua,filij tui,& vxores filiorũ tuorum tecum.* Cun-
cta animantia quæ sunt apud te, ex omni carne,
tam in volatilib. quàm in bestiis & vniuersis repti-
libus,quæ reptant super terram,educ tecum,& in-
gredimini super terram: crescite & multiplicami-
18. ni super eam.* Egressus est ergo Noe, & filij eius:
19. vxor illius,& vxores filiorum eius cum eo.* Sed &
omnia animantia, iumenta,& reptilia quæ reptant
super terram secundùm genus suum, egressa sunt
20. de arca.* Ædificauit autem Noe altare Domino:
& tollẽs de cunctis pecoribus & volucrib. mundis,
21. obtulit holocausta super altare.* Odoratúsque est
Dominus odorem suauitatis, & ait: Nequaquam
vltrà maledicam terræ propter homines: sensus
enim & cogitatio humani cordis in malum prona
sunt ab adolescentia sua: non igitur vltrà percutiã
22. omnem animam viuentem sicut feci.* Cunctis
diebus terræ, sementis & messis, frigus & æstus,
æstas & hiems, nox & dies non requiescent.

ARGV

ARGVMENTVM:

Finis diluuij, egressus animantium ex arcâ, sacrificium Noe, & promissio Dei de diluuio non iterando.



ADDVXIT SPIRITVM] hæc prima naturalis causa cessationis diluuij. Spiritus iste fuit ventus quidam vehemens, pollens vi ad disiiciendum exsiccandumque: quem sacra Scriptura solet vocare *vrentem*. Exod. 14. 21. *Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum.* Tribuitur ista potestas quibusdam Aquilonibus. Prou. 25. 23. *Ventus aquilo dissipat pluuias.* Ecclesi. 43. 22. *Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis. Et deuorabit montes, & exuret desertum.* Verumtamen aquis tam altè terram tegentibus, non potuit naturaliter talis venti tam efficax vis exoriri: nec si exoriretur, posset adeò breui tempore tot aquas absumere. Sunt ergo hæc Dei virtuti tribuenda. Quare Moyses scribit, *Adduxit spiritum*; siue, vt est in Hebræo, *fecit transire*, hoc est vento, quem adduxerat, vim dedit penetrandi totam aquarum voraginem, & telluris ima penetralia: quo factum etiam, ne ex hoc diluuio vlla postea lues vel pestilitas diffunderetur.

VERS. 1.
1. Diluuij cessationis causa proxima ventus vrés, sed præcipua voluntas Dei.
2. Ventus vrés quis.

IMMINVTÆ SVNT] quieuerunt, resederunt.

CLAVSI SVNT FONTES] desierunt erumpere, † non quidem omnes, qui eruperant, sed illi qui priùs clausi ad solam vindictam se effuderant: non, qui ad terræ irrigationem & potum animalium desiderabantur. Sed *Cataractæ cæli* omnes † clausæ, vt sudum cælum & serenum esset, & post nubila Phœbus gratior. CLAVSÆ verò respectu diluuij vniuersalis, in perpetuum: respectu quotidianæ pluuiæ, singulæ ad tempus, donec iterum plueret. Decrementum diluuij statim post illos quadraginta dies cæpit, verum ita lentè vt non aduerterentur aquæ minui, & viderentur eodem statu consistere vsque ad mensem decimum, *infr. v. 5.* ALLEGORIAM DE CHRISTO Rupertus *lib. 4. super Genes. cap. 22.*

VERS. 2.
3. Fontes qui clausi.
4. Cataractæ cæli an omnes & in perpetuum clausæ.

EVNTES ET REDEVNTES] fluctuantes, & huc illuc dilabentes.

CAEPERVNT MINVI] in fine centum & quinquaginta dierum adeò notanter imminutæ sunt, vt intuentibus palàm esset illas decrescere & deficere. ויחסרו *Vaiachesru, defecerunt*. Chaldæus, *diminutæ sunt*, eodem sensu LXX. *ἠλαττονοῦτο*.

VERS. 3.

REQVIEVIT ARCA.] iam circa montium capita deficiente aquâ, immota arcâ consedit.

VERS. 4.

MENSE SEPTIMO] à diluuij initio.

VIGESIMOSEPTIMO DIE MENSIS] Eugubinus hîc, quia Hebraicè

5.

5. Hebræus cō textus corri gendus ex Græco & Latino.

braicè & Chaldaicè est; *in septima decima die mensis*, vult codices Græcos & Latinos omnes esse corruptos, & ex Hebræo castigandos, vt legamus; *decima septima dies mensis*. cum Eugubino sentiunt Caietanus, & Lipomanus. Imprimis constat alterutram lectionem mendosam esse debere. Secundò Ecclesiam hac in re tot sæculis etiam ante CHRISTVM, & tot sæculis post CHRISTVM non credendam prætulisse lectionem vitiatam integræ. Tertiò facilem & procliuem esse eam quæ duabus voculis ex vnâ diuisis fit mutationem. Quartò (mea sententia) plures in Hebræis etiam codicibus lectionum varietates reperiri, quod fatentur ipsi Rabbini. Quintò certum est Iudæos descriptores bibliorum Hebraicorum sæpè indoctos, semper homines fuisse, & scribendo labi potuisse: quare nihil magnoperè mirandum, si quis asserat hoc loco, non fraude (causam nullam video cur corrumpere voluerint) sed negligentiâ, post D. Hieronymi tempora, codices Hebræos vitiatos fuisse, errore non magno: & pro *Gheserim* vnâ voce, hoc est vigesimâ, (subaudi die) intrusum voculis diuisis, *Ghasar Iom*, ex עשרים factum עשר יום id est, *decima die*: isto modo legitur hodie, illo alio D. Hieronymi, immò & LXX. interpretum æuo legebatur. Quis ausit negare prisco illo *Synhedrio* codices emendatiores fuisse, quàm nunc sint in pellionum & cerdonum istorum Synagogis? vidi hominem eruditum ex nostris hîc mirè æstuantem, quod metueret fateri Hebræos libros hodie corruptos circumferri: & ideo conari vtramque lectionem defendere: frustrà. Si decem & septem tantum dies fuêre, falsò noster ponit vigintiseptem: si benè noster viginti septem; mutili Hebræi diebus decem. Sed inquiunt: ab inchoatione diluuij pluit quadraginta diebus: & aquæ super terram manserunt centum quinquaginta diebus, qui constituunt, sex menses & dies decem & septem solummodò. Falluntur: cape sex menses lunares ab initio anni vsque ad vicesimum septimum diem mensis septimi: erunt dies ducenti & quatuor: hos sic inuenies: primo pone quadraginta dies pluuiæ, deinde centum quinquaginta dies quibus aquæ terram obtinuerunt: his adde dies quatuordecim, qui intercesserunt interea, donec tantum aquæ decreuissent, vt arca penitus consideret & quiesceret in montibus Armeniæ: & ecce tibi dies plenos ducentos & quatuor, nempe sex menses lunares, & septimi mensis dies viginti septem. Quod cùm rationi tam sit consentaneum, tueamur potiùs Ecclesiasticam auctoritatem, quàm diligentiam Rabbinorum fraudulentissimorum suspiciamus & in maius efferamus.

6. Arca Noë quo loco resederit.

MONTES ARMENIÆ] Hebraicè & Græcè, אררט *Ararat* quod D. Hieronymus ait Armeniam esse; non dubito vocari *montes Armeniæ*, quoniam huic regioni fuerint vicini. Sunt pars Tauri, qui varia locis diuersis nomina accepit. *Gordiaos* vocat Curtius *lib. 4. de gestis Alexandri*, vt & Berosus qui κορδυαίων, facili mutatione inter g. & *Kappa*. Nicolaus Damascenus (corruptè legitur in versione Ruffini; *Mnaseas Damascenus*, apud Iosephum lib. 4.) aliud nomen dat, nempe βάρις. Chaldæus Paraphrastes consentit cum Beroso, nam vertit mon-

Locus Ruffini correct.

tit mon

tit montes קרדו *Qordu*. Vnde patet emendandum codicem D. Ambrosij *lib. de arca & Noë cap.* 17. vbi dicitur mons *quadrati*, pro *Ararat*, vt est apud LXX. quos D. ille sequebatur. Locus Ambrosij. Videtur mihi has diuersitates nominum conciliare voluisse S. Epiphanius in principio Panarij, dicens, post diluuium requieuisse arcam Noë in montibus *Ararat* (ecce LXX.) medijs intermedio Armeniorum, & Cardyensiũ fines, Locus Epiphanij. (*ecce nostri versionẽ & Chaldai paraphrasim*) in monte *Lubar* appellato. Eece nomen quod Damascenus prodidit sed aliter inflexum cum suo affixo. ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἀραρὰτ, ἀναμέσον ἀρμενίων καὶ καρδυαίων ἐν τῷ λυβὰρ ὄρει καλουμένῳ. Procopius; Ararat: medius inter Armeniam & Parthiam excurrit versus Adiabenorum regionem.] Sibyllina oracula lib. 1. post princip. videas pro Armenia Phrygiam obtrudere: quod falsum planè: vt & illud quod subdit eadem Sibylla se cum marito suo in arcâ inclusum fuisse.

Ibant et decrescebant] magis magisque deficiebant. Hebraismus; vt Prou. 4.18. *procedit & crescit vsque in perfectam diem.* Vers. 5.

Decimo mense] à cæpto diluuio mense ferè septimo exacto sic aquæ defecerant, vt arca desineret fluctuare & deprehensa solo hæreret: nondum tamen vsque adeo defecerat aqua, vt vllo se loco terra proderet. Nam arcæ moles aliquot cubitis, fortè plus minùs nouem, pondere suo se sub aquas penetrarat, vt nauigia solent oneraria. Nunc demum mense decumo inchoante, hoc est quinquagesimo postquam arca resederat die, montium editorum vertices nudati conspiciebantur. Multa solent obijci huic calculationi, quam veriorem duco; pro quorum solutione sciendum † Moysem in hac diluuij de- 7. scriptione non numerasse omnes omnino dies vel menses anni, quo Diluuij dies diluuium cæptum finitumque fuit; sed multos inuoluisse silentio, quo pacto dumtaxat verò meminisse illorum, quibus aliquid occurrit necessa- Moyses expresserit. rium historiæ diluuij illustrandæ. Meminit diei septimæ decimæ secundi mensis *v.* 11. *cap.* 7. quia tunc cæpit pluere. Meminit quadraginta dierum incrementi aquarum per pluuias. *cap.* 7. *v.* 12. & 17. vt intelligamus aquas altissimè excreuisse: his quadraginta diebus vnum addit Oraculum Sibyllinum lib. 1. Meminit centum quinquaginta dierum quibus diluuium terras occupauit, & quasi pacificâ possessione tenuit, & post quos aqua imperceptibili quodam defluxu subsidere cæpit. *d. cap.* 7. *v. vlt.* Addidit diem vigesimamseptimam mensis septimi, quia tunc arca fæderis velut deprehensa solo hæsit. *cap.* 8. *v.* 4. Subdit diem primum mensis decimi, quia tunc cacumina montium cæpta nudari. *cap.* 8. 5. Mox recenset alios quadraginta dies, quibus elapsis Noë exploratrices volucres arcâ emisit. *ca.* 8. *v.* 6. & 8. & septimi diei subsecuti mentionem subinfert, post quem columba pacis sponsorem ramum attulit. *cap.* 8. 10. patientiam adhuc Noë demonstrat, & septem dies expectasse post columbam emisisse rursus, quæ non redierit. *cap.* 8. 12. Denique concludit cum mensis secundi die vicesima septima, eo quod illa, cùm iam terra sufficienter exsiccata esset, iussu Dei, Noë sit arcam egressus, & orbi renato restitutus.

cap.8.v.16. Hæc certa sunt: cetera obscuriora & incertiora, quàm vt certo aliquid clarè de illis queat affirmari. Aliam viam iniuisse virum singulari acumine ingenij, linguarum peritiâ, & sacræ Scripturæ cognitione præditum Luisium Legionensem comperi postquam hæc scripseram; quam malo legi, in lib. *de agnotypico*, quem nunc edidit eiusdem D. Augustini Eremitarum nobilissi. ordinis lumen alterum, Basilius Poncius Legionensis, dignus tali patruo nepos; cap. 5. quam hic meis verbis commemorare.

VERS. 6. TRANSISSENT] à primo die mensis decimi.

APERIENS] mensis vndecimi die duodecimo.

8. FENESTRAM] illam de qua superius cap. *6. 16.* quam septuaginta vocant *ostium*; quod moneo, ne putes illos locutos de arcæ ianua, quam aforis Deus occluserat.

LXX. explicati.

DIMISIT CORVVM] crassior enim erat arca, quàm vt ipsemet Noë exerto capite circumquaque posset longe lateque aspicere: ideo coruo vtitur, ex cuius reditu vel emansione colligeret, egrediendúmne an adhuc remanendum.

VERS. 8. QVI EGREDIEBATVR ET NON REVERTEBATVR] Hebraicè est;
9. ויצא יצוא ושוב *Vaiece iaço Vascob & exiit egrediendo & redeundo.* Canus & alij volunt lectionem Hebræam esse mendosam & ex nostrâ corrigendam, additâ negatione: non video cur id asseramus. Nam & Chaldæus Paraphrastes negationem non legit, & Iosephus Græcè, vt hodie exstat *lib. 1. antiq. cap. 4.* habet, πρὸς τὸν Νῶχον ἐπανῆλθε. Veruntamen ea lectio mihi suspecta est, quia Ruffinus vertit, *non regressus est ad Noë*: vt legisse appareat πρὸς τὸν Νῶχον οὐκ ἐπανῆλθε. nam Iosephus sequitur versionem LXX. in qua habes, καὶ ἐξελθὼν, οὐκ ἀνέστρεψεν, *& exiens non est reuersus*; ex qua versione sic citauit D. Hieronymus *Dialogo contra Luciferianos & epist. ad Oceanum*, non verò ex Hebræo, vt vir doctus putauit. Plus vrget, quod hîc ex Hebræo transferens negationem retinuit; verùm opinor ad sensum attendens, non ad apices litterarum. Auctor qui latet sub Sibyllarum nomine lib. 1. etiam legit negatiuè, vt LXX. Verùm Hebræos codices affirmatiuè etiam Procopius legerat; maneat ergo inconuulsus codex Hebræus. An ergo Græca & Latina exemplaria corrigenda? volunt ex Catholicis Ælius Nebrissen. & Anton. Honchala, & constat quosdam libros Latinos carere particulâ abnutiuâ: sed illa minùs probantur. Nam Complutensia, Regia, Aldina, & Vaticana exemplaria Græca Latinaque eam particulam retinent; & hoc omnes Patres, vno Procopio (si hæreticus interpres hîc nihil turbauit.) excepto, sunt secuti. Recta lectio nostra, nec repugnat Hebræo fonti: *vt benè Franciscus Lucas, Annotatio. scriur in Genes.* Iste non dicit; *coruus exiuit & reuersus est ad Noë*, sed dicit *exiuisse egrediendo & redeundo*; quæ diuersa sunt. Nam hac phrasi significat non ita rediisse, vt Noëmo nuncium referret; sed vago volatu, modò quo lubebat auolasse, & modò ad arcam, vt in summo eius consideret, reuolitasse, longiùs à fenestrâ, quàm vt eũ Noe posset introferre, sicut columba fecit. hæc est Lirani, &

Coruus an ad arcã redierit. Defensa versio nostra. Iosephi locus.

F

ni; & Tostadi, post Iarrium sententia, fuit etiam SS. Augustini hîc q. 13. & Chrysostomi *hom.26.* sententia; qui addiderunt coruum, iacentia in montium cacuminibus detectis cadauera, depastum. Quod cur Caluinus fabulam vocaret, & (quod magis miror) etiam Eugubinus, planè indignor, ausos ita de grauissimis Patribus loqui. Nec tâta difficultas oriri, quanta cuidam visa, mihi videtur; si dicamus nec omnia cadauera gigantum illorum omnino dissoluta, nec omnia quoque à piscibus ita deuorata, vt auidæ aliti non esset quærendi & indagandi occasio. Volitabat ad cadauera, stimulante gulositate; reuolitabat ad arcæ culmen suadente fatigatione, & vuore limositateque telluris illam abigente. Sic ad Noemum non redibat infidus explorator: fors quòd vafrum & malignum animal nolebat iterum in caueam subire, gustatâ libertate natiuâ. Ita factum, vt siue Noe aduerterit ita circũuolitantem, siue non aduerterit, dubius tamen manserit, satisne sicca tellus ad egrediendum.

DONEC] non quod postea redierit, sacræ Scripturę frequens locutio. Ps. 109. 2. *donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ.* Matth. 1. v. vlt. *non cognoscebat eam, donec peperit.* 10. Donec pro nunquam Hebraism.

COLVMBAM POST EVM] septimo die ab emissione corui. Hebraicè, *à se*, vtrumque verum; *à se emisit*, sed *post coruum.* VERS. 8.

VBI REQVIESCERET] vbi pedem figeret. adhuc omnia erant lutulenta à limo obsita. VERS. 9.

SVPER VNIVERSAM TERRAM] non æquales vbiq; sed super quosdam montes nullæ, super alios exiguæ, super conualles satis altæ.

DIEBVS ALIIS] sic secundo emissa die, post coruum, decimoquarto. VERS. 10.

VENIT AD EVM] tota lutulenta pedes. πηλόπους, Iosepho. VERS. 11.

AD VESPERAM] toto pasta die (*Chrysost. hom. 26.*) ad comparem in hospitium notum redit nocturno frigori vitando.

RAMVM] עלה *Ghaleh*, folium, Synecdochicè pro paruo ramulo frondoso. LXX. φύλλον ἐλαίας κάρφος *folium oliuæ festucam.* hoc est frondosam festucam seu potiùs rami surculum supremum tenuiorẽ; quẽ videlicet columba rostro potuerit defringere. Iosephus θαλλὸν ἐλαίας κομίζουσα. Sibylla lib. 1. κάρφος ἐλαίας ζῶμα φέρουσα. *ramum frondentis oliuæ ore ferens.*

OLIVÆ] Plinius *lib. 16. cap. 20.* scribit oleę folia, nec defluere, nec virorem hyeme amittere: ideo seruauit sub aquis annum integrum foliorum decus. Chrysost. sup. ALLEGORICE Tertullianus *lib. de baptismo cap. 8.* scribit typum eius sacramenti fuisse. 11. Oliuæ naturalis viror.

INTELLEXIT ERGO NOE QVOD CESSASSENT AQVÆ SVPER TERRAM.] Sciebat iam aliquot diebus pluuias cessasse, sciebat quædam loca aquis libera: sed nondum fuerat satis certus, an aquæ omnia loca quæ priùs occuparant, ita deseruissent, vt posset in terra degi, & pasci animalia. Dubium columba sustulit; nam ramusculum attulit viridem, & folia nec humida nec vuida, sed sicca habentem, quem columba sub aquis non decerpserit. *ita D. Ambros. lib. de arca & Noe cap. 19.* Non est prætermittendum acutum istud Tertulliani *lib.*

 aduersus

aduersus Valentin. in prin. columba à principio diuinæ pacis præco: »
serpens verò à primordio diuinæ imaginis prædo.]iste typus hæreti- »
corum,illa Ecclesiæ Catholicæ figura: quam Allegoriam, & diluuij
atque arcæ,columbæque figuram totam accuratè proponit S.Chry-
sost.*Homil.in terra motum*, quam habes in Decade illa Græcè & La-
tinè edita,per frontonem Ducæum Soc.Iesu Theologum.

VERS.12. NON EST REVERSA VLTRA]clarè reddidit idiotismum; *& non addidit vt reuerteretur:de quo dictum superius.*

VERS.13. IMMINVTÆ]hoc die solummodò superficies terræ siccata, interiùs limosa cænosaque perstitit:pedetentim subsequētium quinquaginta sex dierum spacio fuit *arefacta*, hoc est perfectè siccata, *infer. v.14.*

APERIENS NOE TECTVM] non totum, sed ex parte, tot tabulis remotis, quot ad explorandum terræ statum necessariæ. *Caietanus.*

VERS 17. CRESCITE & MVLTIPLICAMINI]imperatiuum posuit† pro futuro,nam est benedictio, & ea (vt rectè Chaldæus) propriè ad bruta dirigitur. quia de hominibus sequenti capite agetur.

12. Hebraism. imperatiui pro futuro.

VERS 18. Ipse ordo egressionis ex arcâ satis indicat,intus viros ab vxoribus fuisse separatos,vt notat Caietanus:nec contrarium Caluinus potuit probare.

VERS. 19. SECVNDVM GENVS]quilibet masculus cum fœmellâ suæ speciei, taurus cum vaccâ,verres cum sue,aries cum oue,hircus cum capella,caballus,cum equa &c.

VERS. 20. ÆDIFICAVIT AVTEM NOE ALTARE] מזבח *Mizbeach* † à radice זבח *mactare*, vocatum, eo quòd in altari victimæ mactentur. Latini quasi *altam aram* dixerunt. Primum hoc *altare* legitur: & hinc gentiles ritum suum in altaribus sacrificandi accepisse censet Diodorus Tarcensis.Spontè, & non iussum, exstruxisse tradit D.Ambrosius, *d.lib.cap.22.* Catholicum altarium vsum egregiè tuetur Fran. Feuardentius *lib.1.additionum. Ad Alf.Castrij contra hæreses librum.*

13. Altarium origo.

HOLOCAVSTA]ex septimo illo mundorum animalium cælibe seu solitario,iuxta Diodorum Tarcensem *in Cathena Græca.*De holocausti significatione res non obscura,& peti potest à Ribera *lib.4.de templo cap.2.*

14. Holocausti origo.

VERS.21. ODORATVSQVE] Nouatianus *lib. de Trinitate* vertit; *odoratus est odorem bonæ fragrantiæ.* Sed Tertullianus rectè *lib. 2. contra Marcionem* explicuit Hebraismum, vertens; *odoratus est libenter.* Significat enim † odorem sacrificij (hoc est ipsum sacrificium, nostro more loquitur, qui nidore carnium delectamur) Deo acceptum fuisse. Sensus, iste, ab Gentilibus exprimeretur, *litatum fuit.* Chaldæus clarè; suscepit Dominus cum beneplacito oblationem »
eius.]Hebraicè habes *odorem quietis*;ab effectu,quodDei placet iram,
Deum tranquillet commotum. *Sic Vatablus & Oleaster.*

15. Hebraism. odorari suauitatem sacrificij.

DIXIT AD EVM]non, Deus *pater ad filium seu verbum*,seu vt ineptissimè

tissimè Matthesius hæreticus apud Selneccerum: sed, vt antiquitas omnis exposuit; Deus ad Noemum, Hebraicè quidem est; אל־לבו *El libo, ad cor suum* quod Chaldæus exponit, *in verbo suo*: & LXX. *διανοηθείς, recogitans*, post *multam cogitationem*, seu *considerans*. quibus phrasibus volunt significari firmum & deliberatum Dei decretum, *sic Vatablus & alij*. Chaldæus eodem recidit, veluti si diceret, pollicitus est verbo suo, *diole su palabra*. Sed quid hæc ad nostram versionem, in qua nihil horum habetur? an mutila? absit. Equidem admiror doctrinam & sapientiam auctoris. Vidit & intellexit Hebraismum elegantiæ plenum; Noemum vocari *cor Dei*, eo quod à Deo diligeretur summopere. q. d. dixit ad eum qui corculum erat. Sicut Latinis, *corculum populi, corculum Mineruæ*, &c. tunc; *suum*, propriè accipitur: sed (quod mallem) si *suum* capias pro *eius*, tunc sententiâ commodiore res eodem recidet, Deus dixit ad cor Noemi; locutus est ad cor eius, benignè valdè placentia & consolationis plena verba profatus: de quo loquendi genere dicam pleniùs infetius *cap.* 34.3. loqui ad cor, est verba vitæ, hoc est carissima & planè viuifica alicui loqui. sumpta phrasis fortè, quia vitæ & animæ sedem præcipuam Hebræi in corde collocabant. Et vide an non vitæ verba; NEQUAQUAM VLTRA MALEDICAM, &c. non ampliùs terras, vt feci, diluuio perdam. quoniam volo homines deinceps propagari. sic *D. Ambros. sup. c.* 22. & ipse Deus exponit Esaię 54.8. *In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redemptor tuus Dominus. Sicut in diebus Noe istud mihi est; cui iuraui, ne inducerē aquas Noe vltra supra terrā: sic iuraui, vt nō irascar tibi.*

16. Hebraism. dicere ad cor suum.

17. Cor pro dilecto.

18. Loqui ad cor alicuius.

PROPTER HOMINES] propter hominum peccata. *Chaldæus*.

SENSVS ENIM & COGITATIO HVMANI CORDIS IN MALVM PRONA SVNT AB ADOLESCENTIA SVA] confer cum hîc dicendis dicta sup. c. 6. 5. huius loci sententia est: adeo infirmus est homo, & ab adolescentia tam pronus in malum, vt si quoties peccet, ego vindictam pergam sumere, sæpè mihi mundus sit diluuio mergendus, nec vlla generis humani propagatio ferè sit futura, semper absumendis qui vix suffecti absumptis. Ideo decreui mitiorem viam insistere, & deinceps singulos suis suppliciis plectere. Non dubium est hoc nostrum interpretem voluisse; sed aduersarij versionem ipsam inuadunt, & vehementer accusant. Lutherus molossicè baubat, interpretem Papistis ansam hîc prębuisse, assertioni de libero arbitrio; (quam ipse vocat errorem) & dicendi hominem ad peccandum non cogi: sed pronum dumtaxat esse. fundamentum eius est, יצר ליב *leçer leb* significat ipsam naturam seu essentiam hominis, ipsam (ait) rationem cum intellectu & voluntate. similia latrant Oecolampadius, & Caluinus hîc. Verùm quod ipsis probandum imprimis erat, id non fecerunt: hoc autem fuit, *Ieçer* hoc loco non posse significare cogitationem, vt aliis locis significare lexica docent. Sufficiat quidem hoc respondisse. Ex abundanti tamen probabo, *Ieçer* istud, etiamsi *figmentum* vel *machinationem* vertas, non posse hîc significare naturā seu es-

19. Versio nostra defensa, vna cum libero arbitrio.

20.

Figmẽtum hominis, differt à figmento cordis hominis.

ſeu eſſentiam animæ rationalis, quò illi inſciè detorquẽt; ſed procliuitatẽ tantũ & propenſionem, vt nos cõtendimus. Quod primũ inde conuincitur, quia nõ habetur; *figmentũ hominis Ieçer baadam* (quod adhuc ambiguum foret, nec malè ſumeretur pro imaginatione hominis, vti ſup. cap. 6. 5.) Sed dicitur *Ieçer leb baadam, figmentum cordis hominis*, ſeu cordis humani; quod non poteſt, niſi longè petitâ explicatione, ſumi de ipſâ hominis eſſentia, qua homo eſt; quæ cordis humani figmentum non eſt: ſed neceſſariò capi debet de figmento, machinatione, & adinuentione cordis humani, hoc eſt de iis quorũ quaſi plaſtes, formator, & procreator† eſt cor: quod figmentũ CHRISTVS explicuit, cùm dixit; *cogitationes malas de corde exire* Matth. 15. 19. velut ex officinâ, vbi fabricatæ ſunt. In corde potiſſimum cenſetur latere peccati fomes & cõcupiſcentia, qui hominẽ variis illecebris & pellaciis fallacibus nunquã deſinit ad malũ inuitare. Sic Metonymicè *cor* †hîc etiã poteſt ſumi pro iſto fomite ſeu concupiſcentiâ. Ad quã vim concupiſcentiæ exprimendã noſter interpres efficaciter admodũ & peritè duob. vtitur vocabulis, *ſenſus & cogitationũ* vocat *ſenſum*, ipſum appetitũ concupiſcibilẽ: *cogitationes* verò vocat cõſilia, adinuẽtiones, & imaginariorũ moliminũ diuerſa figmenta, quæ homines fabricantur & confingunt, vt votis prauæ cõcupiſcentiæ ſatisfaciant: quę non ſunt ipſa hominis eſſentia, ſed naturæ peccato originali vulneratæ, quaſi purulẽtæ quędã exhalationes, & fœtores: & accedẽte mora delectatione aut conſenſu, euadunt mera actualia peccata. Secundò id aſtruitur, quia nullus (quòd ſciã) Gręcus, Hebræus, Latinus interpres ſacrę Scripturę, ante infęlicẽ Lutherũ, cenſuit hoc loco ipsã hominis eſſentjã denotari; ſed ſolũmodò effrenem concupiſcentiã, quæ verè mala eſt, & eius quoq; molimina ſunt improbæ. Ideò LXX. illi, qui cõſtituebant integrum SYNHEDRION magnum, tranſtulerunt; *quia cogitatio hominis diligenter incumbit in mala.* ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ: quibus verbis nihil niſi propenſio cum conatu iuncta inſinuatur. Rabbini quoque recentiores *Ieçer* exponunt concupiſcentiam ſeu inclinationem, *vt Kimchi in radicibus, & alij.* Eodem modo Patres acceperunt, *vt Chryſoſtomus homil. 26. D. Ambroſ. ſup. cap. 22. Rupertus d. lib. 4. cap. 28. & Strabus hîc.* Tertio quia falluntur craſsè Lutherani, dum hæc referunt ad culpam originis, & ad vitiatam propter eam naturam hominis: tantùm enim abeſt; vt nec, de concupiſcentiâ ſeu propenſione ſecundùm ſe, ſit ſermo; ſed tantùm de actu peccante, & quæ re ipsâ malis operã dat cõſcientiâ agi, rectè dicti Patres obſeruarint. *Chryſoſtomus Sic*: incumbit »
mens diligenter in mala opera. *Ambroſius*: diligenter cor hominis ad »
peccata propendere, &, quod peius eſt, ſtudium non deeſſe. *Rupertus*: »
nomine *ſenſus* quinque ſenſus corporis ſignificat, qui proni ſunt in »
malum; præſertim vbi cogitatio cordis, qua reſtringi & gubernari »
debuerant, & ipſa prona ad malum, iiſdem ſenſibus pro armis vtitur »
ad opus malum.] Quartò hæc ad actuale peccatum ſpectare patet, »
quia Deus dicit ſe non ampliùs hominum peccata diluuione punitu-
rum.

21. Cor officina cogitationum.

22. Cor pro cõcupiſcẽtia.

rum.agit ergo de peccatis eius generis, cuius fuerant quæ aquis pu nierat:Sed diluuio non puniuit originale peccatum, nec vulnera per illud naturæ imposita;verum puniuit illo peccata hominum actualia. Igitur de peccatis actualibus, & non de originali Deus loquebatur.

Vltimò probatur ista Catholica explicatio:quia, si de naturâ ipsâ, siue de originali peccato mentiô fieret,diceret potiùs hominem pronum in malum à correptione suâ:iam enim tunc originale peccatum eum inuasit.Nunc vero, ne ab infantia quidem, nec à pueritiâ dixit; sed *ab adolescentia sua*: quo satis indicat se respicere ad id,quod sapiẽter D. Ambros. his verbis scribit:ex illâ ętate crescit malitia,licet alibi legerimus,quòd non sit fine peccato nec vnius diei infans; sed & infantiâ fine peccato non sit propter corporis infirmitatem: diligentia autem & studium peccandi incipiat à iuuentute: vt puer, quasi infirmus peccet:iuuenis,tãquam improbus, qui studiosè cupiat peccata committere, & in criminibus glorietur. Iob.14. Similia Rupertus. Vidit Caluinus id suis refragari. quare contendit esse vertendum *à pueritia*, non, AB ADOLESCENTIA.& hac(ait)particula meliùs exprimi homines nasci malos:vt ostendat simulac per ætatẽ cogitationes formare inceperint,corruptã se nactos mentis radicẽ.) Ita conatur elabi coluber iste tortuosus: sed stringatur aspero folio. Contendo vocem נער *Nachar*, deduci à verbo simili quod puncto tantùm priore discrepat, & significat excutere, ideo מנעריו *Minneghurau* hîc non censendum significare *à pueritia*, quatenùs illa restringitur ad infantulum, vel puerulum,vt ille vult:sed ad puerum adolescentiæ vicinum, seu potiùs adolescentem,qui iam curâ parentum solutus, hoc iugum quasi excussit, & ad faciendum cogitandumque quod lubet alacris ac vegetus est,quales esse solent iuuenes à calce pueritiæ vsque ad virilem statamque ætatem,quos describit ille;

23. Adolescentia rectè redditur à nostro.

Imberbis iuuenis tandem,custode remoto.
Gaudet equis,canibúsque,& aprici gramine campi:
Cereus in vitium flecti,monitoribus asper,
Vtilium tardus prouisor,prodigus æris,
Sublimis,cupidúsque,& amata relinquere pernix.

Quare LXX.vt noster,ἐκ νεότητος αὐτῆ, *ab adolescentia sua*, vt etiam Pagninus, & Vatablus:sed & hæretici,Marbachius,Pellicanus, Musculus, & ipse Caluini antecessor Lutherus *adolescentiæ* vocabulo vt meliore vsus;quamquam perabsurdè mox adolescentiam iste retulerit ad annum ætatis sextum,quo ratione homines vti incipiunt,quis vnquam vel semibarbarus puero sexenni tribuit nomen adolescentis? Confirmatur hoc argumentum. Deus agit de peccatis grauioribus,propter quæ diluuium terris immiserat:ergo non de puerilibus, quæ tam atrox supplicium non solent promereri, propter iudicij infirmitatem & decretorum inconstantiam. Aliter respondet Lutherus; teneræ illius ætatis mentionem fieri, eo quòd occulta tum latent, quæ in adolescẽtiâ se manifestant. Insto:vel vult latere eò quòd procliues sint ad illa;& hoc non pugnat nobiscum, quia procliuitas illa,


cum per se peccatum non sit, punitio indigna est: vel vult latere, eo quod cuperent committere, quæ non audent, vel non possunt per imbecillitatem: & iam ille consensus actuale peccatum est, non ex essentiâ malâ naturæ; sed ex concupiscentia natum. quod nihil iuuat figmentum hæreticorum, nec obstat arbitrij libertati. quia sponte consenserunt. Quid si dem ex hæreticis, non minimæ inter illos auctoritatis vnum, quem vis veritatis coegit hunc locum nobis

24 Musculus suos magistros damnat. cedere? Musculus est, qui hoc loco quæst. 2. sic scribit? Non dicit, « quoniam figmētum cordis humani malum *à creatione*, aut *à principio*; « sed *ab adolescentia sua*; vt significet se loqui de consilijs, studijs, & co- « gitationibus humani cordis; quæ homo in corde suo corrupto, ab eo « tempore voluit ac reuoluit; quo per ætatem capax est studiorum, « cogitationum, ac meditationum id quod statim ad adolescen- « tia fieri solet.) quid clarius potuit discipulus contra magistrum « suum Lutherum, & contra symmystem Caluinum? Ecce dicit, non agi de natura, seu radice deprauata, neque de originali culpa; sed de actuali consilio, studio, cogitatione meditatione; idque non de tempore pueritiæ, sed de inchoata adolescentia, Sic, sic (Domine) præstas salutem ex inimicis nostris.

VERS. 22. CVNCTIS DIEBVS] non quamdiu stabit *terra*, quæ *stat in æternum*; sed quoad homines in terris degent, in quorum gratiam hæc temporū vicissitudo fuit ordinata. propterea malè ex hoc loco Peripatetici æternitatem mundi colligerent. Promittit enim Deus, remota dilu-

25. Anni diuisio secundū Hebræos in sex partes. uij confusione, gratam & necessariam homini mortali tempestatum successionem. *D. Ambros. 9. lib. cap. 13.* SEMENTIS & MESSIS] in recto casu hæc posita. Non displicet mihi Hebræorum explicatio, quam sequitur Antonius Honchala: nempe describi vicissitudinem anni tempestatum, & partium diei naturalis; hoc quidē, cum dicitur, DIEI & NOCTIS: illud verò sex præcedentibus, SEMENTIS & MESSIS, FRIGVS & AESTVS, AESTAS & HYEMS: nō habuit noster Latina vocabula, vt nec LXX. Græca; quibus clarè explicaretur proprietas Hebræi fontis. Nam Hebræi annum in sex partes diuidebant, cæteri in quatuor tantùm, & ideo duas cogūtur bis repetere. Sex illæ sunt, incipiendo vt hîc à semente, זרע *Zeragh satio*, à medio Septembri, vsque ad medium Nouembrem. 2. קר *Qora frigus* vsque ad medium Ianuarium. 3. חרף *Choreph hyems* vsque ad medium Martij, quamquam hoc non est indubitatum. quarta est קציר *Qaçir messis*, vsque ad dimidium Maij. quincta קיץ *Qaiç*, *æstas* vsque ad dimidium Iulij. Sexta חם *Chom*, vsque ad medium Septembrem, & hunc vocant *æstum*. Sic singulis duos menses assignant, vt nos veri, æstati, autumno, hyemi ternos vnicuiq; Isidorus Clarius has sex tempestates conatur Latinè. floritionē, maturationē calorē, seminationē, frigus, & hyemem. Si cui hæc non placēt, dicat, describi vicissitudines laboris, vnā messis, alterā sementis; & vicissitudines anni, æstatē & hyemē, & vicissitudines tēpestatis, frigus & æstū. ALLEGORIAM pete ab Eucherio hic. NON REQVIESCENT] nō desinent sibi mutuò succedere.

CAPVT



CAPVT NONVM.



BENEDIXITQVE Deus Noë & 1.
filiis eius. Et dixit ad eos: Crescite, & multiplicamini, & replete
terram. * Et terror vester ac tre- 2.
mor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli,
cum vniuersis quæ mouentur super terram: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. * Et 3.
omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia.
* Excepto, quòd carnem cum sanguine non co- 4.
medetis. * Sanguinem enim animarum vestra- 5.
rùm requiram de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, de manu viri, & fratris eius
requiram animam hominis. * Quicumque ef- 6.
fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo.
* Vos autem crescite & multiplicamini, & in- 7.
gredimini super terram, & implete eam. * Hæc 8.
quoque dixit Deus ad Noë, & ad filios eius cum
eo: * Ecce ego statuam pactum meum vobis- 9.
cum, & cum semine vestro post vos: * & ad om- 10.
nem animam viuentem, quæ est vobiscum, tam

in volucribus quàm in iumentis & pecudibus terræ cunctis, quæ egressa sunt de arca, & vniuer-
11. sis bestiis terræ. * Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps di-
12. luuium dissipans terram. * Dixítque Deus: Hoc signum fœderis quod do inter me & vos, & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum
13. in generationes sempiternas: * Arcum meum ponam in nubibus & erit signum fœderis inter
14. me, & inter terram. * Cúmque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus:
15. * & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat: & non erunt vltrà aquæ diluuij ad delendum vni-
16. uersam carnem. * Erítque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni quod pactum est inter Deum & omnem animam viuentem vniuersæ carnis quæ est su-
17. per terram. * Dixítque Deus ad Noë: Hoc erit signum fœderis, quod constitui inter me &
18. omnem carnem super terram. * Erant ergo filij Noë, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: porrò Cham ipse est pater Chanaan:
19. * Tres isti filij sunt Noe: & ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam ter-
20. ram. * Cœpítque Noë vir agricola exercere
21. terram, & plantauit vineam. * Bibénsque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo
22. suo. * Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nuncia-
23. uit duobus fratribus suis foras. * At verò Sem & Ia-

& Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, &
incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris
sui: faciesque eorum auersæ erant, & patris viri-
lia non viderunt. * Euigilans autem Noe ex vi- 24.
no, cùm didicisset quæ fecerat ei filius suus mi-
nor, * ait: Maledictus Chanaan, seruus seruo- 25.
rum erit fratribus suis. * Dixitq; : Benedictus 26.
Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius.
* Dilatet Deus Iapheth, & habitet in taberna- 27.
culis Sem, sitq; Chanaan seruus eius. * Vixit 28.
autem Noe post diluuium trecentis quiuqua-
ginta annis. * Et impleti sunt omnes dies 29.
eius nongentorum quinquaginta
annorum: & mor-
tuus est.

Aa AR



ARGVMENTVM.

Deus Noemo, familiæ, & coniugio benedicit, esum carnium concedit citra sanguinem, homicidij pœnam sancit, fœdus percutit cum Noë: hic inebriatur, nudatur, ridetur, tegitur, Sobrius denique vni filiorum maledicit, duobus benè precatur.

VERS. 1.

1. Hominis semel concessa confirmantur.



BONA quæ † Deus homini recens creato concesserat, & poterant videri propter peccatum adempta; nunc eidem illa quasi restaurato confirmat, propagationem, fœcunditatem sui generis, in bestias imperium quod post peccatum Adamo relictum: denique commodos vitæ tuendæ cibos.

VERS. 2.

2. Hominem bestiæ naturaliter obseruant & timent.

TERROR VESTER] ita fit: timent † hominem feræ naturaliter, fugiunt quâ conspectum, quâ casses & insidias, trepidant ad vocem minasque: nec sæuiunt in dominum nisi lacessitæ iniuriâ, fame, aut aliâ perturbatione concitatæ. TROPOLOGIAM D. Gregorius *lib. 21. Moral. cap. 11.* ponit.

VERS. 3.

MANVI VESTRAE TRADITI] Sic tamen, ne in possessione vlla fraus, vis, aut iniquitas intercedat, nec in vtendo intemperantia vel abusus. Nam idcirco Deus postea leges contra fures rei alienæ, & eos qui suis animalibus abuterentur, sanciuit. *Exod. 23. 12. Leuit. 20. 15. Deuteron. 25. 4.*

3. Carniũ esus an ante diluuium fuerit.

OMNE, QVOD MOVETVR ET VIVIT ERIT VOBIS IN CIBVM] Cum D. Chrysost. *hom. 27.* & Theodoreto *q. 55.* censeo † ante diluuiũ licuisse carnibus vesci, sed posteros Seth illis abstinuisse: nunc Deus significat non fore sibi ingratum, si carnibus deinceps, æquè ac oleribus, vescantur: causam puto fuisse, plantarum vim debilitatam, & terrarum fœcunditatem diluuio imminutam. Sic enim Deus consuluit humanæ necessitati, vt benè Nouatianus *epist. de cibis Iudaicis.* malè Tertullianus iam Montanista *lib. contra Psychicos cap. 4.* id humanæ incontinentiæ indultum dixit. Refelluntur hac Dei permissione Pythagoræi, qui nefas putabant animal occidere & vesci: scita de hac re illa Nasonis Metamorphosi extremâ;

4. Ciborũ potestas homini à Deo cõcessa, non obstat legibus Ecclesiasticis de ieiunio & ciborum delectu.

Heu quantum scelus est in viscere viscera condi,
Congestóque auidum pinguescere corpore corpus,
Alteriusq; animantem animantis viuere leto.

Non refellitur delectus ciborum & carnispriuij legibus Ecclesiasticis sanciti, huic enim permissioni, vt ceteris, includuntur circumstantiæ debitæ; scilicet vt sumantur carnes loco, tempore, modo, discretione quâ oportet: breuiter Clemens Alexandrin. *lib. 2. pædago. c. 1.* Sed de hac re contra hæreticos huius temporis, plura Rob. Bellarminus *libro secundo de bonis operibus capite septimo.* Pugnaret cum Dei permissione lex Ecclesiæ, si carnes semper & omnibus prohiberet;

non pu

non pugnat, quæ certis temporibus & personis prohibet.

CARNEM CVM SANGVINE] aliquando in sacra Scriptura *carnem comedere* significat hominem occidere. Psal. 26. 2. *Appropiant super me nocentes vt comedant carnes meas.* Iob. 31. 31. *Quis det de carnibus eius vt saturemur.* (etsi sit etiam alia loci expositio) verùm tunc non additur, *cum sanguine.* Hebraicè hoc loco ad verbum habetur ; *carnem in anima sua in sanguine suo non comedetis.* quod de more † illius linguæ est per appositionem exegeticè dictum, quasi dic. Non comedetis carnem cum animâ suâ, quæ anima est sanguis vel consistit in sanguine, animalis ipsius, vt post D. Chrysostomum & Abenezram egregiè hic tradidit Eugubinus. Sanè propter Spiritus vitales vegetabilium vita potissimùm videtur sanguine conseruari, qui est vitæ vehiculum. Ideo D. Hieronymus vitata illa Hebraica prolixitate, plenè reddidit, *carnem cum sanguine:* Præscribitur modus carnis comedendæ istiusmodi, vt primùm animal iuguletur, deinde sanguis effundatur, denique caro comedatur. Prohibentur autem duo modi sanguinem comedendi, vnus est sanguinis adhuc existentis in animali; siue illud sit viuum, siue suffocatum, aut morticinum, alter est sanguinis iam ab animali separati, siue in escam sit farctus aut coagulatus, siue liquidus & potabilis. *Ita Eucherius:* addit *Seder Gholam* membrum animali viuo excisum interdici esui. Sed hoc reduco ad priorem modum. Lutherus hîc putat veram & simplicem loci sententiam esse, viui corporis, quod adhuc habet animam agitantem mouentemque carnibus & sanguine abstinendum: ne sicut miluus pullos, aut Lupus oues vorat, nos crudas, & palpitantes, & sanguine calido stillantes partes animantium voremus: quæ opinio mihi fatua videtur. Scilicet Læstrygonibus & Cyclopibus, non Noëmi & Sethi posteris, lex ferebatur. Est autem hoc præceptum positiuum; cuius ratio præcipua videtur; vt hac prohibitione homo ab hominis effundendo sanguine deterreretur: neque id immeritò cauebatur. Nam Gentiles postea vsque ad sanguinis humani potum prorupisse, docet Tertullianus *Apolog. cap. 9.* Renouatum ab Apostolis præceptum *Actor. 15. 29.* durauit obseruatio præcepti huius temporibus Tertulliani, *d. cap. 9.* & Minutij *in Octauio*, & vsque ad æuum Bedæ ac Rabani, *vt ex huius pœnitentiali patet.* Demum (nescio quando) Ecclesia permittente, per non vsum posterior comedendi sanguinis modus, sed non bibendi, liber factus; fortè, quando cessauit suspicio & periculum idololatriæ de carnibus immolatitiis. Nam hanc causam fuisse Apostolicæ illius prohibitionis quidam tradiderunt. *vide Franciscum Turrianum ad Clementis lib. 6. constit. Apostolic. cap. 12.*

SANGVINEM ENIM ANIMARVM] Nunc indicat cur præceptum illud positiuum, de abstinendo à sanguine animalium, tulerit: nempe, ne assuescendo sanguini bestiarum, tandem nec humano parcerent. q. d. adeo mihi pretiosus est sanguis vester, vt eius gratia vos vetuerim vesci sanguine animalium, abstinete ergo vos à cædibus. Nam sanguinem vestrum, quo corpus vegetatur & viuificatur, etiam

VERS. 4. 5. Sanguinis esus interdictus. 6. Carnem comedere, quid. 7. Anima in sanguine. 8. Sanguinis comedendi prohibitio nunc cessat: & cur olim sancita. 9. Homicidij lata lex, vt occidatur qui occidit.

à brutis, quæ hominem necarint, requiram. (Fecit Exodi. 21. 28. *Si bos percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius*) quanto magis eum à vobis sum requisiturus? Nam si necanda fera, quæ cæco impetu, & cibum quærens adacta fame: quid homo qui homini factus deterior feris? Tria inculcat, *hominis*, quem nomen & natura humanitatis memorem esse iubebat; viri, quem decebat iræ dominari, & robore ac potentiâ non abuti; *fratris*, cui tam arctè coniunctus frater amandus & defendendus erat, non perdendus. Sensus ergo: requiram sanguinem hominis, de cuiusuis manu; siue sit vir siue fæmina, siue nobilis aut potens, siue plebeius aut inops; siue alienus, siue sanguine iunctus, nullo discrimine habebo. *Lege D. Ambrosium de arca & Noë capite 26.*

VERS. 6. 10. Talionis lex. Hoc versu docet se necatorum fore vindicem, & occisores talione multaturum; variis vitæ casibus, in rixâ, in adulteriô, per naufragia, ruinas, incendia, præcipitia, latrones, & quas quotidie cernimus mille mortis vias; sed præcipuè, & ordinariè per iustitiæ administros, quibus ad hoc gladium dedit. *Rom.* 13.3. confirmatur hæc lex Mosaicâ lege, *Exod.* 21. 12. & in vsu erat CHRISTO prædicante *Matth.* 26 57. & Apocalypsis 13. vers. 19. retinetur. Hoc loco fanatici Anabaptistæ abutuntur contra legitimos magistratus ad mortem damnantes: sed considerare debuisset, dici, *qui effuderit sanguinem hominis*; subaudi innoxij, non dicitur *homicida*: quia talis non tam homo, quàm tigris aut alia rabiosa fera est. Deinde nisi talis exciperetur, contradiceret sibi legislator; qui sanguinem eius fundi iubet (*fundetur sanguis illius*, hoc est æquum est fundatur;) quare, si ab hoc requireret, obedientem iussis suis mulctaret indignissimè. Si sanguis eius fundendus, ab aliquo fundendus: sed à nullo potiùs, quam à Dei vices agente; qualis est iudex.

AD IMAGINEM] si non mouet te natura communis, imago mea permoueat, ne cælestis. Regis viuens simulachrum demoliatis. *Chrysost. sup.*

VERS. 7. Videtis me hac prohibitione velle consulere generis humani propagationi, quin ergo illi incumbitis? *Rupertus lib. 4. cap. 33.*

VERS. 9. & 10. Quæ Rupertus scribit allegorica sunt, sed lectu dignissima, *ibid. cap te 34.*

VERS. 12. Generatio quot in sacra Scriptura sumatur modis. IN GENERATIONES] לדרת *Le-Doroth, in peregrinationes.* Sic autē loquūtur quia *vita hominis est peregrinatio super terram*; & sic illam vocat. Sacra Scriptura Genes. 47. 9. *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt*, nam respondet, quærenti; *quot sunt dies annorum vitæ tuæ?* Semper autem denotat longum tempus, aliquando centum annorum, Genes. 15. 16. *Generatione autem quartâ reuertentur huc*: aliquando totum vitæ tempus, vt sit idem quod ætas. Psal. 60. 7. *Dies super dies regis adijcies, annos eius vsque in diem generationis & generationis.* Quando verò vocabulo *generationis* additur nomen sæculi, æternita

æternitatis, vel sempiterni; tunc significat, *in perpetuum*, siue per omnes sæculorum ætates; quod aliter dicitur, *in sæculum sæculi*, vel *in generatione & generationem*. vel *in generationem & in sæculum*.

SIGNVM] in arcus figuram conformatum. Mysticè D. Ambrosius exponit *d. cap.* 27. de Iride loquitur, quam † vocat suam, propter eximium decorem eum quo illum creauit. Ecclesi. 43. 12. *Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum: valdè speciosus est in splendore suo. Gyrauit cælum in circuitu gloriæ suæ, manus excelsi aperuerunt illum*] De hoc ait; PONAM] pro quo Hebraicè, *posui*; Græcè, *ponò*. Posuerat eum Deus antè diluuium, credendum enim ante diluuium sæpiùs pluisse, & Iridem apparuisse: Sed tunc eum Deus posuerat solum in signũ naturale *pluuiæ*; nunc *ponit*; hoc est, statuit eum esse signum supernaturale ex beneplacito, nõ futuri ampliùs diluuij: hinc nata fictio poëtarum Iridem Thaumãtis (hoc est admirationis) filiã, & Iunonis nuntiã esse. VERS. 13. 12. Iris an ante diluuium & quale signũ.

IN NVBIBVS] roridis, solis aduersi radiis illustratis: quæ nubes pluuiæ baiulæ diluuij renouandi memoriam refricarent: hic de Iride & Halone in commentariis tam indoctè & stolidè Lutherus; & de igne fatuo tam fatuè paginis aliquot nugatur, vt mirer asinum tantum tot hominibus persuadere vel placere potuisse.

TERRAM] homines & animantia terræ incolas.

FOEDERIS SEMPITERNI] ponderat ipse Deus hanc suam bonitatem, breuis supplicij, & miserationis perpetuæ, Ecclesi. 53. 8. *In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te: & in misericordia sempiterna misertus sum tui*; & mox ad diluuium, & fœdus referr. TROPOLOGIAM pete à D. August. *c.* 20. *cõtra aduersar.* … VERS. 16.

PATER CHANAAM] nondum nati, quando ex arca egressi fuerunt, sed nasciturí, à quo orituri Chananæi; quorum possessio Semi posteris, hoc est Israëlitis cessit, vt audiemus Deum pollicentem *J. c.* 15. *à vers.* 18. *& Leuit.* 18. 3. Mentionem iniicit, vt viam sibi sternat narrandæ maledictionis in eum latæ *infer. vers.* 25. VERS. 18.

Ex hoc versiculo falsitatis conuincuntur narrationes de multis fictitiis filijs Noë, vt Anniani Berosi, & Chronicorum Germaniæ de suo Tuiscone, & Historiæ Scholasticæ de Ioduthum: nam præter hos tres, alios filios non est credendus Noë habuisse. VERS. 19. 13. Noë filij.

Adam terram coluerat & alij ante diluuium, fortè sarculo aut alio laborioso instrumento: primus aratra manu sollerti Noë fecit, quem Pagani vocant Osirim. Vites ante diluuium fuerant tantùm esui: Noë primus † vitisator fuit, quia illas in vineta distribuit, plantauit & coluit, & liquorem inde in potum expressit, quo potu antè nõn fuerant vsi. *Sic D. Hieron. lib.* 1. *contra Iouinianum*. Bacchoo suo Gentes id transcripserunt. Vitis alicuius radices potuerunt in aquis putrefieri, & putrefactæ iterum calore Solis repullulascere: quæ indoles huius benigni fruticis est teste D. Ambrosio *de arca & Noe cap.* 23. VERS. 20. 14. Noë agricola primus quomodo. 14. Noë vites fecit.

BIBENSQVE] paulò largiùs. † Sic sumitur *bibere*. Gen. 19. 33. *dederunt itaque patri suo bibere vinum*.] Caluinus, Lutherus, & gregales eorum clamant patriarcham inexcusabilem interesse: an vt suas comes- 15. Noë ebrietas excusata contra calumnias hæreticorum.

ſationes & ingurgitationes exemplo tueantur? an vt virus maledicentiæ effundant? Certè tribuunt intemperantiæ, quod fuit inexperientiæ. *Bibere quid in S. S.* Noë neſciebat quanta diluendum aqua vinum eſſet, & quantùm poſſet ſine noxa ſumere. *Sic à peccato liberant, S. Chryſoſtom. hom. 29. & Theodoretus q. 56.* Accedit quòd labore feſſi citiùs vino grauentur, & ideò de labore proximo verſu præmittitur.

16. Noë nuditas ſine peccato. NVDATVS IN TABERNACVLO] Caluinus hæc ita pingit, vt Noë Cynicum cyniciſſimum faciat: metiebatur illum ingenio & verecundia ſua. Non ſe Noë in terram nudus proiecerat, tectus recubuit, & dormiens non ſponte denudatus. Solitum dormientibus iactare membra, tegiměta diſiicere. *Sic Theodoret.* Permiſit Deus hoc viro ſancto dedecus accidere, noſtri cauſa: non vt eo exemplo lapſus noſtros excuſemus, quod ſuadet Lutherus; ſed vt ebrietatis fœdum vitium, multorum grauium probrorum & flagitiorum incitamentum, properè fugiamus.

VERS. 22. 17. Cham & Chanaan hac in re peccatum. VERENDA] Hebr. & Græcè, *nuditatem.* Aquila, *turpitudinem,* ſicut alibi noſter reddit. Non opus Sphynge ad hoc explicandum. Theodoretus † & Hebræi ſcribunt opprobrium Noë primò viſum à Chanaan puerulo, hunc deriſiſſe, & patri ſuo Cham renunciaſſe; hunc mali oui coruum malum non modò, non reprehendiſſe nati petulantiam, ſed probaſſe, & inſuper ſenem fratribus ſuis ludum propinaſſe. Si hoc tam verum, quàm veriſimile videtur, manifeſtũ eſt cur mentio Chanaan adiecta, & cur in eum paulò pòſt maledictionis telum vibretur. Spectate hic genium improborum, qui voluptati & gloriæ ducunt bonorum lapſus & peccata propalare, quod diligenter hoc loco ex DD. Baſilio, Ambroſio & aliis Guilh. Hamerus Dominicanus oſtendit.

VERS. 23. 18. Superiorum maximè cleri peccata tegenda. Habemus in duobus piis fratribus exemplum laudabile, charitatis, verecundiæ, reuerentiæ, & pietatis in parentem: quod D. Gregorius *lib. 25. in Iob c. 22.* Senſu TROPOLOGICO commodè applicat parentibus ſpiritualibus: habes exemplum profeſſi id Conſtantini Magni Imp. in Eccleſiaſtica hiſtoria, *Ruffini lib. 1. & Theodoreti lib. 1.*

VERS. 24. EX VINO] ex ſopore in quem vis vini illum dederat.

19. Cham filius ſecundus Noë, hæreticorũ typus. DIDICISSET.] quia vidit ſe opertum pallio alieno, quæſiuit cauſam: nec auſi filij negare. MINOR] Cham natu iunior Semo, ſed maior Iaphero: ideò non dixit minimum. Ordo iſte ætatis ponitur ſup. v. 18. & eſt D. Auguſt. *16. de Ciuit. Dei c. 2.* & Eucherij: quos ſequi malo quam Martinum Martin. *lib. 5. hypotyp. c. 1.* contra differentem. Per Cham intelligi hæreticos docet idem Auguſtin. per Noë CHRISTVM, allegoricè. *d. lib. 16. cap. 2.*

VERS. 25. 20. Maledictio pro prædictione futuri mali, phraſis S. S. MALEDICTVS] ſubaudi *erit:* quia non tam † maledicendi vel imprecandi animo hæc dicta, quam ſpiritu prophetico prædicendi ea, quæ poſteris ſuis olim euentura: de qua locutione legendus eſt S. Auguſt. *ſermo. 109. de Tempore, & lib. 1. de ſermone Domini in monte ſub finem.*

MALEDICTVS CHANAAN PVER] delenda vox, *puer:* quæ in quoſdam

quosdam libros Latinos ex LXX. irrepserat: non habetur in Romano codice, nec in aliis libris emendatis. Fortè Chanaan anno vno vel paulò plùs post diluuij cessationem natus, quare cùm hæc decennio post egressum ex arca gesta fuerint, iã doli & malitiæ capax erat. *D. August. d.c. 1. & Theodoret. hic.* Meminit Chanaani, † vt ostendat istius criminis vltionem non finiendam in Chamo, sed in posteros transituram; non quidẽ in omnes, sed in eos, qui per Chanaan erant descensuri, hoc est in Chananæos: completum † hoc in Gabaonitis, qui vilissimo calonũ & lixarum seruitio adiudicati fuêre. *Iosue.19.27.* Ideóq; subditur; SERVVS SERVORVM] Hebraismus, pro vltimus seruus, mediastinus infimæ sortis, vt benè explicat Rupertus d. lib. 4. c. 37. hoc additamẽto vult significari, vilissimũ genus seruitutis quod coniunctũ cum opere abiectissimo, & seruili nequitia; nisi addatur † *Dei*; vt quando Pontifex Maximus, se, ad animi submissionẽ significandã, scribit SERVVM SERVORVM DEI. Vnde apparet scurrilis calumnia Caluini, hoc loco scurram agentis, & titulum Pontificium ad Chami hanc maledictionem referentis. Non vidit additum illud DEI, quod Rupertus vidit; quia Rupertus Deum in cælis visurus, Caluinus, quem hîc in mundo in Eucharistia credere noluit, in cælis non erat visurus.

21. Chanaani cur meminerit.

22. Chami maledictio cõpleta in Gabaonitis.

23. Seruus seruorum, Hebraism.

24. Seruus seruorum Dei.

VERS. 26.

BENEDICTVS DOMINVS DEVS SEM.] Deus Semi posteros tam effusa copia bonorum temporaliũ & spiritualium; præcipuè veri Dei fide, cultu, cognitione cumulabit; vt cuncti hoc videntes benedicant Deum Semi, vt mirè munificũ & misericordem in suos: cœpit prophetia impleri in carnalibus Semi posteris Iudæis; sed perfectiùs impleta in spiritualibus Sem posteris, per CHRISTVM, hoc est in Christianis. Cæterùm † laude dignissima fuit Hebræorum veterum consuetudo, qui cùm narrarent vel audirent raram aliquã vel insolitam fœlicitatem, vel excellentiam alicui à Deo concessam; ad Deum ab homine repentè animum attollebant, & in Dei laudẽ atque gratiarum actionem, grati saltem animi significationem erumpebãt, per verbum *Benedictus Deus, laudemus Deum*, aut quid simile.

VERS 26.

25. Semi benedictio in Christianis completa.

26. Iudæorum mos, ad omnia benedicendi Deũ.

DILATET DEVS IAPHETH,] siue ab hoc suum Iapetum Promethæi parentem prophani deduxerint, siue non: in Hebræo contextu hic est manifesta nominis allusio יַפְתְּ לְיֶפֶת *Iaphthe leiepheth*, quam Chaldæus retinuit, Græci verò & Latini nequeunt exprimere, cogeremur dicere *dilatet Deus dilatatũ*: quod quia foret nomen omittere & obscurare, ideò vertitur, *dilatet Deus Iapheth*: quod etsi displiceat, quibus nihil placet boni, Luthero & Caluino: placuit tamen Pagnino & Montano, Hebrææ linguæ longè peritioribus: Sed & Abenezra negat aliter exponendũ, & LXX. πλατύναι vertunt: radix † est פתה *Phatah*, quod in Hiphil potiùs significat (teste Mercero) *dilatare*, quàm *persuadere*, quod illi; vel *venustare*, quod Eugubinus; quæ duæ interpretationes certè sunt alienæ ab hoc loco. Sensus verus est; nomen Iapheth optimè conuenire cũ euentu, eo quòd posteritas eius sit futura vberrima, & per plurimas terrarum regiones se diffusura,

VERS. 27.

27. Iapheti benedictio.

Defensa nostra versio.

28.

adeò, vt HABITET IN ipsis TABERNACVLIS SEM] hanc meliorem codicum LXX. lectioné secuti sunt D. Chrysost. & Theodoret. Est autem quasi secunda pars prophetiæ de posteris Iaphethi: qua significatur fore vt tandem aliquando gentes (quarum secundùm carnem ferè omnium parens est Iapheth) cum Iudæis, qui sunt carnales
29. Tabernaculum Sem Ecclesia. posteri Sem, in vnam tandem CHRISTI Ecclesiam coalescant. Hæc vocatur *Tabernaculum Sem*; quia principiò in sola Iudæa notus & cultus Deus verus: postea per CHRISTVM veri tabernaculi Pontificem & fabricatorem, qui etiam secundùm carnem Semi hæres, & spiritualis Israëlis Rex, quos adoptauit Iapheti posteros, nempè gentiles, in Tabernaculum hoc introduxit, & destructa maceria in vnum habitare vtrumque populum iussit. Carnales posteri Sem hac benedictione spoliati fuère, & in Europa (quam IAPHETHI genus colonijs impleuit) Tabernaculum hoc Romæ, vbi CHRISTI vicarius, Petri successor, degit, erectum, vt obseruant S. Chrysostom. hom. 29. Hieronym. Rupertus, & alij: reclamet, quantũ volet Musculus cum suis: maneat de Iudæorum tabernaculo sarmentum, nec pax illo idoneum: nos in Ecclesia CHRISTI oriundi, orti, Deo dante morituri; Salutem fatemur ex Iudæis esse *Ioan*. 4. 22. Fatemur oleastrum insertum oliuæ, & pinguedinis eius participem effectum, *Rom*. 11. 18. Sed contendimus etiam vetus illud tabernaculum Sem, cum templo materiali, destructum, & nouum Petræ Apostolicæ superædificatum, cuius indubitati administratores sunt Romani Pontifices; in hoc primitiæ Semitarum ingressi, prædicatione sua nos Iaphethianos introduxerunt; & sic spirituales Semitæ cum Iaphethianis in vnius populi CHRISTIANI ciuitatem coaluerunt.

CAPVT





CAPVT DECIMVM.




Æ ſunt generationes filiorum Noe, Sem, 1.
Cham,& Iapheth: natiq; ſunt eis filij poſt
diluuiū.*Filij Iaphet, Gomer,&Magog,& 2.
Madai,& Iauan,& Thubal,& Moſoch, & Thiras.
* Porrò filij Gomer: Aſcenez & Riphath & Tho- 3.
gorma.*Filij autē Iauan:Eliſa & Tharſis, Cetthim 4.
& Dodanim.*Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gētium in 5.
regionibus ſuis, vnuſquiſq; ſecūdum linguā ſuam
& familias ſuas in nationibus ſuis.*Filij autē Chā: 6.
Chus, & Meſraim, & Phuth, & Chanaan.* Filij 7.
Chus:Saba,& Heuila,& Sabatha,& Regma,& Sa-
batacha.Filij Regma:Saba,& Dadan. *Porrò Chus 8.
genuit Nemrod: ipſe cœpit eſſe potens in terra,
*& erat robuſtus venator coram Domino.Ob hoc 9.
exiuit prouerbium: Quaſi Nemrod robuſtus ve-
nator coram Domino. * Fuit autem principium 10.
regni eius Babylon,& Arach, & Achad, & Cha-
lanne, in terra Sennaar. * De terra illa egreſſus 11.
eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuita-
tis, & Chale. * Reſen quoque inter Niniuen & 12.
Chare: hæc eſt ciuitas magna. *.At verò Meſraim 13.
genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, Neph-
thuim, * & Phetruſim, & Chaſſuim: de quibus 14.
egreſſi ſunt Philiſthiim & Caphtorim. * Cha- 15.
naan autem genuit Sidonem primogenitum
ſuum, Hethæum, * & Iebuſæum, & Amor- 16.

Bb rhæum,

17. rhæum, Gergesæum, * Heuæum, & Aracæum:
18. Sinæum, * & Aradium, Samaræum, & Ama-
thæum: & post hæc disseminati sunt populi Cha-
19. nanæorum. * Factíque sunt termini Chanaan
venientibus à Sidone Geraram vsque Gazam, do-
nec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & A-
20. damam, & Seboim vsque Lesa. * Hi sunt filij
Cham in cognationibus, & linguis, & generatio-
21. nibus terrísque & gentibus suis. * De Sem quo-
que nati sunt, patre omnium filiorum Heber, fra-
22. tre Iapheth maiore. * Filij Sem: Ælam & Assur,
23. & Arphaxad, & Lud, & Aram. * Filij Aram: Vs,
24. & Hul, & Gether, & Mes. * At verò Arphaxad ge-
25. nuit Sale, de quo ortus est Heber. * Natíque
sunt Heber filij duo: nomen vni Phaleg, eo quòd
in diebus eius diuisa sit terra: & nomen fratris
26. eius Iectan. * Qui Iectan genuit Elmodad, &
27. Saleph, & Asarmoth, Iare, * & Aduram, &
28. Vzal, & Decla, * & Ebal, & Abimael, Saba,
29. * & Ophir, & Heuila, & Iobab. omnes isti, fi-
30. lij Iectan. * Et facta est habitatio eorum de Mes-
sa pergentibus vsque Sephar montem orienta-
31. lem. * Isti filij Sem secundùm cognationes &
32. linguas, & regiones in gentibus suis. * Hæ fa-
miliæ Noë iuxta populos & nationes suas. Ab his
diuisæ sunt gentes in terra post diluuium.

ARGV

ARGVMENTVM.

Noe posteri pracipui describuntur, à quibus gentes nobiliores orta & nominata; & partitio orbis terrarum.



Onendus lector, ne multùm laboret circa varietatem Hebræorum, Græcorum & Latinorum nominum: nam Hebræa castigatiora olim fuere, & punctorum adscriptorum mutatione aliter atque aliter sonant: Græci quoque & Latini more gétis suæ inflectéres conati sunt lenire. Fuerit maius operæ pretium si legatur diligenter Ariæ Montani Phaleck seu de gentium primis originibus, nec inutilis labor Ioannis Goropij Becani, si cum iudicio quis vtatur. VERS. 1.

SEM, CHAM, IAPHETH] à tribus his ita videtur orbis terrarú diuisus, †vt Iaphethanis obtigerit Europa, & pars Asiæ Septentrionalis versùs occasum, ab Amano & Tauro montibus, vsque ad Tanaim: Chamæis Asiæ pars meridionalis ab Amano & Tauro, népe nõnihil Syriæ, tota verò Ægyptus, & Africa: Semæis Asiæ pars Orientalis ab Euphrate vsque ad Indicum Oceanum. colligitur ex Iosepho *lib.1. antiq. cap.7. secundum Gracum exemplar, quod soleo sequi*, cum Iosepho sentit D.Hieron. *hic*, & ex eo sumsit sua D.Isidorus Etymol. *lib.9. cap.2.* nec abit lõgè S.Epiphanius *in Anchorato*; sed addit à †Noë filios iureiurádo adactos, se verú Dei cultú & mutuá concordiá seruaturos. 1. Terræ diuisio à posteris Noe facta. 2. Iusiurádum filiorum Noe.

POST DILVVIVM] ante filiis caruerat. *Caietan.*

Incipit à Iapheth, cuius vltimo loco meminerat, in Semo desinit, quia deinceps solius Semi posteros erat enumeraturus. In his autem illud obscurissimum & incertissimum, quæ recentiora Gentium nomina illis antiquis Mosaicis respondeant. Nihil ego hac in re certi possum spondere, diligentiam tantum scrutandi verisimiliora. VERS. 2.

GOMER) Iosephus, Hieronymus, Isidorus ab hoc deducút Galatas, olim dictos γομαρεῖς *Gomaritas*, Melæ *Chomari*: (inde Cimbri & Cimmerij) deniq; à lacteo colore *Gallos*, seu *Galatas*: nam qui Brenno duce in Asiam perruperunt, Cimbri erant, & in Asia *Galata*, & *Gallogracs* vocari. Non obstat locus Ezechiel. *cap.38. v.6.* vbi Gomeræi iungútur cum Thogormæis, Gogitis & Magogitis: quia non illic regionum situs, sed gentium, quæ Antichristo adhæsuræ, confederatio describitur. *Vide Fran. Riberam ad c.20. Apocal.* 3. Gomeræi, Galli, Gallorum varia nomina.

MAGOG.] Getæ & Massagetæ, ab his Scythis dicta *terra Magog*. d.c. 20. à Nicolao Damasceno *Magogas* vocantur. qui *Magog* vocatam Edessam tradút, cú Plinio falluntur: Cedrenus & Suidas, qui Persas tétur *Magusæos*, confundút *Magos* (quod Persicú) cú MAGOG, quod hautdubiè ad Scythas pertinet; Ego sub his comprehéderim partem Asiaticorú Tartarorú, quorú progenies adhuc hodie in regno *Mogor*: & nostros Europæos Scythas, qui Vualachi, Moldaui Trásiluani, &c. Gog. Scythæ. Magog. Magusæi. Mogor.

Bb 2 MADAI]

Medi.
MADAI]ab hoc orti Medi:quos Cedrenus in Baſpracanos &Aſpracanos diuidit,vereor ne Tartaricas gentes,quæ Moſco parent, in Aſiam transferat,ſimilitudine nominum deceptus.

Iones.
IAVAN]ab hoc Iones omneſque Græci Ioſepho. Nam Græcia priùs *Ionia* dicta,poſtea *Hellas*.

Iberi. Hiſpani.
TVBAL]à quo Iberi Aſiatici, propè pontum Euxinum; à quibus orti Iberi Europæi,qui & Hiſpani,ſecundùm pleroſq;: ſed Priſcianus
5. Iberi Aſiatici ab Hiſpanis dicti. †contra cenſet,Aſiaticos ab Europęis deductos.Somniũ vocat ciuis meus Ortelius,homo diligẽtior,quàm doctior.cur ſomniũ?quia ſolus Priſcianus id ſcripſerit.an omnes qui ſoli aliquid, quia ſoli,idcirco ſomniant?ne mihi iã non ſeptem,ſed ter centũ dormiẽtes:& vnus ex his vir bonus,qui ſolus ideo ſomniare Priſcianũ dixit,ipſe quoque ſomniarit.Verùm ſolus non fuit Priſcianus, idem aſſeruit Dionyſius Afer,auctorPriſciano;idẽ apertè Strabo *lib*.1.ſed &Euſtachius Theſſalonicẽſis *in Periegeſin Dionyſii fol*.47.Appianus deniq; *in Ibericis*,tres ſententias refert,vnã Europæos ab Aſiaticis deducentiũ, aliam Aſianos ab Europæis,tertiam nihil præter nomen volentium illis cõmune.Confirmat Priſciani dictum,quòd in Aſia nullum flumẽ hoc nomine,vt apud nos:quod ſimiliter Aſiani Galatę à noſtris Gallis oriũdi.Scilicet Hiſpani pigriores in coloniis longinquis deducendis, aut illorum arma animique domi ſemper latuerunt. quid igitur inuident
6. Tubal Hiſpanorum progenitor. Europęis hanc laudem?Cur etiam Tubalem†parentem adimit alius? certè Ioſephus dedit,vt & Hieronymus, & Iſidorus ex eo. Hebræi recentiores qui Italos à Tubal deducunt, quia Italia priùs Heſperia dicta:non vrgent ratione, qui ſciam duplicem veteribus Heſperiam fuiſſe,& nomen Italiæ cum Hiſpania commune. Sed obiicit vir doctus Thubalæos cum *Moſoch* iungi;quos ipſe Arabes putat. Fallitur largè.Ezechielis variis locis iungũtur, nõ quòd cõtermini,ſed quòd mercaturæ dediti ad idem emporium confluxuri,*cap*.27.13. Vbi etiã *Græciæ* iungitur *Moſoch*.item quia gentes ambæ robuſtæ, *cap*. 32.26. & ſimul puniendæ, *cap*. 38.2. Confirmat quod dico, SETVBAL Luſitana,auctorem ſuum nomine prodens.

Setubal.

MOSOCH.]ab hoc populi Moſoch, & Moſochæi; quos Hiero-
7. Moſoch. nymus cum Ioſepho cenſuit eſſe Cappadoces; alij Syriæ aut Arabiæ populos; alij Moſchos ſeu Moſcouitas; alij *Moſchos*. Magis ad occidentem, *Moſoch* verò ad Hyrcanum mare ſtatuunt.

Thraces. Tyrus.
THIRAS]ab hoc†*Thraces* ex cõmunione ſentẽtia: Eugubinus ab eo *Tyrum* deducit,ſed Hebræa nomina diuerſas litteras habent. Euſtathius quendam Thyram ait in Cyrenen migraſſe: ſed iſte recentior,
Tyras. & Lacon fuit.Tyras fluuius,& oppidum huc non pertinent.

VERS. 3.
ASCENEZ]aſſentior Thargumæo Hieroſolymitano, Arię,Poſtello,
8. Germani Becãno,hũc Germanorũ Parẽtem.Illud Ioſephi ῥηγῖνες *Rhegini*,ſuſpicor mendoſum; nam nec vlla talis nominis prouincia; ſed duo tantùm oppida,Rhegium Iulium, & Rhegium Lepidi. repono non timidè γερμανοὶ:& repono nobilem gentem.ipſum nomen indicat originem.Aſchenezæi, ſeu Aſchanaxij primum à gentis parente; poſt, à virtute

à virtute *germani*, quasi verè viri, post etiam circa Alexandri Seueri
tēpora *Allemanni* res quasi omnes viri, dici cœperunt. Hebræi iunio- Allemanni.
res Gallis & Hispanis nomina prisca mutarunt, nā Hispaniam appellāt
Sepharad; *Carphat* verò Galliam vocanr; Germaniæ nomen sinunt in-
tactum ASCANES. Sed obijcit amicus, id falsum argui, quia Ieremiæ
cap.51.52. Ascenes auxiliarij Medorū numerātur: quasi nouum Ger-
manis etiam remota stipendia merere: aut non bellicosa gens sæpius
Asiam ingressa. Quid si dicam vt Galatæ à Gallis, & Iberi ab Hispa-
nis, sic Asiaticos Ascenes ortos ab Europæis?

RIPHATH] ab hoc aiunt descendere Riphæos seu Ripharæos; & Paphlagones.
postea vocatos Paphlagones, fides penes Iosephum: nam montes *Ri-* Ryphatæi
pæi, qui & Obij, alio sunt loco. & Riphæi.

THOGORMA] ab hoc gens eiusdem nominis, *Ezechiel.27.14.* Io-
sephus *phrygas* vult fuisse. Hebræi recentiores hodie vocant Togar, Thogorma.
magnum Turcarum tyrannum, & volunt *Togorma* esse gentem Tur- Turcæ.
carum: sanè *Turciman*, vel *Turgiman*, haut longè abit. ideo assentior
Beniamino Tudelensi *in suo Itinerario*, Postello, & Ariæ, potius quam
Thargumæo Chaldaico *in Ezechielem, cap.27.* qui *Germanos* exponit.

ELISA] ab hoc Iosephus Æoles Græcos deducit; Targum Chal- VERS. 8.
daicū Italos; Pererius insulas Fortunatas, inde *Elisias* dictas. Claudia- 10 Elisa.
nus, & Cæsar *Elisates* seu *Elusates* in Gallijs ponūt: sed crediderim Eli- Æoles.
sæos nostros insulas, quæ in Oceano sunt incoluisse si non omnes, Itali.
multas sanè. Quia haut obscurè omnes isti Iauanæi ad maritima loca Insulę habi-
recessisse ostenduntur hoc loco, & Ezechiel c. 27. 7. *purpura de in-* tatæ à qui-
sulis Elisa facta sunt operimentum tuum. bus.

11.

THARSIS] ab hoc Tharsus Ciliciæ & vicini Cilices. Tharsus Ciliciæ.

CETTHIM] hæc vox duo significat. Primò Ciprum, Cretam, & Cetthim
omnes insulas maris mediterranei, † præsertim quæ contra Syriam quid.
Aegyptūque. Secundò omnes transmarinas gentes respectu Iudææ,
hoc est illos Europæos omnes, quos Hebræi insulas, seu insulares vo-
cant, ad eum morem quo nunc Itali vsurpant vocem Transmonta-
norum. Hic capitur *Cetthim* priore significato.

DODANIM] hunc volunt ferè omnes esse conditorem Rho- Rhodij.
diorum, & positum Daleth pro Resc RODANIM, alij tamen Dodo- Dodonæi.
næos Epiri ab eo deducunt; vel Rhodani accolas Gallos. Rhodanus.

INSVLÆ GENTIVM] sacra Scriptura solet vocare *insulas*, omnes VERS. 5.
† illas regiones ad quas ex Iudeâ non potest commodè sine nauigio 11. Insulæ.
iter institui, siue sint in mari, siue in continente. Ierem. 25.22. *Regibus*
terræ insularum quæ sunt trans mare. Sophon. 2.11. *adorabunt eum viri de*
loco suo, omnes insulæ gētiū. Græci ergo, Itali, & insulæ vicinæ Europæo-
rum meridionalium cultæ sunt à posteris Iauan quem arbitror gen-
tilium Ianum & Saturnū esse; Asiaticæ, & Europææ Aquilonares ab
alijs. DIVISÆ SVNT] vt addit, *secundum linguam suam:* ergo post cō-
fusionē Babel, & hæc omnia narrantur *προληπτικῶς*, habes ex Iapheth
quatuordecim generationes, ex Noë per ipsum quindecim.

CHVS] Æthiopes † eius posteri sunt teste Iosepho *χυσαῖοι*. hæc VERS. 6.

 senten

ſententia LXX.interpp. D.Hieronymi, Ioſephi, Iſidori veriſſima eſt
13. Æthiopes qui Chuſitæ meo iudicio, de omnibus Æthiopibus. Nam illos Prȩſto Ioannis ſub-
ditos, qui ſub Ægypto ſunt, hodie nomen retinere conſtat. Nihil du-
bito hos originem ducere ab Æthiopibus Madianiticis ſeu Orienta-
Æthiopia duplex. libus: de quibus ſolis fermè loquitur ſacra Scriptura. *dico fermè, quia*
*fortaſſis Ierem.*13.23.*& 46.v.9.& 2.Paral.*12.3.*& Pſ.*73.14. *agitur de*
Occidentalibus. Orientalis vicina eſt Madianitis, immò portio illorũ.
Abacuc.1.7.*vidi tentoria Aethiopiæ, turbabũtur pelles Madian.* nam bis
id repetit. à Dauide *pſal.*71.9.*&* 10. iunguntur vt vicini Arabibus &
Sabæis, qui haut procul à Meſopotamiâ. *pſal.*86. 4. iunguntur Phili-
ſtæis & Tyriis. 2.*paralip.*21.16. Philiſtæi & Arabes dicuntur contigui
Æthiopibus, quorum Rex Sarum *eiuſdem lib.cap.* 14. bellum intulit
Iudæis. Denique Moyſes ex Madiam vxorem Sepphoram acce-
pit, Exo. 2. quæ Chuſitis ſeu Æthiopiſſa vocatur *Nume.* 12. 1.

14. Meſraim. Ægyptus. MESRAIM] hic Ægyptiorũ parẽs; qui quod à Chã genitus inter-
dũ Ægyptus vocatur *terra Cham.* Hebrȩi cõueniunt cũ Ioſepho ſuo,
MESRAIM vocari Ægyptum; quã adhũc hodie Turcæ vocant Maſra.

15. Phuth. Lybia. Mauritania. PHVTH] ab hoc Lybes & Mauritani apud quos hoc nomine flu-
men eſt notum & Ioſepho & Plinio. hodie dicuntur ab Hebræis
Naphthuim Chanaam) pater Chananæorum.

VERS. 7.

16. Saba duo diuerſi. Sabȩi duplices. SABA] Confundunt profani Scriptores geminos Sabæos, igno-
ratione linguæ Hebrææ: diſcrimen notarat eruditè D. Hieronymus.
nempe hunc filium Chus. *Sabam*, ſcribi per *Samech* סבא & diſtingui
à quodam filio Regma, qui per *ſcin* ſcribitur שבא & ab his deſcen-
dere varios Sabæos. quos indicat Dauid pſal.72.10. vbi enim nos ha-
Locus pſal. 72.10. bemus; *Reges Arabum & Saba.* Hebraicè legitur Reges שבא וסבא
Sceba & Seba, hoc eſt Reges vtriuſq; Sabææ. poſteri Sabȩ Cuſæi, fue-
runt propinquiores ſinui Arabico; qui deſcẽderũt autem à Regmæo
Scabâ, fuerũt propinquiores mari Perſico, vtrique Arabiã ἐδαίμονα
incoluerunt. Illorum mẽtio fit Eſaiæ 45.14. *negotiatio Aethiopiæ & Sa-*
Regina Saba. *baim viri ſublimes.* Iſtorum regina fuit, quȩ Salomonẽ inuiſit. 3.Reg.
10.v.1. vt contra Ioſephum benè hîc Eugubinus, & de his Scabæ po-
ſteris ait S.S. Iob.1.15. *irruerũt Sabai* &c. Eſai.60.6 *Omnes de Saba ve-*
nient. Ierem.6.20. *vt quid mihi thus de Saba adfertis.* & poëta, *molles ſua*
thura Sabæi. & hæc illa gentiũ *thurifera regio.* quod diligẽter notandũ.

17. Heuila. Getuli. Heuilæi Aſiani. HEVILA.] ab eo† Ioſephus & D. Hieronym. Getulos Africæ de-
ducunt: quod ſi verum, quærẽdus fator alius illius regionis *Heuila* in
cuius ſolitudine Iſmahel habitauit. nã iſti Heuilæi non ſunt in Afri-
câ, ſed propè ſinum Perſicum, cõfines Amalechitis: quamquam poſ-
ſunt ab eodem diuerſis tẽporibus originẽ ducere. Apud Vuitichin-
Heuelli. dum reperio etiam Sclauorum gentem vnam *Heuellos* vocari.

18. Sabatha & Sabathæi. SABATHA] parens Æthiopum Orientalium illorum, qui *Sabathai*
dicti. Græcis ἀσαβαῤῥοὶ teſte Ioſepho. Nihil ad hos *Sabata*, ſeu *Sa-*
19. Regmæi. *batium vadum* Italiæ. REGMA] cuius poſteri, vicini Sabæis, *Eze-*
*chielis cap.*27.22. fortè Carmanij. Porrò ante *filios Regma*, non ponitur
Nemrod ſextus filius Chus. fortaſſis quòd de illo ſeorſim acturus.

SABA]scribitur per ש DADAN] Aldadano mõti nomẽ dedit,pro- 20. Dadan Palmyrene.
pe quem degunt Palmyreni,quorum regio hodie corrupto nomine
Arden,Castaldo;videntur olim populi vicini Idumæis fuisse.

CHVS GENVIT NEMROD.]hic recenser, quem v. 7. prætererat, VERS. 8.
volens propter eius excellentiam fusius de illo agere. *Augustinus lib.* 21. Nẽrod iste qualis.
16.de ciuita.Dei cap. 13. nomen habet rei conuenientissimum, nam
נמרד *Nimrod* Hebraicè significat rebellem, contumacem,præua-
ricatorem:& Iosephus scribit hũc fuisse virium fiduciâ Dei contem-
ptorem:primus tyrannidem inuasit; & iniquo iugo libertatem alio-
rum oppressit,vt rectè traditum à D.Hieronymo,malè negatũ à Bo-
dino,quẽ dãnant etiã Alcuinus,& Hugo de S. Victore. Sic CæPIT
ECCE POTENS]hoc priore loco גבר *Gibbor* latè sumitur, & quãlibet
iniustã ac violentã occupationẽ dominij significat:secũdo loco, vbi
noster ROBVSTVS vertit, restringitur ad corporis vires & exercita-
tionem. IN TERRA] inter homines regionis illius. Volebat Semitis
etiam & Iaphetanis dominari, quibus meritò paternę maledictionis
æquius seruiuisset.

ROBVSTVS VENATOR[significat locutio † metaphorica, vi il- 22.
lum & dolo ad necem aut seruitudinem homines captasse, *vt bene* Venatorpo-
D.Augustinus lib.16.de ciuita.Dei cap. 14. Solitum est sacræ Scripturæ tens,quid.
† venationis nomen tyrannidi & sæuitię imponere.psal.90.3.*liberauit*
me de laqueo venantium.idem dicit psal. 123.7. Thren. 3. 52. *venatione* venatio pro
ceperunt me inimici.nempe venatores,quales illi de quibus Ezech.32. crudelitate
30.*Principes Aquilonis omnes,& vniuersi venatores*. Non igitur necesse & tyrãnide.
cum Abenezra & Vatablo capere de venatione ferarum. Ridiculus
est Artopæus hæreticus, qui in bonam partem vult dici,quod fuerit
insignis persecutor malorum, latronum, furum, sicariorum. Vide
quos hæresis canonizet.

CORAM DOMINO]prætermissâ D.Chrysostomi explicatione,in- 23.
terpretor cum alijs, reuerâ & valdè robustus; vt pote in oculis Dei, Coram Do-
qui rem iustâ lance ponderat.Luc.1.15. *magnus coram Domino*.noster mino, He-
indistinctè solet vertere,*magnus Deo* vel *magnus coram Deo* vt intel- braif.
ligamus illud, *coram*, non esse aliud, quàm in oculis & iudicio Dei.
Ribera in cap.3.Ionæ à nu.2.

OB HOC EXIVIT VERBVM]Tãta fuit Nemrodi tyrannis,†vt,vo- 24.
lente Deo memoriam eius traducere, homines illius ætatis ad signi- Nemrod ty
ficandum aliquem efferum,crudelem iuxta & potentem, adagiali rannis.
sermone,cœperint dicere, *iste est robustus venator qualis Nemrod*, vel Adagiũ in-
simpliciter,*iste est alius Nemrod* vide Adagia sacra §.XIV. deductum:
est similis Nemrod.

PRINCIPIVM REGNI EIVS] Nemrodum censeo † fuisse Belum VERS. 10.
Nini patrem,auctorem idololatriæ, vt insinuat Iosephus & tenent 25.
Eusebius, Hieronymus Augustinus & Hugo de Sancto Victore,re- Nẽrod quis
gnauit in Babylone ducentis ferme annis, iuxta eosdem. Berosus & & gesta eius
Eusebius eum tradunt fundasse vrbem, quæ post linguarum confu- Idololatriæ
sionem,Babel vocata;quam Semiramis auxit & ornauit, Nabucho- origo.
donosor restaurauit: ideo hi quoque legũtur apud nõnullos fundas- Babiloniæ
fundatos.

 se,Ex

ſe,Ex hac, per vim regiones adiacentes bello petitas ſibi ſubiugauit.

26. Edeſſa duplex. ARACH]poſt vocata *Edeſſa*,non illa Arabiæ de qua Plinius *lib.* 5. *cap.*24.ſed alia quæ *Bâbyce* quoque,& *Raghes* in Celeſyriâ de qua idē Plinius *lib.*5. *cap.* 23. cuius Rex Abagarus. ACHAD] putatur eadem

27. Niſibis. quæ *Niſibis*,in Meſopotamiâ ad Tigrim fluuium , eadem cum Mygdoniæ Antiochia,hodie *Sibin* dici cenſet Marius Niger,CHALAMNE]

28. Cteſiphon. dubitatur cū D.Hieronymo ſitne Seleucia,an Cteſiphō regiaPerſarū; poſterius mihi magis arridet. SENNAAR] ſic vocatur ager circumia-

29. Sennaar. cens Babyloni,cuius mentio apud Euſebiū *lib.*9.*de Præparat.Euangel. cap.vlt.* addita eſt mentio agri Sennaar , propter aliam Babylonem,

30. Babilon duplex. quæ eſt Cayrus in Ægypto.iſta Chaldaicè dicitur *Alchabyr* , Arabicè *Mizir*.illa Aſſyriorum,non quidem eſt *Baldach*,ſeu *Bagdet* hodierna, ſed planè diruta,fuit loco huic Baghdatæ vicino:vt ex tabulis Iſmaëlis Abylfedeæ docet Ortelius.

VERS. 11. ASSVR non filius Semi,† ſed Ninus filius Nemrodi; qui vocatur

31. Ninus cur dictus Aſſur. *Aſſur*,per anticipationem,quia poſtea fuit Rex Aſſyriorum. *vide Riberam in Oſee* 6.*nu.*37.

NINIVE]non agitur de *Neneue* Arabum;ſed de Ninô, ſeu Niniade,

32. Niniue. ſeuNinâ(tot inuenio nomina)Aſſyriorum,de qua frequens mentio in Tobiæ & Ionæ libro,vbi lege commentar.Franciſci Riberæ, PLATEAS CIVITATIS] Hebr. רחבת *Rhochoboth* , quod quidam veteres

33. verſiones cōciliatæ. & Oleaſter cenſuerunt eſſe ciuitatis nomen proprium,vt ipſa Niniue fuerit etiam ſic vocata : D. Hieronymus voluit non eſſe nomen proprium,ſed ſignificans plateas vrbis:optimè.nam LXX.editio fortè eſt mendoſa,καὶ ἀνὰ μέσον χάλαχ per mediā Chalach, nam omittitur vocabulum *ciuitatis* ,correſpondens Hebræo עיר *Ghir* : & obſcura eſt ſententia: puto excidiſſe voculam , & ἀνὰ μέσον poſuiſſe pro latitudine platæarum , quæ mediæ inter domos vtrimque ædificatas , ſanè vox Hebræa רחבת etiam ſignificat latitudines, vt Eugubinus fatetur.

34. Chale & Reſem CHALE] Hebraicè & Græcè *Chalach*, Straboni χαλαχῆνα quæ ſit neſcio,vt nec quæ *Reſen*,quæ *Daſcen*.LXX.

VERS. 12. Non *Chale*, ſed *Niniue* eſt ciuitas magna , cui hoc epithetum ſolet

35. Hyſteroproteron ſeu hyperbatō. in ſacra Scriptura tribui.Ion. 3. 2. *vade in Niniuen ciuitatem magnam*; vt pote cuius longitudo vno die tranſiri non poterat,*ibid.v.*4. Hyſteroproteron ergo,quod hîc eſt,ita conſtrue ; *Rheſen quoque inter Chale & Niniuen hæc eſt ciuitas magna.*

VERS 13. LVDIN]hi ſolent vocari Lydi à noſtromet interprete *Eſai.*46.9.&

36. Lydi,ſeu Ludim. *Ezechiel.*30.5.ſunt vicini Aegypto,fortaſſis pars Cyrenæorū,poſſumus vocare *Iudæos* ad diſtinctionem Lydorum Crœſi , quorum Halys ter-

37. Hammaniētes minus. ANAMIM]Hebraicè † cum ע ſcribitur. ſuſpicor eſſe Hammanientes ſeu Meſammōnes, qui poſtea Naſamones dicti , *vide Plinium lib.*5.*cap.*5.

Lybies. Numidæ. LAABIM] Lybies Africani. NEPHTHVIM] Numidæ & vicini.

VERS. 14. hodie regio vocatur, *Biledulgerid.* Ioanni Leoni.

Arabes Petræi philiſtæi. ARABES]de triplici Arabiâ dicetur alibi. hîc ſermo de Petreiâ, ab vrbe Petrâ. CASLVIM]poſt vocati Palæſtini & Philiſtæi, qui partē

Chananææ

Chananææ bello inuaserunt. Sophon. 2. 5. *Chanaan terra Palæstinorum.*
CAPHTHORIM] gẽtiles Philistæorũ. LXX. & noster solẽt vertere
Cappadoces, & *Caphtor* Cappadociã, quod & Chaldæus Thargumi-
sta confirmat: Magna difficultas est, & intacta; quinã isti Cappadoces
sint. Nam Cappadocia duplex, vna ad Pontũ, quæ & Põtus, & Põtica
dicta, in quinq; præfecturas diuidi solita: altera & ipsa in totidẽ diui-
sa, quæ Cappadocia magna, seu ad Taurum nuncupata, (*lege Strabonẽ
lib.* 1.) de hac puto nunc agi, nam huius incolas à Græcis Syros nun-
cupari scripsit Herodotus *in Clio*, à Persis verò dici Cappadoces tra-
dit *in Polymnia*: hodie Pineto dicitur Cappadocia hæc *Tocatu alalien.*
Sequentium populorum mentio frequens in lib. IOSVE futura, & Vers. 15.
ibi nomina discutienda diligentius.
MAIORE] HAGODOL, *illo maiore*; & præstat vertere casu Latio, Vers. 21. 38.
vt referatur ad Semum: quàm in genitiuo, vt referatur ad Iapheth: Iapheth pri-
quoniam Sem fuit primogenitus. mogenitus.
Ab *Elam* Elamitæ Persarum præcipui, quorum regia Susan: ab Vers. 22.
Assur, Assyrij; ab *Arphaxat*, Chaldæi; à *Lud*, Lydi Gæsiani; ab Elamitæ.
Aram, Aramæi seu Syri, vicini Palæstinæ; non illi Cappadoces, id Assyrij. Lydi.
est, subditi Medis, & vicini Lydis. Syri, dupli-
HVS] Armenia minor, paraphrastæ Chaldæo in Iob: est portio ces.
Idumeæ in Arabia Scenitide: à *Phul*, D. Hieronymo descendunt Vers. 23.
Armenij. Hus terra. Armenij.
HEBER] à quo dicti Hebræi, qui Adami idioma cum vero Dei Vers. 24.
cultu diu retinuerunt. Nota gens & odiosa cunctis, per Orbem to- Hebræi.
tum vaga. Ægyptij olim YCSOVS, hoc est Regios pastores voca-
bant, teste Manethone; eo quod Iacobi liberi pecoris Regij custo-
diam habuerint, vt postea videbimus. Turcæ haut satis decore ap-
pellant eos CHIFONT.
PHALEG] etymologia sequitur, EO QVOD terra diuersa: IN Vers. 25.
DIEBVS EIVS non Heberi, sed Phalegi, cui à diuisione nomen in-
ditum: *ita Ioseph. & Eucher.* IECTAN maior, Phaleg minor natu fuit, Phaleg. Iectan.
secundum Augustin.
Sequentia vsque ad vers. 31. prætermitto, quia vt D. Hieronymus Vers. 26.
fatetur omnino ignoratur quibus gentibus nomina indiderint; nec
possem quidquam adferre, nisi ex nominum similitudine fragiles
coniecturas. *Legere si lubet Aria Phaleg.*
De numero familiarum, cognationum & linguarum, posterorum Vers. 31.
Noë, dili-citer accuratè P. Pererius toto fermè lib. 15. & lib. 16. dispu-
tat. 10. cui non habeo quod adiiciam.



CAPVT VNDECIMVM.



1. ERAT autem terra labij vnius, & sermo-
2. num eorundem. * Cumq; proficiscerentur
tur de oriente, inuenerunt campũ in ter-
3. ra Sennaar, & habitauerunt in eo. * Di-
xitque alter ad proximum suum: Venite, faciamus
lateres, & coquamus eos igni. Habueruntq; lateres
4. pro saxis, & bitumen pro cæmento: * & dixerunt:
Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius
culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomẽ
nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras.
5. * Descendit autẽ Dominus vt videret ciuitatem &
6. turrim, quam ædificabant filij Adam, * & dixit:
Ecce, vnus est populus, & vnum labium omnibus,
cœperuntq; hoc facere, nec desistent à cogitationi-
7. bus suis, donec eas opere compleant. * Venite igi-
tur, descendamus, & cõfundamus ibi linguam eo-
rum, vt non audiat vnusquisque vocẽ proximi sui.
8. * Atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in
vniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitatem.
9. * Et idcirco vocatũ est nomen eius Babel, quia ibi
confusum est labiũ vniuersę terræ: & inde dispersit
10. eos Dominus super faciẽ cunctarũ regionum.* Hæ
sunt generationes Sem: Sem erat centum annorũ
quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium.
11. * Vixitq; Sem postquam genuit Arphaxad, quin-
12. gẽtis annis: & genuit filios & filias. * Porrò Arpha-
xad vixit.

xad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. * 13.
Vixitq; Arphaxad postquam genuit Sale, trecentis
tribus annis: & genuit filios & filias.* Sale quoque 14.
vixit triginta annis, & genuit Heber.* Vixitq; Sale 15.
postquã genuit Heber, quadringentis trib. annis:
& genuit filios & filias. * Vixit autẽ Heber triginta 16.
quatuor annis, & genuit Phaleg. * Et vixit Heber 17.
postquã genuit Phaleg, quadringentis triginta an-
nis: & genuit filios & filias. * Vixit quoque Phaleg 18.
triginta annis, & genuit Reu. * Vixítque Phaleg 19.
postquam genuit Reu, ducentis nouem annis, &
genuit filios & filias.* Vixit autẽ Reu triginta duo- 20.
bus annis, & genuit Sarug.* Vixit quoq; Reu post- 21.
quam genuit Sarug, ducentis septẽ annis: & genuit
filios & filias.* Vixit verò Sarug triginta annis, 22.
& genuit Nachor. * Vixítque Sarug postquam 23.
genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios &
filias.* Vixit autem Nachor viginti nouem annis, 24.
& genuit Thare.* Vixítque Nachor postquam ge- 25.
nuit Thare, centum decem & nouem annis: & ge-
nuit filios & filias. * Vixítque Thare septuaginta 26.
annis, & genuit Abram & Nachor, & Aran. * Hæ 27.
sunt autem generationes Thare: Thare genuit
Abram, Nachor, & Aran. Porrò Aran genuit Lot.
* Mortuúsque est Aran ante Thare patrem suum, 28.
in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum. * Du- 29.
xerunt autem Abram & Nachor vxores: nomen
vxoris Abram, Sarai: & nomen vxoris Nachor,
Melcha filia Aram patris Melchæ, & patris Ies- 30.
chæ. * Erat autem Sarai sterilis, nec habebat li- 31.
beros. * Tulit itaque Thare Abram filium suum,
& Lot filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum

Cc 2 suam,

suam, vxorem Abram filij sui, & eduxit eos de
Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan: ve-
32. nerúntque vsque Haran, & habitauerunt ibi. * Et
facti sunt dies Thare ducentorum quinque an-
norum, & mortuus est in Haran.

GLOSSA IN CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Turris Babel exstruitur, linguæ diuiduntur, gentes disperguntur: genealogia Sem texitur vsque ad Abrahamum: qui ex Chaldæa iussu Dei in Mesopotamiam migrat.

Vers. 1. Labium pro sermone.



AIT omnibus hominibus vnum & idem idioma seu sermonem fuisse; Sic enim prophetæ vsurpant *Labium electum*, linguam seu sermonem bonum.

Vers. 2.

CVMQVE PROFICISCERENTVR] non tantùm Nemrodiani, sed & cæteri omnes, qui tum erant homines, & in Armenia aliquamdiu cum Noëmo substiterát. Verisimile est vno saltem post diluuium sæculo turrim cœptam exstrui.

DE ORIENTE] Armenia; quæ Babyloni est Orientalis. Egressi, partim quod eos terra non caperet multiplicatos, partim vt meliùs solum quærerent. ALLEGORIAM pete à Philone lib. de confusione linguarum. TROPOLOGIAM à S. Chrysost. hom. 30.

Vers. 3. 2 Hebraism. vir ad virũ.

ALTER AD PROXIMVM] Hebraicè; *vir ad virum.* Pro alter ad alterum, frequens locutio: hinc patet communi concilio id aggressos.

3. Imperatiuus pro adhortatione, vt & inf. vers. 7.

VENITE] Hebræi imperatiuis + vtuntur pro notis adhortandi: ad verbum; *Da laterificemus lateres:* dare prò agere. LXX. æque eleganter πλινθεύσωμεν πλίνθους.

LATERES PRO SAXIS] hæc dicuntur, vt videamus eorũ pertinaciam cum inopia luctantem: lapides deerant, coquunt lateres: deerat calcis intritum, seu cæmentum, substituunt bitumen, + cuius

4. Bitumen Assyrium aptum ædificiis.

laudatissimi fontes in Assyria testibus Strabone, Vitruuio, Iosepho. Vide hic Eugubinum, qui nostrũ egregiè tuetur: ipsum legite. TROPOLOGIAM pete à B. Gregorio, *Commentar. in 4 Psal. pœnitentialem, in fine.*

Vers. 4

Auctorem istius superbi concilij fuisse Nemrodum sunt auctores D. Augustinus & Iosephus.

5. Ad cælum, Hyperbole.

AD CÆLVM] hyperbole Adagialis, significans altissimam turrim. Vide Adagia sacra §. 15. Hebraicè + est: *& caput eius in cælum,*

6. Turris Babel.

de altitudine eius mira D. Hieronymus *in cap. 14. Esai.* nescitur quanta

quanta fuerit; ac ne illud quidem an in vrbe Babylone, vbi postea templum Beli; an in *Chalanne*, vt volunt LXX. *vide dicenda Isa.* 10 v. 9. illud constat hinc ortam fabulam Gigantum bellum cælo inferentium, vt docet Alcymus Auitus, & indicant Sibyllina oracula lib. 3.

Celebremus nobis nomen] exstruamus opus quod miraculi specie spectantium in se oculos conuertat, & passim vsque ad vltimos terrarum fines in perpetuum celebretur. Igitur causa conatus improbi, fuit ambitiosa cupido nominis æternandi. Sciebant orbem à Deo creatum, vt ab hominibus incoleretur: videbant adeò multitudinem hominum augeri, vt non diu illos vna regio posset alere vel capere: ideo hortantur se inuicem ad opus exigendum, quod sit ære perennius.

Antequam diuidamur] Hebraicè, *ne fortè dispergamur*, subaudi nondum vllo potentiæ nostræ relicto monumento. Non est dubitantium de dispersione, sed eam quam compertam sibi credebant cupientium præuenire.

Descendit autem Dominus] Deus loco moueri nequit, qui VERS. 5.
implet omnia: nostri adspectu dicitur † descendere, quando per ali- 7.
quem effectum nobis experimur seu sentimus quasi propinquiorem. Deus quomodo descẽdat.
Sacra Scriptura quando vult indicare Deum lento gradu procedere ad vltionem de terræ incolis sumendam, ait illum, *descendere*, hoc est accedere ad nos, vt rem totam clarius cognoscat, & postea maturè noxios puniat (*ita Philo & Chrysostom.*) Genes. 18. 21. ait Deus; *Descendam, & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint: an non est ita, vt sciam.* Micheæ 1. 3. *ecce Dominus egredietur de loco suo, & descendet, & calcabit super excelsa terræ.*

Filii Adam] terrigenæ, de limo formati. LXX. *filij hominum.*

Sunt verba Dei, quasi consultantis, & pertinacem stoliditatem de- VERS. 6.
testantis, cum quadam ironiâ. q. d. concordi studio feruntur, mutuo se exstimulant, animis & linguâ conspirant: quis queat eis obsistere, ne perficiant quod tam acriter, tam præmeditatè, tam callidè & calidè inchoarunt. Nam Incipere significat † sedulum conatum cum 8.
violento feruore coniunctum. Deut. 2. 24. *terram eorum incipe possidere.* Iud. 13. 5. *ipse incipiet liberare Israel.* 1. Reg. 3. 12. *incipiam & complebo.* Apocal. 3. 16. *Incipiam te euomere.* Incipere.

Labium] vt sup. pro sermone. v. 1. & inferiùs sæpe.

Illi quidem cogitant à nullo se impediri posse: attamen stultam VERS. 7.
& præcipitem eorum confidentiam leui momento dissipabo: non vtar multis machinis: confundam linguas, & implebo cuncta confusione.

Venite igitur] Iulianus Apostata hoc loco abutebatur ad probandum suam πολυθεΐαν, quasi Moyses hic plurium Deorum meminerit. Respondent Rabbini hæc à Deo dici Angelis: sed hoc falsum. Dicitur † ab vnâ Sacratissimæ Trinitatis personâ reliquis, vt 9.
potestate paribus. Sicut sup. *Faciamus hominem* cap. 1. 26. & cap. 2. 18. Trinitas personatũ pro-
Sicut enim illic creationis opus superat vires angelorum, & ideo pa- bata.

tet non dici angelis: ita etiam hîc tam repens confusiô linguarum,
non Angelicæ opis, sed opus omnipotentiæ censendum est commu-
10. nis sententia S. Cyrilli *contra Iulian.* Chrysostomi, Procopij, Raba-
LXX. & noster defensi. ni, Ruperti, *hîc.* Hebræum הבה est aduerbium hortandi, & potest
iungi vtrique numero, pro age, & agite. Musculus autem incon-
sultissimè reprehendit nostrum & LXX. quod verterint in plurali:
nam si vertas in singulari tollitur probatio trium æqualium & con-
substantialium personarum, quam ex huiusmodi locutionibus eli-
ciunt SS. Athanasius, Hilarius, Cirillus, Idatius, Phæbadius & alij
Patres.

Vt non avdiat] vt qui vnius cognationis est, eum qui alte-
rius fuerit, loquentem non intelligat tot linguæ, quot cognationes:
infer v.20.& 31. Sic cum non intelligerent inuicem, & petenti ligo-
nem, alius bitumen porrigeret, inuicem irridentes, & mutuò iras-
centes, separati. Quod elegantissimè describit Marius Victor libr. 3.
Genesis, vide Adag. sactum 288.

Vers. 8. Atqve ita divisit] sublato, quo colligabantur, præcipuo
11. vinculo humanæ conuersationis (quod est similitudo sermonis) ve-
Linguarum diuisio. lut laceri corporis membra ignominiosè disiectos, huc illuc disper-
sit. Superbiâ meruit linguarum diuisionem: humilitas postea in Pen-
Linguarum vnio in Pentecoste. tecoste earum vnionem obtinuit. *Act. 2. 4. notant Cassianus Collat. 4.*
*c.12. Gregorius hom.*30. Prædixerat Isaias *cap.*19. 18, communem quin-
Locus Isaiæ 19 18. que ciuitatibus fore linguam Chananæam; hoc est orbi toto sermo-
nem veri Chananæi, cui mulier fortis cingulum vendidit (*prou.vlt.*)
nempe Christi Domini; quandò Christiani vnum idemque locu-
turi in Iesv Christo clamabunt Abba pater. *Rom.* 8. 15.
*Galat.*4.5.

Vers. 9. Nomen loci] ciuitatis, vt patet ex Hebræo & LXX. postmo-
12. dum à ciuitate regio tota vocata Babylonia.

Hebræa lingua primigenia. Labivm] quod priùs vnicum fuit totius orbis idioma, voluit
Deus in sola Heber familia permanere: in ceteras familias valdè di-
13 uersa immisit, ita vt nec Heber illos, nec Heberum illi, nec cogna-
Linguę quo pacto diuisæ. tiones inuicem intelligerent, vt dixi. Hoc factum, deleto † per obli-
uionem habitu linguæ Hebrææ quam priùs nouerant, & illorum
intellectui nouis diuersisque variarum linguarum habitibus infusis,
Vers. 10. iuxta numerum familiarum seu cognationum; quæ nec pauciores
14. septuaginta, nec multô plures fuerunt. *Vide Pererium lib. 16. Dispu-*
Idololatria posterorum Noe. *tat.* 10. Tropologiam pete à Philone d. oper.

Solitus Sem è quo Christvs oriturus) & annos vitæ singulo-
rum enumerat, in rectâ dumtaxat Abrahami lineâ. Ceteri namque
15. videntes, & frustrà renitente Noëmo post idola recesserant; quin &
Hebraismus quo numeri rotundi soli ponuntur excessu prætermisso. Semi posteritas magnâ ex parte veri Dei fidem & cultum deseruit,
etiam Thare & Nachor. *Iosue* 24.2.

Centvm annorvm] omnino præcisè: sed Noë cùm genuit
Sem fuit quingentorum & duorum annorum; dicitur tamen v. vlt.
cap.5 fuisse quingentorum annorum, quia mos Hebræorum fuit, po-
nere nu

nere numerum rotundum, & minutum quo excedit omittere: vt
cùm dicimus LXX. interpretes, & LXX. discipulos Domini, qui
LXXII. fuère. *ita hîc Beda.*

FILIOS & FILIAS] quorum nomina tacentur, quia sunt extra li- VERS. 11.
neam Messiæ. In hac porro recensione numeri Sobolis & annorum
Græca versio sæpè est mendosa, nostra cum Hebræo præclarè con-
sentit: vide Eugubinum hîc.

LXX. interpretes hoc loco & 1. Paralipom. 1. 18. & 24. inserunt vnā VERS. 12.
generationem, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν: vt Arphaxad genuerit Caïnam, 16.
& Caïnam genuerit Sale. Noster verò tantum habet, Arphaxad ge- An Arpha-
nuisse Sale, vtrobique prætèrito Cainan, quod est consentaneum tex- xat genue-
tui Hebræo & Paraphrasi Chaldææ, quid dicendum? Non licet di- rit Cainan.
cere cum Eugubino textum LXX. esse corruptum, quem sequitur Conciliata
D. Lucas; qui nec potuit errare, nec potuit velle errorem commu- nostra ver-
nem sequi. Nec licet dicere, quædam exemplaria LXX. non habuis- sio cum Euā
se hanc generationem, quam etiam Iosephus omiserit, quod Beroal- gelio D. Lu-
do visum; nam Spiritus sanctus non permisisset veritatis Historicum cæ.
sequi exemplaria mendacio inquinata. Nec expungendus è D. Lucæ
Euangelio Cainan, quod nimis audacter nonnulli hæretici factitant.
Nam omnia D. Lucæ exemplaria id semper exhibuerunt; & Syrus
interpres agnouit, vt & Patres fermè omnes: & quando omittunt
nonnulli, faciunt quia nō citant D. Lucæ contextum, sed Moysis nar-
rationem ex Hebræo, vel vulgatâ. Pererius *disp. 11. lib. 17.* Sententias
ponit varias, & refellit prolixè, sed tandem nihil resoluit: dicam
breuiter quod sentio. Puto Moysen deditâ operâ, sed iustâ ratione Cur Moyses
hanc generationem transiliisse: quoniam statuerat à Noë ad Abra- omiserit.
ham, decem gradus duntaxat recensere, sicut fuerant decem ab Ada-
mo vsque ad Noë. Meritò etiam LXX. & eos secutum D. Lucam Cur S. Lucas
cap. 3. 36. eam non prætèriisse puto quam Moyses prætèriit, quia non posuerit.
attendebant ad illum numerum denarium, sed statuerant exactum
catalogum omnium omnino generationum ponere: denique D. Hie-
ronymus fidi interpretis officio functus fuit, eam omittens. Etenim
cùm ex Hebræo fonte verteret, debuit omittere quod in Hebræis
codicibus non repererat: contra D. Lucas, quia sequebatur LXX.
versionem, debuit ponere quod apud eos legebatur, & veritati con-
sentaneum erat. Restat nodus difficilis, cur igitur LXX. Posuerunt Cur D. Hie-
cùm essent interpretes, quod in Hebræo non habebatur, & cur non ronymus
ipsi ad denarium illum attenderunt? Equidem scio illos sæpè non omiserit.
interpretum tantum, sed & Metaphrastarum functos officio, & pro- Cur LXX.
phetarum quoque, atque ita nobis etiam immediatam generationem Moysi addi-
Arphaxad voluisse conseruare, quam B. Euangelista Luca postmo- derint.
dùm exhibiturus erat. Sic ergo genuit Arphaxad Salem, quemad-
modum Ioram genuit Oziam *Matth. 1. 8.* & sicut Leui dedit Melchi-
sedecho decimas *Hebr. 7. 9.* Cur autem tam diuersimodè Spiritus-
sanctus calamos Moysis & LXX. mouerit, vt hi immediatam gene-
rationem, ille verò ad mediatam tantùm spectarit, quid etiam Moy-

sem mouerit, vt per Decades procederet,& cur Cainan potiùs quam alium præteriret, fateor, cum venerabili Beda *Præfatione in Acta*, me penitùs ignorare. Placet potiùs ingenij tarditatem & doctrinæ tenuitatem, quàm vanis comminiscendis iactantiam & temeritatem, contestari. Quantò plura nescimus? & sequitur alterum, quod me fugit.

VERS.13. TRECENTIS TRIBVS ANNIS] Non liquet inquam mihi, quid dicendum, vel definiendum de hoc annorum numero. Nam *trecentos & tres* reperio in codicibus Latinis Complutensibus, Regiis, & Romanis; in Græcâ quoque versione LXX. si libros inspices Basileenses Cephalæi, Venetos Aldi, Romanos Illustrissimi Carafæ, idem numerus exhibetur: stant ex aduerso codices Hebræi, Chaldæi, & Chaldæi, & quidam Latini, Græci quoque Complutenses & Regij, & cum iis hîc *in quæstionibus* S. Augustinus, centum adiiciunt summæ, & ponunt *quadringentos & tres*. Alius velim nodum soluat: ego nequeo.

VERS.20. TRIGINTA DVOBVS ANNIS] sic legendum ex Hebræo,& emendatione Romanâ.

SARVG] Suidas errat referens eum ad posteros Iaphethi.

VERS.24. A tempore diluuij vsque ad natiuitatem Abrahami sunt anni trecenti & viginti duo.

VERS.26. GENVIT ABRAHAM] anno vtique Thare septuagesimo, vt textus habet: nam de Abrahamo genito id accipiendum, quem ideo fratribus præponit, & etiam quia dignior: sicut etiam Isaac *cap.25.9.* præponitur Ismaeli. Primogenitus Thare fuit Aram, secundus Nachor, tertius Abraham: horum duorum tantum memoriam Moyses celebrat propter Abraham, cuius filius Rebeccam ex Nachor ortam duxit, & Sara vxor Abrahæ fuit filia Arami. Quod Abraham non fuerit primogenitus patet, quia Sara tantùm fuit decennio iunior Abrahamo: quare si Abraham primogenitus erat, iam Sara maior æuo patre suo foret.

17. Abrahã qua patris ætate natus, & an primogenitus. Thare filij.

VERS.28. ANTE THARE] Hebraicè; *coram facie patris*: hoc est eo adhuc viuente, & fortè vidente. *Chaldæus*.

18. Vr Chaldæorum.

IN VR CHALDÆORVM] Mihi quoque † non nihil fabulam subolet, quod Iudæi memorant; de Aram & Abraham in fornacem ardentem coniectis, illo combusto, hoc euadente saluo. אוּר *Vr* hoc loco non significat fornacem, neque ignem; sed vrbis nomen est, vt vertunt LXX. & scribunt Iosephus sup. & Eupolemus apud Eusebium *lib.9. Præparat. Euangel. cap.4.* qui fallitur putans οὐρίην significare Chaldeopolim: nam Hebræa significatio aliud indicat Plinius lib.5.c.24. Vram, Iosephus vocat οὐρῆν, Ptolomæo corruptè ἀρχὸν pro οὐρόν. Ammiano est Persicum castellum: Volunt *Vr* dictam, quòd esset in conualle sita alij volunt vocatam quod illic אוּר seu ignis sacer quem iugiter fouebant & colebant, asseruabatur. Sic etiam Persæ postea pluribus locis ignem hunc custodierunt, quæ πυρεῖα vocat Procopius Historicus *in Persicis*. Nihil dubitandum multa perpessum Thare

cum

cum liberis,& maximè Abraham,ab illis idololatris eo quod eorum perfidiam detestarentur,& testantur id Iosephus ac D. Augustinus. hanc tribulationem & afflictionem fortassis † ignem more Hebræo vocarunt:& inde dicterium; Abrahamum ex igne Chaldæo liberatum.sic sumitur ignis;à Dauide;*Igne me examinasti*.Psal.16.3.*transiuimus per ignem & aquam,& induxisti nos in refrigerium.* Sic capiendum illud; *Deus qui elegisti Abraham,& eduxisti eum de igne Chaldaeorum.* 2. Esd.9.7.nunquam Iosephus & Philo tam memorabilem Abrahæ liberationem prætermisissent,si *ignis* hîc propriè sumendus. Arbitror Thare † quamdiu in Chaldæa mansit, constanter veri Dei cultum retinuisse, vt probat Abulens.*q.* 20. & videtur confirmari dictis Achior;Iudith.5.6.*Populus iste ex progenie Chaldaeorum est,hic primum in Mesopotamia habitauit,quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum,qui erant in terra Chaldaeorum. Deserentes itaque cærimonias patrum suorum, quæ in multitudine Deorum erant,vnum Deum cæli coluerunt, qui & præcepit eis vt exirent inde,& habitarent in Charan.*]ex quo loco D.Augustinus est explicandus.16.*de ciuita. Dei.cap.*13.In Charan postea, malorum ciuiũ contagio,Thare corruptus in idololatriam lapsus, iuxta illud Iosue 24.2.*Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio,Thare pater Abraham & Nachor,seruieruntque Dijs alienis.*]Seruiuisse dicit,non omnes,(nam Sem, Noe, & alij non seruierunt) sed aliquos, nempe Thare, (*sic Theodor. hic q.* 18.) & quosdam fortè de maioribus eius(vt Sarug, quem videntur de hoc crimine insimulare Epiphanius & Suidas)& arbitror,Nachor quoque. Nam de Laban eius nepote id postmodum videbimus. An & Abraham ? videtur velle Philo,& est communior Hebræorum recentium opinio,quam mordicùs tuentur Lutherus & Caluinus, valde hîc fæda & indecora e-nomentes:hoc magis displicet ista sententia, quod illis tantoperè arriserit. sequor Iosephum & Suidam hoc delictum ab Abrahamo repellentes.cur non eximam,cum Noe & Semo, Patrem credentium, cuius præ ceteris fides toties tantoperè à Spiritu sancto commendatur?Igitur apud Iosue illud,*seruierunt*, referendum ad vocem *Patres vestri*;& ad *Thare*.cur ergo filij eius nominantur ? quia ex Abraham natus Isaac,ex Nachor Rebecca;ex quibus natum semen promissum Iesus.

19. Ignis pro tribulatione.

20. Thare an idololatra.

21. Abraham an aliquando idololatra.

Locus Iosue 24.2.

VERS.31.

SARAI NVRVM SVAM]si filia fuisset,non *nurum*,sed filiam vocasset,erat neptis Thare,ex filio Aran,& alio nomine Iesca vocabatur.*sup.*29.*sic Hieronym.& Augustin.*Erat cum his etiam Nachor,tota namque domus Thare persecutionẽ ab idololatris passa fuit,(*Iudith.* 5.7.)& migrauit in Haram.Omittitur hoc loco Nachor, sed id supplendum ex cap.24.& 28.*Augustin.d.cap.*13.

22. Sarai, cuius filia : binomia fuit.


VT IRENT IN TERRAM CHANAAN.]quo tamen Thare non peruenit,sed obiit in vltima vrbe Mesopotamiæ,cui nomen Haram, *Iudith.d.c.*5.& docet S. Stephanus *Act.*7.4. profani scriptores *Carrhas* vocant, Notitiarum liber & Æthicus mendosè, *Charta* pro *Charra*. nobile oppidum clade Crassi, Lucanus cùm vocat Assyrias, nomen

23. Thare mors. Haram vrbs, seu Carræ.

latè extendit. caue confundas cum *Carrhis* quæ ad sinum Arabicum sunt; nostræ vocantur hodie HEREN, teste Mario: an sint Carrhæ Ptolomæi & Plinij eædem, res dubia est, certant Zardus, & Ortelius. Porro hæc per prolepsim hoc loco à Moyse posita. needum enim Deus Abrahamo terram indicarat, in qua vellet eum habitare. patet Hebræ. 11. 8. *exiit nesciens quo iret.* Actor. 7. 3. *Veni in terram quam monstrauero tibi.*

VSQVE HARAM] vbi Thare cum reliqua familia substitit: sed Abraham paulò post rectà in Chanaan contendit. cur ceteri substiterint, ignoro. an quòd tæderet itineris? an quòd Deus decreuerit illos ab Abrahamo separari, quos nouerat mox in fide claudicaturos, colendo simul Deum verum (*cap. 24. & 31. infer. iuxta textum Hebræum*) & simul idola? *d. cap. 31. de Labano.* DIES THARÆ] non habitationis in Haram, sed totius vitæ. *D. August. d. lib. 16. cap. 14.*

CAPVT





CAPVT DVODECIMVM.





Ixit autem Dominus ad Abram: 1.
Egredere de terra tua, & de co-
gnatione tua, & de domo patris
tui, & veni in terram quam mon-
strabo tibi. * Faciámque te in 2.
gentem magnam, & benedicam
tibi, & magnificabo nomen tuum, erísque bene-
dictus. * Benedicam benedicentibus tibi, & ma- 3.
ledicam maledicentibus tibi, atque IN TE bene-
dicentur vniuersæ cognationes terræ. * Egressus 4.
est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, &
iuit cum eo Lot: septuaginta quinque annorum
erat Abram cùm egrederetur de Haran. * Tulít- 5.
que Sarai vxorem suam, & Lot filium fratris sui,
vniuersámque substantiam quam possederant, &
animas quas fecerant in Haran: & egressi sunt vt
irent in terram Chanaan. Cumque venissent in
eam, * pertransiuit Abram terram vsque ad locum 6.
Sichem, vsque ad conuallem illustrem: Chananæus
autem tunc erat in terra. * Apparuit autem Do- 7.
minus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram
hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui appa-
ruerat ei. * Et inde transgrediens ad montem, qui 8.
erat contra orientem Bethel, tetendit ibi taberna-
culum suum, ab occidente habens Bethel, & ab

oriente Hai:ędificauit quoque ibi altare Domino,
9. & inuocauit nomen eius. * Perrexítque Abram
10. vadens,& vltrà progrediens ad meridiem. * Facta
est autem fames in terra: descendítque Abram in
Ægyptum, vt peregrinaretur ibi:præualuerat enim
11. fames in terra. * Cumque propè esset vt ingrede-
retur Ægyptum, dixit Sarai vxori suæ: Noui quòd
12. pulchra sis mulier: * & quod cùm viderint te Æ-
gyptij, dicturi sunt: Vxor ipsius est: & interficient
13. me,& te reseruabunt. * Dic ergo, obsecro te, quod
soror mea sis: vt bene sit mihi propter te,& viuat a-
14. nima mea ob gratiam tui. * Cùm itaque ingressus
esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulie-
15. rem quod esset pulchra nimis. * Et nunciauerunt
principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud il-
lum: & sublata est mulier in domum Pharaonis.
16. * Abram verò bene vsi sunt propter illam: Fue-
rúntque ei oues & boues,& asini,& serui, & famu-
17. læ,& asinæ & cameli. * Flagellauit autem Domi-
nus Pharaonem plagis maximis, & domum eius
18. propter Sarai vxorem Abram. * Vocauítque Pha-
rao Abram,& dixit ei: Quidnam est hoc quod fe-
cisti mihi? quare non indicasti quòd vxor tua es-
19. set? * quam ob causam dixisti esse sororem tuam,
vt tollerem eam mihi in vxorem? nunc igitur ecce
20. coniux tua, accipe eam, & vade. * Præcepítque
Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum, &
vxorem illius,& omnia quæ habebat.

ARGV

ARGVMENTVM.

Ab Abrahæ vocatione tertius mundi millenarius inchoatur, & Geneſeos pars tertia: qua nobis Abraham, optimi viri typus proponitur: vt ingrediens virtutis iter, vſque ad cap.17. vt in eo progrediens & proficiens vſque ad cap. 22. inde vt perfectus, ad cap. 25. De cuius laudibus integros libros Philo & D. Ambroſius compoſuerunt. Hoc capite continetur facta ei à Deo promiſſio, & duplex peregrinatio vna in Chananæam, altera in Aegyptum.



Vtherus hæreticorum Anteſignanus fingit, Abrahamũ non fuiſſe immediatè à Deo vel Angelo vocatum; ſed Deum id indicaſſe Semo, Semum id Abrahæ renunciaſſe. finxit hoc, quia putabat certum eſſe, quod Sem fuerit Melchiſedech: vnde tamen non haberet idoneũ figmenti huius fundamentum, præterea quod fingit, alienum eſt à verbis ſacræ Scripturæ hoc loco, & Actor. 7. 2. *Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cùm eſſet in Meſopotamia, priuſquàm moraretur in Charan, & dixit ad illum: Exi de terra tua* &c. non Semo apparuit, ſed Abrahæ; nec alteri hoc dictum, quàm cui apparuit. Iam olim figmentum illud confutatum à Paphnutio inuenies apud Caſſianum *initio collationis* 3. ſequor D. Auguſtinum *hic q.25. & d. lib. 16. cap. 15.* vnicam fuiſſe vocationem Abrahæ, idque cum adhuc exiſteret in Chaldæâ, de qua vocatione fusè egit B. Stephanus *d. v. 2.* Nam illic Meſopotamiam pro vicinâ Chaldæâ vſurpat, quod conſentaneum etiam eſt Plinio *lib. 6. cap. 26.* vbi Babylona Meſopotamiæ annumerat: nec obſcurè indicat Achior *Iudith. 5. 9.* qui dicit Deum illis præcepiſſe vt exirent, & habitarent in Charan: præcepit ergo priùſquam ex Chaldeâ exirent. Cum filio Abrahamo Thare exiuit; cui tribuitur expeditio vt patri honoris causâ: Quãdiu cũ patre in Haran Abrahamus mãſerit, ſcire nõ poſſũ, haut multis annis putẽ. Solus Loth diſcedẽti Adamo adhæſit, vt habebimus mox v. 4. quod cũ cõtigerit anno Abrahæ ſeptuageſimo quinto, anno Phare centeſimo quadrageſimo quinto, neceſſe eſt diſceſſiſſe annis ante Thare mortẽ ſexaginta. Nã Thare ſeptuagenarius Abrahamũ genuit; mortuus poſtea ætatis anno ducẽteſimo quinto: quare Caluinus caluitur ſcribẽs *Comment. in Acta*, Abrahamũ in Chatris mortẽ Thare præſtolatũ. Noſtræ ſentẽtiæ quædã objiciuntur. Primò quia Moyſes hæc narrat poſt mortem Thare. Reſpõdeo Moyſẽ vti prolepſi, vt quæ ad Thare pertinebant vno cõceptu narrarẽtur. Hoc verò loco, quia de profectione Abrahę ex profeſſo hiſtoriã ſcripturus, addit de Dei hac iuſſione, vt nequis ſuſceptũ hoc iter aliquã leuitate vel curioſitatẽ queat ſuſpicari. Secũdò, D. Stephanus apertè dicit Abrahamũ poſt mortẽ Thare tranſlatum Act. 7. 4. *poſtquam mortuus eſt pater eius, tranſtulit illum in terram iſtam*,

VERS. 1. Abrahæ vocationes vna an plures. Lutheri falſiloquium. Locus Act. 7. 2. Locus Act. 7. 4.

istam,in qua vos nunc habitatis. Respondet D. Augustinus translatum dici,non quòd primò tunc eò migrarit, vel tūc demum iussus fuerit à Deo migrare:sed quia quo viuo adhuc patre profectus,ibi eo mortuo magis ex instituto & firmiùs domicilium delegerit. Potest etiā istud eum habere sensum,quod Abrahā dicatur in terram illam translatus, quando Deus promisit semini eius terræ possessionem; & eâ nomine seminis sui acceptâ, exstruxit ibi altare,& tabernaculum suum iuxta Bethel tetendit, *infer.v.7.* quod de illo priùs nō legitur. Tertiò pugnāt contra nos auctoritate Patrū,quia D.Chrysost. *hom.*31. dicit non ante euocatū à Deo ex Charā,quàm Thare mortuus. Ambrosius *de Abrahāc.*2. ista vult dici de ipso exitu ex Charā,quod in *Cathena* Diodorus Tarsensis confirmat. Verùm hi Patres,non examinarunt inexplicabilem ferè,quæ in temporum ratione hîc occurrit, difficultatem ; sicut fecerunt Hieronymus & Augustinus , quos sequor. Alia leuiora argumenta obijcit & soluit Pererius *hic Disput.* 1. & multis oppugnat Abulēsem, sed nullū argumentū vrget,aut me ab Abulēsi nūc abstrahit,quē desero dūtaxat propter calculationem illam annorum:& quia non placet duos discessus Abrahami ex Charam confingere. vnum ante mortem , & alium post mortem Thare. Magnus vir ex nostris Commentar,in epist.ad Hebræos cap.11. Tostatum sequitur, sed difficultatem illam Chronographicam non attigit.

2. Hebraism. perfecti pro plusquam perfecto.
DIXIT]Hebraismus †pro, *dixerat* perfectū pro plusquàm perfecto. EGREDERE]Hebraicè; *Vade tibi.* †hoc est planè cum tuis omnibus exi,non rediturus.vete de assiento,à no boluer yamas. TERRA TVA] Chaldeâ , solo natali. COGNATIONE] idololatris qui te affinitate contingunt, DOMO TVA]si manere volent,desere fratrem, & patrem ipsum,& vxorem, QVAM MOSTRABO] quam ego tibi indicabo. propterea fidem Abrahæ Paulus commendat,quòd patriam reliquerit.ignarus quo properaret. *Hebr.*11.8. ANAGOGIAM pete à D. Augustino *sermo.*51. *de tempore*;& Cassiano *d.collat.*3.*cap.*3.6.& 10.

3. Hebr. vade tibi.

4. Abrahæ fides.

VERS. 11.

Hoc beneficium quod sequitur commendat Deus apud prophetā; *Attendite ad Abraham patrem vestrum , & ad Saram , quæ peperit vos: quia vnum vocaui eū,& benedixi ei , & multiplicaui eum:* Isai.51. 2. Solet vaga & incerata peregrinatio liberorum procreationi officere , opes deterere, famam maculare , amicitias soluere:contraria cuncta Deus Abrahæ peregrinaturo , in præmium obedientiæ , pollicetur. Primò posteritatem copiosam,non carnalem tantùm,sed & spiritualem,& in eâ Messiam.

MAGNAM]faciam vt ex te gens maxima oriatur æquanda numero stellis cœli & arenæ maris;cumulata opibus,honore,dignitate , cùm aliâ tum legis & veræ fidej, *Deuteron.*4.7. denique dabo ex illâ nasciturum Seruatorem,qui Deus simul & homo, & Dominus Iudæorū; de his cum Ruperto capio:sed,ne recentiores Iudæi superbiant,noto

5. Goi nos vocant Iudęi.
hîc eos vocari גוי גדול *Goi Gadol*; & idcirco stoliditatem suam profiteri,quando *Goi*, vocant Christianos per contumeliam , quasi dicas Gentiles impios.

BENEDI

BENEDICAM TIBI] dabo tibi filiū,& bona fortunæ naturæ & gra- 6.
tiæ† hoc in sacra Scriptura Dei benedictio denotat. ERISQVE BENE-
DICTVS] homines benè & malè precantur, & vltrà quod faciant non 7.
habent: ego quidquid volo, quidquid imprecor, præsto. † Hebraicè,
Sis benedictio imperatiuus pro futuro, causa certitudinis: & † abstra- 8.
ctum pro concreto, quod in benedictionibus est nota copiæ & per-
fectionis bonorum futurorum.

Benedictio Dei.

Imperatiuus pro futuro.

Abstractum pro concreto.

VERS. 10.

MAGNIFICABO NOMEN TVVM] Vt cūctis sæculis & orbe toto sit
clarum & nobile: (*vide Eusebium lib. 9. Præparat. Euangel.*) & vt te po- 9.
steri velut omnis virtutis speculum sibi proponant, & se à te oriun-
dos glorientur. faciunt Iudæi, Sarraceni, Christiani, hi verè se spiritua-
les filios; Sarraceni carnales, sed falsò; Iudæi carnales verè, spirituales
falsò.

Abrahami gloria.

BENEDICAM BENEDICENTIBVS] † benefaciam benè de te meren- 10.
tibus; malefacientes tibi, mulctabo malis, q. d. iidem mihi futuri ami-
ci aut inimici, qui tibi: quod proprium perfecti fœderis hunc alludit
Balam; *Qui benedixerit tibi: erit & ipse benedictus: qui maledixerit, in ma-
ledictione reputabitur* Num. 24. 9. vt verò doceat maledicentes bene-
dicentibus fore pauciores, Hebraicè habes *maledicentem* in singulari.
TROPOLOGICE hinc notent sæculi potentes, quàm bonum sit habe-
re iustos viros amicos & beneuolos; quàm malum eos affligere, op-
primere, contemnere.

Abrahami fœdus cum Deo offensiuum & defensiuum

IN TE BENEDICENTVR OMNES &c.] Consuetudo † sacræ Scriptu- 11.
ræ est obseruatu digna. quædam narrare promissa nonnullis, quæ nō
implentur in ipsis, sed in posteris eorum: tamen ipsis promittuntur,
vt significet Deus, se hæc posteris in ipsorum gratiam præstare: tum
quia quod posteris datur, hoc ipsis, quorum posteri portio, videtur
dari, vt principio & capiti posteritatis: sic hoc loco. Item Gen. 13. 15.
Omnem terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo, &c. Gen. 27. 29. *Esto
Dominus fratrum tuorum: & incuruentur ante te filij matris tuæ.* & Gen.
49. in Patriarcharū benedictionibus pleraque sunt huiusmodi. Mo-
rem hunc docet D: Chrysost. *hom. 8. super Matthæ. ad illud, ex Ægypto
vocaui filium meum.* Hoc posito sententia est ista. *In te benedicentur*
hoc est vt explicat c. 22. 18. *in semine tuo*, quod *semē* (teste Paulo ad Ga-
la. 3. 16.) est CHRISTVS. Per hoc enim Spirituale semen, Abrahā fa-
ctus est, pater omnium credentium. Magna difficultas hîc occurrit, 12.
de tempore quo hæc promissio facta fuit Abrahæ, eò quod B. Paulus
d. v. 16. dicat factam annis 400. & 30. ante legem Moysis pro-
mulgatam: cui rei videntur alia S. S. loca repugnare? Sed quia ex
Pauli dicto quæstio nascitur, illam (age) relinquamus expositioni epi-
stolæ Paulinæ; *Interea potest legi Pererius tomo. 3. in c. 12. disput. 2.* Sit er-
go ratum Christianis, hoc loco promitti quotquot mortales benedi-
centur per Christū, & in Christi nomine benedicendos. De Christo
adfert Petrus; *vos estis (ô Christiani) filij prophetarum & testamenti,
quod disposuit Deus ad Patres nostros, dicens ad Abraham: & in semine
tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis primùm Deus suscitans filium*

Promissiones sacræ script. quomodo intelligendæ.

Abrahæ facta promissio de semine benedicto pertinet ad CHRISTVM.

ſuum miſit eum benedicentem vobis, & ſic D. Auguſtin. lib. 12. contra
13. Benedici in aliquo quid. Fauſtum cap. 6. ſed obijciunt Iudæi. In ſacra Scriptura *benedicere aut maledicere in aliquo* ſolet ſignificare, ad ſimilitudinem alicuius benè vel malè precari. Reſp. ſolet: ſed etiam ſolet ſumi pro benè precari alteri, & beneficia illi à Deo impetrare propter aliquem. Deuteron. 10. 8. *& benediceret in nomine illius* (Dei) *vſque in præſentem diem.* Iſai. 65. 16. *In quo qui benedictus eſt ſuper terram, benedicetur in Deo, amen.* Eodem ſenſu hîc per CHRISTVM & in CHRISTI nomine benedictio promittitur. Secundò contendunt: Hebraicè eſt, non; *benedicentur*, ſed; *benedicent ſe*, quid inde? Senſus eſt. hanc benedictionem ſibi mutuò præcabuntur, gratulabuntur; & per pium ſacramentorum nouorũ vſum quaſi largientur, & ſibi ipſis quoque (ſi adulti fuerint & mentis ſanę) fide & operibus applicabunt. VNIVERSÆ COGNATIONES TERRÆ] de omni tribu, linguâ, & gente. nam in ipſo omnes tibus terræ benedicentur: ſicut in priore Adamo mortui, ſic in poſteriore omnes viuificantur.

VERS. 4. Proponitur peregrinatio Abrahami per totam Chananæam, poſtquam de Haram, relicto illic parente, primum egreſſus fuit.

SICVT PRÆCEPERAT) nihil omiſit, nihil mutauit, ad amuſſim Dei mandatum impleuit. vnde & typum obedientię proponit nobis *Chryſoſtomus hom. 31. hic, & Gregorius in Ezech. hom. 15.*

VERS. 5. Ioſephus vult Lothum ab Abramo in filium cooptatum, potiùs
14. Loth an adoptatus ab Abrahamo. crediderim iudicio Abrahæ permotum ſapienter ſe illi adiunxiſſe, vt D. Ambroſius & alij volunt.

FRATRIS] Aran. frater ergo Loth Sarai.

15. Subſtantia. SVBSTANTIAM] ſic † vocant Hebræi opes, quæ in pecoribus po-
16. Anima pro perſonâ, Synecd. tiſſimum tunc poſitæ. ANIMAS] perſonas: pars digniot pro toto. ſicut; *Da mihi animas, cetera tolle tibi.* c. 14. 21. & *qui amat animam ſuã, perdet eam.* Ioan. 12. 25.

QVAS FECERANT] Scilicet, ſuas, quas vel emendo aut permutan-
17. Facere pro acquirere. do aut aliter compararant, vel ipſi genuerant & educarant ſibi. hoc eſt omnes ſerui & ancillæ Lothi & Abrahæ. Hebræis † *facere* pro acquirere & parare ſibi in dominium aut poſſeſſionem, ſic paſſim *facere nomen*, *facere amicos* & ſimilia. Non colligitur ex hoc loco animas hominum gigni, vel fieri ab homine.

VT IRENT] ſtabiliter manſuri.

18. Chanaan latè accepta. IN TERRAM CHANAAN] latè ſumitur pro toto ſpacio quod poſſidebant, qui ex Chanaan & filijs eius orti, nempe Palæſtinâ, Phænyce, & Arabiæ magnâ parte.

VERS. 6. PERTRANSIVIT [nuſquam permiſſus tabernaculum tendere, per-
19. Abrahami iter. rexit vſque ad vltimos Chananeæ fines. Charan reſpectu Palæſtinæ vergebat verſus meridiem & occidentem, ſic per Chananeæ partem Septentrionalem in orientis confinio ingreſſus, verſus orientem vlteriùs progreſſus fuit, donec veniret ad locum vbi poſtmodum Sichem fuit ædificata; & vſque ad conuallem illuſtrem,

quæ in

quæ in extima terra promissionis est ad orientem.
SICHEM] decem † leucis ab Hierosolyma, prope montem Gari- 20.
zim, vrbs Samaritanorum postea, in qua natus Iustinus Martyr. Pli- Sichem.
nius videtur vocare *Sicaminum.* Alia fuit in tribu Ephraim iuxta Eu-
sebium, Masius tamen in Iosue id negat. Verum tamen est duas fuis-
se; sed valde propinquas & ambas tribus Ephraim, vnam veterem,
alteram nouam. Sic ex Breide bachio Adrichomius. TROPOLOGI-
CE *Sichem* significat humerum suum. *vide Ambros. d. s. 2.*
CONVALLEM ILLVSTREM] Hebraicè אלון מורה *Elon Moreh.* 21.
primum vocabulum deducitur ab איל *Eial*, quod significat robur Conuallis
seu quercum: noster continens pro contento vertit, nempe conual- illustris.
lem, scilicet planiciem, robustis ac proceris quercubus spectabilem,
ponitur *conuallis* pro querceto conuallis. Sic puto conciliari posse ver-
sionem LXX. *quercum excelsam.* Chaldæus *planitiem* MORE: & du-
bium est an מורה hic proprium vt accepit Chaldæus, an appella-
tiuum vt voluerunt noster reddens *illustrem*, hoc est conspicuum, &
LXX. τὴν δρῦν τὴν ὑψηλὴν, vbi δρῦς fortè καλὰ δρυμῶν, positum, arbor
pro nemore; quidam vertunt, *quercum Mambre*: de quo alias. Meo
animo LXX. & noster optimè deduxerunt à ראה *Raah* aspexit. Núc
moneo de Elon Moreh multis & doctè disserere Andream Masium,
in c. 8. Iosue v. 30. & cap. 24. v. 26.
CHANANÆVS] populus ille sic propriè dictus, ad distinctionem
Heuæi, Pherezæi, Iebusæi, &c.
ERAT IN TERRA] pacificè illam possidebat, ita vt Abraham so-
lummodò ex conducto, & precariò ibi degere sineretur. Nec enim
illi ipsi Deus vel terræ pedem tradidit. *Act. 7. v. 5. Hebr. 11. 9.*
Modica planè quies iusto conceditur principio tantùm, promitti- VERS. 7.
tur terra promissionis longo post tempore posteris danda.
APPARVIT] modo quem nouit ipsemet Deus; vt plurimùm ar- 22.
bitror, per Angelum vicem Dei repræsentantem. Nam quæ viri do- Apparitio-
cti Mancerius Gallus, & Tyræus Germanus scripserunt, non tran- nes Dei qua-
scribo: legantur apud illos: nam libri extant, *De apparitionibus ve-* les.
teris & Noui Testamenti.
SEMINI TVO] carnali, quod ex Isaac descendet. *Augustin. lib. 16.*
de ciuitat. Dei cap. 28. ANAGOGICE terra promissionis est regnum
cælorum: semen fideles. *Sic glossa Græca.*
ALTARE] vtique materiatum, ad agendas Deo gratias & sacri-
ficandum.
AD MONTEM] Tostatus vult Garizim & Hebal: Pererius alium VERS. 8.
aliquem: mihi non displicet Tostati sententia.
CONTRA ORIENTEM BETHEL] qui erat Orientalis ipsi Bethel. 23.
AB OCCIDENTE HABENS BETHEL] Hebraicè, *à mari habens* Mare medi-
Bethel, clarissimè vertit Hieronymus, quia mare mediterraneū (quod terran. He-
respectu maris mortui Iudæi vocant magnum, & simpliciter, mare) br. dicitur
est, respectu Iudææ & ipsius Bethel, ab occasu, mare verò mortuum occidens, &
mare ma-
gnum, &
mare ...

ab ortu. *Engubinus*. Bethel per anticipationem dictum, nam *Luza* vocabatur.

ALTARE] D. Ambrosius; vbi Bethel (*ait*) hoc est domus Dei, ibi & ara: vbi ara, ibi & inuocatio Dei nostri.] desunt hæreticis ara & Bethel; ergo & inuocatio.

ET INVOCAVIT] professus est palàm, externo cultu & cærimoniis piis, nihil sibi in Dei veneratione commune esse cum prophanis illis gentibus.

VERS. 9. AD MERIDIEM] rectè; nam Hebraicè est, *ad Austrum*. Solet
24. etiam hoc explicari voce, *deserti*, vt hic vertunt LXX. quia terra pro-
Meridies, auster, & desertum idē. missionis quà spectat meridiem adiacet Arabiæ Petrææ quod D. Hieronymus monet notandum. MYSTICA hic Rabanus & Rupertus.

VERS. 10. FACTA EST] grandis & diutina fames totam Chananæam obtinuit, ita vt Abraham cogeretur aliò commigrare.

VT PEREGRINARETVR] non vt habitaret, spem enim promissæ sibi terræ nunquam abiecit.

25. DESCENDIT QVE] promissionis terra est altior Ægypto: ideo ad
Ascendere & descendere. hanc ex illa † proficiscentes, *descendere*: ex Ægypto verò in Iudæam proficiscentes, *ascendere* dicuntur in sacra Scriptura. Sed cur in Ægyptum? quia non licebat illi, si Deo vellet parere, in Mesopotamiam redire, vel quòd in solâ Ægypto fames illa non grassabatur.

VERS. 11. PROPE] cùm limiti Ægyptio appropinquaret.

NOVI QVOD] noui quia pulchra es mulier, Ægyptios dicturos; *vxor ipsius est, &c.* vt tò *noui* referatur ad id, quod Ægyptij dicturi erant: pulchritudo verò non sit terminus cognitionis, quasi iam demum illam cognosceret; sed sit causa futura conatus Ægyptiorum. Ait autem se hoc nosse seu moraliter scire; quia nouerat audaciam & incontinentiam illius populi, quam poterat accepisse relatione dignorum fidei, & communi famâ.

PVLCHRA] vt minimum erat annorum sexaginta quinque, multis peregrinationibus, laboribus, & mæstitiis tentata, non potuit ergo sine speciali Dei curâ pulchritudo tanta conseruari. *vide S. Chrysost. hom. 32.*

VERS. 12. INTERFICIENT ME] vir fortis non mortem timebat, sed quod eâ damnum obuenturum humano generi. Sciebat sibi promissum semen benedictionis, in quo salus hominum: si sine liberis necaretur, non poterat, sine nouo miraculo, promissio seminis in ipso non euacuari. Hoc vt auertat, facit quod potest, seu potiùs quod in tantâ perturbatione occurrit. Vides (ait) quo in periculo versetur vita mea. Mihi aliud effugium non apparet promptius: quàm vt sororem meam te dicas; fortassis sic euipiar.

26. RESERVABVNT] Hebraicè est, *viuificabunt*, hoc est parcent tibi,
viuificare Hebræis est à morte liberare. letho eximent. Psal. 40. 3. *Dominus conseruet eum, & viuificet eum: &* passim quando de viuente sermo est.

VERS. 13. BENE SIT MIHI PROPTER TE] vt hoc secreto & inuolucro silentij tui (nam גלל *Galal* id significat) vitam & hunc spiritum mihi tuearis.

tuearis. Lubricus locus. An exponit illam adulterio, & consentit? 27
Origines Tertullianus, Chrysostomus, & Ambrosius duriusculè lo- Abrahā defenditur à
quuntur: commodè sunt interpretandi iuxta sententiam Ruperti *lib.* nota mendacij & le-
5 cap. 7. qui secutus Augustinum *hic q.* 26. *& d. lib.* 16 *cap.* 19. *& lib.* 22. nocinij.
contra Faustum cap. 33. nec mendacium adfuisse, nec formalem siue
absolutum consensum in mœchiam, qui consensus ad peccatum ne-
cessarius est. Tacere tantum iubetur, quòd sit vxor, & verè dicere,
quòd sit soror. Cauit Abraham, quod cauere vt homo poterat, ne
quia maritus occideretur: Deo reliquum commendauit, quod caue-
re non poterat; nempe ne vxor eriperetur, & eius integritati iniuria
adferretur. Si periculo, quod apertum putabat, & docuit euentus
non falso putasse, se exponeret, nec faceret ad vitandum, quod pote-
rat, totum miraculo committens; fuisset similis tentantibus Deum.
Si cum vitæ suæ euidenti periculo non taceret, peccaret contra cha-
ritatis ordinem, quo vitæ suæ periculum, illi Ægyptiorum deceptioni
(quæ ex ipsorũ nata fuit malitia) præponere tenebatur. Potuit etiam
sat securus esse de euentu rei, tum quia meritò sperabat vxorem nun-
quam peccato consensuram: Tum quia non ignorabat consuetudi-
nem Regum illorum (quam hic testantur D D. Hieronym. & Augu-
stin.) esse, vt non nisi post longum tempus, & multiplices vnctiones,
& mundi muliebris præparamenta, ad thalamum mulieres admitte-
rent. Et si nihil horum fuisset, sciebat se suáque Deo esse curæ; & fi-
dei pater iam tum in spem contra spem credere incipiebat. Hæc di-
cta fusiùs propter Caluini virulentiam qui Patriarchæ lenocinij su-
spicionem nititur impingere.

Lavdavervnt] formam in maius extulerunt, hoc sonant He- Vers. 15.
bræa. Et nvnciavervnt.] Hebraicè est, & viderunt. Græcè καὶ
εἶδον. noster videtur aliter legisse, vel ponit effectum pro causa, quia
viderant nunciarunt. Svblata] nolens à nolente auulsa, cum resi-
stere nequirent. In domvm] vxor futura, & sollemni ritu ducen-
da, non ad subitum stuprum. Pharaonis] sunt qui velint Osiri-
dem fuisse.

Bene vsi svnt] Pharao multa in illum, tanquam in sororem Vers. 16.
beneficia contulit, & ita Hebraicè est in singulari: noster in plurali
reddidit, cùm LXX. vt significet subditos Regis ad exemplum se
composuisse.

Flagellavit pharaonem) non vt adulterum; nam igno- Vers. 17.
rabat coniugatam esse: sed vt tyrannum, quia inuitam rapi iusserat.
Plagis maximis) quibus? † Theodoretus *q.* 61. in genere scribit 28.
morbo vinctum, ne posset ea abuti. Iudæi scribunt morbum hunc Pharaonis
fœdam gonorrhæam, & impotentiam coëundi, in omnes Ægyptios plaga quæ.
sæuientem. Philo *lib. de Abraham* censet multiplicem morbum fuisse,
& graues corporis cruciatus, cum iugi inquiete animi ac remorsu. Io-
sephus *cap.* 8. *lib.* 1 post Eupolemum, seditiones & pestilitatem, ceteri
subitam fœminarum Ægyptiarum sterilitatem: mihi N. L. sed qua-
lis qualis tandem pœna, satis indicat castam apud Pharaonem man-

fiſſe. Cui namque tam ſeuere vltus eſt iniuriam iuſto illatam, multò magis vxorem illi impollutam ſeruauit, *bene Procopius*. Ex parte huc referendum illud; *Non reliquit hominem nocere eis & corripuit pro iis Reges*, pſal. 104. 14.

DOMVM EIVS] nam & aulici, & plebs malo cooperata.

19. PROPTER SARAM] propter facinus in Saram Hebraicè, *propter verbum in Saram*. † Sicut facinus Dauidis in Vriam vocatur *ſermo Vriæ*, 3. Reg. 15. 5. & Græci pro, *nihil ad rem*, ſolent dicere οὐδὲν πρὸς ἔπος *nihil ad verbum*.

Verbum pro facto.

VXOREM ABRAM] hoc additur: vt cùm videmus in gratiam

VERS. 18. mariti factum, cogitemus à ſtupri contumeliâ præſeruatam.

30. QVIDNAM EST HOC QVOD FECISTI MIHI] cur feciſti hoc mihi. † Hebraiſmus, res pro cauſa rei.

Res pro cauſa rei.

QVOD VXOR TVA ESSET] iuxta Chryſoſtom. ſciuit id Deo reuelante, fortè per ſacerdotes, quos id ei reſpondiſſe Ioſephus ſup. refert; quod autem *lib. 6. de bello Iudaico cap.* 11. dicit ſecundâ veſperâ remiſſam marito, vix credibile eſt: quo pacto tam breui tempore

VERS. 19. apparuit plagas à Deo illatas?

VT TOLLEREM EAM) quia Rex loquitur, noſter interpres ad eius intentionem, non ad Abraham reſpexit. Non enim ſenſus eſt, hoc ideo dictum ab Abram vt rex illam tolleret; ſed ideo ſe ſuſtuliſſe, quia ſororem ſuam eſſe dixerat. Senſus; cum putarem non eſſe coniugatam & dumtaxat ſororem tuam, non dubitaui illam mihi in thalami conſortem accipere: & te vel inuitum affinitate Regiâ honorare.

NVNC ERGO] cùm ſciam eſſe coniugem tuam.

ACCIPE] à me intactam.

Facit Abrahæ liberam diſcedendi copiam, & cuſtodiam addit, nequis de populo barbaro viri peculiò vel vxoris pudori vim adferret.

VERS. 20. *S. Ambroſ. ſup.* Hinc patet omnino exiguo tempore in Ægypto manſiſſe Abram, † vt lapſabundum nutet, quod Ioſephus prodidit Ægyptios Mathematicas diſciplinas ab Abram didiciſſe: verius Ioſeph patriarcham id Regis iuſſu in eos beneficij contuliſſe. Pſal. 104. 21. *Conſtituit* (Pharao) *eum* (Ioſeph) *dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ: vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum: & ſenes eius prudentiam doceret.*) ALLEGORIAM notatu dignißimam de tota peregrinatione Abram petere vos ſuadeo à Procopio in cap. 13.

31. Abrahæ mora in Ægypto, & an docuerit Ægypt. aſtronomiam?

CAP.



CAPVT DECIMVM TERTIVM.




SCENDIT ergo Abram de Ægypto, ipse 1.
& vxor eius, & omnia quæ habebat, &
Lot cum eo ad australem plagam. * Erat 2.
autem diues valde in possessione auri &
argenti. * Reuersúsque est per iter, quo venerat, à 3.
meridie in Bethel vsque ad locum vbi prius fixerat
tabernaculum inter Betel & Hai: * in loco altaris 4.
quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domi-
ni. * Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt gre- 5.
ges ouium, & armenta, & tabernacula. * Nec po- 6.
terat eos capere terra, vt habitarent simul: erat
quippe substantia eorum multa, & nequibant ha-
bitare communiter. * Vnde & facta est rixa inter 7.
pastores gregum Abram & Lot. Eo autem tempo-
re Chananæus & Pherezæus habitabant in terra
illa. * Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iur- 8.
giũ inter me & te, & inter pastores meos, & pasto-
res tuos: fratres enim sumus. * Ecce vniuersa terra 9.
coram te est: recede à me, obsecro: si ad sinistram
ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elege-
ris, ego ad sinistram pergam. * Eleuatis itaque Lot 10.
oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ
vniuersa irrigabatur antequam subuerteret Do-
minus Sodomam & Gomorrham, sicut Paradisus
Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor.

11. * Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, &
recessit ab Oriente: diuisiq; sunt alterutrum à fra-
12. tre suo. * Abram habitauit in terra Chanaan: Lot
verò moratus est in oppidis, quæ erant circa Iorda-
13. nem, & habitauit in Sodomis. * Homines autem
Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Do-
14. mino nimis. * Dixitque Dominus ad Abrá, post-
quam diuisus est ab eo Lot: Leua oculos tuos, &
vide à loco, in quo nunc es, ad aquilonem & me-
15. ridiem, ad orientem & occidentem. * Omnem ter-
ram, quam cõspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque
16. in sempiternum. * Faciámque semen tuum sicut
puluerem terræ: si quis potest hominum numera-
re puluerem terræ, semen quoque tuum numerare
17. poterit. * Surge, & perambula terram in longitu-
dine, & in latitudine sua: quia sibi daturus sum
18. eam. * Mouens igitur tabernaculũ suum Abram,
venit & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ
est in Hebron: ædificauítque ibi altare Domino.

ARGV



ARGVMENTVM.

Reuersus ex Aegypto, diuiditur propter pastorum rixas à Loth, iste Sodomam, Abram Chananaam petit, quam eius semini Deus iterato pollicetur.

VIDEAMVS nunc qualis Abram in prosperis. AD AV- VERS. 1.
STRALEM PLAGAM] adspectu terræ Sanctæ, talis
enim locus vbi antea fuerat: qui respectu Ægypti ad
Aquilonem foret. *Vide cap. 12. vers. 9.*

DIVES] Hebrai. grauis. Sed est idem: nam qui † VERS. 2.
multas diuitias habet, multa fert onera, & impedimenta. Sic etiam 1. Grauis pro
Poëta, *dextram ære grauem* dixit, pro pecuniosa. diuite.

AVRO ET ARGENTO] recens multis Regis Ægyptij muneribus 2.
locupletatus. Diuitiæ ergo per se non sunt malæ: sed hominum vi- Diuitiæ non
tio difficiliorum in cælos ingressum faciunt. *Matth. 19. 29. Luc. 18.* malæ.
24. *1. Tim. 6. vers. 16. & 18.*

PER ITER QVO VENERAT] per easdem mansiones, per quas VERS. 3.
in Ægyptum fuerat profectus.

IN LOCO ALTARIS] fortè post discessum eius à Chaldæis de- VERS. 4.
structi; vel ab ipsomet Abram, ne idololatræ illud contaminarent.

INVOCAVIT] inuocauerat.

TABERNACVLA] tentoria siue papiliones, in quibus cum fami- VERS. 5.
lia sua degebat: *casulas* vocat ad Hebr. 11. 9. Loth indiuiduus Abram
comes fuerat, ideò illi quoque Deus benedixit, vt sequitur.

NEC POTERAT ILLOS CAPERE TERRA] illa Chananeæ VERS. 6.
portio, vbi tum simul metabantur, non sufficiebat tantæ multitudini
gregum, quibus opus erant pascua latissima; & propterea: *Non po-
terant habitare communiter:* hoc est pariter pacificè vno loco tentoria
figere. Necesse erat sua cuique pecora esse vicina, quod loci angustia
non patiebatur.

SVBSTANTIA] opes, diuitiæ. VNDE] quia terra eos capere
nequibat.

FACTA EST RIXA] quia sibi quilibet vberiora pascua, & me- VERS. 7.
liores adaquationes vindicabant. TROPOLOG. Nota † fructū diui- 3.
tiarum, discordiam & auulsionem carissimorum: de quo multa hic Diuitiarum
Hamerius. fructus di-
scordia.

INTER PASTORES] non inter dominos. GREGVM] *Gregis
Abram & gregis Loth:* vt est Hebrai. Non video, cur noster innuat
vnum vtriusque gregem fuisse: quod nostro impingit & arrodit Lu-
ther. Sub gregibus etiam armenta comprehenduntur.

CHANANÆVS ET PHEREZÆVS] vt intelligas tantò periculo-
siorem dissentionem fuisse, quòd cincti essent impiis & efferis homi-
nibus promptis ad iniuriam inferendam; & coram quibus non de-

4. Chananæi & Pherezæi situs. cebat fideles rixari. Respectu tentorij Abram, Chananæus degebat partim ad Orientem partim ad meridiem scilicet iuxta fluenta Iordanis, partim etiam circa mare magnum; Pherezæus autē ad Septentrionem & occidentem, locis montanis & munitioribus habitabat.

Vers. 8. Ne quæso] adhuc nullum inter illos iurgium fuerat; Sed vix poterat euitari rixarum occasio, nisi separatione. *Vide D. Ambros. d. lib. 1. cap. 3.*

5. Fratres in S. Scrip. Fratres enim sumus] in sacris litteris, quidam † sunt fratres, natura, vt Iacob & Esau: quidā gente seu genere, vt omnes Hebræi: quidam affectu, vt omnes homines: quidam repræsentatione, vt fratrum filij. *D. Hieron. epist. contra Heluidium.* Loth erat Abrahæ nepos ex fratre.

Vers. 9. Universa terra] ista Chananæorum, in qua sum iussus degere. Coram te est] habitatores parati sunt quam voles plagam habitandam vendere, vel locare. Coram † aliquo esse dicitur,

6. Coram aliquo esse. quod in eius potestate est. inf. 24. 51. *En Rebecca coram te est, tolle eam & proficiscere.*

Recede a me] separare à me: subauditur alterum; si nobis, me recedentem ne sequaris: dat optionem manendi, vel in quam velit partem recedendi. Sinistram] septentrionem. *Chaldæus.*

7. Hereditatis diuidendæ mos. Dextram] meridiem. Hinc orta † videtur vetus consuetudo, cuius mentio apud Senecam *in Declamat.* Vt in familia herciscunda maior diuidat, minor optet: quod laudant D. Ambros. *d. cap. 3.* & D. Augustin. *d. lib. 16. cap. 20.* Allegoriam de Christo, Apostolis & Pharisæis, tradit Eucherius, *hic lib. 2. cap. 15.*

Vers. 10. Elevatis] obediens Abrahæ per omnia, quod illum velle sciebat, circumspicit, & magis amœnam eligit: nulla hic in Loth immodestia, aut incircumspectio fuit, vt Caluinus calumniatur.

8. Loth defensus.

9. Sodomorū regio quam amœna. Omnem circa regionem Iordanis] *circa*, referendum ad Loth, qui contemplabatur totam planiciem Iordani adjacentem; quæ, ante subuersionem quatuor vrbium, tota irrigabatur fluendis Iordanis arte hominum ductis vbique riuis; adeò amœna & vber, vt comparari posset Paradiso terrestri, (*sic August. in q. 27. in Genes.*) & Ægypto, quam Nilus inundat & fœcundat. *sic post August. Caietan.*

Vers. 11. Elegitque sibi] permisit cum Deus decipi, vt bono exemplo Lothi Sodomitæ ad virtutem prouocarentur, & promissio Abrahæ facta impleretur, & nos moneamur amœniora non præferre salutaribus.

10. Pentapoleos situs. Recessit ab Oriente] referendum ad Loth iam digressum ab Abram, & ingressum in Pentapolim: tunc enim recessit à parte magis Orientali ad partem minùs Orientalem, nempè Sodomam; quæ totius Pentapoleos maximè occidua fuit; licet respectu totius

11. Hysteroproteron. Palæstinæ Pentapolis esset Orientalis. Est ergo Hysteroproteron †: nam priùs separati sunt ab inuicē, quàm Loth ab Oriente recederet.

Alterutrum a fratre suo] hoc est alter ab altero, frater à fratre.

In terra

IN TERRA CHANAAN] Chananæorum strictè sumptorum, & longiùs recedens à Iordane, quàm Loth. VERS.12.

MORATVS EST] tetendit tabernaculum, & mãsiones diuisit prope Iordanem, transiens singula oppida, donec ad Sodomam perueniret, vbi sedem fixit. *De Iordanis* nomine & origine vide Tostat. q. 68. & Pererium *disp*. 2. Magna iusti Loth † laus est, mansisse incontaminatum inter coinquinatissimos, & iustum inter iniustos. 2. Pet. 2. 7. *Iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit. aspectu enim & auditu iustus erat: habitans apud eos, qui de die in diem iniquis operibus animam iustam cruciabant.*] D. Gregorius lib. 1. in Iob. cap. 1.

12. Iordanis nomen & origo.

13. Laus Lothi.

IN SODOMIS] LXX. & noster ad terminum profectionis respexerunt. alioqui על Ghad, non solùm significat, *vsque ad*, sed etiã; *in* (Lipoman.) Tostatus vult Sodomam fuisse Pherezæorum: † satis est verisimile, sed incertum.

על pro in Sodoma an Pherezæorum.

PESSIMI] in rebus, *iniusti*: obscæna sui & aliorum contrectatione, *peccatores*. sic Chaldæus. VERS.13.

CORAM DOMINO] Hebraicè, † *Peccatores Deo*, seu *Dei*. hoc est veri, certi, nobiles, & perfecti peccatores. noster phrasim explicat, vt & LXX. ἁμαρτωλοὶ ἐναντίον τοῦ θεοῦ σφόδρα. *peccatores in cõspectu Dei vehementer*: quod reprehendit D. Hieronymus, non quasi LXX. non rectè significationem locutionis explicassent; sed quia cùm dixissent, ἁμαρτωλοὶ σφόδρα, non opus erat addere ἐναντίον τοῦ θεοῦ, quoniam idem significat. hoc viro docto considerandum fuerat. Potest etiam dici, *Peccatores Domino*, idem esse quod *contra Dominum*. sicut dicitur Psa. 50. *tibi soli peccaui*, & 2. Reg. 12. *peccaui Domino*. Luc. 15. *peccaui in cælum & coram te*, id est contra *te*, vt ibi Euthym.

14. Peccator Dei vel Deo.

A LOCO IN QVO NVNC ES] fortè Garizim, vel Hebal monte. VERS.14.

AD OCCIDENTEM] ad mare. *Hieronymus*.

OMNEM TERRAM] daturum se pollicetur omnem quam videret, non solam tamen quam videret, *Augustin. q.* 28. vel simpliciter, omnem tantum quam videbat. potuit enim Deus imaginem aliquam efformare, quæ totam promissionis terram, & singulas eius partes exactè Abrahamo poneret ante oculos: sicut ostendit eam Moysi è monte Phasga, *Deuteron*. 34. 1. & (secundum aliquos) diabolus ostendit CHRISTO omnia regna terræ, *Matth*. 4. *& Luc*. 4. VERS.15.

15. Abrahã an viderit vno intuitu totam terram promissionis.

ET SEMINI TVO] *&* valet † idem quod, *idest*. fit hæc promissio de semine carnali per Isaac, vltra tamen adhuc respicit Deus ad terram viuentium & spirituale semen Abrahæ, Rom. 4. 16. *Ideo ex fide, vt secundùm gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, &c.* & cap. 9. 8. *In Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij promissionis, æstimantur in semine.*] est sententia D. Augustini *d. lib*. 16. *cap*. 21. quam cõfirmat quod sequitur IN SEMPITERNVM. Nam terrena illa Chanaan, non dicam *in æternum*, sed nec longissimo tempore (quod significat Hebraismus) vel ipsis Christianis concessa fuit.

16. Et exegeticum.

17. Seminis cuius hæc promissio.

VERS. 16. SICVT PVLVEREM TERRÆ] Plenius hoc dici potest de semine spirituali, quod numeratu difficilius: sed tamen de carnali quoque potest accipi καθ᾽ ὑπερβολὴν, iuxta D. Augustinum d. cap. 21. Nam de hoc dixit Balam; *Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & numerum stirpis Israel.* Num. 23. 10. Osee quoque, *& erit numerus filiorum Israel quasi arena maris, quæ sine mensura est, & non numerabitur.*] cap. 1. 10. habes eandem comparationem apud poëtam Sulmonensem,

18. Comparatio pulueris terræ.

Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent,

Paruaque quot siccus corpora puluis habet

vide Adagia sacra § 27. SEMEN QVOQVE TVVM] subauditur sed terræ puluerem nemo poterit numerare, ergo nec semen tuum.

VERS. 17. PERAMBVLA] non est præceptum, sed permissio. *Chrysost. hom.* 34. quasi dic. vis scire quanti facienda sit hæc terra? spaciare per illam, scrutare totam: miraberis & gaudebis. hoc pertinet ad terram, hominam, & semen carnale.

VERS. 18. MOVENS] Sodomos & Loth reliquit ad Occidentem, ipse de Hay & Bethel postea versus Orientem profectus.

19. Conuallis Mambre.

CONVALLIS MAMBRE] fuit planicies roboreis siluis consita, similis conualli illustri: in hac fuit ilex, seu quercus illa nobilis, dicta *quercus Mambre.* Nomen accepit, vel ab vrbe Hebron, † quæ & Mambro dicta, *cap. 23. in fine:* vel à viro quodam Principe, *de quo cap. 14.*

20. Hebron, dicta Mambre, & Cariatharbe.

IN HEBRON] in Hebronis territorio. Hebron, quæ & Cariatharbe. *Iosephus lib. 5. de Bello Iudaico. cap. 7.* & dixi de hac non pauca *in Panegyrito de visitatione B. Mariæ Virginis.*

DOMINO] in Dei honorem. vides studium Abram in construendis vbique Deo altaribus. quis credat Abrahæ filios, qui altaria hodie vbique demoliuntur? Lutheranos dico, Caluinistas, Suencfeldianos, Memnonistas, & similes sæculi nostri pestes, religionis pollinctores, viperas conantes matrem, ex cuius sinu erupérunt, sæuiter trucidare.

MYSTICAM expositionem inuenies in epist. D. Hieronymi ad Dardanum.

CAPVT

CAPVT XIIII.

FActum est autem in illo tẽpore, vt 1.
Amraphel rex Sennaar, & Arioch
rex Ponti, & Chodorlahomor rex
Elamitarum, & Thadal Rex Gen-
tium * inirent bellum contra Bara 2.
regem Sodomorum, & contra Ber-
sa regem Gomorrhæ, & contra Sennaab regem A-
damæ, & contra Semeber regem Seboim, contraq;
regem Balæ, ipsa est Segor. * Omnes hi conuene- 3.
runt in vallem siluestrem, quæ nunc est mare salis.
* Duodecim enim annis seruierant Chodorlaho- 4.
mor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo. * Igi- 5.
tur quartodecimo anno venit Chodorlahomor,
& reges qui erant cum eo: percusseruntque Ra-
phaim in Astarothcarnaim, & Zuzim cum eis; &
Emim in Saue Cariathaim, * & Chorræos in mõ- 6.
tibus Seir, vsque ad Campestria Pharan, quæ est in
solitudine. * Reuersique sunt, & venerunt ad fon- 7.
tem Misphat, ipsa est Cades: & percusserunt om-
nem regionem Amalecitarum, & Amorrhæum,
qui habitabat in Asasonthamar. * Et egressi sunt 8.
rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, rexque Ada-
mæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ est Se-
gor: & direxerunt aciem contra eos in valle Silue-
stri: * scilicet aduersus Chodorlahomor rege Ela- 9.

mitarum,& Thadal regem Gentium, & Amraphel
regem Sennaar,& Arioch regem Ponti: quatuor
10. reges aduersus quinque. * Vallis autem siluestris
habebat puteos multos bituminis. Itaque rex So-
domorum, & Gomorrhæ terga verterunt, ecciderúntque ibi:& qui remanserant,fugerunt ad mon-
11. tem. * Tulerunt autem omnem substantiam So-
domorum & Gomorrhæ, & vniuersa quæ ad ci-
12. bum pertinent,& abierunt:*necnon & Lot & sub-
stantiam eius,filium fratris Abram, qui habitabat
13. in Sodomis. * Et ecce vnus qui euaserat, nuncia-
uit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle
Mambre Amorrhæi fratris Eschol, & fratris Aner:
14. hi enim pepigerant fœdus cum Abram. * Quod
cum audisset Abram, captum videlicet Lot fra-
trem suum, numerauit expeditos vernaculos suos
trecentos decem, & octo: & persecutus est vsque
15. Dan: * Et diuisis sociis,irruit super eos nocte per-
cussitque eos, & persecutus est eos vsque Hoba,
16. quæ est ad læuam Damasci.*Reduxítque omnem
substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia
17. illius,mulieres quoque & populum. * Egressus est
autem rex Sodomorum in occursum eius postquã
reuersus est à cæde Chodorlahomor,& regum qui
18. cum eo erant in valle Saue,quę est vallis regis.*At
verò Melchisedech rex Salem,proferens panem &
19. vinum,erat enim Sacerdos Dei altissimi,*benedi-
xit ei,& ait:Benedictus Abram Deo excelso, qui
20. creauit cælum & terram:* & benedictus Deus ex-
celsus,quo protegẽte, hostes in manibus tuis sunt.
21. Et dedit ei decimas ex omnibus. * Dixit autem
rex Sodomorum ad Abram:Da mihi animas, cæ-
tera

tera tolle tibi.* Qui respondit ei: leuo manum 22.
meam ad Dominum Deum excelsum possessorem
cæli & terræ, * quòd à filo subtegminis vsque ad 23.
corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ
tua sunt ne dicas: Ego ditaui Abraham: * exceptis 24.
his, quæ comederunt iuuenes, & partibus viro-
rum, qui venerunt mecum, Aner, Eschol, & Mam-
bre: isti accipient partes suas.

ARGVMENTVM.

Assyrij cum Palæstinis bellum gerunt, Loth capitur, ab Abram liberatur, & Assyrij funduntur, dat Abraham Melchisedeco decimas, & ab eo benedicitur.



Vatuor occurrunt hoc capite notatu dignissima. Primum quo pacto Deus leui castigatione conatus sit Pentapolitas ad frugem reuocare: Loth quoque punierit eo quòd, allectus terræ bonitate, non sit veritus criminosis hominibus cohabitare. Secūdò, quòd in vnius iusti gratiā tot impios Deus liberarit, vt famulum suum Abram magnificaret. Tertiò CHRISTI Domini regnū & Sacerdotiū in Melchisedech adumbratū. Quartò huius belli, quæ solent, causas fuisse, ambitionem Chodorlahomor, qui priùs sibi Pentapolitas bello subiecerat; & victorum contumaciam qui Domino rebellabant. Porro Regum istorum nomina mirè Iosephus *lib. 1 antiquita. cap. 9.* corrumpit. VERS. 1.

IN ILLO TEMPORE] mox ferè, vt Abram fixit tentorium in territorio Hebron.

AMRAPHEL REX SENNAAR] Rex Assyriorū † siue Babylonis, fortè tertius quartusue à Nemrod. hunc Iosephus indicat cæteris præfuisse, cum totum exercitum vocat Assyriorum. Assyriorum imperij hæc videntur circa annum centesimum vigesimum accidisse; quo tempore, qui iam ab initio sub Nemrod vicinos subiugare cœperāt, Reges aliquos subditos habebant, quibus soliti Regum nomen relinquere, vt patet ex Isaiæ cap. 10. vbi v. 8. dicit Assyriorum Rex; *Nūquid non principes mei, simul reges sunt?* Et quia Diodorus Siculus *lib. 3.* scribit Priamum Regem Troiç sub imperio Assyriorum fuisse. 1. Assyriç monarchiæ initia.

ARIOCH REX PONTI] meritò negat Eubinus credibile esse D. Hieronymum, qui hæc loca tam sedulò lustrauit, errasse, quando docuit אלסר *Ellasar* à Latinis vocari *Pontū*; sed quem? pleriq; censent Euxinum, quos confirmat quædam vetus versio, sunt qui Symmachi 2. Pontus quæ regio. 3. Ellasar vrbs.

 putent

putent, in qua; *σκυθῶν Schythanum.* Sed meâ opinione nimis longè hunc Arioch accersunt: vt alij quoque, qui de Hellesponto rentur. Si quam vrbem hoc nomine in his partibus reperirem, nihil ambigerem vlterius, Nunc meram coniecturam promo, vrbem *Ellazar*, etiam *pontum* vocatam & *Hellada*. Ellazar dicitur Hebræis, & Chaldæo, (vt puto) sita in Cœlesyriâ, & Stephano dicta ἑλλάς. Hieronymus in locis Hebraicis, *Ellezar ciuitas Regis Arioch*, quam hic *Pontum* vocat, secutus Symmachum, quem Procopius scribit sic vertisse. An autem hic idem qui Iudith. 1. 6. vocatur *Erioch Rex Elicorum*? sunt qui suspicentur, quibuscum non pugno, & si vix credam.

CHODORLAHOMOR] puto hunc belli facem fuisse, quia Diodorus Tarsensis hoc bellum vocat bellum Persarum, qui ab Elam filio Sem orti à Iudæis Elamytæ, à Gentilibus Elymæi, & regio Elymais vocata.

4. Elam, Elamitæ. REX ELAMITARVM] *Elam* populi † Persis vicini, & horum quasi parentes olim principesque; sed postea à Persis sub iugum missi, vix nomen retinuere, iuxta Iosephum.

5. Galilæa gentium. THADAL REX GENTIVM] *Melech Goim* dictus, quia vel imperabat multitudini collectitiæ erronum & profugorum, quibus fortè asylum aperuerat, vt postea fecit Quirinus pater Romanorum; vel quia Rex Galilææ superioris, quæ *Gentium* postea vocata, eò quod variæ gentes eam incolerent, Ægyptij, Arabes Phœnyces, *teste Strabone lib. 16.* erat enim mercaturæ propter multos portus & regionis fertilitatem oportuna; vel quod cum in extremo Iudææ sita sit, vndique gentibus circumdata; vel denique quod Salomon viginti ciuitates illius Hiramo Regi gentili dederit 3. *Reg.* 9. 12. *Gentium Galilæa* vocatur, Isai. 9. 1. Amat hoc capite ponere vrbium & gentium nomina, non quæ tempore Abrahæ in vsu, sed quæ suo, per prolepsim quam vocat.

VERS. 2. 6. Segor vrbis nomina. BALÆ, IPSA EST SEGOR] à Syris parua ciuitas † vocata, *Zoara*, Hebræis *Segor*, sed id postquam Loth prætensâ paruitate in eam se recepit: prius *Bala* dicebatur, *salissa* quoque, seu *vitula conternans*, nominum rationes pete à D. Hieronymo *hic in quæstionib. Hebraicis*.

VERS. 3. OMNES HI] Nouem Reges, quinque Reges Palæstini, & quatuor Assyrij. TROPOLOG. Rupertus *hic lib. 5. cap. 16.* vult significari sensus corporis & animi passiones.

7. Vallis siluestris. VALLEM SILVESTREM] amænam & † instar nemoris pulchris arboribus condensam. talis enim fuit ante exustionem. hoc significari per שדים *Siddim* confirmat D. Hieronymus auctoribus Aquilâ &

Versiones conciliatæ. Theodotione LXX. *φάραγγα τὴν ἁλυκὴν vallē salsuginosam*. Hieronymus reddidit vocis significationem, LXX. id quod Moysis tempore erat. nam tunc propter exustionem præcedentem locus ille totus salsugine amarus, vt pote vitiatis aquis maris mortui. Ideo subditur QVÆ vallis olim nemorosa,

8. Mare salis, & mortuū. NVNC EST MARE SALIS] significat ibi fuisse mare salsum seu salsarum aquarum colluuiem, quod Hebræis etiam vocatur *vallis salinarum*,

narum, teste Hieronymo. Pentapolis post vrbium concremationem, tam salsis aquis obrecta fuit, vt nihil inibi queat viuere, hinc *mare mortuum* nuncupatum; quod accidit post istud prælium & vrbium excidium.

RECESSERVNT AB EO] מרדו *Maradu*, rebellarũt, vltrà parere noluerunt. Vers. 4.

QVI ERANT CVM EO] vt fœderati eius iniurias vltum ibant, certè Amraphel non erat ei subditus. Vers. 5.

PERCVSSERVNTQ.] narrat quo pacto ante ingressum in Pentapolim, ne quid hostile post tergum vel ad latera relinquerent, quatuor vicinas gẽtes depopulati sunt, Raphaim, Zuzim, Emim, & Chorræos. רפאים *Raphaim* fuere de genere gigãtæo, vt & *Enazim*, habitarunt in terrà Basan, quę ideo dicta terra gigantũ, *Deut.* 3. 13. videntur in speluncis habitasse montium, sicut & cyclopes. Nam *Raphaim* sonat inferos seu sub terrâ degentes *Isai.* 26. 14 alij deducunt à רפה *Rapha*, quod vires conciderent eorum qui tam vastos & truculentos intuebantur. Aquila, Symmachus & Theodotion, vt & noster, soliti nomen retinere, vt proprium gentis, vel propter significati ambiguitatem. LXX. solent reddere *gigantes* adspectu ad corporis vastitatem, & ad significationem nominis vulgô recepti gentilibus. 9. Raphaim. Versiones conciliatæ.

ASTHAROTH CARNAIM] non est sermo de *Astharoth* illâ, quæ, Eusebio teste, in Basanitide fuit, non procul ad Adarâ, vbi habitarunt Raphaim; sed de alia quæ sita in supercilio Sodomorum, has duas videtur confundere Adrichomius *in descript. tribus Manasse nu.* 19. Sed benè distinxit Masius *in c.* 12. *Iosue.* 10. Astharoth duplex.

CARNAIM] Hebræa vox significat *bicornẽ*: & ita dictam à bicorni seu bicolli mõre, vult R. Nahman, fieri potest; sed ego suspicor hoc nomen accepisse à Dianæ idolo, quod fortassis ibi colebatur, quæ q eadẽ cũ Lunâ, solita figurari, cũ lunulâ bicorni in frõte: docẽt statuæ, marmora, numismata. Multi veterum Dianam seu Lunam eamdem censuerunt cum Iunone. Iam D. Augustinus asserit, linguâ Punicâ (quæ ex Hebræâ nata) Iunonem sine dubitatione vocari *Astarten.* li. 7. quæstion. 16. Multæ Iunones veteribus, sicut & Ioues, & Veneres; inde factum vt quarta Venus à Syris Astarte seu Astarete Syriæ & Tyri filia vocaretur, teste Cicerone *lib.* 3. *de natu. Deorum*: Syriam Deam Syros coluisse constat ex Plutarcho & Luciano, si filia eius credita Astarete (quod nomen perspicuè ex *Astaroth*) nihil mirum Syros Palæstinos eam coluisse, quæ alijs Luna seu Diana, alijs Venus credita, hinc *Astaroth Carnaim* nihil aliud significat, quàm Iunonis bicornis vrbem. Astarte seu Astaroth quæ Dea. 11. Astaroth Carnaim quid.

ZVZIM] nomen † gentis admodum robustæ, sed non satis notæ: suspicantur quidam vocari *Zonzommim* Deuteron. 2. 21. CVM EIS] Hebraicè est בהם, quod pro varietate punctorum diuersa significat. potest subscribi בהם *Betham*, & significat, *in ham*; vt vertunt recentiores; potest legi בהם *Bathem*, hoc est *cum eis*, sicut legerunt LXX. & noster, & Thargum Ierosolymitanum, & auctor magnæ Genesis, 12. Zuzim. Conciliatæ versiones.

Aquilas vt nomen loci accepit vocans בבהמתא *Bhamtha*. Sequuntur
13. Emim. EMIM] dicti etiã Ommai † vicini Sodomis, D. Hieron. ait à Chodorlahomor excisos; hoc est ad exiguum numerum redactos. nam postea, cum iterum gens valida essent facti, à Moabitis fuerunt expulsi. *Deute.* 2. *v.* 10. *&* 11.

14. Saue. SAVE] Regia Emimorum. alij שוה planitiem vertunt; fuit vrbs in planitie supra mare mortuum.

VERS. 7. CHORRÆOS] propter similitudinem litterarum *He & Cheth*, fa-
15. Chorræi, siue Horræi. ctum vt ab alijs *Horræi* vocentur; quos filij Esau montanis locis deiecerunt. *Deuter.* 2. 12. Nachman tradit cognatos Heuæorum fuisse.
ה & ח. חורים MONTIBVS SEIR] hi sunt mõtes Edom in Gabalenâ regione, postmodùm habitatio Esau.

16. Seyr mons. CAMPESTRIA PHARAN] planitiem: איל LXX. vertunt, *terebinthum*: fortè alludentes, ad famosam aliquam in illâ planitie arborem
17. Pharan. huius generis. PHARAN] mons, vnde nomen † huic deserto Saracenorum supra Arabiam, (*Hieronym.*) oppidum quoque ibidem versus meridiem sic dictum (*teste Procopio*), quod Græca scolia docent à sancto Iob habitatum.

18. In pro *iuxta*. IN SOLITVDINE] Hebraismus, pro iuxta solitudinẽ, *vt rectè Chaldæus*. hæc solitudo, sicut describunt qui videre, hodiè est itineris vndecim, dierum inuia, inaquosa, sterilis, inarabilis, sola bestijs & homi-
19. Desertum Pharan. nibus, nuda plantis & stirpibus, aspera montibus, prærupta rupibus, ardore solis torrida, obstrata sabulo profundo, tenaci, & lubrico. in hac Israëlitica gens triginta & octo annis vagata. *Num.* 14. *& Deuteron.* 21. *&* 29.

20. Misphath fons. MISPHATH] fons iste † vicinus vrbi Arabum Petræ. (*Hieronym.*) dictus fons iudicij: eo quod ibi Iudæi contra Moysen & Aaron murmurarunt, iurgati sunt, & velut iudicio expostularunt, ideo etiam dicitur aqua contradictionis: ibidem Deus Moysen & Aaron propter incredulitatem damnauit non ingredi in terram promissam. Postea cùm illic miraculo edito Deus fuisset sanctificatus, dici cœpit mons
Cades. *Cades*: vide Num. 20. v. 11. Ad hunc fontem quatuor Reges reuersi sunt, cæsis illis gentibus, quæ se singulæ opposuerant. Chaldæus pro *Cades*, & *Cadesbarne*, semper vertit, *Rechem*, an ergo idem locus? D.
Rechem. Hieronymus & communiter plerique diuersa censent.

Amalecitæ. Asasonthamar. AMALECITARVM] qui postea ab Esau nepote sic vocati. *Genes.* 36. 16. sensus ergo; regionem, quã postea Amalecitæ possederunt. ASASONTHAMAR] vrbs palmarum, quæ † fuit Amorrhæorum vrbs, etiã
Engaddi. Engaddi vocata. *D. Hieronym. Euther. & Chaldæus*: describunt optimè Brocardus & Breidenbachius Itin. 6.

Versiones conciliatæ. OMNEM REGIONEM] noster legit vt habemus hodiè שדה *Sedeh*: sed LXX. legerũt per resch, שרה *Sarah*, & ideo verterunt principes τῆς ἀρχοντας rectè hoc aduertit Eugubinus, vt & illud non ac-
Hebræi codices variãt. cepisse hos doctiss. Hebræos literam pro literã, sed Hebræos codices mutatos: ego duplicem puto lectionem fuisse, & nostram melio-

rem. non

rem: nondum enim Amalecitæ erant, & sic nec Principes eorum qui cæderentur: ager tamen erat, quem illi postea possederunt.

De valle siluestri iam actum.v.3. Pvteos mvltos] Hebrai- Vers. 10.
cè: *puteos, puteos* בארת בארת *Beeroth beeroth:* † geminatio nominis 21.
indicat copiam & multitudinem puteorum: Iosephus vocat vallem Putei,putei.
puteorum bituminis quod esset plena vallis huiusmodi materię fon- Hebraism.
tibus. Quinque Reges hunc locum elegerunt, eo quòd periculosus geminationis.
foret hostibus ignaris horum puteorum.

Itaqve] non reddit rationem, sed connectit tantùm: non enim victi quòd eum locum elegissent, sed quòd viribus & pugnandi peritia impares.

Cecidervntqve ibi] Reges Sodomæ & Gomorrhæ fugientes, cum paucis se ad montana receperunt: cæteri pars capti, pars gladio cæsi, pars nimia consternatione in bituminis puteos ruerunt, non locorum ignari, sed quid agerent parum solliciti, & mortem morte redimentes.

Svbstantiam] opes, omnium quinque Regum; & si duos Vers. 11.
tantum, vt præcipuos nominet. Verisimile, non castra tantùm diripuisse, sed & oppida defensoribus ferè nudata deprædatos.

Necnon & Loth] fors in prælio captum, vel inermem in vrbe Vers. 12.
inuentum: haut dubiè hæc pœna perperæ electionis, & moræ inter improbos. Sic D.Chrysost. Ambrosius, & aureis versibus Prudêtius in Præfatione Psychomantiæ, vbi hoc bellum describit. Mysticas expositiones pete à Rabano, & Ruperto.

Vnvs qvi evaserat] fors seruus vnus Loth, qui elapsus ho- Vers. 13.
stium manibus. Nvnciavit,] quæ in prælio gesta, & captum 22.
Loth. Abraham Hebræo:] Errat Artapanus apud Eusebium, Abrahā vnde dictus
lib.9. de præparat. Euangel. sub fin. qui censuit Hebræos dictos ab Abra- Hebræus.
ham, quasi Abrahæos. Errat: quia ipse Abraham Hebræus vocatus. Deinde Abrahā scribitur per א. Hebræus per ע. Sed vnde Abraham vocatus Hebræus, עברי *Ghebri*? duæ sunt sententiæ probæ. Vna quam Burgensis sup.cap.21. Matthæi fusè conatur probare à *Ghabar, transiuit*, scilicet Euphratem, quasi dicat transamnanum, quod voluere magni Doctores Origenes, Diodorus, Chrysostomus & Theodoretus. *q.60.* confirmant LXX. τῷ περάτῃ *transitori.* Alia quæ mihi magis arridet, Hebræum dici ab Heber, à quo descêdebat, & cuius idioma retinebat; & ab eodem Heber, non ab Abram, posteri dicti sunt 23.
Hebræi, est sententia D.Hieronymi & Acacij, & D.August. tandem Conuallis Hebron, &
hanc prætulit *lib.2. retractat. cap.14. Vide Eugubin. hic.* Mambre.

Convalle mambre] propè Hebron †, vnde & conuallis 24.
Hebron dicta, & ipsa Hebron Mambre vocata, *infr. cap.23.19. & 49.* Baghae
30. Vide supr. 13. 18. Fœderis.

Pepigerant fœdvs] erant fœderati, habes Hebraismum בעלי Vers. 14.
Baghali, Domini fœderis. *Vide Adag. sacra §.63.* 25.

Nvmeravit] Hebræum † ריק *Riq*, propriè significat impedi- Numerus, & numerare
mentis liberare, siue educere. Noster significauit *numerandi* vocc, castrensia vocabula.

 non

non quosuis fortuitò captos & in pugnam eductos, sed delectos, qui magis idonei & more militari numeris (hoc est ordinibus) distributos. Est vocabulum castrense. Ideò etiam sequitur *expeditos* חניכים *Chanichim*, à radice *Canach*, probè instructos, moribus & præceptis domi eruditos, laboribus quoque ad robur & tolerantiam exercitos.

26. Abrahę 318. vernaculorum mysteria. TRECENTOS DECEM & OCTO] non quantitas numeri, sed meritum electionis expressum: eos enim asciscit, quos numero fidelium dignos iudicauit: qui in D. N. IESV CHRISTI passionem crederent. Trecentos enim τ littera significat: decem & octo autem, summam in exprimit nomen fidei. Fidei ergo merito Abraham vicit, non copioso exercitu] hactenus D. Ambrosius *d. cap. 3.* apud quē reposui *fidei* vocem, à sciolis semel inscité sublatam.. Vult ergo hoc numero præsignificatum propheticè Crucis & nominis IESV saluifici mysterium. Est & alia expositio eiusdē Ambrosij *lib. 1. de fide ad Gratianum*, & Liberij Papæ *in epist. ad Orientales.* censentium præfigurari numerum Patrum Orthodoxorum, qui in Concilio Nicæno de Arianis triumpharunt, & rectam fidei summam tradiderunt, quam qui tenēt possunt fidei hostes vincere. *Vtraque explicatio placuit Ruperto lib. 5. cap. 15.* Placuit idem Prudentio in d. præfatione, volens hoc facto nos moneri;

Nos esse largè vernularum diuites;
Si, quid trecenti bis nouenis additis
Possint, figura nouerimus mystica.

Antonius Nebrissensis retulerat hæc verba ad Concilij Nicæni Patres; id Giselinio visum mordaciter reprehendere: quia putabat Nebrissensis commentum. Non est, sed Ruperti, sed Liberij, sed Ambrosij. Quantò sapientiùs medicus ille, si intra litterarios & iatricos se cancellos continuisset! fusior fui: eò quòd alij hic nimis parci & restricti.

17. Dan. Moysis prophetia. Lais seu Lesen. VSQVE DAN] qui alterum † caput Iordanis, in terræ promissionis margine Boreali, haut procul à Paneade. *Hieronymus & Procopius.* Vides hic spiritu prophetico Moysen scribere nomē vrbis, quod diu post obitum eius acceptura. Multis enim annis postea adhuc Lais seu Lesen vocata. *Lege Iosue 19. & Iudi. 18.*

VERS. 15. DIVISIS SOCIIS] suos in vnam, socios in alias, fortè tres, diuisit, vt diuersi irruerent, & inopinato sepultos somno vinóque opprimerent, clausis effugij viis.

28. Hoba seu Soba. PERSECVTVS EST] in Dan cæsos, vsque in Oba insecutus. *Oba.* LXX. & Iosephus volunt esse Sobam Damasio, quæ & Syriæ Sobal nomen dedit. Postea dicta *Chobaa* nidus Ebionitarum. *D. Hieronymus.*

VERS. 16. SVBSTANTIAM] רכש *Rechusc*, non equos tantum, sed omnes
29. facultates significat: *etiam supr. 13. 6.* ideò malè recentiores.

ET POPVLVM] scilicet reliquum, mulieres, paruulósque.

VERS. 17. EGRESSVS REX SODOMORVM] qui prælio se fuga subduxerat in

rat in montana, inde regressus: vel ex vrbe sua ad quam direptam rediierat.

IN OCCVRSVM] acturus gratias, & impetraturus sibi ciues suos reddi.

REVERSVS EST] Abram, cui ille obuius, in VALLE SAVE, hoc est plana †: quæ vocata etiam *Aulon*, & *vallis Regis*. Sed cuius? vt dubium tollant LXX. addunt *Melchisedec*. Incertum tamen dicta ab hoc, an ab alio Rege; cuius ibi deliciæ: an simpliciter, quòd dignitate & amænitate digna rege? sed maioris ponderis quæ sequuntur. 30. Saue vallis dicta Aulon & Regis.

MELCHISEDECH] de hoc multa quæri solent, & itur in sententias repugnantes etiam à Catholicis, rem in pauca conferam, vt scriptionis istius breuitas deposcit. Dico primò, purum & verum hominem fuisse: contra sentire hæreticum est. *Epiphanius hæresi 56. Cyrillus lib. 5. in Genes.* & est communis sententia. Dico secundò, Melchisedech est huius hominis nomen proprium: *est omnium Patrum contra Caietanum*. Dico tertiò, regnauit in Salem, quæ postea dicta Iebus, & denique Ierusalem. Satis quidem probabiliter D D. Hieronymus & Ambrosius voluerunt regnasse in Salem, quæ vicina Scythopoli, aliàs dicta Sichem; sed quod dixi, cum Iosepho Græci omnes, & post Hieronymum Latini communius docuerunt, & esse verius ostendunt è nostris Pererius *hic disp.* 4. & Ribera *in epist. ad Hebræos cap.* 7. Dico quartò mihi verisimiliùs videtur non fuisse Sem filium Noë, etsi Hebræi & D. Hieronymus contra senserint, quos defendit noster Francisc. Soarez. *in 3. p. D. Thom. tom.* 1. Quam opinionem non dico cum Procopio stultam & impossibilem esse; sed contrariam longè probabiliorem esse: nempè fuisse regulum aliquē Chananæum & Gentilem: tenuerunt S. Dionysius Areopagita *lib. de cælesti hierarch. c.* 9. Hippolytus & Irenæus etiam martyres, duo Eusebij, Eustathius & alij laudati D. Hieronymo *epistol. ad Euagrium*. Item Epiphanius *hære.* 51. *&* 63. Theodoretus *q.* 63. Althelmus *lib. de virginitate circa finem*, Suidas & alij: rationes & argumentorum contrariorum solutiones Pererius *hic disp.* 3. & Ribera *sup. num.* 16. suppeditabunt. Dico vltimò Melchisedech obtulit Deo in sacrificium coram Abramo panem & vinum, & postea eadem proferens largitus est Abramo, vt ipse cum suis vesceretur: (vt videntur velle Clemens Alexandrin. *lib.* 4. *Stromat.* & Theodoretus *q.* 63.) protulit autem ea, non pro tempore, aut fortuitò; sed, vt ordinariam sui sacrificij materiam: hæc est rata sententia Catholicorum contra modernos hæreticos, Caluinum, Chemnitium, Musculum; qui contendunt magnis clamoribus, nullam hic sacrificij mentionem fieri, sed epuli tantum victorialis, & proinde nostrum interpretem malè transtulisse. Sed quoniam quæstionis decisio à recta textus explicatione dependet, ego, pro meo munere, breuiter singula verba discutiam: controuersiam integram habetis in Bellarmino *lib.* 1. *de missa cap.* 6. & Gregorio de Valentia *in D. Thom. tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 11. *puncto.* 1.

VERS. 18. 31. Melchisedech quis & qualis. 1. 2. 3. Salem duplex. 4.

32. Proferre vocabulum sacrificale.

PROFERENS] Hebraicè חוציא *Choçi*, à radice יצא *Iaça*, eduxit seu protulit: qua voce, vt rituali in sacrificio, etiam vtitur contextus Hebræus Iudic. 6. 18. vbi noster vertit *portans sacrificium & offerens tibi*, LXX. cum nostro consentiunt, & D. Augustin. quæst. 53. vertit; *offeram*, & hanc quorumdam Rabbinorum sententiam esse docent eam sequentes Galatinus & Genebrardus: *hic in Chron. exordio tertiæ ætatis, ille lib.* 10. *de archanis Catholicæ veritatis*.

PANEM ET VINVM] qualia consueuerat offerre: hanc eius ordinariam in sacrificio materiam fuisse docent S. Cyprianus *lib.2.epist.*3 *ad Cæcil.* Eusebius *lib.5.demonstrat.Euangel.cap.*3. Ambrosius *libr.* 4. *&* 5. *de Sacrament.* Hieronymus *epistol. ad Marcellam, & epist. ad Euagrium* citat auctores Irenæum, Hippolytum & alios Patrum antiquissimos: sic etiam Augustin. Theodoretus & alij apud Bellarmin. & Valentiam *locis præfatis*: quibus vnum Philonē obscurè loquentem, præponere, non decet. Sententiam ergo Catholicorum multis rationibus probare possem, promam paucas, sed vrgen-
1. Probationes nostræ. tes. Probatur primò, Testibus cunctis patribus, qui de hac re scripserunt, hoc sacrificium Melchisedech fuit typus venerabilis sacramenti Eucharistiæ, ratione materiæ: sed Eucharistiæ materia est
2. panis & vinum: quo vt correspondeat figura figurato necesse est, vt sacrificij Melchisedech materia fuerit panis & vinum. Secundò licet sacrificij Melchisedech aliàs quoque in sacra Scriptura mentio fiat, nusquam tamen traditur, qua in sacrificando materia fuerit vsus, nisi hoc nostro loco: ergo quæ hoc loco traditur, credenda est materia fuisse. Consecutio probatur, quia necessarium fuit scire materiam noui sacrificij futuri fuisse similem materiæ sacrificij Melchisedech:
3. alioqui non satis constaret de typi veritate. Tertiò sacrificium Melchisedech sacrificio Læuitico opponitur: Sed non alia ex causa magis quàm ratione rei oblatæ, quia Leuiticum fuit cruentum, istud verò incruentum futurum erat. Pro cuius intelligentia, nota CHRISTVM Dominum offerendo seipsum in cruce impleuisse id quod Leuitica sacrificia cruenta præsignificabant: Sed instituendo in vltima cœna sacramentum Eucharistiæ, impleuisse typum sacrificij Melchisedech: quo sacrificio iam instituto, consequens erat, vt in cruce moriens impleret typum sacrificij Leuitici, & implendo, vetus illud cruentum aboleret, seu cedere iuberet nouo pridiè instituto.
4. Denique patet quod dixi, quoniam hic in textu pro ratione subditur, *erat enim Sacerdos*; quasi dicat, ratione Sacerdotalis officij tanquam Sacerdos panem & vinum obtulit. Hìc, hìc, recalcitrant aduersarij.

Argumentū fundamentale hæreticorū soluitur.

Volunt enim contextus verba aliter connectenda, nempè sic, Melchisedech fuit rex & Sacerdos (*hoc verum est*); &, vt Rex, in epulum præbuit Abrahamo & sociis vinum & panem: (*hoc falsum*) vt Sacerdos verò ei benedixit: (*hoc verum*) quod falsum esse dixi, hoc probant: tum quia *panis & vinū* Hebræis omne genus ciborū, significat: tum quia Hebraicè non est; *enim*, causale seu αἰτιολογικὸν, quod noster interpres posuit; sed dumtaxat est copula, *&*, 1. Respondeo ad primum,

panem

panem & vinum in sacra Scriptura, & fonte Hebræo sæpius † sumi 33. Panis & vinum.
propriè pro cibi & potûs certa specie, & sic hactenus isto loco Patres
omnes Græci Latinique acceperunt, & sic accipi debere docent tres
nostræ probationes. Ad secundum respondeo: particulam ו esse † 34. Et aithiologicum.
causalem, & non nudam copulatricem probatur auctoritate eorum-
dem Patrum ita capientium; & quia LXX. † interpretes verterunt,
ἦν δὲ ἱερεὺς, erat autem sacerdos: ponentes δὲ pro causali, vt solent non 35. δὲ, seu autē, pro enim seu γὰρ.
rarò Græci. Theodorus Gaza *lib. 2. Grammat.* docet δὲ copulatiuè, &
ratiocinatiuè, & circumscriptiuè sumi, συμπλεκτικῶς, καὶ συλλογιστικῶς,
καὶ περιγραφικῶς. Sanè Homerus *in Boëotiâ* dixit; ὁ δὲ οἱ παρελέξατο λά-
θρη, rationem reddens cur esset eius pater, *ipse enim cum ea clam rem
habuit* frequentius adhuc Hebræis ve pro *enim* capiunt † dabo exem- 36. Ve Hebr. pro enim.
pla. Genes. 20.3. noster; *habet enim virum*. Hebraicè, *& ipsa habet vi-
rum*. Psal. 142.7. *Non auertas faciem tuam à me, & ero similis descendenti-
bus in lacum* hoc est, quia si auerteris faciem tuam à me ero similis, &c.
Isai. 64.5. *Tu iratus es & peccauimus*. Hebraicè, hoc est, quia peccaui-
mus. Lucæ 1.42. *benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris
tui*, hoc est quia benedictus fructus ventris tui. Nam καὶ ibi teste
Theophilacto λέγει τὴν αἰτίαν. Item psal. 59. v. 13. vbi noster, *quia vana
est salus hominis*. Hebraicè & Græcè habetur *&*, sed sumendum pro
quia docent ibi Auenes. & Dauid Rabbini, & ex nostris Theodoret.
& Euthym. Item Psalm. 94.5. *ipsius est mare & ipse fecit illud*, D. Hie-
ronym. vertit, *quia ipse*. Psal. 107.13. *& vana salus hominum*, noster,
quia vana salus hominum. Hamerus etiam notat sic locutum Fabium
libr. 1.

Sacerdos] Leo Castrius in apologet. frustrà pertendit כהן
Chohen † non capi vnquam pro principe. negare non debuit: quia 37. כהן seu sacerdos, quid significet.
quod 1. paralip. c. 18. v. 17. dicuntur *filij Dauid primi ad manum Regis*;
videtur esse explicatio eius, quod dictum lib. 2. Reg. 8. 18. *filij autem
Dauid sacerdotes erant*: quos constat à sacerdotio alienos, eo quòd de
Tribu Iuda, & non Leui fuerunt. Et tamen Hebraicè d. v. 18. כהנים
Kohanim & noster vertit *sacerdotes*, quod LXX. vertunt αὐλάρχαι, ni-
mirum significantes *Kohanim* non capi pro Sacerdotio propriè dicto,
sed pro primaria aulæ dignitate, quam solent obtinere, qui Regij
sanguinis sunt, ideo de filiis Regis *d. v. 17.* vsurpat, הראשנים ליד
Harisconim Leiad, principes seu capita ad manum Regis. An ergo *Ghohen*
hoc nostro loco capiendum pro principe, sicut d. v. 18? omnino con-
tendunt hæretici, non posse aliter. Sed contendunt, vt soliti, inuita
sacra Scripturæ contextûs serie. Ideo subiungitur de benedictione; vt
sciamus *Sacerdotis* vocabulum propriè ac strictè vsurpatum, vt acce-
perunt non solum Christiani Patres omnes, sed etiam Iudæi Philo ac
Iosephus, Abenezra & alij Rabbini, & LXX. qui quando volunt in- Mos LXX. in vertendo.
dicare vocabulum *Kohanim* aliter accipi, solent aliter & aliter verte-
re, vt d. v. 18. αὐλάρχαι, d. v. 17. id explicantes οἱ πρῶτοι διάδοχοι *qui primi
Regem excipiebant*: quando autem sumitur propriè & pressè pro Sa- Locus Psal. 98. 7.
cerdote, tunc vertunt ἱερεὺς, vt hoc loco & Psal. 98. 7. *Moyses &*

Aaron in Sacerdotibus eius, ἐν τοῖς ἱερεῦσιν; vbi agi de vero Sacerdotio vtriusque consentiunt Rabbini & Patres orthodoxi, vide *Genebrad. ibi*. Item Ps. 109 .v.6. *Tu es Sacerdos in æternum* (σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα) quo loco sequētibus verbis ipsemet Propheta Dauid probat verum Melchisedechi Sacerdotium; addit enim, לעולם על-דברתי מלכ-צדק כהן *Choen Lecholam Ghal Dibrothi Malkisedeq*. quod & si Montanus suâ versione; *Super verbum meum*; obscurarit, tamen clarè verterant LXX. κατὰ τὴν τάξιν μελχισεδέκ, vt noster: & debuisset (meo iudicio) hunc pruritum nouandi coërcere Apostolica expositio D. Paulli *ad Hebræos cap.5.v.7. & 10*: qui exponit κατὰ τὴν ὁμοιότητα. *Secundum similitudinem*. & fatetur Abenezra על hîc pro כ positum, *super*, pro *in*, & DIBBAR nec verbum, nec rem, sed morem significare: itaque, *in more*, hoc est secundùm ritum & morem Melchisedech. Ex Paullo itaque sic argumentor. Prædicit Dauid CHRISTVM fore Sacerdotem ad similitudinem Melchisedech: sed certum est CHRISTVM fuisse verum sacerdotem, & de vero eius Sacerdotio Dauidem prophetare, Apostolum verò id ex professo docere: ergo verus & non Metaphoricus Sacerdos secundùm Dauidem & Paulum Melchisedech fuit. Ergo hîc debemus Moysis verba sic accipere: alioqui friuola esset ratiocinatio D. Paulli, qui ad hunc locum Dauidis respexit; & friuola etiam comparatio Dauidis, qui alio quam ad hunc locum Moysis respicere non potuit, cùm alio veteris testamenti loco nullo Melchisedechi Sacerdotis mentio fiat. Mihi res ista tam manifesta videtur, vt ferè pigeat tot verbis egisse. Addo tamen illud Dionysij Areopagitæ Melchisedech nō modo amicum, sed & Sacerdotem Dei appellatum, vt prudentioribus apertè indicarent, non modo ipsum ad verum ac sempiternum Deum esse conuersum; verùm & ceteris ad veram & solam Deitatem prouchendis, auctorem ducemque fuisse. *cap. 9. de cælest. hier.*

Locus Psal. 109.6.

VERS. 19. BENEDIXIT EI] vtique vt maior minori, vt Sacerdos Sacerdotij æterni patri Sacerdotij tēporarij, bene precatus dicens; Abram à Deo excelso benedicatur & augeatur in bonis; sicut victoriam hanc eius munere fuit consecutus.

38. QVI CREAVIT] Hebraicè קנה *Qoneh* multi malunt vertere, possessori, seu, *qui possidet*. Sed noster maluit vim Hebraismi explicare, vt LXX. ὃς ἔκτισεν. illud enim paullò obscurius, licet idem sit sensus: idcirco enim cælum est (vt vertit Chaldæus) *possessio* Dei, quia Deus eius est creator: ideo Proclus longè meliùs dixisset; omnia esse Dei possessionem & creaturam seu prolem, quam omnia esse Dei possessionem aut prolem: vnum enim ad alterum consequitur. Ideo & prima mater, vt peperit filium, dixit; *possedi hominem per Deum* sup.c.4.v.1. vbi vide, quæ dicta. Et mox v.22. *possessorem cæli & terræ*, vocat, quem hîc creatorem, vbi etiam Hebraicè est CONEH, & LXX. vt hîc vertunt, ὃς ἔκτισε. Sic Ps. 138.v.13. *possedisti renes meos*. hoc est creasti, fecisti, sic
39. interdum; *facere*; pro aquirere possessionem: sup.12.5. *animas quas fecerant*: interdum omnia tria cumulantur vt inuicem explicent. Deutero.32.6.

Possidere pro facere item possessor pro creatore.

Locus Psal. 138.13.

Facere pro acquirere.

ron.32.6.*pater tuus qui possedit te,& fecit te,& creauit te.* Anton. Honchala hoc obseruauit.

Benedictvs Devs excelsvs] Laudent omnes Deum, qui quasi conclusit in manu tuâ, eos qui animam tuam in angustias redegerant. Vers. 20.

Dedit ei decimas] Abrã Melchisedecho sacerdoti. *d.c.5.ad Hebr.* & sic LXX. ἔδωκε αὐτῷ δεκάτην *dedit ei Abrã*, in edit. Cõplut. & Regiâ, & ita Philo & Iosephus. Illi qui pro eo sacrificiũ obtulerat, & qui ei benedixerat, dedit non simpliciter munera vel dona, sed vnum de decem (vt ait Chaldæus) decimas propriè dictas: alioquin malè hæc Apostolus interpretaretur, & inefficaciter hinc argumentaretur. *d.cap.5.vide D.Thomam 3.p.q.41.a.vlt.* 40. Decimarũ origo.

Ex omnibvs] ex totâ prædâ quam hostibus ademerat, fortassis etiam ex receptis bonis Pentapolitanorum iis consentientibus.

Da mihi] hoc ait more precantis, & ostendentis amorem erga subditos, rerum verò & bonorum iacturam nihili facere. *animæ* personas significant. Vers. 21.

Levo manvm meam] vetus † cerimonia, qua vis iurisiurandi exprimebatur: nam qui manum leuabat, hoc signo se profitebatur Deum præsentem habere, & testem veritatis ac periurij vindicem precari: & nostro more, sicut iusiurandum, sic etiam ritus iste Deo tribuitur, *Exod.6.8 Deuter.32.40. Numer. 14.30.* & secundum quosdam Psal.105. v. 26. de variis significatis manum leuandi *vide Perer. hic,& Riberam in c.2. Zachar. & nostra Adagia sacra.§.18.* Vers. 22. 41. Iurisiurandi ritus. Leuo manũ.

A filo svbtegminis vsqve ad corrigiam caligæ] nec vilissimũ nec minimum quid, vt benè Chrysost. *hom.35.* est prouerbialis locutio. *vide Adag.sacra.§.19.vocem subtegminis,* addidit lucis gratiâ *Caliga* calceamenti genus, de quo dicam Act.12.8. Vers. 23. 42. A filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ.

Qvæ tva svnt] quæ sunt Pentapolitanorum nam ex bonis Assyriorum non negat se partem accepturum.

Ne dicas: ego ditavi] q.d. ne iactes me ex tuis incommodis mea quæsisse commoda; aut iactes me amore munerum tuorum tibi suppetias iuisse. Quia nihil tale suberat in muneribus Pharaonis, *cap.præcedenti*, ea recepit. De prædâ hostili nihil tale dici potuit, quam liquido belli iure suam fecerat.

Vers. vlt.] Iã socij eius cum prędæ suâ portione discesserãt: ideo addit. Exceptis his, &c. ne rex Sodomæ putaret Abram clam aliquid sibi retinere: de decimis datis Melchisedecho nihil ait, quia hoc pręsente Rege Sodomæ factum. Mystice explicat Cyrillus *hic libr. 5.* & Rupertus *d.c.15.*

* * *



CAPVT DECIMVM QVINTVM.



1. HIs itaque transactis, factus est sermo Do-
mini ad Abràm per visionem dicens: No-
li timere Abram, ego protector tuus sum,
2. & merces tua magna nimis. * Dixitq; Abram: Do-
mine Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque
liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Da-
3. mascus Eliezer. * Addiditque Abram: Mihi autem
non dedisti semen: & ecce vernaculus meus, hæres
4. meus erit. * Statimq; sermo Domini factus est ad
eum, dicens: Non erit hic hæres tuus: sed qui egre-
5. dietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredē. * Edu-
xitq; eum foras, & ait illi: Suspice cælum, & nu-
mera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuū.
6. * Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iu-
7. stitiam. * Dixitque ad eum: Ego Dominus, qui
eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi ter-
8. ram istam, & possideres eam. * At ille ait: Domi-
ne Deus, vnde scire possum, quòd possessurus sim
9. eam? * Et respondens Dominus. Sume inquit, mi-
hi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem
annorum trium, turturem quoque & columbam.
10. * Qui tollens vniuersá hæc, diuisit ea per medium,
& vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues
11. autem non diuisit. * Descenderuntque volucres
12. super cadauera, & abigebat eas Abram. * Cumque

sol

ſol occũberet,ſopor irruit ſuper Abram, & horror
magnus & tenebroſus inuaſit eum. * Dictumque 13.
eſt ad eum: Scito prænoſcens quòd peregrinum
futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubii-
ciet eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis.
* Veruntamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego iu- 14.
dicabo: & poſt hæc egredientur cum magna ſub-
ſtantia. * Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſe- 15.
pultus in ſenectute bona. * Generatione autem 16.
quarta reuertentur huc: necdum enim completæ
ſunt iniquitates Amorrhæorum vſque ad præſens
tempus. * Cùm ergo occubuiſſet ſol, facta eſt cali- 17.
go tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lam-
pas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. * In illo 18.
die pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens:
Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vſ-
que ad fluuium magnum Euphratem, * Ci- 19.
næos, & Cenezæos, Cedmonæos, * & He- 20.
thæos, & Pherezæos, Raphaim quo-
que, * & Amorrhæos, & Cha- 21.
nanæos, & Gergeſæos,
& Iebuſæos.



ARGVMENTVM.

Cum Abram Deus fœdus icit, & pollicetur eidem filium Isaac & ex eo semen, & liberationem de Aegyptia seruitute, & terra Chanaan possessionem.

VERS.1. Ro serie Historiæ notandum, omnia quæ cap.14. narrata, & quæ hoc 15. cum sequentibus vsque ad 22. narranda, videri accidisse viuo adhuc Thare; ante annum centesimum tricesimum quinctum Abrami, post ætatis eius annum septuagesimum quinctum, spacio scilicet annorum sexaginta. Quo verò singula anno contigerint certò tradi non potest, quia de singulis id sacrascriptura non expressit. Prælium ante narratum puta rim commissum nondum genito Isaac, aliquot annis postquam Lot in Sodomis degere cœperat. Igitur.

HIS TRANSACTIS] cùm sic Abram Regia munera contempsisset, & decimas Dei sacerdoti obtulisset, viri pietate & virtute delectatus Dominus, omnem eius animo timorem detergendum duxit. Voluebat enim corde belli varios euentus & vicissitates, timebat Chananæorum suspiciones & inuidentiam, Assyriorum verò arma renouanda & grauiora sibi impendere metuebat. Igitur nocturno tempore vigilanti Deus per Angelum apparuit, & dixit:

EGO PROTECTOR TVVS] vice clypei te protegam. sic Psal.5.13. *sicut scuto bona voluntatis tuæ coronasti nos*. optima & tutissima iustis est Deus protectio. Dauid docet, *Nam etsi ambulauero in medio vmbra mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es*. Psal.22.4. *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo: Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo*. Psal. 26.1. *Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos*.] Psal.117.6.

1. Deus protector iustorum similis scuto.

MERCES TVA] nota mercedem meriti, contra hæreticos.

MAGNA NIMIS] lõgè maior mercede humana, quam repudiasti: item pretiosior & copiosior meritis laborum tuorum. Solus Deus, merces optima & superesfluens. Dauid: *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu es qui restituis hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi*. Psal.15.6. & ideo, *Quid mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram?* Psal.72.25. hic sermo iustorum, contra impij dixerunt; *Vanus est qui seruit Deo. & quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino? Malach*.3.14. Mentitur sibi iniquitas, quia Deus ipse merces magna nimis.

2. Merces optima Deus.

VERS.2. QVID DABIS MIHI.] vide sanctam audaciam, Dei promissione ad animi sui desiderium exponendum prouocatam. Credo Domine te multa mihi bona largiturum, sed cui illa vsui futura? mihi quæ dedisti sufficiũt, & herede careo, liberis orbus. EGO VADAM] vadere† vel dimitti

3. Vadere.

mitti Hebræis idem, quod mori, vitâ decedere. Luc. 22. 22. *filius quidem hominis vadit*, moritur. Luc. 2. 29. *Nunc dimittis seruum tuû in pace*. iube vita decedere, sine mori. Ait ergo, ego sine liberis moriar, quo mihi diuitiæ? cui thesaurisabo? Non dubitat de promisso sibi semine, *cap*. 12. 7. verùm, vt iusti semper de se sunt pauidi, veretur ne quâ sua culpâ commeritus sit promissionem antiquari. Dimitti.

FILIVS PROCVRATORIS] Hebr. משק *Mesceq*. LXX. & Diodorus ac Gennadius putarunt esse nomen proprium ancillæ Abraham Damascenæ. melius noster accepit vt appellatiuum nomen; sed quid significat? Eugubinus & Honchala exponunt relictitium quid & dimissum: Vatablus & Oleaster discursationem aut egressionē: meliùs Chaldæus & Theodotion, œconomiam seu procurationem: optimè noster sciens sæpè abstractum poni † pro concreto, & videns hoc cōtextum postulare, vertit *Procuratoris*, seu œconomi, cui cura dispensationis domus relicta; quos Romani *atrienses* vocabant. 4. משק quid. 5. Hebraism. abstracti prò cōcreto.

ISTE DAMASCVS ELIESER] Tres sunt sententiæ, quarum nulla est improbabilis. Diodorus, Gennadius & LXX. censent Damascum seu Damascenum vocatum Eliezer, eò quod matre natus Damascenâ. sicut apud Latinos à patriâ nomina imponuntur seruis, Syrus, Dauus, Geta. Verum si quod D. Hieronymus tradit, Damascus ab hoc Abrahæ seruo condita & vocata; quo pacto matre Damascena natus, cum nondum Damascus existeret? Contra tamen † ex Nicolao Damasceno tradit Iosephus, Abraham Damasci habitasse; sed mihi non persuadet, & arbitrer potiùs in continiis, vbi domicilium Abrahę ab ipso Iosepho locatur *lib*. 1. *cap*. 15. non in vrbe quæ nondum erat: sed per Prolepsim præcedenti capite nominata. Secunda sententia est hunc seruum binomium fuisse, & vocatum Damascum Eliezer. sed non solet sacrascriptura duo nomina sic eodem loco geminare, vbi nihil opus. Tertia quæ mihi magis probatur est Tostadi & Honchalæ, *Damascus Eliezer* duo diuersorum esse nomina, & *Damascus* rectò, *Eliezer* patrio casu positum, q. d. Damascus Eliezeri filius, sensu isto, ego decedam orbus, hoc vno infælicior meo vernâ Eliezero, quem administrationi meorum bonorum præposui; quod ipsi filius sit iste puer Damascus; ego verò careo prole. quare cogar hunc Damascum Eliezeri in filium adoptare, vt sit hæres meus. 6. Damasci origo. 7. Abram an habitarit Damasci.

MIHI AVTEM] pathetica repetitio eius quod iam insinuarat. VERS. 3.

STATIMQVE] nā propè est Dominus inuocantibus se, nec sustinet diu suos anxietate distineri. *Chrysost. hom*. 36. DE VTERO TVO] non quem adoptare cogitas, sed quem gignes. *De vtero* idem est quòd de intimâ tuâ substantiâ. Psal. 109. 3. *Ex vtero ante luciferum genui te*. quo sensu filios vocant *fructum ventris*. Psal. 131. 11. *De fructu ventris tui ponam supra sedem tuam*. Luc. 1. 42. *benedictus fructus ventris tui*. prius de viro dictum, posterius de muliere. VERS. 4. 8. Vteri nomine significatur substantia. Ventris fructus.

EDVXITQVE EVM] sponte sequentem præiuit. FORAS] extra tentorium in quo ei apparuerat. NVMERA] conare si potes numerare. tunc igitur nox innubis, & stellato clara peplo. VERS. 5.

. SI POTES]ſcio te non poſſe. Nam ſolus hoc Deus poteſt. *D. Auguſtin. lib. 16. de ciuitate Dei cap. 23.* ALLEGORIAM pete à Philone, de
9. Philonis allegoriæ quales. cuius allegoriis hoc ſemel † moneo, philoſophicas eſſe, nō verò quales ſancti ſolent adferre & à Spiritu ſancto typis ſacris adumbrantur.

SIC ERIT SEMEN TVVM] non modò carnale iſtud de quo nunc
10. Semen Abrahæ duplex. maximè ſollicitus es, quod ipſum etiam numeroſum admodum futurum, animale tamen, terrenum, ſterile & infæcundum, quod ideo comparaui, tantum *pulueri terræ*. ſup. c. 13. 16. Sed etiam aliud longe præſtantius cæleſte & ſpirituale, quod ideo *ſtellis* quoque *celi* comparo, vt benè Procopius, Rabanus & Rupertus. Indicat CHRISTVM Dominū, & eius filios adoptiuos, ſed ſpiritu cōceptos & genitos Chriſtianos, qui etiā vocātur idcirco ſemē Dauid, hoc eſt CHRISTI ipſius; *Sicut numerari non poſſunt ſtellæ cæli, & metiri arena maris: ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei.* Hierem. 33. 22. Hoc ergo ſemē pollicetur Abrahamo ſecundū naturam ſucceſſurū, quia CHRISTVS ex Abrahę poſteris carnem aſſumpſit, per quem fideles ſalutis hæreditatē adepturi. Nam diem hunc incarnationis ſuæ hoc loco Deus Abrahamo oſten-
Locus Ioā. 8. 56. dit, quem videns Abram exultauit, vt indicat ipſemet Dominus Ioan. 8. 56. *Abrahā pater veſter exultauit vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt:* iuxta explicationem S. Auguſtini *in Ioan. tract.* 43. D. Ambroſ. *de Abrah. lib. 1. c. 3.* Præmiſerat comparationis membrum vnum.

STELLAS CÆLI]nunc ait: *ſic erit ſemen*, ſcilicet cæleſte, cuius in cælis conuerſatio *Philip.* 3. 20. oppoſitum illi priori terræ præmiis inhianti, iuxta Apoſtolum, *Non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale: deinde quod ſpirituale. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: qualis cæleſtis, tales & cæle-*
11. Stellis ſimiles Chriſtiani. *ſtes.* 1. Cor. 15. 47. Igitur hoc ſemen erit ſimile ſtellis. primùm numero, quia velut infinitum. ſecundò magnitudine, quia *nulla gens* tam grandis, *quæ habeat Deum ſic appropinquantem ſibi*. Deuteron. 4. 7.
1. nam ille *nobiſcum* manet *vſque ad conſummationem ſæculi*. Matth.
2. 28. 20. tertiò altitudine. nam CHRISTVS *præcelſus præ re-*
3. *gibus terræ*. Pſalm. 88. 28. *excelſior cælis factus*, Hebr. 7. 26. *conſedere nos faciet in cæleſtibus* Epheſ. 2. 6. quando *ſumet nos ad*
4. *ſeipſum, vt vbi ipſe eſt & nos ſimus*. Ioann. 14. 3. quartò æternitate. nam huic ſemini Deus promiſit, *in æternum illi miſericordiam ſe ſeruaturum, & teſtamentum ſuum fidele ipſi, & poſiturum in ſæculum ſæculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli*. Pſalm. 88. 29.
5. Quinctò luce & ſplendore. nam CHRISTVS *eſt radix Dauid, ſtella ſplendida & matutina*. Apocal. 22. 16. cuius in monte Thabor, quando transfiguratus, *facies ſicut ſol reſplenduit, & veſtimenta candida facta ſunt ſicut nix*. Matth. 17. 2. & capiti futura ſimilia corpora Bea-
Locus Daniel. 12. 3. torum in reſurrectione, vt docet Daniel c. 12. v. 3. *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*] cuius loci paraphraſim habes apud Beatum Paulum 1. Corinth. 15. 40. cum verſibus ſequentibus. Hæc illa lux eſt, quam Abrahæ ſemini promiſſam

teſtatur

testatur Ecclesia; cum in missis quotidianis defunctorum, animabus
dormientium benè precatur, his verbis: *Signifer Sanctus Michael re-* Ecclesiæ oratio explicata.
præsentet eas in lucem Sanctam, quam olim Abrahæ promisisti & semini
eius. vbi *&*, exegeticum est pro, *id est semini eius.* Cedo vbi promisit, si
non hoc loco? *benè Liran. & Tostad.*

CREDIDIT] confirmauit & stabiliuit cor suum, ad indubitatè cre- VERS. 6.
dendum sibi hoc semen nasciturum. Ponderant hanc Abrahæ prom-
ptam fidem S S. Hilarius *lib. 10. de Trinita.* & Ambrosius *d. c.* 3. LXX.
vertunt, vt noster, & vtuntur voce *Abram*; sed D. Paulus Rom. 4.
scribit locum hunc citans, *Abraham.* quia D. Paulus ad legis Euan-
gelicæ tempus attendebat, quod nominis mutatione fuerat præfigu-
ratum: Moyses nomen posuit, quod habebat, quo tempore hæc illi
dicebantur. *Sic Leo Castrius lib. 5. Apologia.*

DEO] propriè. nam agit de fide quam promittenti Deo præstitit. 12
Cùm loquimur de fidei professione, quæ est vna virtutum Theolo- Credere
gicarum solet disputari an sit idem credere Deo, & credere in Deū. Deo & in Deum.
In sacra Scriptura pro ijsdem vsurpantur, & Rufinus ac alij confude-
runt: sed prudenter in disputando vitandæ confusionis gratia post
D. Augustinum ea Scholastici distinxerunt. *Lege Pererium hic disput.*
tat. 2. fusè differentem.

REPVTATVM EST EI AD IVSTITIAM] Hebraicè, *reputauit illi iu-*
stitiam prout hodiè legitur, & contendit Iarrius, nempe *Vaiachsce-*
beba loçedaqah ויחשבה לו צדקה Sed vt noster, sic etiam Chal-
dæus reddidit non actiuè, sed passiuè: vt & LXX. καὶ ἐλογίσθη
αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην & ita citant Apostoli; Paulus *ad Rom. 4. 3. Galat.*
3. 6. & Iacobus *canon. sua cap. 2. 23.* Tertullianus, Ciprianusque *deputa-*
tum vertunt. Sunt qui censeant olim passiuè lectum in Hebræo pun-
ctis alijs. Sic Leo Castrius *lib. 1. Apologet. cap. vlt.* quod censet etiam
accidisse in psal. 50. v. 6. vbi nos; *vt iustificeris in sermonibus tuis & vin-*
cas cum iudicaris hodie Hebraicè legunt actiuè, *cum iudicaueris.* &
Esai. 25. vlt. nos, *concident, & humiliabuntur & detrahentur*, omnia hæc
Hebraicè actiua sunt. Malo dicere lectionem Hebræam rectè se ha-
bere, & eam secutos LXX. & Apostolos, sed sapienter & doctè inter- 13.
pretatos Hebraismum, quo præteritum actiuum ponitur quasi de- Hebraism.
ponens, pro passiuo, *de qua phrasi consule Fran. Riberam in cap. 13. Osee.* actiuū præt.
nu. 23. hoc ergo loco idem est sensu, reputauit ei Deus; quod, reputa- pro passiuo.
tum est ei à Deo seu iudicio Dei. EI] Hebræū לו *Lo.* tam *sibi*, quàm,
illi, significat. hinc cum † Hebraicè sit idem pronomen, noster psal.
24. 22. *Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.* at psal. 129. 8. 14.
Ipse *redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.*

AD IVSTITIAM] iustitia hic non capitur pro iustitiâ, quæ est vna
quatuor virtutum cardinalium, cuius obiectum est suum cuique tri- 15.
buere: sed pro perfectâ virtute, à qua (vt ait Cicero) boni nuncupa- Iustitia pro perfectione virtutis.
mur, quæ in se virtutes omnes, Aristotele teste, continet. Sensus ita-
que loci est: hoc fidei tam feruentis actu; quo rem humano sensu in-

 credibi

credibilem atque impossibilem, solo diuinæ promissionis aspectu, sine vllâ hæsitatione credidit; ex iusto, Abram factum iustiorem, ex bono meliorem, ex perfecto perfectiorem: iuxta illud; *Qui iustus est iustificetur adhuc*: & hanc tam raram Abrahæ fidem, mirificè Deo placuisse, eò quòd esset testimonium illustre internæ eius bonitatis atque perfectionis, breuiter Philo *lib. de Abram & lib. quis rerum diuinarum sit heres*, ait Abram. quia crediderat, iustum ob eam rem habitum esse. Hinc patet, nec de primâ iustificatione agi, quia iam iustus erat Abram: nec etiam negari internam seu inhęrentem iustorum iustitiam: & proinde stultè hæreticos duobus erroribus hinc patrocinium petere. primus est solâ fide primam iustificationem obtineri; alter nos iustos esse per solam imputationem; quorum nihil hîc stabilitur, *contra hos lege Pererium hic disp. 3. & 4. & Bellarmin. lib. 4. de iustificat. c. 18.*

VERS. 7. EGO DOMINVS DEVS TVVS] crede promittenti: nam qui nunc tibi semen promitto; idē ille sum, qui ex Mesopotamiâ in hâc regionem migrare te iussi, & hanc ipsam tibi pollicitus fui: idem nunc repeto, vt omnino confidas promissis toties iteratis. Igitur animum eius firmat promissionis refricatione non verò miraculi memoria; vt Iudæi somniant.

16. Vr, quid significet. VR CHALDÆORVM] de qua dictum *sup. 11. 28.*

POSSIDERES] per posteros tuos.

VERS. 8. VNDE SCIRE POSSVM] si hæsitasset in fide, non foret illi hoc ad iustitiam reputatum. Cupit tantummodò modum cognoscere, implendæ promissionis, & rei quam crediderat similitudinem aliquam sibi ostēdi. *Augustin. sup. cap. 14. Chrysost. & alij.* Petit *signum* tū vt certò sciat, nihil posteros commissuros, cur hæc promissio illis non representetur. (*Sic Rupertus.*) tum vt posteritas tardè semper credula, hoc signo persuadeatur. (*Sic Caietan.*) Sanè Deus precibus exoratus, mox modum docet, & quæ posteris euentura manifestat.

VERS. 9. SVME MIHI] vt mihi post fœdus ictum sacrifices. VACCAM TRIENNEM] buculam trimam seu iunicem triennem. Græci δάμαλιν Hebræi. עגלה *Gheglah.* Dauid Cimchi & Chaldæus epithetum משלשת *Mescullesceth* referunt ad numerum: sed melius ad ætatem LXX. noster, Iosephus & Abenezra. *Gheclath* significat bouem

17. Aetates vaccæ seu vitulæ. fæminam, quæ iam pertransitis primâ & secūdâ ætate; nec vitula est, nec iuuenca, sed tertiam ingressa iunix est seu vacca nouella, nondum tamen adulta est vacca, quę quarta ætas Varroni lib. 2. de re rusti. cap. 8. vide Riber. in Ose. cap. 10. v. 15. Quadrupedia hæc parantur

18. Sacrificij & fæderis prophetica explicatio. pro fædere & sacrificio; aues, pro sacrificio tantùm: cuncta verò simul significant statum & conditionem futuram posterorum. *Iuuenca* indomita significat primam generationem qua Israëlitæ in

Vitula, Capra Aries. Ægypto liberè & delicatè egerunt. *Capra* secundam generationem, cui iam Ægyptij aliquid seruitutis imponebant, & sic aliquem ex eis fructum percipiebant. *Aries*, qui quantusquantus est, Domino

suo

ſuo vtilis eſt, denotat tertiæ generationis tempus, quo ibidé duram & iniquam Hebræi ſeruitutem ſeruiuerũt. *Volucres duæ* tempus quo anno quadringenteſimo ex Ægypto ſe proripuerunt. Aues. *Turtur*, tempus manſionis querulæ in deſerto. Turtur. *Columba*, ſociale animal, tempus quo in promiſſionis terrâ domicilia fixerunt. Columba. *Diſſectio* quadrupedum afflictiones varias, quas in Ægypto pertulerunt: Diſſectio. *aues* integræ finem harũ afflictionum. *Volucrum volatus* ad cadauera, Ægyptios, & Amalecitas, Iſraëli proficiſcenti moleſtos: *Abram has abigens*, Dei prouidentiam Abraham. ſuos defendentem. *Sic Diodorus in Catenâ & Theodoretus q. 65.* Cur trima? Sed cur ſingula quadrupedia iubentur deligi trima? an quod ſeruitus per tres generationes durauit? Caath, Aram, Moyſem? ſane in his animalibus tres ætates diſtinguuntur: Ouis tres ætates. vitula, iunix, vacca. ſic agnus, ouis, adaſia, ſic Græcis ἔριφος fætus capræ adhuc tenellus, hædulus; Capræ tres ætates. χίμαρος, capella vnius anni barbeſcens, αἴξ capra adulta. In auibus non reperitur huiuſmodi diſcrimen ætatis.

COLVMBAM] ſic etiam reddunt LXX. Aqui. Chaldæus & Ioſephus; intellige non de matre, ſed de pullo. גוזל *Gozal*.

TOLLENS] aſſumens & iugulans. DIVISIT PER MEDIVM] à capite ad caudam ſidit. VERS. 10. 19. Morem hunc fœderis feriendi arbitror à Deo præceptum Abrahæ; Fœderis feriend ritus. cum Iudæi poſtea retinuerunt, Ierem. 34. 18. *Qui præuaricantur fœdus meum, & non obſeruauerunt verba fœderis, quibus aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, & tranſierunt inter diuiſiones eius*. quo loco teſtatur Theodoretus hunc Chaldæorum morem fuiſſe. idem hîc Diodorus teſtatur. Hæc animalium diſſectio, erat pro diris in fœdifragos, vt ita diuiderentur. Locus Iudic 19.29. *Cyrillus contra Iulian.* & S. Auguſtin. *lib. 16. de ciuitate Dei cap. 24.* ſicut apud Romanos, qui cęsâ porcâ fœdera ſanciebant, addentes, ſi ſciens fallo, ita me feriat Iupiter, qui plus poteſt polletque. Tale quid Iſraëli innuebat Saul. 1. Reg. 11. 7. qui *aſſumens vtrumque bouem concidit in fruſta, miſitque in omnes terminos Iſraël per manum nunciorum dicens: Quicumque non exierit, & ſecutus fuerit Saul & Samuel, ſic fiet bobus eius.*] tales & atrociores diras continebat illud factum Leuitæ, quando *cadauer vxoris cum oſſibus ſuis in duodecim partes ac fruſta concidens, miſit in omnes terminos Iſrael*. Iudic. 19. 29. q. d. ita Deus faciet, negligentibus tam enormis criminis ſumere vindictam.

PARTES CONTRA SE] altrinſecus oppoſuit medietates quadrupedum inuicem reſpõdentes, relicto ſpacio intermedio ad tranſeundum.

AVES NON DIVISIT] quia nihil ad fœdus faciebant. VERS. 11.

DESCENDERVNTQVE VOLVCRES] prior viſio & præceptum de rebus neceſſarijs huc adferendis, noctu contigerant: orto die omnia attulit & parauit, & tum (vt rectè Procopius) carniuoræ volucres more ſuo, velut ad prædam, aduolarunt. 20.

ABIGEBAT] toto die in his apparandis, nempe adferendo, iugulãdo; diuidendo, volucribus abigendis, fuit occupatus. Conciliatæ verſiones. Porro LXX. legerunt,

gerunt, וישב à ישב *Vaiesceb à Iascab*, *sedit*: noster verò וישב à נשב *Vaiaseb à Nasab amouit*, *expulit*. Præsignificantur Israëlitæ ob peccata sæpè ad hostibus affligendi, sed propter Abraham patrem eorum à Deo liberãdi. TROPOLOGIAM ad orationem & distractiones mentis eam turbantes transfert D. Gregorius *libro decimo sexto Moralium capite vigesimo*.

VERS. 12, 21. Somnus Abrahæ.

CVMQVE SOL]totius diei labore fessus, paullo ante solis occasum graui sopori cessit: hunc pauor vehemens, horrori & anxietati mixtus consecutus, vna cum extasi: in qua illi sequentia apparuerunt. de voce *Thardemah* vide sup. *cap. 2. 12.* de totâ hac re Philo *lib. de Somnijs*. Horror & angustia ista typus eorum: quæ in Ægypto populus Israel sensurus.

VERS. 13. 22. Scito sciens.

SCITO PRÆNOSCENS]Hebraicè, *scito sciens*, hoc est scito hæc certò certius euentura.

SEMEN TVVM]Isaac & eius posteri. *Genes. 21. 12. In Isaac vocabitur tibi semen.*

IN TERRA NON SVA] in Ægypto, Mesopotamiâ, & Chananæâ successiuè. Nã licet Isaac & Iacob in Chananæâ fuerint nati, tamen in eâ nec vestigium possederunt vt suum, sed vt peregrini eam incoluerunt. ideo Iacob dicit Pharaoni, *dies peregrinationis meæ* &c. inf. Genes. 47. 9. & Paulus, de Abrahamo; *Fide demoratus est in Terra repromissionis tanquã in aliena, in casulis habitãdo cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex & conditor Deus* ad Hebræos capite vndecimo, versu nono.

23. De quadringentis annis afflictionis, captiuitatis &c. Israëlis.

QVADRINGENTIS ANNIS] licet defendi non incommodè possit sententia Hieron. de oleastro hic & Exo. 12. Tutius tamen est † sequi communiorem sententiam D. Augustini *q. 47. in Exod. & lib. 16. de ciuitat. Dei cap. 24.* quam secuti explicant & confirmant homines eruditi huius æui, *Martines hypotypos. lib. 6. cap. 4. Pererius hic disputat. 7. & Baradius lib. 5. concord. Euangel. ca. 20.* Volunt hoc oraculum non pertinere ad ipsum Abram, sed ad eius semen, & ideo rationem temporis subducendam ex ijs, quæ semini Abrahæ acciderunt, non à promissione primò factâ Abrahæ, nam ab hac vsque ad promulgationem legis in mõte Sina, tertio post egressum ex Ægypto mense, lõge plures sunt anni, nempe quadringenti triginta, *vt patet Exo. 12. v. 41. & Galat. 3. v. 17.* Sed ducendum initium computationis, à natiuitate Isaac, qui & posteri eius, partim in Chananæâ, partim in Mesopotamiâ, partim in Ægypto semper vt peregrini & aduenæ viatores vixerunt, vsque ad liberationem ex Ægypto. cùm verò Isaac natus sit vi-

24. Numeros perfectos ponendi prætermissis excurrentibus mos SS.

gintiquinque annis post primam promissionem Abrahæ factam, si de quadringentis & triginta annis subducas hos viginti quinque qui non pertinent ad seminis Abrahæ peregrinationem: huic peregrinationi manent residui anni quadringenti & quinque. Moyses autem † hoc loco quinque istos prætermisit, quia

sacræ

sacræ Scripturæ consuetudo est, frequenter magnum dumtaxat seu plenum ac rotundum numerum ponere, & omittere paruos excessus. Sic enim dicuntur LXX. discipuli, qui erant LXXII. Sic etiam Act. 7.6. B. Stephanus tantùm ponit annos quadringentos vt patet ex Græco, & Syriaco contextu, & Latinis libris castigatis; nam D. Thomas, Rabanus, & Caietanus ibi secuti sunt codices mendosos: hanc porro consuetudinem sacræ Scripturæ latè probat Martines *d. cap.* 4. Denique oportet ista Moysis & alia D. Stephani, qui hunc locum citat, verba sumere non seorsim de peregrinatione, seruitute aut afflictione; sed coniunctim de his tribus: eò quod hæc tria non æquali tempore durarint, licet vno & eodem tempore cuncta desierint seu terminata sint. Nam in solâ Ægypto Iacob & posteri tantùm habitarunt annis ducentis & quindecim, iuxta Iosephum, Eusebium, Hieronymum, & Augustinum. Obiicitur Exod. 12. vers. 41. *Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto fuit, quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti.* Quod non repugnat nobis: nam nomine Ægypti subintelligitur etiam terra Chanaan, vt exponunt Eusebius, Augustinus, & Beda: & apertè illic in LXX. hoc additur, ἐν γῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ χαναὰν αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν. *in terra Ægypti & in terra Chanaam ipsi & patres eorum*, & rectè vt parapraſtæ hoc addiderunt. Sed dubium manet, cur ipse Moses in Hebræo contextu, solam Ægyptum nominet? mihi quædam occurrebant: id fecisse, quia maior pars temporis in Ægypto fuit transacta, denominatione sumptâ à potiori, deinde quia statim à primâ promissione Abrahã cœpit peregrinari in Ægyptum fame compulsus. *sup. c.* 12. 11. Sic cùm peregrinationis initium fuerit, quæ & terminus, eadem Ægyptus, meruit totus incolatus intermedius à terminis nuncupari. Denique Ægyptus tenebras significat: & nomine tenebrarum solent Hebræi miserias & afflictiones significare, vt notum est: vnde possumus sic Moysen exponere; tot annis semen Abrahæ miseriis ac mærore obruendum, adeò vt interea, quasi palpantes in tenebris, vel incertis sedibus vagetur, vel dura seruitute prematur. Certè tempus seruitutis in Ægypto, non fuit nisi centum & vigintiduorum annorum: cœpit enim post annum nonagesimum tertium migrationis Iacob in Ægyptum, nec illa vltima & dirissima afflictio tam diuturna fuit, quàm ipsa seruitus: præcipua tyrannis & persecutio videtur cœpisse circa tempus natiuitatis Mariæ sororis Moysis, & sic durasse solis octoginta septem annis, quæ est Hebræorum traditio. Verùm quia tam seruitus, quàm afflictio ambæ inciderunt intra annos illos habitationis in Ægypto, & habitatio ista præcipuam partem temporis consumpsit annorum, quibus semen Abrahæ peregrinatum fuit; ideo Moyses *hic* ait, coniunctim, semen Abrahæ fore peregrinum, seruitio & tyrannide opprimendum annis quadringentis.

Locus Act. 7.6.

Locus Exod. 12 41.

IVDICABO] grauissimè puniam plagis maximis, habes Exod. 7. cum seqq. capitibus. **Vers. 14.**

MVLTA SVBSTANTIA] suis, & Ægyptiorum, quos spoliabunt, opibus.

VERS. 15. IN PACE] morte placidâ & quietâ.

IN SENECTVTE BONA] annorum centum septuaginta quinque.

VERS. 16. GENERATIONE AVTEM QVARTA.] Generatio † aliquando significat certum genus hominum sæculi alicuius, vt, *donec consumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malum.* Num. 32.13. *quadraginta annis offensus fui generationi illi.* Psal. 94.10. aliquando ponitur pro certo temporis spacio, vt annorum decem, Baruch. 6.2. *eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, vsque ad generationes septem:* hoc est annis septuaginta, aliquando spacium vitæ humanæ denotat quod solet definiri centum annis, Ecclesiasti. 18. 8. *Numerus dierum hominum vt multum centum anni:* ita sumitur in illâ Ezechiæ querelâ; *Generatio mea ablata est & conuoluta à me, quasi tabernacula pastorum.* Isai. 38.12. Sic etiam hoc loco intelligo, generationes quatuor, quatuor sæcula, annos quadringentos, hoc est peracto quarto centenario de quo ante actum: denique generatio propriè capitur, & idem est quod procreatio vnius ex alio: vt prima generatio sit filij, secunda nepotis, &c. Sic Exod. 20. v. 5. *visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem,* vbi Hebraicè est, *in tertium & quartum genitum*, hoc etiam sensu, & commodissimè hic interpretaberis; computando ab his solis qui in Ægypto geniti. nam per lineam Iuda, Esron eius filius genuit Ram, (en prima) Ram genuit Aminadab. (2.) Aminadab genuit Naasson; (3.) Naasson genuit Salmon, qui terram promissionis ingressus. (en 4.) Sed Exod. 12. LXX. vertunt *quintam generationem*, computantes à capite tribûs ipsius Iudâ, qui genuit Esron. sic sunt quinque.

25. Generatio quid.

Conciliatæ versiones.

16. NEC DVM ENIM COMPLETÆ SVNT INIQVITATES AMORRHEORVM]. nondum completum est tempus in quod statui pœnam peccatis ipsorum debitam differre. Non rarum † est, iniquitatem seu peccatum pro eius vindictâ vsurpari. 2. Reg. 12.13. *Dominus quoque transtulit peccatum tuum; non morieris.* Thren. 5.7. seu in orat. Ieremiæ, *Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus.* 3. Reg. 1. 21. *erimus ego & filius meus Salomon peccatores.* puniemur morte, vt rei, *alia loca pete à P. Saa in Phrasibus sacræ Scripturæ verbo peccatum, & peccare.* Concionatoria vero multa & præclara hîc Pererius disp. 8. *Amorrhæos* solos nominat † comprehendens sub iis etiam reliquos Chananæos; quia potentissimi & sceleratissimi Chananæorum fuere. Vnde natum Adagium de valdè improbis; *Pater tuus Amorrheus & mater tua Cethæa.* Ezech. 16.3.

Iniquitas pro pœna eius. Peccatum pro vindicta.

37. Amorrhæi.

OCCVBVISSET] post solis occasum, iam nocte obscurâ.

VERS. 17. FACTA EST CALIGO] hæc omnia Abram vidit in extasi.

38 CLIBANVS FVMANS] ardens † & valdè incensus, sed flammâ fumosâ erumpens: fuit imago fornacis metaphoricæ, sic enim solet vocari seruitus † Ægyptia, quia seruituri in luto & latere coctili. *Rupertus lib. 5. c. 22.* Sic Deuteron. 4.20. dicitur *fornax ferrea Ægypti.*

Clibanus fumans. Fornax Ægypti.

39. Lāpas ignis. LAMPAS IGNIS] fax seu facula ignita. Solebant qui fœdus percutiebant

curiebant inter victimas transire vt docui sup. ad v. 10. itaque loco Dei transit † Angelus, in hac lampade accensâ apparens. Nam & Abram intelligendus, etiam sibi visus transire. In lampade potiùs quàm aliâ formâ, tum quòd ignis Dei figura aptissima, (*vide S. Dionys. Areopagitam cap. 13. de cælesti hierarch.*) tum quia sic prædicebatur, ducatus columnæ igneæ per noctem, ex Ægypto liberatis & in deserta vagantibus, concedendus. ALLEGORICE transitus significat gloriam Dei à Iudæis ad gentes transituram. *Sic Rupertus.*

INTER DIVISIONES] quas etiam flamma consumsit vnâ cum columbâ & turture, in signum sacrificij accepti. *Chrysost. hom. 37.*

PEPIGIT FOEDVS] supra cap. 13. promiserat, nunc signo promissa confirmat. VERS. 18.

A FLVVIO ÆGYPTI] sic vocat fluuium † seu riuum potiùs Nili, inter Pelusium & Rhinocoluram in mare defluentem, vt benè D. Augustinus *d. cap. 24.* qui solet etiam vocari *torrens deserti & Ægypti: lege Riberam in Hamos c. 6. num. 45. & in Zachar. 9. num. 44.* Origo è montibus Cedar haut procul à puteo Ismaëlis. LXX. solent illi nomen vrbis vicinæ imponere, quando vocant Rhinocoruram: sed de hoc aliàs. 40. Fluuius Ægypti. Deserti torrens.

VSQVE] ponit duos fines terræ promissionis † ab Aquilone Euphraten, ab Austro hunc Ægypti fluuium: reliquos duos fines habes Num. 34. v. 6. & 10. 41. Terræ promissionis fines.

EVPHRATEN] quæritur, quando tam longè imperarint Israëlitæ? Putem hoc magnâ † ex parte impletum temporibus Dauidis & Salomonis, & fuisse penitùs implendum in eorum posteris, nisi peccata impediuissent: fuisse promissum conditionale, mihi verisimillimum. *Lege Pererium hic disp. 10.* 42. Israëlitæ an imperarint vsque ad Euphraten.

Hoc & seqq. versiculis nominantur solummodò decem gentes; quæ quando *Heuæi* adduntur, sunt vndecim, & sic legit hoc loco Tostadus verùm longè melior est solutio D. Augustini *q. 21. in Iosue.* vt quando ponuntur decem nationes vel vndecim, tunc intelligamus de terrâ quam tenuerunt regnante Dauide, & Salomone; quando verò tantùm septem, tunc de terrâ, quam occuparunt, ex Ægypto liberati; quando denique sex tantùm nominantur, *vt Exod. 23. 23.* tunc Gergezæos sub aliis comprehendamus, vt ignobiliores. TROPOLOGIAM huius capitis suppeditant D. Augustin. *in sermo. 14. de tempore:* & aliam Philo *in libro quis heres rerum diuinarum.* VERS. 19. 43. Chananæorum gentes quot fuerint.

Ii 2. CAP.




CAPVT DECIMVM SEXTVM.



1. EGitur Sarai, vxor Abram, non genuerat
liberos: sed habens ancillam Ægyptiam
2. nomine Agar, * dixit marito suo: Ecce,
conclusit me Dominus, ne parerem: in-
gredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa
suscipiam filios. Cumque ille acquiesceret depre-
3. canti, * tulit Agar ægyptiam ancillam suam post
annos decem quam habitare cœperant in terra
4. Chanaan: & dedit eam viro suo vxorem: * Qui
ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns,
5. despexit dominam suam. * Dixitque Sarai ad
Abram: Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam
meam in sinum tuum, quæ videns quòd conce-
perit, despectui me habet. iudicet Dominus inter
6. me & te. * Cui respondens Abram: Ecce ait, an-
cilla tua in manu tua est, vtere ea vt liber. Affligen-
7. te igitur eam Sarai, fugam iniit. * Cumq; inuenis-
set eam angelus Domini iuxta fontem aquæ in so-
8. litudine, quæ est in via Sur in deserto, * dixit ad il-
lam: Agar ancilla Sarai, vnde venis? & quò vadis,
quæ respondit: A facie Sarai dominæ meæ ego
9. fugio. * Dixítque ei angelus Domini: Reuertere
ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius.
10. * Et rursum multiplicans, inquit, multiplicabo se-
men tuum, & non numerabitur præ multitudine.
* Ac

* Ac deinceps: Ecce, ait, concepisti, & paries fi- 11.
lium vocabísque nomen eius Ismaël, eo quòd au-
dierit Dominus afflictionem tuam. * Hic erit fe- 12.
rus homo, manus eius contra omnes, & manus
omnium contra eum: & è regione vniuersorum
fratrum suorum figet tabernacula. * Voçauit au- 13.
tem nomen Domini qui loquebatur ad eam: Tu
Deus qui vidisti me. Dixit enim: Profectò hic vidi
posteriora videntis me. * Propterea appellauit pu- 14.
teum illum, Puteum viuentis & videntis me: ipse
est inter Cades & Barad. * Peperítque Agar 15.
Abræ filium: qui vocauit nomen eius
Ismaël.* Octoginta & sex annorum 16.
erat Abram, quando peperit
ei Agar Ismaëlem.



ARGVMENTVM.

Agar, Abram in uxorem data, concipit, fugit in desertum, redit, & Ismaelem parit.



VERS. 1. 1. Igitur inchoatiuũ. IGITVR] est inchoatiuum sermonis † alterius, non illatiuum præcedentium. Hebraicè est ו *Ve*, & LXX. *Sarai autem.*

NON PEPERERAT] adhuc enim sterilis, ad manifestandam Dei gloriã, cùm pòst paritura. Quod autem suasit marito, desiderio prolis suasit. Iosephus scribit à Deo admonitam: & significat Augustin. *lib. 10. contra Faustum cap. 32.*

VERS. 2. 2. Conclusa pro sterili Hebraism. Vuluam cõcludere & aperire. Vuluæ benedictio. CONCLVSIT] sterilem fecit, concipiendi † vi priuauit. Hebraismum Chaldæus exponit, *priuauit me generatione*, Sic infrà 20.18. *concluserat enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech*, & 1. Reg. 1. vers. 5. & 6. & contrà, dicitur Deus *aperire vuluam*, quando illi, quæ sterilis est, tribuit fœcunditatem: sic infrà de Lia. 29.31. *aperuit vuluã eius*, & de Rachele 30.22. quæ *benedictio vuluæ* dicitur. cap. 49.25.

3. Effectus pro causa Hebraism. NE PAREREM] effectus † pro causa, ne conciperem.

4. Ingredi pro concubere. INGREDERE] nubat tibi: sic honestè † Hebræi exprimunt copulam: vt infer. vers. 4. *ingressus est ad eam. cap. 29. vers. 21. & 24. cap. 30. 3. & 4. cap. 38. 2. & 8. Iudic. 16. 1. Ruth. 4. 13. & passim.* Caluinus hîc tartarino supercilio inuehitur in Sarai & Abram, quasi in lenam & adulterum: Sed vtrumque delicto liberãt idonei iudices *D. Ambros. supr. cap.* 4. quem obserua, primam excusationem ponere ex aliena

5. Sarai & Abræ factũ defensum. sententia, quare vt à non vera transit ad secundam.) *D. Chrysost. hom.* 38. *Theodoret. q. 66. Hieronym. epist. 83. ad Ocean. & Augustin. lib. 16. de ciuitat. Dei. cap. 25. lib. 21. contra Faustum. & lib. 3. de doctrina Christ. cap.* 12. Fundamentum præcipuum excusationis est, quod Polygamia

6. Polygamia adhuc licita. tunc adhuc permissa, *lege Augustinum quæst. 27. in Deuteron.*

7. Ædificare, & ędificium pro filiis. EX ILLA SVSCIPIAM] Diligenter nota (inquit D. Hieronymus) quòd pro generatione filiorum, in Hebræo ædificatio scripta est. Legitur enim: *Si quo modo ædificer ex eâ* אולי אבנה *Oula Ibbaneh.* Sic sup. 2. 22. *ædificauit ex ea mulierem.* Exod. 1. 21. *ædificauit eis domos: dedit illis filios hæredes, & alibi, vt Genes.* 30. 9. *Deuteron.* 25. 9. *Ruth.* 4. 11. 3. *Reg.* 11. 38. causa huius locutionis est, quia quamdiu liberi supersunt domus (hoc est familia) stat; illis deficientibus ruit. *Vide Adagia sacra.* § . 20. Porrò hanc Sarai orationem ad maritum fusiùs exsequitur Philo *libr. de Abraham.* Saa scribit tunc Saram fuisse septuaginta sex annorum, sed vno anno seniorẽ facit, quàm par erat.

VERS. 3. DEPRECANTI] vides ægrè inductum ad Polygamiam castitatis amatorem.

8. Agar quæ. AGAR ÆGYPTIAM] erat genere Ægyptia, sed religione Hebræa (*Philo*) Sarai à Pharaone donata. *Chrysostom.*

QVAM

1. QVAM HABITARE] ex quo habitare. VXOREM] erroneum itaque vocare Ismahel filium Abrahæ illegitimum, vel negare Agar fuisse eius vxorem: concubina erat, qua significatione solent secundariæ vxores dici concubinæ: de quo postea plura sunt dicenda: *infer.* 25.6. Attamen postquam Abram vidit illam concepisse, postea se abstinuit. *Philo.*

DESPEXIT] non cuiusuis est meliorem benè ferre fortunam, aut VERS. 4.
ex humili eue&ctilde;i non superbire: vt notat Origenes *in Cathena Græca.* TROPOLOGICE plura Gregorius *in* 1. *Reg. c.* 3. *lib.* 2. Agar de quasillo ad thalami consortium traducta, animis effertur: & Dominam contemnit, velut indignam promisso semine. Noster contentus fuit sensum dare, ideò illud Hebræum; *in oculis suis*, non transtulit; vt LXX. fecerunt.

INIQVE AGIS CONTRA ME] Hebræus, *Iniuria mea supra te est.* VERS. 5.
Mea, quæ mihi ab ancillula irrogatur. *Super te est.*, tibi imputanda, qui non prohibes, nec insolescentem castigas: *sic Chrysostom.*

IN SINVM TVVM] vt † vxor tibi esset, vt intimè copularetur. 9.

IVDICET DEVS] num æquum sit iniuriam meam abs te dissimulari. Non puto Sarai, postulare Deum vindicem; sed simpliciter Deo rem totam committere. Quamuis † alibi locutio ista sit postulantis sontem puniri à Deo. Exod. 5.21. *Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere fecistis nomen nostrum coram Pharaone.* In sinum dare. 10. Deus iudicet.

VTERE EA VT LIBET] hoc est, quod iudicabis conuenire: VERS. 6.
non permittit sæuire, sed iusto modo compescere. Hebraicè: *fac illi, quod bonum est in oculis tuis.*

AFFLIGENTE] coërcente insolescentem. Non enim Sarai modum excessit, sed immodicus animus & impotens ancillæ, non potuit ferre iugum herile, & quod æquum bonũ erat crudelitati ascribebat. *Ambrosius.* TROPOLOG. ad hæreticos de Ecclesiæ iudicio & censuris protestantes peraccommodatè D. Augustinus *epist.* 48. & 50. retulit.

ANGELVS DOMINI] putat Iosephus oratione Agar permotum VERS. 7.
Deum, potiùs meritis Abram tribuerim, cuius prolem Deus vole- 11.
bat conseruatam. Fons Ismaëlis.

QVI EST] nempè fons: hunc describit à situ, quod sit in solitu-
dine, ea parte, qua ex Chanaam per Sur est iter in Ægyptum: fugiẽs 12.
petebat patriam suam. Desertum *Sur* † situm inter Cades & Barad, Sur desertũ.
extenditur vsque ad mare rubrum Ægypto conterminum. *Sic Hieron. de locis Hebraicis.* Quidam volunt etiam hoc desertum *Etham* Etham.
vocari. Syri vocant Agaram ab ipsa Agar, inde Agareni. Agara. Agareni.

ANCILLA SARAI] conditionis admonet, vt agnoscat errorem. VERS. 7.
Paraphrasim verborum Angeli, pete à Iosepho. 13.

A FACIE SARAI] causam tangis (ait) ab hac mea domina fugio. Hebraismus, *facies*, pro persona: vt à facie Dei aut hominis, pro Facies pro persona.
à Deo vel homine. *Daniel.* 2.18. à facie mea pro à me. *Daniel.* 6.26. 14.
& 1. *Machab.* 5.21. Potest etiam exponi, propter Sarai, *Num.* 22.3. A facie, id est, propter.

alià loca ponit Saa in phrasibus scripturæ. Chrysost. vult non accusari heræ fæuitiam,sed culpam agnosci.

VERS. 9. SVB MANV] illius potestati & correctioni te subde.

VERS. 10. MVLTIPLICANS MVLTIPLICABO] plurimùm multiplicabo. Quoniam promissio hæc superat vires creaturæ, idcirco affirmat D. Hilarius *lib.4. de Trinitate* ista ab Angelo dici in persona verbi.

VERS. 11. EO QVOD AVDIERIT:] Nam Ismaël, idem † quod exau-
5. Ismaël. ditio Dei.

AFFLICTIONEM TVAM] non abortum, vt cum Rabinis Tostadus; sed sitim, laborem, lassitudinem, anxietatem, formidines; qui comitatus prægnatis fugitiuæ, & in solitudine vagantis.

VERS. 12. FERVS HOMO] Metaphoram Hebrææ † vocis פרא *Phere* noster
6. Onager. expressit: nam illa significat asinum agrestem, onagrum: qua voce
Adag. adagiali significat fore hominem durum, & intractabilem, sola diligentem loca, & omnis iugi impacientem. (*Vide Adagia sacra* §.21.) Quæ cuncta etiam de genio posterorum Ismaëlis accipienda: tales
17. Saraceni. enim Agareni; qui Saraceni † dicti, non à Sara (vt vulgus;) sed vel à Saraca vrbe Arabiæ (*sic Stephanus*) vel ab vrbe *Sarra*, vt Euthymius Sigabonus: quàm benè sapiant auctorem gentis suæ docent Ammianus *lib.4.* & D. Hieronymus *in vita S. Malchi.*

18. Manus contra omnes. Adag. Manus alicuius cum alio. MANVS EIVS CONTRA OMNES, ET MANVS OMNIVM CONTRA EVM] ipse omnes infestabit, & ab omnibus infestabitur: est adagium, ortum ex Hebraismo. Manus est cum aliquo, hoc est iuuat, vel instruit eum. 2. Reg. 14.19. *Manus Ioab tecum est in omnibus istis.* Quam phrasim noster explicuit Psal. 88.22. *Manus enim mea auxiliabitur ei.* Contrarium est, manus contra aliquem. *Erit manus Domini super vos, & super patres vestros.* 1. *Reg.* 12.15. Super pro contra. *Vide Adagia sacra* §.22.

19. Ismaëlis domicilium. E REGIONE] ante, siue ex aduerso. Habitauit enim Ismaël in deserto Pharan directè contra habitationem Isaac, & reliquorum
20. Habitare è regione alicuius. filiorum Abrahæ. Sic loquuntur Hebræi, vt significent impauidum, & virium suarum securum.

FIGET TABERNACVLA] Arabes † plerique adhuc hodie degunt in papilionibus seu tentoriis, vt & olim, vnde & tentoria Cedarena
21. Arabū tentoria. celebrata in Cantico. 1.5. Vbi vide Commentar. nostrum.

VOCAVIT,] hoc est inuocauit Dominum. *Vatablus.*

VERS. 13. Vocare pro inuocare. DOMINI QVI LOQVEBATVR] Dei, cuius personam loquens Angelus repræsentabat.

TV DEVS] reddit Deo gratiarū actionē, quòd eam sit consolatus.

VIDISTI ME] misertus es mei, adspexisti meam afflictionem.

DIXIT ENIM] intra se cogitauit: nam redditur ratio, cur gratias egerit.

22. Agar, cur tantū vidit Angelum obuersum. PROFECTO HIC] minùs mirarer, si Deum habuissem propitium in domo Domini mei Abram: sed obstupesco, quòd etiam in hoc deserto mihi præsto esse dignatus fuerit.

VIDI POSTERIORA VIDENTIS ME] certa sum eum mihi præsto

præsto fuisse, his oculis aspexi eum, mihi obuersum, a tergo, cùm mea alloquebatur. Hebraicè; *Nonne etiam hic vidi post videntem me?* idest, vidi ea, quæ sunt post videntem me. Agar adhuc imperfectè Deum viderat, & cognoscebat, & amabat imperfectè, quia quæ obedientiam fugerat, Deum fugerat. nondum reuersa, nec dum planè conuersa. Hoc ergo Dominus foris coram oculis corporis agebat, quod apud illam in corde versabatur. (*D. Gregorius hom. 23. in Euang.*) sicut
† Dei faciem videre, perfectam cognitionem; sic posteriora eius videre, imperfectam cognitionem significat, *de qua plura Exod. 23. v. 21. & 23.* Hebræum *Hagam* significat, *Num vel an etiam hic.* Hoc Vatablus & Caietan. accipiunt pro negatiuo *non*, q. d. tam celeriter fugit ex oculis ut ne quiuerim aspicere. Cùm sit particula interrogandi, solet aliquando negare, aliquando affirmare; quia natura sua neutram partem definit. Hoc tamen loco miror amicum nostrum Caietano & Vatablo credidisse. Nam si negatiuè vertas, damnare necesse est nostrum interpretem, cui consentiunt LXX. & Chaldæus, & Patres omnes. Caietano tota antiquitas refragatur.

23. Dei faciem, vel dorsum videre.

24. Num, valet aliquando affirmationem, aliquando negationem.

APPELLAVIT] vel ipsa Agar, vel indefinitè; quisquis hoc nomen imposuit puteo, qui prius fons fuerat.

VIVENTIS] Dei qui æternum est & viuit, cui nomen יהוה.

25. Defensus noster interpres.

BARAD] locus medius in Chebron & Cades. Chaldæus; inter Rhecam & Agara. Vocatur etiam *Barath*, Hieronymo. Fontis huius mysticas significationes quinque ponit Philo *lib. extremo de profugis*.

VERS. 14.

26. Puteus viuentis & videntis.

PEPERITQVE] postquam domum reuersa veniam à Dominis impetrauit.

VOCAVIT] credens Agaræ hoc nomen ab Angelo inditum.

27. Barad.

VERS. 15.

OCTOGINTA ET SEX ANNORVM] Hebraicè, *Filius octoginta & sex annorum.* Frequens locutio, pro erat homo natus tot annos. nam solent vocem *filius* præponere quando ætatis annos volunt indicare. *Genes. 5. 32. & cap. 11. 10. cap. 12. 5. cap. 17. 12. cap. 25. 20. Exod. 12. 5. Leuit. 12. 16. Deuteron. 34. 7. 1. Reg. 13. 1. Ezech. 46. 13.* tot loca adscripsi quia phrasis ista, vt & aliæ plurimæ à Sa prætermittitur, repetam suis locis, & vereor ne spicilegium messem æquet.

VERS. 16.

28. Filius tot annorum, Hebraism.

TROPOLOGIAS Pete totius cap. à Ruperto lib. 5. cap. 25. & seq. & à Philone lib. de profugis. & lib. de congressu eruditionis quærendæ gratia.

CAPVT XVII.

1. POstquam verò nonaginta & no-
uem annorum esse cœperat, appa-
ruit ei Dominus:dixitque ad eum:
Ego Deus omnipotens : ambula
2. coram me & esto perfectus. * Po-
namque fœdus meum inter me & te,& multiplica-
3. bo te vehementer nimis. * Cecidit Abram pronus
4. in faciem. * Dixitque ei Deus:Ego sum,& pactum
meum tecum , erisque pater multarum gentium.
5. * Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram : sed
appellaberis Abraham : quia patrem multarum
6. gentium constitui te. * faciamque te crescere ve-
hementissimè, & ponam te in gentibus , regesque
7. ex te egredientur. * Et statuam pactum meum in-
ter me & te,& inter semen tuum post te in genera-
tionibus suis fœdere sempiterno: vt sim Deus tuus,
8. & seminis tui post te. * Daboq; tibi & semini tuo
terram peregrinationis tuæ , omnem terram Cha-
naan in possessionem æternam , eróque Deus eo-
9. rum. * Dixit iterum Deus ad Abraham, Et tu ergo
custodies pactum meum, & semen tuum post te in
10. generationibus suis. * Hoc est pactum meũ quod
obseruabitis inter me & vos, & semẽ tuum post te:
11. Circũcidetur ex vobis omne masculinum. * & cir-
cuncidetis carnem præputij vestri,vt sit in signum
12. fœderis inter me & vos. * Infans octo dierum cir-
cumci-

cumcidetur in vobis, omne masculinũ in genera-
tionibus vestris: tam vernaculus, quam emptitius
circumcidetur, & quicunque non fuerit de stirpe
vestra. * eritque pactum meum in carne vestra in 13.
fœdus æternum. * Masculus, cuius præputij caro 14.
circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de po-
pulo suo: quia pactum meum irritum fecit. * Dixit 15.
quoque Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuã non
vocabis Sarai, sed Saram. * Et benedicam ei, & ex 16.
illa dabo tibi filium cui benedicturus sum, eritque
in nationes, & reges populorum orientur ex eo.
*Cecidit Abraham in faciem suam, & risit dicẽs in 17.
corde suo: Putásne centenario nascetur filius? & Sa-
ra nonagenaria pariet? *Dixitq; ad Deum: Vtinam 18.
Ismaël viuat coram te.* Et ait Deus ad Abraham: 19.
Sara vxor tua pariet tibi filiũ, vocabisq; nomẽ eius
Isaac, & constituam pactum meum illi in fœdus
sempiternum, & semini eius post eum. * super Is- 20.
maël quoque exaudiui te. ecce, benedicam ei, &
augebo, & multiplicabo eum valde: duodecim du-
ces generabit, & faciam illum in gentem magnam.
* Pactum verò meum statuam ad Isaac, quem pa- 21.
riet tibi Sara tempore isto in anno altero. * Cum- 22.
que finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit
Deus ad Abraham. * Tulit autem Abraham Is- 23.
mael filium suum, & omnes vernaculos domus
suæ: vniuersósque quos emerat, cunctos mares ex
omnibus viris domus suæ: & circumcidit carnem
præputij eorum statim in ipsa die, sicut præceperat
ei Deus.* Abraham nonaginta & nouem erat an- 24.
norum quando circumcidit carnem præputij sui.
* Et Ismaël filius tredecim annos impleuerat tem- 25.
Kk 2 pore

26. pore circumcisionis suæ.* Eadem die circumcisus
27. est Abraham & Ismael filius eius.* Et omnes viri
domus illius, tam vernaculi, quàm emptitij & alienigenæ pariter circumcisi sunt.

ARGVMENTVM.

Quod cum Abraha fœdus percussum cap. 15. nuc Deus renouat, & Isaacum natum, & ex eo natos natorum promittit; & signum pacti circumcisionem, & nominum mutationem imperat.

VERS. 1. HÆc apparitio fuit per Angelum visibili specie. causa: ne putaret promissionem seminis cap. 15. factam, per Ismahel completam. DEVS OMNIPOTENS] אל שדי *El sadai.* Ego
SADAI quid (inquit) fortis & munificus, qui & possum, & volo, te bonis cumulare. de *Sadai* voce multa hic Oleaster, & doctè: tantùm nota, cùm negat *Sadai* significare omnipotentem, negare de proximo & primario significatu, non verò de consequente. Cùm enim sufficientia Dei, qua sibi sufficit, exigat vt quod malus auctor bene dixit, *ipsa suis polleat opibus, nihil indiga nostri* vel opis alienæ, explicans illa veterum epitheta αὐτάρκης καὶ ἀνενδεὴς καὶ ἀπροσδεὴς seipso contentus, sibi sufficiens & nullius indigens. certè *Sadai* non esset, si per se & à se non posset omnia, quare ad sensum rectè noster vertit omnipotés. De hac re multa ex Athenagorâ, Theophilo, Cyrillo & Clemente Alexandrinis adferri possem, sed ea præoccupauit Petrus Faber *in epistola eruditâ quam Dodecamenno subiunxit à folio 203.*

AMBVLA CORAM ME]. stude in omnibus mihi complacere & inseruire. LXX. *εὐαρέστει.*

ESTO PERFECTVS] cuncta conare, quantùm potest, perfectè conficere, enitere ad culmen virtutum cunctarum.

VERS. 2. PONAMQVE] si hoc feceris: ego quoque muneri non deero. promissionem de hac terra & semine multiplicando ratam faciam. Petit Deus ex parte Abrahæ, cultum & seruitutem sibi debitam, & opera virtutis perfectioni consentanea.

INTER ME ET TE] vt peculiari cura ego tibi sim Deus; tu verò peculiari quodam affectu mihi soli seruias.

2. Plurimum, plurimum. VEHEMENTER NIMIS] Hebraismus, *plurimum, plurimum.* hoc est valdè, admodum: quod dici solet, plus satis.

VERS. 3. CECIDIT] adorans & gratias agens.

VERS. 4. EGO SVM] אני הנה *Ani inneh. Ecce ego.* hoc est Ego ille qui solus

sum

sum. D. Hieronym. *epist. ad Marcellam* notat, Deum tantum ESSE, quia nō nouit *fuisse* nec *fore*: cuius essentia est *esse*, & qui nostrū esse comparatū, non *est*. Alienū à Deo quā Deus *fuisse* vel *futurum esse*. Nā qui *futurus*, nondū est: qui dicitur *fuisse*, dicitur nō amplius esse. Secundùm nostrā cognitionē & modū intelligēdi in sacris literis Deus etiā dicitur, *qui fuit*, & *qui futurus*; sed adiuncto tertio *qui est*, & tūc *fuit* significat ab æterno fuisse seu nunquam nō fuisse, *futurus* significat eum numquam non fore: idem tradidit D. Gregorius Nazianzenus *orat. εἰς τὰ ἐπίθεια*; nec hoc tantum modò Dei æternitas significatur, sed & eius immutabilitas optimè probatur & actissimè à D. Hilario *in psalm. 2. quare fremuerunt gentes*, quem suadeo legatis, facile tum intellecturi; idcirco dici *Ego sum*, vt astruatur fides promissorum ratione τῆς τοῦ θεοῦ ἀναλλοιώτου & ἀμεταβλησίας. Ideò enim subditur, ET PACTVM MEVM TECVM] immutabile, & inalterabile, & irreuocabile, me dignum qui natura talis.

3. Esse propriū Deo.

Dei æternitas.

Dei immutabilitas.

MVLTARVM GENTIVM] Iudæorum & Gentilium, præcipuè respicit ad semen cœleste CHRISTVM, & ex eo ac per eum fideles Abrahæ filios; in cælo instar stellarum radiaturos, docet hoc nominis mutatio.

NEC VLTRA VOCABITVR NOMEN TVVM ABRAM] non dicteris amplius solummodò pater excelsus, seu rerum cælestium (hoc significat vox composita ex AB *pater*, & RAM *excelsum*: & volunt Philo ac alij Græci sic dictum à peritiâ astronomiæ) *sed* magnificentiore & pleniore nomine APPELLABERIS ABRAHAM:] Ecce iam vt Dominus seruo nomen mutat, addens dignitatem nomini ex prophetica significatione, dicebatur אברם *Abram pater excelsus seu excelsorum in genere rerum*: additur המון *Amon*, vt simul sit אברהם *Abram Amon*, pater excelsæ multitudinis seu multorum excelsorum: sed Euphoniæ causa tollitur vltima syllaba, & medium ם *mem*, quod erat finale primi nominis, & copulatur seu coniungitur cum ה primâ litterâ vocis additæ, quæ est vna consonantium nominis tetragrammati quæ paulò post additur nomini *Sarai*. Sed qui isti excelsi multi? statim explicat: GENTIVM MVLTARVM. certum est gentes non esse carnale semen Abrahæ. itaque de semine spirituali agitur, quod ex cælesti Iesu verè cæleste: &, vt acutè Leo Castrius aduertit *lib. 5. Apologia*, sensus videtur; non tantùm eris pater illorum centum quadraginta quatuor millium signatorum ex cunctis tribubus Israël, sed etiam *illius turbæ magnæ, quam dinumerare non poterat, Apocal. 7. 9.* Pater ergo omnium cælicolarum, qui *sicut stellæ in arundineto discurrent*. Illud porro ה quod duplex in nomine Dei, communicatum Abrahamo, & Saræ in hac nominum impositione satis est iudicio eum, cui nomen IEHOVA cū patre est commune, ex Abrahamo quidem; sed non nisi ex Sarâ promitti oriundum; *vide Lipomanum hic in Cathena*. ALLEGORIAM habes apud Philonem lib. de Abraham, & lib. de Gigantibus.

VERS. 5.

4 Abram quid.

5. Abraham quid.

REGESQVE] Ex Esau, Idumæorum & Amalecitarum; ex Iacob,

VERS. 6.

Israëlis & Iuda. nihil necesse confugere ad filios ex Agar & Cethurâ: quia *in solo Isaac semen vocabatur.*

VERS. 7. STATVAM] confirmabo. INTER SEMEN] scilicet te mortuo.

GENERATIONIBVS] temporibus eorum. SEMPITERNO] diuturno valde; quamdiu seruabunt pactum; de semine carnali. sed planè in perpetuum, de spirituali semine.

VERS. 8. EROQVE DEVS EORVM] sensus: eâ lege, vt sim Deus eorum. Pa-

6. Fœdus Dei & Abrahę. ctum fuit superiore contractu expressum: *Vt sim Deus tuus & seminis tui post te.* hoc est vt nec tu nec semen tuum, præter me vllum, adoretis, sed à me solo toti pendeatis: & ego vicissim vos, quasi peculium & oculi pupillam, protegam, & peculiari fauore ac curâ benedicam.

VERS 9. DIXITQVE ITERVM] intermisso nonnihil sermone.

7. Imperatiuus pro futuro. CVSTODIES] Hebrai. *custodi*: sed locutionem noster declarauit, futurum ponens pro imperatiuo. *Sic D. Augustin. de locution. Hebraic.*

VERS. 10. HOC EST PACTVM MEVM] id est signum pacti mei. Etenim pactū

8. Res pro signo Metalepsis. iam expresserat: nunc per metalepsin pacti nomen dat signo pacti seu fœderis, instituit namque circumcisionem futuram huius fœderis signum mysticum, sed viuidum ac verum: Ideo subdit de circumcisione se illam iubere, *vt sit signum inter me & vos.* Apostolus: Roman. 4. 11. *Signum accepit circumcisionis; signaculum fidei, quæ est in præputio.*

CIRCVMCIDETVR EX VOBIS] ex ijs qui fidem Abrahæ profitebuntur, seu ex Iudæis.

9. OMNE MASCVLINVM] fallitur Strabo libr. 17. putans etiam

Fœminæ nō circumcisę. fœminas † Iudæas amputatas. ridiculum in ijs præputium quærere quod circumcidatur, superfluum aliud pro præputio substituere. fœminis lex non fuit posita. circumcisio enim instituta potissimùm ad distinguendum populum Abrahamidarum à gentibus: distinctiones verò populorum à genealogiis virorū dumtaxat petebantur. est sententia Philonis, Iosephi, D. Epiphan. & Suidæ: quod verò Rabbini quidam dicunt eas pro circumcisione, quadam aquæ lustratione haut absimili baptismo vsas, vt narrat Ioan. Benedictus *lib. 1. summa de peccatis cap. 7.* non puto verum.

VERS. 11. CARNEM PRÆPVTII] locus hic circumcisionis, & † non in alio,

10. Circūcisio cur in hoc membro. membro delectus: quia in hoc membro se effectus peccati inobedientiæ primùm manifestauit. (*Alcuinus in Quæstionib.*) & quia signum fidei. qua credebat Abraham CHRISTVM ex se nasciturum. *Caietan.*

11. Circūcisio quale signū. IN SIGNVM FŒDERIS] En causa litteralis datæ Iudæis circūcisionis, vt hoc signo Iudæi à gentibus distinguantur, tamquā peculiaris Dei populus, & hæres fidei Abrahæ. *Sic Philo, Iosephus, Iustinus, Tertullianus, Chrys. & alij.* SIGNVM *allegoricum* seu propheticū spiritualis circūcisionis per CHRISTVM semen Abrahæ introducendæ, in sacramen-

tis

tis baptismi & pœnitentiæ. TROPOLOGICVM signum admonens
abstinere à carnis concupiscentijs. ANAGOGICVM, perfectissimæ
circumcisionis in Octauâ (hoc est nouissimâ resurrectione) quan-
do corpora deponent omnem corruptionem. Fuit signum
† Iudæis ab octauâ natiuitatis die ad salutem necessarium cete- 12.
ris liberum, etiam descendentibus ex Ismaële, filijs Cethuræ, & Circumcisio quibus ne
ex Esau: huic enim præcepto Idumæos postea non paruisse patet ex cessaria.
Iosepho *lib.15.cap.17.*

INFANS OCTO DIERVM] præcisè octauo † die; quia ante hunc VERS. 12.
nimis adhuc tenellus, nec ante septimum diem completum certitu- 13.
do vlla vitalem fore vt ex Aristotele & Galeno docet Franc. Valesius Circũcisionis tempus.
de sacra philosophia cap. 18. MYSTICAM rationem pete ab Hugone
de sancto Victore *lib.1.de sacrament. p.* 12. Non potuit hoc tempus
anticipari, iuxta D. Ciprianũ *lib.3.epist.8.ad Fidum*, nam paruuli po-
terant ante hanc diem saluari, sicut & fœminæ, & Gentiles, cærimo-
nijs legis naturæ. Ex iustâ verò causa poterat octaua dies prorogari,
& id factum peregrinante populo in deserto, *Iosue.5.v.6. & ibi Theo-
dore. & Damascen. lib. 4. orthod. fid.*

ET QVICVMQVE NON FVERIT DE STIRPE VESTRA] quicumque
alius non fuerit de semine Abrahæ ex quo Messias nasciturus. Pro
emptitio, Hebraicè; *acquisitio argenti*, abstractum pro concreto, *acquisi-
tus pecunia.* Notandum etiam hic in Hebræo hanc circumcisionem
vernarum, emptitiorumque seruorum; & liberorum alienigenarum
bis repeti, & quidem non sine energia vocabulorũ: Sic enim ad ver-
bum est; *natus domus* (hoc est vernaculus) *& acquisitio argenti, ab omni
filio* Ch. homine] *alienigena, qui non de semine tuo ipse. Circumcidendo* 14.
circumcidetur natus domus tuæ, & acquisitio argenti tui. Et erit fœdus meũ Conciliata
&c. Noster repetitione abstinuit, quod Latinis auribus nõ esset æquè Hebræa La-
futura suauis, & de sententiâ nihil detrahebatur, si efficaciter accipe- tina & Græca.
retur præceptũ prioribus verbis expressum; vt & abstinuerunt LXX.
interpretes iuxta quosdam libros, vt Complutenses & Regios, & si
in alijs repetitio habeatur, in Aldinis & Romanis. Porro vt rectè &
efficaciter exponantur, primum dico nullam hic legem præfigi alie-
nis liberis seu ingenuis, & tantũ ferri legẽ Iudæis, & eorũ seruis, qui
serui essent duorũ generũ, quidam vernæ, & alij empti ab alienige-
nis, nam de seruis emptitijs ex gente Iudæorum, si qui tales forent,
certum debuisse circumcidi, vt & ceteros Iudæos: de emptitijs alie- 15.
nigenis dubium tantũ erat. Igitur quod Latinè est, *& quicumque nõ fue-* Serui an te-
rit de stirpe vestra, id ex Hebræo exponendum, vt *&* non sit copula- nebãtur cir-
tiuum, sed exegeticum & ampliatiuum, quasi d. omnem emptitium cumcidi.
etiamsi emptus sit ab alienigenis parentibus: nam Hebraicè, non est
copula *&*, & coniungitur illud totum cum *acquisitione argenti*, vt
sensus sit: vernaculus & quicumque alienigenâ fuerit à te pretiõ cõ-
paratus. De bello captis, hîc non agitur. Sic Hebræa intellexit non
modò Chaldæus Paraphrastes, sed & LXX. si probè dis-

pungas cum Regiis codicibus hoc modo, *καὶ ὁ ἀργυρώνητος ἀπὸ παντὸς υἱοῦ ἀλλοτρίου*, &c. *emptus argento ex omni filio alieno*, &c. Secundò dico eamdem emptitiis istis legem ferri, quæ fertur vernis, nempe iuberi omnino circumcidi, etiamsi nolint. qua in re Caietani sententiam amplector. tum quia licet id durum aspectu, nimis tamen expressè id scriptum: nec ratio differentiæ inter vernas ex alienigenis natos, & emptitios idonea satis redditur: cùm æque hi ac illi sint res dominorum. tum quia quod Hebraicè est המול *Hummol* ימול *Immol Circumcidendo circumcidetur* & LXX. *περιτομῇ περιτμηθήσεται*, iuxta naturam locutionum geminatarum, significat omnino circumcidendos. tum denique, quia Exod. 12. 44. expressè dicitur *omnis alienigena non comedet ex eo*; (Phase;) & v. 48. ponitur exceptio, nisi passus fuerit circumcidi se & omnes suos: de emptitio verò simpliciter dicitur, circumcidendum, & sic comesturum. nec de emptitio reperitur *d. v.* 48. si voluerit transire in coloniam, quia serui in coloniam non transibant; & alienigenæ Domino liberum non erat de phase comedere, nisi priùs omne masculinum suum iussisset circumcidi, nullâ inter vernas & emptitios distinctione *d. v.* 48. cur ergo liceret Domino Iudæo aliquid masculini generis de seruitiis suis eximere? Nam quoad Phase eadem certè lex erat Iudæo & alienigenæ vesci volenti: eadem non tantum quoad se, sed quoad omnes seruos. Scio nostrum Pererium hîc quæstione quinta dissentire; & fateor probabilem Ruperti ac Tostati sententiam; non tamen video quo pacto satis accommodate huic loco, præsertim iuxta Hebræa & Græca verba, coniuncta cum d. vers. 48. respondeant.

VERS. 13. — IN FOEDVS ÆTERNVM] nihil hinc contra nos Iudæi efficaciter »
16. — probant. quia (*vt ait D. Augustinus q.* 31.) locutionis est scripturarum »
Æternū pro longo tempore. — vt *æternum* appellent, cuius rei finis (certus) non constituitur: aut non »
ita fit, vt deinceps non sit faciendum, quantum pertinet ad curam aut »
potestatem facientis. sicut ait Horatius.

Seruiet æternum, qui paruo nesciet vti.

Non enim potest in æternum seruire, cuius ipsa vita qua seruit æterna esse non potest.] Sic Augustin. *Æternum* ergo hic *fœdus*. quod duraturum, donec nouum succedat duratura vmbra; donec veritas per CHRISTVM illucescat.

CIRCVMCISA] ab octauo die.

DELEBITVR ANIMA ILLA] ait *illa*, nempe incircumcisi persona, non parentum, vt putarunt Diodorus & Gennadius, nullo hic negligentibus parentibus supplicia sanciuntur. Ne fallat Hebræus contextus, scito, simpliciter agi de præputiato; cuius caro pelliculâ illâ non fuerit orbata. Ad verbum quidem † est, *Qui non circumciderit*: Sed LXX. & noster optimè interpretati sunt Hebraismum, passiuè, *si circumcisus non fuerit*, siuè à se, siue ab alio; & sic etiam paruuli continentur, contra Card. Caietanum. Sed quid est

Hebraism. actiui pro passiuo.

DELERI

DELEBITVR ANIMA ILLA DE POPVLO SVO] Rabbini exponunt de morte corporali: Volunt enim à Deo omnes incircumcisos ante quinquagesimam ætatis annum occidi solitos, at ipsi solitum faciunt, & nos fabulis ludunt. Catholici meliùs explicant, sed diuersimodè. Sequor eos, qui censent sensu litterali tam de adultis, quàm de infantibus agi; & hos omnes statui debere, à iudice mortis pœna damnati ob præuaricationem fœderis, adultos statim, infantes cùm adoleuerint. Nam sicut hoc loco Deus loquitur; sic etiam loquitur: *Exod.* 31. De violatore Sabbati, quod etiam erat signum inter Deum & populum suum, *vers.* 13. *& vers.* 14. *qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus peribit anima illius de medio populi sui.* Vtrobique Hebraicè est נכרתה *Venichertoh, & exscindetur anima eius.* Constat autem ex Historia Numerorum, hunc operantem die Sabbati iussu iudicis occidendum. *Num.* 15. 31. D. August. expositio *lib.* 16. *de ciuitat. Dei cap.* 27. *& lib.* 2. *contra Pelagium & Celest. cap.* 30. *& lib.* 2. *de nuptiis cap.* 11. bona est, sensu mystico, nata huic sancto, quia secutus vitiosa exemplaria Græca, legebat: *Masculus qui non circumcidetur carne preputij sui octauo die, interibit anima,* &c. Sed illud; *octauo die*, propter quod cogebatur ad infantes restringere; spurium est hoc loco: deest Hebræo, & Chaldæo: deest Latinæ versioni; deest Græcis codicibus emendatioribus. Sequor ergo expositionem Lirani, Caietani, & Hugonis de sancto Victore. *Lege Bened. Perer. disp.* 6. *hoc copiosè probantem.* 14. Circũcisionis omissæ, quæ pœna.

IRRITVM FECIT] etiam infans; qui puniendus cùm adoleuerit: nec in eo punitur peccatum parentum, sed propria negligentia, quod compos rationis & malitiæ neglexerit.

Circa nominis Saræ mutationem vna difficultas occurrit: certum est priùs dictam שרי *Sarai, Princeps mea*, domina mea; more etiam Latino & Græco, quo vt vxor virum, *Dominum*; Sic etiam viri vxores vocabant *Dominas* (dixi Aduersar. *in Seneca Agamemno. vers.* 262.) Sed non constat vtrum dicta SARA per RESCH lene, שרה, an verò SARRA, per ר forte, שרה. Nam LXX. verterunt σάῤῥα non σάρα, & sic Philo, Iosephus, & D. Ambros. *lib.* 2. *de Abraham cap.* 4. *& c.* 11. &, quod, caput est, ita scribitur in nouo Testamento Græco *Rom.* 4. 19. *Hebr.* 11. 11. 1. *Petr.* 3. 6. & tunc mysterium in eo positum D. Ambrosio: significari beneficium nouum priori superadditum, nempè principatum virtutis & gratiæ, principatui familiæ. Nam Hebræis ר signat ducenta: nempè cumulum centenario, hoc est perfectioni additum. *Sic Leo Castrius lib.* 5. *Apologet.* Verùm quia hoc pugnat cum Hebræo, & cum nostra versione: sequor potiùs D. Hieronymum, qui vult nomen duntaxat litteræ vnius mutatione mutatum, nempè pro י, finali, positum ה, quam per A simplex solent exprimere, שרה *Sara*, & mysterium in eo positum, quòd non iam solius mariti & familiæ domina, sed in filio seu semine suo omnium gentium Domina futura. VERS. 15. 18. Sarai, an vocata Sara, an Sarra.

Vers. 16. Benedicam ei] ætatis & naturæ vitiis sublatis fœcundam reddam.

Ex illa dabo tibi filium] ex a Sra, sicut ex Agar dedi. Hebraicè est in præterito, *dedi*: ad certitudinem denotandam.

Cui benedicturus] non filio, sed Saræ. Nam Hebraicè est fœmininum.

Eritque] Saræ filius. Reges populorum] Israël, Iuda, Idumæorum, & Amalecitarum: *sup. vers.* 6.

19. Conciliatæ versiones. Orientur ex eo] LXX. & noster ad semen retulere, Hebræus ad *Saram*: nulla dissensio; immediatè ex Isaac, mediatè ex Sara: seu ex Sara per Isaac.

Vers. 17.
20. Risus Abrahæ. Risit] pace DD. Hieronymi † & Chrysostomi, non est addubitantis, vel non firmiter credentis: alioqui reprehenderetur à Deo: Sed est plenitudinis spei, gratulationis, & ad beneficij nouitaté atque magnitudinem obstupescentis, vt benè DD. Ambrosius & Augustinus: planè sic D. Paulus exponit: *Non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum: cum iam ferè centum esset annorum: & emortuam vuluam Saræ. In repromissione etiam Dei, non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide dans gloriam Deo: plenissimè sciens, quia quæcumque promisit, potens est & facere.* Rom. 4.19.

Putasne centenario] seipsum alloquitur; Hanc, animula mea, Dominus te tam inopinato beneficio beabit, vt cum centum eris annorum (nunc erat nonaginta nouem fermè completorum) nascatur tibi filius anno proximo ex vxore sterili & nonagenaria? His dictis se conuertit ad Deum, inquiens; Non ausus fui nec potui tantum sperare gaudium, vicisti Domine spes & vota mea per tantam munificentiam: contentus eram Ismaële. Pro quo, quia tam largè misericors es, insuper obsecro te.

Vers. 18. Vtinam Ismael vivat coram te] non qualemcum-
21. que vitam postulat, sed veram † vitam, hoc est honestati & Dei vo-
Viuere corã luntati consentaneam. Hoc enim est viuere in conspectu Dei, digna
Deo. Dei iussis negotia gerere. (*S. Ambrosius*) cùm Deus † illi preces
22. concedat, rectè hinc Hebræi & Rupertus colligunt, Ismaëlis pœni-
Ismaël saluatus. tentiam & salutem.

Sara] Hebraicè additur affirmatio אבל *Abal, verè profectò*. q.d. non est quod quicquam dubites.

23.
Isaac vnde dictus. Isaac] benè Hieronymus & Eucherius, sic † vocatum propter risum Abrahæ, & non propter risum Saræ; quæ nondum riserat; sed postea propter risum suum hoc nomen iterauit. Typicè sic dictus, quia figura Christi, qui gaudium allaturus mundo.

Constituam pactum meum illi] pacto promissa pertingent ad posteros tuos per Isaac, non per Ismaëlem. Pactum (in-
Vers. 20. quam) vt sit mihi populus, & ego illi Deus, & in semine eius (Chri-
24. Præteritum sto) omnes gentes terræ benedicantur.
pro futuro. Benedicam] Hebraicè, *benedixi*: propter † certitudinẽ, sicut sup.

16. &

16. & notat S. Hilarius lib. 4. de Trinitate. DVCES] Principes fuarum tribuum; ficut &. XII. nafcituri ex Iacob, *Cyrillus in Catena.*

STATVAM AD ISAAC] CHRISTVS ex te per Ifaac defcendet; VERS. 21.
& pofteris Ifaac dabo terram promiffionis, ANNO ALTERO] proximè fequenti.

ASCENDIT DEVS AB ABRAHAM] in cælum afcendens defiit VERS. 22.
ab Abrahâ videri: hoc figno docebatur vifio fuiffe à Deo, ficut & 25. Vifionis à
Iudic. 13. 20. *Cúmque afcenderet flamma altaris in cœlum: Angelus Do-* Deo fignũ.
mini pariter in cælum afcendit. Quod cum vidiffent Manue & vxor eius, proni ceciderunt in terram, & vltra eis non apparuit Angelus Domini. Statimque intellexit Manue, Angelum Domini effe, &c.

STATIM IN IPSO DIE] iuffio facta manè, die eodem ad vnguem obediuit. Nota obedientiam Abrahæ, & totius familiæ: qualis herus tales ferui. VERS. 23.

TREDECIM] hinc (*tefte Iofepho lib. 1. c. 12.*) Sarraceni † defumpfere ritum circumcidendi fuos anno ætatis 13. apertè à lege Dei, Abrahæ data, recedentes. VERS. 25. 26. Circumcifio Saracenorũ.


PRO MYSTICO capitis fenfu adeundus Origenes *hom. 3. in Genef.* Rupertúfque *lib. 5. cap. 28. cum multis fequentibus.*

Ll 2 CAPVT





CAPVT DECIMVM OCTAVVM.



1. APPARVIT autem ei Dominus in
conualle Mambre ſedenti in oſtio ta-
2. bernaculi ſui in ipſo feruore diei: *Cum-
que eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres
viri ſtantes propè eum: quos cùm vidiſſet, cucurrit
in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & ado-
3. rauit in terram. * Et dixit: Domine, ſi inueni gra-
4. tiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum: * ſed
afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes veſtros, &
5. requieſcite ſub arbore. * Ponámque buccellam pa-
nis, & confortate cor veſtrum, poſtea tranſibitis:
idcirco enim declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Qui
6. dixerunt: Fac vt locutus es. * Feſtinauit Abraham
in tabernaculum ad Saram, dixítque ei: Accelera,
tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios pa-
7. nes. * Ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit in-
de vitulum tenerrimum, & optimum, dedítque
8. puero: qui feſtinauit & coxit illum: * Tulit quo-
que butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, &
poſuit coram eis: ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub
9. arbore. * Cumq; comediſſent, dixerunt ad eum:
Vbi eſt Sara vxor tua? ille reſpondit: Ecce in ta-
10. bernaculo eſt. * Cui dixit: Reuertens veniam ad
te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara
vxor tua. Quo audito, Sara riſit poſt oſtium taber-
naculi.

naculi. * Erant autem ambo senes, prouectæq; 11.
ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. * Quæ 12.
risit occulte dicens: Postquam consenui, & Do-
minus meus vetulus est, voluptati operam dabo?
* Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare ri- 13.
sit Sara, dicens: Num verè paritura sum anus?
* Nunquid Deo quidquam est difficile? iuxta 14.
condictum reuertar ad te hoc eodem tempore, vi-
ta comite, & habebit Sara filium. * Negauit Sara 15.
dicens, Non risi: timore perterrita Dominus au-
tem: Non est, inquit, ita: sed risisti. * Cùm ergo 16.
surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra So-
domam: & Abraham simul gradiebatur, deducens
cos. * Dixitque Dominus: Num celare potero 17.
Abraham quæ gesturus sum: * cùm futurus sit in 18.
gentem magnam, ac robustissimam, & BENEDI-
CENDAE sint in illo omnes nationes terræ?* Scio 19.
enim quòd præcepturus sit filiis suis, & domui suæ
post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iu-
dicium & iustitiam: vt adducat Dominus propter
Abraham omnia quæ locutus est ad eum. * Dixit 20.
itaque Dominus: Clamor Sodomorum & Go-
morrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum ag-
grauatum est nimis. * Descẽdam & videbo vtrum 21.
clamorem qui venit ad me, opere compleuerint:
an non est ita, vt sciam. * Conuerteruntq; se inde, 22.
& abierunt Sodomam: Abraham verò adhuc sta-
bat coram Domino. * Et appropinquans ait: Nũ- 23.
quid perdes iustum cum impio? * Si fuerint quin- 24.
quaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? & non
parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fue-
rint in eo? * Absit à te, vt rem hanc facias, & occi- 25.

das iustum cum impio, fiátque iustus sicut impius,
non est hoc tuum: qui iudicas omnem terram, ne-
26. quaquam facies iudicium hoc. * Dixítque Domi-
nus ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta
iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco pro-
27. pter eos. * Respondensq; Abraham, ait: Quia se-
mel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim
28. puluis & cinis. * Quid si minùs quinquaginta iu-
stis quinque fuerint: delebis, propter quadragin-
ta quinque, vniuersam vrbem? Et ait: Non delebo,
29. si inuenero ibi quadraginta quinque. * Rursúm-
que locutus est ad eum: Sin autem quadraginta
ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait: Non percu-
30. tiam propter quadraginta. * Ne quæso, inquit, in-
digneris Domine, si loquar: Quid si ibi inuenti
fuerint triginta? Respondit: Non faciam, si in-
31. uenero ibi triginta. * Quia semel, ait, cœpi, loquar
ad Dominum meum: Quid si ibi inuenti fuerint
32. viginti? Ait: Non interficiam propter viginti. *
Obsecro, inquit, ne irascaris Domine, si loquar
adhuc semel: Quid si inuenti fuerint ibi decem?
Et dixit: Non delebo propter decem.
33. * Abiítque Dominus, postquam ces-
sauit loqui ad Abraham: &
ille reuersus est in lo-
cum suum.

ARGV

ARGVMENTVM.

Abraham conuiuio excipit Angelos, putans peregrinos: hi promittunt ei nasciturum filium ex Sara; hanc ridentem increpant: mox Abrahæ excidium Sodomæ denunciant, & iustus conatur Dei iram placare.



DOMINVS] per Angelos in specie visibili & corporeâ trium viatorum, post circumcisionem diebus saltem septem vel octo, cùm iam Abraham conualuerat. Vnica hoc toto cap. visio narratur, quam imitati sunt Poëtæ prophani de Hiræo & Diis tribus eius hospitio exceptis, quæ cecinit vates Pelignus *lib. 5. Fastor.* VERS. 1.

SEDENTI] more suo præstolanti peregrinos, & velut expandenti sagenam hospitalitatis, *vide S. Chrysostom. hom. 41.*

FERVÔRE DIEI] tempore meridiano, vt explicant LXX. & Philo *lib. de Abraham*: tunc enim qui faciunt iter, in hospitium se recipiunt.

ELEVASSET OCVLOS] ipse in conualle, seu in querceto sedebat, via verò erat altior, in qua Angeli: & pro, *prope* LXX. *super eum* Hebræa vox על vtrumque significat. VERS. 2.

TRES VIRI] parùm mihi probatur opinio Tertulliani *lib. 3. contra Marcionem*, censentis vnum trium istorum fuisse CHRISTVM DOMINVM, nisi intelligat de repræsentatione. Meliùs D. Augustinus *lib. 16. de Ciuitat. Dei cap. 29.* tradit fuisse tres Angelos, qui sibi aëria corpora formarunt, ex D. Paullo Hebr. 13. 2. *Et hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim latuerunt quidam Angelis hospitio exceptis:* quo enim pacto latuissent, nisi in corpore assumpto, cùm visio non fuerit imaginaria, sed vera & vigilanti oblata: & passi sibi pedes lauari, & comederunt? Admittendum tamen Angelos sanctissimam Trinitatem repræsentasse, vt volunt Eusebius, Hilarius, Ambrosius, & Cirillus.

2. Angeli tres repræsentabant S. Trinitatem.

PROPE EVM] non longè ab eo corpus sibi coaptarant, & sic subitò illos vidit.

ADORAVIT IN TERRAM] ciuili & Orientalibus consueto honore illos veneratus, valdè se demissè incuruauit, ex Hebræo.

DOMINE] Hebraicè, *Domini mei*; Sed quia sequitur in singulari *tuum* & *ne transeas*: prudenter noster, quod Hebræus sermo patitur transire de numero ad numerum; id in Latino, qui non patitur, explicandum potiùs, quàm imitandum censuit. Et videtur ad eum qui honoratior videbatur, sermonem dirigere, vt benè S. Chrysostomus. Vulgo solet † dici, *Tres vidit, & vnum adorauit*: hoc non habetur hîc in textu: sed colligitur ex textu, nam ex his verbis patet quòd vnum adorando allocutus, & ex v. præcedenti quòd tres viros viderit: Non

3. Numerorū confusio ex Hebraismo.

4. Tres vidit, vnum adorauit, explicatum.

tamen est ſenſus, quòd Abraham tunc cogitauerit, & veneratus ſit in eis myſterium Trinitatis: nam neſciebat adhuc Angelos eſſe, vt colligitur tum ex loco D. Paulli d.v.2. tum ex noſtri textûs ſerie. Sed ſenſus eſt, quod illi tres, quorum vnum Abraham adorauit, Sanctiſſimæ Triadis tres perſonas repreſentabant.

NE TRANSEAS] ne prætereas vlteriùs tendens, aut ad alium diuertens.

LAVATE] conuertit ſermonem ad ſocios eius quem primum affatus, vt ſolemus cum plures ſimul obuios ſalutamus. Orientalibus
5. † in more poſitum fuit hoſpitum pedes lauare, laſſitudinis refocil-
Lauandi pedes hoſpitibus mos. landæ, & ſordium abluendarum gratiâ, quod & apud Homerum frequens: multa de hoc more hîc in commentar. Guill. Hamerus congeſſit. Nec ipſi ſibi peregrini pedes lauabant, ſed domeſtici eo munere defungebantur: & D. Auguſtinus ſerm. 70. de temp. inſi-
6. nuat ipſum Abraham hoc munere functum. Igitur LAVATE † perin-
Actiuũ pro paſſiuo. de eſt ac ſi diceret, finite vobis lauari: vt quidam libri, *lauentur*.

VERS. 5. PONAM] apponam † ſimplex pro compoſito.

7. PANIS] cibi: nam † panis nomine Hebræi omnem cibum ſigni-
Simplex pro compoſito. ficant. inf. 31. 54. *immolatiſque victimis in monte, vocauit fratres ſuos vt ederent panem*. Sic etiam Exod. 18. 12. nam vtrobique de epulo agitur,
8. & carne victimarum de lauto etiam conuiuio inuenias vſurpatum
Panis pro quouis cibo Iob. 42. v. 11. & Ierem. 41. 1. quibus locis noſter retinet Hebraiſmum;
Buccella panis Adag. ſed 2. Reg. 13. 5. vt cum explicaret *cibum* vertit, quod in fonte erat לחם *Lechem*. Porro *buccella panis* eſt adagiale, *vide Adag. ſacra. §. 23.*

9. CONFORTATE COR] reficite vos cibo. Sic † loquuntur, quia cor
Cor confortare. calore innato nimium æſtuaret & quaſi ſqualore opprimeretur, niſi cibi humectatione reficeretur.

10. IDCIRCO ENIM DECLINASTIS] non dicit † eos eò veniſſe hoc
Occaſio pro cauſa intenta. animo, vt ab eo conuiuio exciperentur: Sed Dei factum prouidentiâ, vt eâ horâ illâc iter haberent, quâ poſſent, hoſpitalitatis eius participes facti, ipſum honorare. Solemus loquendo ſic loqui de occaſione aliquâ oblatâ, quaſi id delectu & perpenſo conſilio factum foret.

DIXERVNT] non ſimul tres locuti, ſed vnus ſuo & ceterorum nomine.

SICVT LOCVTVS] modicè & parcè appara.

VERS. 6. TRIA SATA] LXX. *tres menſuras*. Hebraicè tria סאים *Seim*
11. ſeu *Saim*, Chaldaicè סאין *Sain*, vt & Syriacè apud Matthæum & Lu-
Satum quid. cam cap. 13. in ſingulari eſt סאה *Saah*. De qua (menſuræ genus eſſe conſtat) multa dicta cùm aliis tum de noſtris Ioanni Marianæ *lib. de Ponderibus & menſuris cap.* 10. eum conſulito, dicam quid mihi in men-
Iſidori locus. tem veneris veterum ſcripta rimanti. Imprimis B. Iſidorus optimè aduertit duo genera *Sati*, & illud quoque vocem eſſe Hebræam; & quæ de hac re ſcripſit, partim ex D. Hieronymo, partim ex Epiphanio
Sati genus primum. mutuatus fuit. Ait Iſidorus lib. 16. cap. penult. *Satum genus eſt menſuræ iuxta morem Palæſtinæ, vnum & dimidium modium capiens.* hoc eſt D. Hieronymi in cap. 13. Matthæi; qui à Ioſepho mutuatus lib. 9. An-

tiqu. cap.

tiqu.cap.2. τὸ σάτον, μόδιον καὶ ἥμισυ Ἰταλικόν. Vnde mutuatus Phauori- Phauorini locus.
nus; σάτων μόδιος γέμων, ἤγουν ἓν ἥμισυ Ἰταλικόν. & paulo ante, σάτον, σιτι-
κὸν μέτρον. quasi differant σάτον καὶ σάτων. quod non credo, sed scriben-
dum semper cum o paruo. Vt Epiphanius, & Iosephus scribūt. Nam
Suidas errat, qui rectum singularem facit; σάτα μέτρον ἑβραϊκόν. An E- Suidæ locus.
piphanius, duo *Sati* genera ponit? vnum quando agit de vino, oleo & Epiphanij locus.
liquidis circa finem libri, *de ponderibus & mensuris*, vbi attribuit quin-
quaginta sex sextarios. τὸ σάτον νς ξέστων ὑπάρχει. Sed pagina præcedē-
te, quando de mensuris aridorum agebat, scribit *Satum*, esse vocem
Hebræam, & continere Modium plenum ac supereffluentem quartâ
modij parte; Suidas Satum vult esse plus modio, & addit humoris ca-
pere sextarios ιε. quindecim, qui appendeant libras viginti quinque.
κέ. Venio in suspicionem numeros hosce tam Suidæ quàm Epipha-
nij valdè mēdosos esse. de Suidâ nunc nihil dico. de Epiphanio, prio-
re loco *Satum* mensuram aridorum describi. posteriore verò agi de
mensuris liquidorum: & primo poni mensuram vinariam νς′ βαλ. po-
stea Olèariam, & ideo posteriore hoc loco eum non σάτον. sed βάτον
posuisse, quod præcedenti pagina dixerat esse vas olearium & sex
xaginta sextariorum capax; non tamen pro vase hîc sed pro mensurâ
posuisse: & quia quod Ephi in aridis, hoc Batus est in liquidis, &
æqua vtriusque mensura Ezech. 45. 11. Suspicarer *batho* illic apud E-
piphanium dandos iuxta modium Epiphanii sextarios octoginta &
vnum & legendum pro νς legendum πά. Inter Iosephum verò & E-
piphanium manet in Sato quadrantis discrimen: fortassis quia Sama-
riticum Satum, quod Epiphanius describit, à Iudaico discreparit, de
quo Iosephus. Addo & illud ex MISNAIOTH, (etiam notatum à P.
Maldonato ad cap. 13. Matthæi) mensuram *Sati* auctam post reditum
ex trāsmigratione: & de hoc Sato sic aucto loqui Iosephum, Epipha-
nium, & Hieronymum: sacram scripturā verò agere de *Sato*, priorum Alterum genus Sati.
temporum. De quo subdit Isidorus, esse quasi modium, & capax vi-
gintiduorum sextariorum. Epiphanius id docet, modium iustum esse
viginti duorum sextariorum, & id mysticè explicat de totidem diui-
nis operibus, generationibus, & litteris, & libris sacris: idē docet ma-
ximam mensuram, quæ sit onus Cameli, vocari *Chor*, seu *corum*, con- Chor, & corus.
tinentem modios triginta; eius dimidium *Lethec* quindecim mo- λέθεκ.
dios capere; quod etiam vocetur *Gomor magnum*. nam *Gomor paruum* Gomor duplex.
duodecim batos continere. De *coro* & modio idem scribit Procopius
in Genesim. Quod autem fuerit æquali modio *Satum*. Sic potest pro-
bari. LXX. interpretes eadem voce. *Mensurarum*, vertunt vocem
Seain & vocem *Epha*, Nam *hoc loco* vbi Hebraicè est tria *Seain* vertūt
τρία μέτρα, & *Exo. 16. 36. & Isai. 5. 10.* vbi Hebraicè est vnum *Epha*
reddunt eodemmodo τρία μέτρα. ergo illis idem est τρία μέτρα, quod
Ephi. Sed *Ephi* continet tres modios, cùm sit decima pars *Cori*, vt cō- Ephi.
munius receptum *ex d. v. 10. & Ezechiel. 45. 11. & vtrobique docuit D.
Hieronymus*. & Chaldæus paraphrastes *Epha* solet vertere tria סאין
Seain, Leuit. 5. 11. & 6. 20. Num. 5. 15. Ruth. 2. 16. & Isai. d. v. 10. Igitur

hîc tria *Seaim* faciunt vnum Ephi, & proinde modios tres, seu *Sata tria*, vt noster vertit. Sata (inquam) illa prioris temporis, hoc est sextarios sexaginta sex. Ruth. 2. 17. *inuenit hordei quasi Ephi mensuram; id est tres modios.*] Hebræi recentiores scribunt *Seah* continuisse sex *Qabim*, *Qab* tantum seminis seu aridorum, quantum concludas in vigintiquatuor ouis gallinaceis. *sic Montanus in Tubalcaim cap. Sarah. Seah* ergo contineret quantum centum quadraginta quatuor oua. Genus metiendi ridiculum, cum ouorum gallinaceorum tam sit diuersa magnitudo. Quod D. Hieronymus hîc *Satum* cum amphorâ æquet, quomodo probem non habeo, nisi dicas eum non vnicum Satũ, sed tria simul amphoræ æquare. nam amphora. 72. sextarios, quod ad 66. Sanè *tria sata* faciunt Hispanicos, *Seis çelemines.* nec de *Sato* plura habeo, Sat *Sati*.

Rabbinorũ ridicula mẽsura. D Hieronymi locus.

12. Simila. SIMILÆ] simila† secundarius flos farinæ Plinio, ego pro polline positum puto.

13. Subcinericius panis. SVBCINERICEOS PANES] forma fuit placentarum, seu latarum & planarum tortarum. dicti quod extra clibanum, cineribus contecti & operti coquerentur, operâ breui absque fermentatione. LXX. ἐγκρυφίας. S. Isidorus; *Subcineritius, cinere coctus & reuersatus. ipse est & focatius.* Hispan. hogaza. Isychius; ἐγκρυφίας ἄρτε εἶδος ὁ ἐν σποδῷ γινόμενος, τῷ μὴ εἶναι κλίβανον. nam qui in testâ vel Clibano coctus, Isidoro teste *clibanacius* dictus. Meminit etiam, vt delicati in conuiuio suo Athenæus, lib. 3. quod ex simila à Tegeatibus confectum Athenienses auidè coemerent, Archestrati ἐν γαστρονομίᾳ testimonio; cuius & Nicostratus *in Hierophantâ* meminerit. An totus ex similâ? negat Suidas, scribens tres partes similæ habuisse. addit ALLEGORIAM, his tribus satis encryphiorum, significari triduanam Domini sepulturam, qui panis vitæ. ἐγκρυφίας, ἄρτος ἐν σποδῷ κεκρυμμένος. τὰ δὲ γ΄ μέρη τῆς σεμιδάλεως, ἐξ ὧν ὁ ἐγκρυφίας ἐγένετο, τὴν τριήμερον τῦ ἄρτε τῆς ζωῆς ταφὴν ὑπαινίττεται. hautdubiè respexit, vel ad hunc nostrũ locum, vel ad *tria sata* Euangelica Matthæi. 13. Communiùs recepta est D. Ambrosij & S. Augustini expositio, tres sanctæ Trinitatis personas *tribus satis* adumbrari.

Clibanacius. ἐγκρυφίας. Suidæ locus.

VERS. 7. VITVLVM] ALLEGOR. significat CHRISTVM Dominum: sicut etiam in filij Prodigi parabolâ apud Lucam.

VERS. 8. Facere, pro coquere. VITVLVM QVEM COXERAT] totum coxerat, sed partem eius optimam apposuit. Hebraicè, est verbum *facere*, pro coquere, & sic LXX. ποιῆσαι. Sed optimè noster hoc loco bis explicuit.

STABAT IVXTA EOS] vt ministrans & adhortans, humanitatis & officij gratiâ.

VERS. 9. 14. Comestio Angelorũ. COMEDISSENT] non conuerterant† cibum in substantiam suam, vtpote incorporei & expertes potentiæ nutritiuæ: sed illum vi aliquâ nobis ignotâ in aërem tenuissimum resoluerant: eo ferè modo, quo Sol humorem terræ consumit, nec in se conuertit. *Theodoretus hîc q.* 68. Sed de hac re contra Rabbinos disserui *tomo. 1. disquisit. Magicarum. lib. 2. q. 28. sect. 3.* ALLEGORIAM pete à D. Ambrosio *lib. 2. de Abrah. cap. 5.* & Eucherio *in Genes. lib. 2. cap. 27.*

VBI EST SARA] sciebāt: sed sternunt interrogatione viam dicendis.

dis. *Gregorius lib. 9. in Iob. cap. vlt.* TROPOLOGICE exponit: sed ALLEGORICE de B. virgine Damascenus *Orat. 1. de Dormitione Deiparæ.* Cùm SARAM nominant, se non ignotos ostendunt, sed gnaros rerum Abrahæ, vt Oraculo sequenti fidem pareat.

CVI] Abrahæ. DIXIT] ille qui inter tres Angelos præcipuus, & ad hoc ei denunciandum venerat, nec cum aliis duobus ad Loth missus. VERS. 10.

REVERTENS VENIAM] Hebraicè, *reuertendo reuertar* hoc est certissimò reuertar. 15. Reuertens reuertar.

TEMPORE ISTO] proximi anni hoc eodem die. etsi non legimus redisse: certò tamen id ex promissione credendum. ex LXX. colligas etiam eadem horâ redisse. nam pro *vita comite* vertunt *εἰς ὥρας*, q. d. ad eandem horam.

VITA COMITE] stultum fit referre hoc ad Angelos, qui immortales. cum Chaldæo & Abenezra, refer ad Abraham & Saram, vt duo prædicat, nempe illos in eum diem victuros, & iam filio suscepto gauisuros. q. d. & viuetis tum, & filium habebitis. Eodem modo ait Helizeus 4. Reg. 4. 16. *In tempore isto, & in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero filium:* quod nequit accipi de vita loquentis, sed sunamitidis cui loquebatur. LXX. aliter legerunt quam noster. Vita Comite.

POST OSTIVM TABERNACVLI] vbi ipsa erat, Angelus verò tergum ostio obuerterat, vt benè Chaldæus.

FIERI MVLIEBRIA] fluere menstrua ad conceptionem necessaria. *vide Perer. hîc disp. 2.* Hebræi fluxum menstruum vocant consuetudinem, seu viam mulierum, *hîc* & noster inf. 31. 35. *iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi.* LXX. *τὰ γυναικεῖα.* VERS. 11. 16. Muliebria.

RISIT OCCVLTE] Hebr. & Chald. *intra se.* Græ. *ἐν ἑαυτῇ.* Sine cachinno, modestè & demissè, sperans latere. Quod verbis non ausa, risu refellit. nam quidam risus est species confutationis. *Platoni in Gorgia.* de risu multa moralia hîc Hamerus. Risum hunc D. Ambrosius videtur tribuere spei: & apertè hoc Martinus Roa tenuit *lib. 4. singular. cap. 9.* Cur ergo Sara reprehensa, & non Abraham, si vtrique eadem ridendi causa ex simili virtute? gaudebat vterque, sed ille gaudij certus, hæc addubitans. *sic D. Augustinus hîc q. 36. Gregorius lib. 9. in Iob. c. 51. & Interlinearis*, & id satis indicant verba Angeli; *Numquid Deo est quicquam difficile?* VERS. 12. 17. Risus. Sara risit ex dubitatione.

POSTQVAM CONSENVI] sic Hebraicè. Sed LXX. *οὔπω μέν μοι γέγονεν ἕως τοῦ νῦν. nondum quidem mihi fuit vsque nunc.* q. d. hactenus concipere non potui, & nunc iam anus concipiam? vsi sunt oratione defectiua, vt quæ satis castè Hebraicè habebantur, adhuc rectiùs explicarent. VOLVPTATI OPERAM DABO] Hebraicè *erit mihi voluptas. Hytho Lighedna.* Chald. *iuuentutem* vertit. q. d. immemor ætatis quæ iuuentæ sunt exercebo. DOMINVS MEVS] vide côiugalem reuerentiam. sic Hispanicæ fæminæ maritos, *mi Señor.*

VETVLVS EST] consenuit. q. d. indecorum hoc & inane, sine spe fructus.

VERS. 13. DOMINVS] Angelus ille præcipuus, nuncius. hac occulti risus reuelatione se prodit plusquàm hominem esse.

QVARE RISIT SARA] quare, vt incredula, promissionem meam risu confutauit? Hebraicè; *quare hoc risit*, nempe dictum meum.

DIFFICILE] פלא *Pale*, idem quod separatum. sensus; numquid adeò remotum à Deo quidquam vt omnipotentia eius eò ægrè pertingat? optimè expressit noster. Sed & LXX, benè, qui; *μὴ ἀδυνατήσει,*
18. Deo nihil impossibile, nec occultum. *non erit impossibile* propius ad significatum Chaldæus; *Numquid occultabitur à facie Domini verbum:* quod potes etiam eò referre, vt dicat occultum illud quod in corde cogitarat Sara, Deum non latere.

VERS. 14. IVXTA CONDICTVM] vt promisi, tempore statuto. מועד *Moghed*, à verbo יעד *Iaghad*, constituere. LXX. hîc iterum *εἰς ὥρας. ad horam*
19. מועד à יעד *eandem*. sup. v. 10.

VERS. 15. NEGAVIT] sic fuit verecundiâ & timore † consternata, videns se
20. Saræ mendacium. deprehensam, vt quid diceret non attenderet. perturbationis & obreptionis, non determinationis hoc mendaciolum fuit. Nihil necesse omni culpa illam liberare, vt conatur D. Ambrosius. Videtur audito intùs oraculo, postquam riserat, Abrahæ vocatu foràs prodiisse.

VERS. 16. VIRI] tres illi angeli.

DIREXERVNT OCVLOS] iter versùs Sodomam conuerterunt.

21. Conciliantur versiones. DEDVCENS] vt solent qui dimittunt hospites aliquantulum illos comitabatur. sic omnia concordant. Nam Hebræum *Salach dimittere*. Græcus & Chaldæus *comitans*.

VERS. 17. NVM CELARE POTERO] hoc est, Num par est vt celem, vel vt
22. Posse pro velle Hebraism. velim celare. posse pro velle. Ioan. 12. 39. *Non poterant credere*, h. nolebant credere, *Honchala*. v. 1. cap. 19. 22.

CVM FVTVRVS SIT] cùm proculdubiò sit ex eo nascitura gens
VERS 18. maxima & fortissima. Est argumentum à maiori. cur non conferam beneficium istud leue in eum, quem tanto munere statui honorare?

ROBVSTISSIMAM] Hebraicè עצום *Ghaçum*, quod Symmachus *ἰσχυρὸν fortem*, Aquila ad verbum, *ὀστεινὸν osseam*. LXX. *πολὺ multam*.

BENEDICENDÆ SVNT IN ILLO] per CHRISTVM semen eius.

VERS. 19. SCIO ENIM] altera ratio cur non celet eum. Noui enim te esse iustum & pium, & summam benè instituendorum posterorum ac familiæ curam gerere: idcirco par est tibi id indicem, vt hoc exemplo ab huiusmodi peccatis, metu supplicij consimilis, eos deterreas.

CVSTODIANT VIAM DOMINI] Deum verum ritè colant, eiusque mandatis pareant.

23. Facere iudicium & iustitiam. FACIANT IVDICIVM ET IVSTITIAM] verè nondum liquet de exactâ differentiâ inter צדקה *çedoqah* & משפט *Misphat*: noster solet vertere *iudicium & iustitiam*. An, vt *facere iudicium*, sit respectu sui, seipsum diiudicare vtrum secundum Dei mandata viuat; & quæ sequiùs deprehenderit per pœnitentiam à se exigere? & *facere iustitiam*, dicatur respectu proximi, ei quod eius est tribuendo, nec quicquam faciendo alteri, quod sibi fieri nolit?

Vide

vide August. serm. 236. de tempore. An potiùs prò ijsdem ponũtur? aliquãdo enim cõiuncta vsurpata, aliquando seiuncta vnũ & idẽ denotant, vt cum de iure reddẽdo & supplicio inferendo, dicitur 2. Reg. 8. 15. *faciebat iudiciũ & iustitiã omni populo suo.* 3. Reg. 10. 9. constituit te *Regem, vt faceres iudicium & iustitiam.* Exo. 12. 12. *In cunctis Dijs Aegypti faciam iudicia, ego dominus.* psl. 9. 5. *fecisti iudicium meum & causam meam.* v. 17. *cognoscetur Dominus iudicia faciens.* hæc quando sermo de faciendo alijs iudicio & iustitiã: sed quãdo simpliciter, in ordine ad seipsum cum Deo, tunc verum quod ait Vatablus, Hebraismum esse, qui significet iustè & sanctè viuere. VT ADDVCAT] loquitur de se Deus in tertiã personã. quasi de alio. sensus est: vt impleam, quæcumque Abrahæ promisi, vt ea repræsentem posteris eius.

CLAMOR &c] Hebraicè habes KI geminatum, hoc pacto, vt simul ordinem; *quia clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & quia peccatum eorum est aggrauatum: nunc descendam* &c. non agitur de clamore tantum oppressorum, & vindictam à Deo poscentium (quamquam & de hoc agi censeo) quàm de peccantium licentiosã grassatione. Rectè D. Augustinus *lib. de locution. Hebraicis,* & S. Gregorius *lib. 5. in Iob. c. 7. & p. 3. pastoral. admonit. 32.* scribunt; clamorem solere in sacra Scriptura poni pro tantã impudentiã & libertate iniquitatis, vt nec verecundiã nec pudore vllo scelera celentur. De hoc peccati clamore præclarè multa D. Remigius Antisiodorens. *in c. 1. Ionæ,* & Saluianus Massiliensis *lib. 1. de Prouidentiã Dei.* de gentium istarum sceleribus disertè admodum Philo *lib. de Abraham.* plura de hac phrasi habes in in Adag. sacris §. 24. SODOMORVM & GOMORRHÆ] hos tantùm nominat, quia vt opibus & nobilitate, sic flagitijs cæteris antistabant. MVLTIPLICATVS] ad nefarium enim illud, accesserant, otium, gula, inhospitalitas, crudelitas, immisericordia. Dei hominumque contemptus. *lege Ezech. 16. 49. & Philon. 3.*

VERS. 20. 24. Clamor peccati quid.

DESCENDAM & VIDEBO] more humano loquitur, q. d. propius accedam & experimentum capiam, an vera quæ audio, vt si vera fuerẽt puniam. *Vide Adag. Sacra §. 24.* Notant moneri Patres † orthodoxi ex hoc loco Iudices, vt cõsideratè, & lentè, matureque ad inquirendum & condemnandum procedant. *ita Concil. Triburiense cap. 22. & Lateranense. 1. cap. 8.*

VERS. 21. 25. Deus descẽdit. 29. Iudices debent esse lẽti, & examinare sedulò.

VTRVM CLAMOREM] vt, si reuerà in tam nefanda flagitia se demerserint, eos penitus deleam: si minùs atrocia clamore sint crimina, mitius puniam.

CONVERTERVNTQ.] Non qui cum Abrahamo loquebatur, sed alij duo Angeli. ADHVC] post duorum discessum. CORAM DOMINO] tertio illo qui remanserat, coram hoc stabat gestu & habitu orantis ac supplicis, vt benè Chaldæus. & audi orationem.

VERS 22.

NVMQVID] artificiosissimè se insinuat, vt obtentu iustorum, etiam indignis veniam impetret.

VERS. 23.

QVINQVAGINTA IVSTI] de Sodomã solã loquitur, cuius illæ aliæ ciuitates erant filiæ (vt vocat Ezechiel 5. v. 48.) & vbi sciebat Lothũ

VERS. 24.

degere:& quia magis criminoſa, ab eius abſolutione ceterarum liberatio pendere vibebatur.

Peribvnt simvl] vltimum vocabulum non eſt Hebraicè, nec Chaldaicè,nec Græcè:ſed ſenſu exigente noſter poſuit.

Vers. 25. Vt occidas ivstvm cvm impio]non rectè argumentaretur,niſi vellet Deum propter iuſtos impijs parcere. potuiſſet alioquin petere,vt iuſti educerentur,vt factum fuit : & tunc iuſti cum impijs non punirentur,ſed ſoli impij perirent.

Qvi ivdicas omnem terram] qui recti iudicij norma,cunctorum iudicum es iudex ſupremus & generalis.

27. Eburonum Lech. Neqvaqvam facies ivdicivm hoc]paulò ante dixerat,*Abſit à te vt facias rem hanc.Halila lecha*,quæ dictio(vt ait Lipomanus) ſignificat rem pollutam & profanam:(vnde deſumptum infame cõuitium Leodicẽſium,*Lech*)& vſurpant pro formulâ abominandi:ideo noſter ſenſum reddidit; *Abſit*, & L X X. *μηδαμῶς nequaquam* , & ſecundò inculcauit dicens , *Non eſt hoc tuum* ; vbi iterum noſter ſenſum exhibet. nam Hebręa ad verbũ erant obſcuriora,*Abſit tibi.Numquid iudex omnis terræ non faciet iudicium.* quod L X X. ad verbum ferè, *μηδαμῶς. ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσεις κρίσιν.* hoc eſt , non diſcernet & diſtinguet inter cauſam iuſtorum & impiorum,nullo illos diſcrimine eodem ſupplicio perdens?Noſter elegantiæ ſtuduit,&

28. Futurum tẽpus ſignificat debitũ & decorum. adagiali more loçutus. Non eſt te dignum , non es qui hoc facias. & poſtea,*nequaquam hoc facies*,non decet te ſic iudicare, nec æquum nec iuſtum hoc abs te committi.Hebraiſmus † elegans,quo quæ in futuro ponũtur,ſignificant debitum & decorũ,*vide Adagia ſacra §.XXVI.*

VERS. 26. 29. Mediũ pro toto ambitu In medio civitatis]in toto†ciuitatis ambitũ.Omni loco]toti loco † Hebraiſmus geminus.

VERS 27. 30. Omne pro toto. Cæpi loqvi]Inceptio † ſæpè in S.S.ſignificat deſiderium,conatumque,Hebraicè eſt;חואלתי *Choalthi*, à radice *Iaal* , quæ ſignificat, velle,geſtire,& incipere.ideo quidam vertũt,*ecce complacuit mihi loqui.*


Vers 27. 31. Inceptio pro deſiderio & affectu. Cvm sim pvlvis et cinis] hoc eſt viliſſimus & abiectiſſimus. *vide adag.ſacra* §.XXVII.

32. Puluis & cinis. Propter decem] Hic ſubſtitit Abraham admirans tantam Dei clementiam , & quia Deus illi in animũm immiſit verecundiam ſeu reuerentialem timorem : ne vltra progrederetur petendo, & ad tres perueniret, qui re verâ tantum Sodomis erant ſupplicio eripiendi; Loth & duæ filiæ ; *ita D. Chryſoſt.* Quoniam ſi vſque ad tres

VERS. 32. 33. Abrahã cur ſubſiſterit ab interrogatione. progreſſus fuiſſet, negãdo Deus illum cõtriſtaſſet.decreuerat enim quatuor ciuitates omnino delere, quorum peccati mẽſura ſupereffluebat, vt bene Toſtadus. ſpaciũ tamen pænitentiæ dedit,ſi qui conuerterentur, *Chaldeus*. Sed cur de Loth nec vnum gry Abraham inſeruit

34. Cur de Lotho nihil abrahã addidit. preci? An vt rem claram,id Moyſes prætermiſit?ân quòd iuſtum norat,liberandum confidebat?

CAPVT



CAPVT DECIMVM NONVM.





Eneruntque duo Angeli Sodomã 1.
vespere, & sedente Lot in foribus
ciuitatis.Qui cùm vidisset eos,sur-
rexit,& iuit obuiam eis:adorauitq́;
pronus in terrã,* & dixit:Obsecro, 2.
domini, declinate in domũ pueri
vestri: & manete ibi;lauate pedes vestros, & manè
proficiscemini in viam vestrã.Qui dixerunt:Mini-
mè,sed in platea manebimus.* Cõpulit illos oppi- 3.
do vt diuerterent ad eum: ingressisque domum il-
lius fecit conuiuium,& coxit azima: & comederũt.
* Priùs autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis 4.
vallauerunt domum à puero vsque ad senem, om-
nis populus simul. * Vocaueruntque Lot, & dixe- 5.
runt ei:Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte?
educ illos huc, vt cognoscamus eos. * Egressus ad 6.
eos Lot,post tergum occludens ostium,ait. * Noli- 7.
te,quæso,fratres mei,nolite malũ hoc facere.* Ha- 8.
beo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum:
educã eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis pla-
cuerit,dummodò viris istis nihil mali faciatis, quia
ingressi sunt sub vmbra culminis mei. * At illi di- 9.
xerunt: Recede illuc. Et rursus: Ingressus es, in-

quiunt, vt aduenã, numquid vt iudices? te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. Vimque faciebant Lot vehementissimè: iamque propè erat vt
10. effringerent fores. * Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clauseruntque ostium.
11. * & eos, qui foris erant, percusserunt cæcitate à minino vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire
12. non possent: * Dixerunt autem ad Lot: Habes hic quempiam tuorum? generum, aut filios, aut fi-
13. lias, omnes, qui tui sunt, educ de vrbe hac: * delebimus enim locum istum eo quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos vt perdamus
14. illos. * Egressus itaque Lot, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius, & dixit: Surgite egredimini de loco isto: quia delebit Domin9 ciui-
15. tatẽ hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. * Cũque esset manè, cogebant eum Angeli, dicentes: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes:
16. ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. * Dissimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd
17. parceret Dominus illi. * Eduxerúntque eum, & posuerunt extra ciuitatem: ibíque locuti sunt ad eum, dicentes: Salua animam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione: sed in monte saluum te fac, ne & tu si-
18. mul pereas. * Dixítque Lot ad eos: Quæso Do-
19. mine mi, * quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum, vt saluares animam meam, nec possum in monte saluari, ne fortè apprehendat
20. me malum, & moriar: * Est ciuitas hæc iuxtà,
ad quam

ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea:
numquid non modica est, & viuet anima mea?
* Dixitque ad eum: Ecce etiam in hoc suscepi pre- 21.
ces tuas, vt non subuertam vrbem pro qua locutus
es. * Festina, & saluare ibi: quia non potero facere 22.
quicquam donec ingrediaris illuc. Idcirco voca-
tum est nomen vrbis illius Segor. * Sol egressus est 23.
super terram, & Lot ingressus est Segor. * Igitur 24.
Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham
sulphur & ignem à Domino de cœlo:* & subuertit 25.
ciuitates has, & omnem circà regionem, vniuer-
sos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia.
* Respiciensq; vxor eius post se, versa est in sta- 26.
tuam salis. * Abraham autem consurgens mane, 27.
vbi steterat priùs cum Domino, * intuitus est So- 28.
domam & Gomorrham, & vniuersam terram re-
gionis illius: vidítque ascendentem fauillam de
terra quasi fornacis fumum. * Cùm enim subuer- 29.
teret Deus ciuitates regionis illius, recordatus
Abrahæ, liberauit Lot de subuersione vrbium in
quibus habitauerat. * Ascendítque Lot de Segor, 30.
& mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo
(timuerat enim manere in Segor) & mansit in spe-
lunca ipse, & duæ filiæ eius cum eo. * Dixítque 31.
maior ad minorem: Pater noster senex est, & nul-
lus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad
nos iuxta morem vniuersæ terræ. * Veni, inebrie- 32.
mus eum vino, dormiamúsque cum eo, vt seruare
possimus ex patre nostro semen. * Dederunt itaq; 33.
patri suo bibere vinum nocte illa: Et ingressa est
maior, dormiuítque cum patre: at ille non sensit,
nec quando accubuit filia, nec quando surrexit.

34. * Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce
dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vi-
num etiam hac nocte: & dormies cum eo, vt sal-
35. uemus semen de patre nostro. * Dederunt etiam &
illa nocte patri suo bibere vinum, ingressáque mi-
nor filia, dormiuit cum eo: & nec tunc quidem sen-
sit quando concubuerit, vel quando illa surrexe-
36. rit. * Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre suo.
37. * Peperítque maior filium, & vocauit nomen eius
Moab: ipse est pater Moabitarum vsque in præ-
38. sentem diem. * Minor quoque peperit fi-
lium, & vocauit nomen eius Ammon,
id est filius populi mei: ipse est
pater Ammonitarum vs-
que hodie.

ARGV



ARGVMENTVM.

Ob crimen contrarium naturæ quatuor Pentapolis vrbes, igne cælitùs dem isso, concremantur. Segor oppidulo parci Loth impetrat, ipse eripitur, vxor in Salis statuam mutatur, filiæ ex patre ignaro pariunt.



DVO ANGELI] illi duo qui ab Abrahamo recesserant. VERS. 1.
VESPERE] sub noctem, nam meridiano tempore pransi apud Abrahamum. ANAGOGICE iustis Angelorum præsentia lucem, impiis tenebras adducet. *Ambros. lib. 2. de Abrah. cap. 6.* Item vesper indicat æternam noctem quæ illis imminebat. *Gregorius lib. 2. in Iob. cap. 2.*

SEDENTE LOTH] qui hospitalitatem hanc ab Angelis adoctus, nec vespere intermittit gnarus petulãtiæ ciuiũ: pulchrè. *Chrys. hom. 43.*

IN FORIBVS CIVITATIS] fores ciuitatis, portæ sunt, vt in illis sederet, multas habebat causas, ex parte peregrinorum, vt illic eos primus exciperet, ne qua vis illis fieret, aut in commerciis circumscriberentur: nam propè fuit † forum rerum vænalium iudicia etiam 1.
illic exercebantur, *Prou. 22. v. 22. & vlt. v. 23. Amos. 5. 12.* Fortè etiam Loth cur in illic populo concionabatur, & ad Deum laudandum eos hortabatur, porta ciuitatis.
in portis conciones habitas, *patet ex Amos. 5. 10. & Prouerb. 8. 2.* & lau- 2.
des Dei, & præclara hominum facinora decantari solita, colligitur ex Portæ, qui-
Psal. 9. 15. Prouerb. vlt. 31. Isai. 60. v. 18. Dauid; *vt annunciem omnes lau-* bus mune-
des tuas in portis filiæ Sion. Apud Salomonem concionabunda Sapien- ribus He-
tia, *iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquutur, dicens: O viri, &c.* idem; bræis in vsu.
neque conteras egenum in portâ, quia iudicabit Dominus causam eius. Item; *Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum Senatoribus terræ:* &; *Date ei* Locus pro-
de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius, hoc est lau- uerb. 31 31.
detur ipsa operibus eius illic decantatis. Sic Isaias: *occupabit salus muros* Isai. 60. 18.
tuos, & portas tuas laudatio; laudabitur ibi Deus. Amos denique; *Odio habuerunt corripientem in portâ: & loquentem perfectè abominati sunt:* & postea; *hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta.* Nempè sententiis iniustis.

ADORAVITQVE] valdè honoris causa se incuruauit decor vultus & splendor aliquos à Deo missos prophetas indicabat. *August. q. 41.*

PVERI VESTRI] significationis ambiguitatem tollit Hebræum VERS. 2.
עבדכם *Addechem*, serui vestri.

MANETE IBI] pernoctate, dormite, hospitio fruimini, omnia hæc continet Hebræum לין *Lun*, ideo noster (more suo) vtitur voce generali.

LAVATE] finite lauari, *vt sup. c. 18. v. 4.* orta phrasis, quia † qui consentit facienti, videtur facere.

MANE PROFICISCEMINI] benè vertit: nemo enim proficisci ma- 3.
nè potest, nisi priùs surrexerit, rediculi ergo qui nostrum carpunt, Actiuũ pro passiuo.

quòd non verterit, *manè ſurgentes proficiſcemini:* Cùm Hebraicè ſit שכם *Scacham* : idem enim eſt *manè proficiſci*, & manicare vt proficiſcaris, ὀρθρίσαντες LXX.

Minime] negant ad primam inuitationem, honeſtatis cauſa; non nagaturi, ſi amplius vrgerentur. *Caietanus.* non placet quod Caſſianus *collat.* 17. *cap.* 25. indicat mutaſſe ſententiam.

Vers. 3. Compulit illos oppido] valde vrſit, rogandò : ſpeciem præ
4. ſe tulit, eos cogentis: ſic enim volebant videri, licet reuera non mane-
Chryſoſtomi locus. rent inuiti: hoc pacto cape Chryſoſtomum, dicentem; Mihi autem vi- »
detur & inuitos eos trahere. »

Azima] ſubcinericios panes, fermento carentes, vt ante Abraham c. 18. Allegoriam de Iesv pulchrè hîc Ambroſ. ſup. & Rupertus *lib.* 5. *à cap.* 6.

Vers. 4. Viri civitatis] Hebraicè reperitur, *viri Sodoma*; vt & Græcè & Chald. noſter, vt ad ſenſum non neceſſarium, præteriit.

5. A pvero] puetos intellige doli capaces : & nota adag. *à puero*
A puero vſque ad ſenem. *vſque ad ſenem, de quo lege Adag. ſacra.* §. 28. explicatur verbis ſequentibus, *omnis populus ſimul*, hoc eſt omnes vrbis maſculi (*ſic Chryſoſt. hom.* 43.) vel ad cernendum, vel ad patrandum nefas, etiam àb extremis oppidi finibus, vt eſt Hebraicè מקצה *Michaçeh*: vides nec decem iuſtos Sodomis fuiſſe: nam ideò tam exſertè repetit de omnibus præter familiam Loth.

Vers. 5. Cognoscamvs eos] veriſimile eſt nebulones nudè locutos, &
6. ideo LXX. hoc clarè dixiſſe, συγγενώμεθα αὐτοῖς; quod Moyſes He-
Cognoſcere, obſcænũ. bræo more tectius, vt noſtra verſio.

Conciliatæ verſiones. Malvm hoc] quo & hoſpitij ius, & lex naturæ violantur, & ideo Deus grauiſſimè offenditur, de hoc crimine multa hîc Hamerus, plu-
Vers. 7. ra opere integro Hieronym. Magius.

Vers. 8. Abvtimini illis] omnem abutendi liberam poteſtatẽ ſcarabæis iſtis verè copronymis permittit. Hebraicè; *facite eis ſicut bonum in oculis veſtris*, in his explete veſtram libidinem, impleantur malę cõcupiſcen-
7. tiæ veſtræ. *Sic Chryſoſtom.* Cõmuniter †. cum D. Auguſtino *q.* 42. rece-
Loth filias offerẽs, quo pacto peccarit. ptum, reuerâ Lothum obtuliſſe filias hac mente, vt vitium puellis offerrent, & ideo peccaſſe offerendo, ſed de peccati grauitare multum detrahi à perturbatione, quæ intellectum & iudiciũ ſic ligarit, vt locus fuerit aliquali ignorantiæ, ſiue potiùs obreptioni. Qua occaſione fusè hîc Toſtadus diſputat, quãdo inter duo mala minus liceat eligere? Equidem crediderim, ſi quid hac in re à Loth peccatũ fuit, id imprudentiæ tantùm & inconſiderationi tribuendũ, cum Caietano. Qui contendit, non obtuliſſe filias animo redimendi flagitium flagitio; ſed potiùs ſpe veriſimili, ita ſe conſecuturum, vt à cœptis deſiſterent, quẽ enim vel ferreum tã incredibilis ſubmiſſio non frangeret? deinde ſciebat hos eſſe pæderaſtas & miſogenes; in maſculos inſanire, fæminas auerſari: nec putandum vſuros oblatione. Euentus docuit. Placuit hęc ſententia etiam Emanueli Sa: ſed illam falſo aſcribit D. Chryſoſtomo.

Cvlminis] tabulati vel tigni mei.

Recede

RECEDE ILLVC] abi ab ostio, ne nos impedias. Hebraicè, *cōcede* VERS. 9.
vltrà: sensu eodem.

INGRESSVS ES, &c.] huccine ad nos aduena venisti, vt apud nos iudicem agas; an verò vt precariam habitationem impetrares? alludunt ad illud vetus dictum: Peregrinum in aliena republ. non decet esse curiosum. Hebraicè est; *Vnus venit ad peregrinandum, & indicauit iudicando?* LXX. clarè; *εἰσῆλθες παροικεῖν, μὴ καὶ κρίσιν κρίνειν: ingressus habitare, non etiam iudicium iudicare.*

MAGIS QVAM HOS AFFLIGEMVS] si nō exhibes, tibi subeundum: victimam te succidaneam cædamus.

VIMQVE FACIEBANT] pars domum nitentes effringere, pars ad probrum abripere conantes.

ET ECCE] rem inopinatam vide; hospites sui securi subitò reserant ostium, Lothum introducunt, populum depellunt. VERS. 10.

PERCVSSERVNT CÆCITATE] communior certè est expositio Iosephi, Ambrosij, Chrysostomi & Augustini *q.*43. tantùm percussos *ἀορασίᾳ*; qua cætera videntes ostium Lothi cernere non valebant. Nec opus erat aliam cæcitatem: sic enim frustrà quærendo fatigari, confusique domum suam repetere cogebantur. Sed facessit negotiū locus Salomonis, Sap. vlt. Vbi docemur cæcitatem similem fuisse tenebris triduanis Ægyptiorum; (*Exod.* 10.) quas constat subduxisse omnium æquè rerum aspectum: itaque non *ἀορασία* hæc, sed mera cæcitas fuit, vt nec domorum suorum ianuas viderent: *Percussi sunt autē cæcitate: sicut illi in foribus iusti*; (Loth) *cùm subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisque transitum ostij sui quærebat*:] ait *cæcitate*. Sed Græcè est *ἀορασία*; ait *ostij sui*, Græcè apertiùs in plurali: *τῶν ἑαυτοῦ θυρῶν. suarum portarum.* Quare expono *ἀορασίαν*, non de solo ostio Loth, sed de omnibus ostiis: cætera videbant, ostia non videbant: alienas fores volebāt perfringere, dignum erat, vt nec suas inuenirent. Quid enim? esto, quod vult Iansenius, illud dictum à Salomone de *ἀορασία* Ægyptiorum: adhuc comparatio postulat, idem intelligamus de cæcitate Sodomorum, cui illa comparatur; & series contextus hoc refert ad Sodomitas, quibus Ægyptios in eo comparat. Sed ait nonnullus, *Sodomitæ tenebris cooperti non fuere.* Respondeo *μετωνυμικῶς* tenebras pro cæcitate hac seu auidentia vsurpari, sicut Latini, tenebras & noctem cæcam dicunt: sic amplector & iungo Riberæ & Pererij sententias: ambas tueor, neutram reiicio. TROPOLOGIAM de inuidis pete à D. Gregorio *lib.*6. *in Iob. cap.*16.

[Margin: 8. Sodomorū cæcitas. *ἀορασία.* 9. Locus Sapient. vlt. 16.]

DIXERVNT] duo illi viri, vt exprimitur in Hebræo. VERS. 12.

HABES HIC QVEMPIAM TVORVM] omnes tibi sanguine, aut necessitatibus aliis iunctos parati sumus eripere tui gratia. VERS. 14.

QVASI LVDENS LOQVI] deridiculò, iocóque non seriò loqui, VERS. 15.
vel delirare. VERS. 16.

VXOREM TVAM ET DVAS FILIAS] hæ solæ paratæ comitari, 10.
cætera familia contempsit. Loth an peccarit nō statim excūdo.

DISSIMVLANTE] Eò quòd ויתמהמה *Vaithmahmah* à radice

Mahmah: quæ significat negligere, morari, turbari: ortæ sunt variæ
versiones. LXX. καὶ ἐταράχθησαν perturbati sunt, obstupuerunt ti-
more minarum. *Sic Chrysostom.* Chald. *& tardabat*, fortè moras ne-
ctens, & generis persuaderet discessum, *sic Ambrosius*. Rupertus tri-
buit amori rerum relinquendarum, & simulationi, quasi dicta An-
gelorum non intelligeret: & nostra interpretatio fauet, quæ videtur
hoc innuere: fuerit hoc non peccati, sed imperfectionis, ac minùs
promptæ obedientiæ. Nisi interea moratus sit, orans Deum, vt vrbi
parceret, quod visum Tostado.

VERS. 17. SALVA ANIMAM] vitam eripe: cætera relinque & contemne:
11. Anima pro vita. sic † anima sumitur, in illo:

I nunc: & animam ligno committe dolato.

12. Singularis num. pro plurali. NOLI] singularis † numerus pro plurali. Nam & vxori & filia-
bus præcipitur.

RESPICERE POST TERGVM] propriè accipio, pro; ne respe-
xeris: etsi soleat Adagialiter dici † de pœnitentia: Sed signum pro
13. Respicere post tergũ. affectu positum. Nam qui retrò respicit, significar pœnitere quod
egressus & progressus. *Lege Adagia sacra* §.29. TROPOLOGIAM
de non redeundo ad veteris vitæ labes ponit D. Augustinus, *lib.16.de
ciuita. Dei cap.30.* Sed Philo Cyprius in Cathena, refert ad curiosi-
tatem: satis est (ait) nouisse Deum scelerum pœnas exigere; quæ «
verò illæ sint, aut quo modo infligantur inquirere, temeritatis est «
quæ desiderat castigationem.

IN OMNI CIRCA REGIONE] totam vallem erat destructurus;
ideò iubet egredi planiciem. Hebraicè & Chaldaicè est, *in omni pla-
nicie*. Segor autem fuit in egressu vallis, ad montis adscensum quem
iubetur petere.

IN MONTE SALVVM TE FAC] *Tropologiam*, Gregorius pag.3.
Pastoral. admonit. 28.

VERS. 18. DOMINE] Angelum alloquitur, vt Dei vicarium. Non est imi-
tandus in eo, quòd non statim obediuit, & potiùs petiit fieri quod
sibi placebat. Fructus proprij iudicij. *August. q.44.* ad mores multa
D. Gregor. *lib.2. exposition. super cap.3. lib.1. Regum.*

VERS. 19. GRATIAM] vt in aliorum periculo me eximium haberes.

14. Magnificare misericordiam. MAGNIFICASTI MISERICORDIAM] Hebraismus † pro ma-
xima erga me vsus es misericordia.

NEC POSSVM IN MONTE SALVARI] prætextus, non vera
necessitas. Nam postea iuit in montem: & comitatum Angeli ac
Dei iubentis prouidentiam, non vires suas debiles, vel senium aspi-
cere debuit.

VERS. 20. NVMQVID NON MODICA EST] parui oppiduli salutem peto,
vt mihi sit refugio & saluti. Pauci in eo incolæ, quare & pauciora &
leuiora crimina.

VERS. 23. DIXITQVE] Angelus qui eum, & vxorem manu ducebat. Nam
15. alter medius filias ducebat.

Suscipe faciẽ alicuius. SVSCEPI PRECES TVAS] Hebraismus, *suscepi faciem tuam*, quem
retinuit

retinuit Chaldæus. LXX. explicant alio idiotismo, *honorandi* seu *reuerendi faciem*: Sic enim interpretor, vocabulum admirādi, ἐθαύμασά σου τὸ πρόσωπον: significat eius preces exauditas. Conciliatæ versiones.

VT NON SVBVERTAM] Deus statuerat, oratione Lothi oppido parcere: quare in animum eius immisit, vt pro eo deprecaretur.

FESTINA] ne qua de reditu te cogitatio subeat. Nam anima festinationi intenta, propter corporis motum, minùs potest ad alia attendere, virésque sensiriuæ interiores occupantur, & fantasiæ actus disturbantur, & cogitationum distractiones properatione excluduntur. Deinde & illud in causa vrgendi, quod sequentia verba suggerunt. VERS. 22.

NON POTERO QVICQVAM] iuxta diuinum decretum, quo iussus sum te priùs periculo subducere, & totam postea planiciem inflammare. Nam hæc est moralis impotentia, & ἀδύνατον ex hypothesi. Quot modis in sacra Scriptura † aliquid dicatur *impossibile*, seu fieri non posse, docent S. Nazianzen. orat. 4. de Theologia, Cyrillus & alij. *Vide Adag. sacra*. §. 30. 16. Potest vel non potest fieri quot modis suma tur in S. S.

INGREDIARIS ILLVC] in territorium vrbis.

SEGOR] Hebraicè צער *çaghor*, sed Syriace *Zohara*, aliis punctis, vt vocat Stephanus; qui addit postea magnum pagum, sed munitum & propugnaculum Palæstinæ fuisse. Priùs dicta *Bala*. *supr*. 14. *vers*. 2. hoc est deuoratio teste D. Hieronymo, & propter crebros quibus ter subuersa terræmotus, *Salissa*, & *vitula consternans*. Theodoretus & Procopius, & Suidas putant, Lotho se in montes recipiente, ipsam quoque subuersam. Sed videntur his repugnare D. Hieronymus & Stephanus. Posset tamen dici, subuersam & postea reædificatam eo loco aliam vrbem. Censeo denique codicem Theodoreti q. 69. mendosum & mutilum esse, & cùm interciderit nomen *Balè*, eius etymon malè coaluisse cum nomine *Segor*. 17. Segor vnde dicta & quo nomine priùs. Theodoretus, Procopius & alij defensi.

SOL EGRESSVS SVPER TERRAM,] super Horizontem Pentapoleos. Nam Sol semper super aliquam terræ partem: hic significatur Loth ante lucem exiuisse è Sodomis, & orto iam Sole, sudo serenóque cælo Sodomam peruenisse. *Sic Caietan. & Lipomanus*. TROPOLOGICE Philo; eadem hora salutem iustis, iniquis interitum adducit.] VERS. 23.

PLVIT DOMINVS A DOMINO:] Est quidem † phrasis linguæ Hebrææ, qua significatur Deus nullius naturalis causæ vsus opera, sed vi propria, & à seipso, & ex thesauris omnipotentiæ suæ, hoc egisse: Sed nihilominùs simul significatur mysterium distinctionis personarum Sanctiss. Trinitatis, hoc sensu: Deus Filius, *Verbum*, pluit à Deo patre, à quo vt essentiam sic potentiam accepit; quæ est recepta Orthodoxorum Patrum sententia, quam qui neget, ego pro eo causam non egero. Tale illud in Psalm. 109. *Dixit Dominus Domino meo*. Solet enim in sacra Scriptura, sic Deus de se, quasi de alio loqui, propter personarum differentiam: *Docent sanctus Hilarius lib. 5. de Trinita. Hieronymus, in Zachar. cap*. 3. de toto hoc loco fusissimè VERS. 24. 18. Hebraism. Dominus à Domino.

& optimè disseruit Pererius *hic disputat.*4. Quædam & ego *Adagiis sacris.* §. 31.

19. Sodomorū supplicium quã graue.

SVLPHVR & IGNEM] incertum est an עפר *Ghopher*, significet sulphur, picem, an bitumen. Sulphure mysticè peccati fœtor, igne libidinis ardor notabatur, teste S. Gregorio *lib.*4. *Moral.c.*10. Magnitudo huius supplicij † solet à sacra Scriptura in exemplum produci Ierem.Thren.4.6. *Maior effecta est iniquitas filiæ populi mei, peccato Sodomorum: quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus.*2.Pet.2.6. *Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euersione damnauit: exemplum eorum, qui impiè acturi sunt, ponens.* Iudæ vers.7. *Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alterá, factæ sunt exemplū ignis æterni pœnã sustinentes.*

DE CÆLO] aëris illa regione † vbi fulmina & cætera meteora ignita gignuntur: his autem nunc gignendis nulla subfuit naturalis ratio, (quicquid dicat Strabo *lib.*15.*Geograph.*) sed sola Dei voluntas:

VERS. 25. ET OMNEM CIRCA REGIONEM] Adamã quoque & Seboim. Deuteron.29.23. *Videntes plagas terræ illius & infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus, sulphure & salis ardore comburens, ita vt vltra non seratur, nec virens quidpiam germinet, in exemplum Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus in ira & furore suo.*]

19. Pueri, & fœminæ, cur etiam Sodomis puniti.

VNIVERSOS HABITATORES] de masculis doli capacibus dicta ratio vers.4. Fœminæ simul inuolutæ flammis, quia fors & ipsæ tribades, & viris qua non licebat morigerantes, inhospitales certè, auaræ, crudeles, luxus & superbiæ participes patet: Ezech.16.c.49. quia Sodomam vocat Samariam, quia mores huius illius moribus fœminarum similes. Infantibus Deus sic consuluit, ne superstites patrissarent, & actu peccata committerent, propter quæ sensus pœnam mererentur. Prodest non esse pauperem, ei qui Rex esse nequit: *ita Alcuinus.*

20. Sodomitarū aliqui an salui.

Sed an aliqui harum vrbium incolæ adulti, inferni incendia effugerunt? insinuat D.Hieronymus: sed negatiua sententia probabilior, vt receptior; quam insinuat D. Iudas *d.vers.*7. cum ait, *ignis æterni*: lege Pererium *disp.*6.

21. Strabonis errata.

VRBIVM] quatuor quas dixi. Strabo *lib.*16. fallit † in duobus, primò dicit tredecim vrbes fuisse; Secundò Sodomam ad aliquot stadia integram mansisse: falsum vtrumque: quia S.S. repugnat.

22. Poma Sodomitica.

CVNCTA TERRÆ VIRENTIA:] hoc quoque probatur Deuter. *d.vers.*23. Tota vallis igne cremata: minima eius pars, & quasi limes extimus mansit squalidus & cinerulentus: & in hac ora extima, testimonium diuinæ vindictæ, arbores † natæ, quarum poma pulchra & adspectu matura, sed contactu in fauillam conuertuntur. Tota vallis pars interior & latior post incendium aquis salsis & bituminosis submersa mansit; qui lacus † Asphaltites, Strabo videtur *Serbonem* dicere supr. Chærilus vocat stagnum;

23. Mare mortuum seu Asphaltites lacus.

ὧν κεῖθ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι, πλατέῃ ἐνὶ λίμνῃ.

His sedes erat in Solymorum montibus, prope latum stagnum: describunt (vt prophanos Tacitum *lib.*21.*Annal.* & Iosephum, *lib.*5. *belli Iu*

*belli Iudaidi.c.5.*prætereain) Tertullianus *in carmine de Sodoma*,& Orosius *lib.1.Histor.* omnium diligentissimè Adrichomius *in Tribu Iuda nu.186.*

RESPICIENS] iam territorium † Segor ingressa, paullo ante op- VERS. 26.
pidi ingressum. Angeli statim vt illos eduxerant extra vallem; quæ 24.
cremanda,cæperunt vltionem exequi. Mulier excita strepitu imbris Vxor Loth.
flammei decidentis,nec credens verbis Angelicis, ideo vocatur à Sa-
lomone *Sap.10.7.* ἀπιστούσης. *incredula*; fortassis etiam relictarum re-
rum amore,ad ea tollenda desiderans redire,vt quidam volunt insi-
» nuati Luc.17.31. sed leui coniecturâ; aut (vt ait Seuerus Sulpitius)
» humano malo quo ægriùs vetitis abstinemus.

IN STATVAM SALIS] veram † effigie muliebri, & salis materia 25.
exustis in sulphureum quid(vt volunt Hebræi)ossibus, statuam; quæ Statua Sa-
adhuc hodie superat,vt oculati testes Borchardus,Breidenbachius,& lis.
Saligniacus *in suis itinerariis* profitentur. de hac statua dixi multa, &
de vsu prouerbij *in Adagijs sacris* §.32.eo te(Lector)relego.

CVM DOMINO]cum illo tertio Angelo *sup.v.22.* VERS.27.

FAVILLAM]adhuc enim durabat incendium. vocat *fauillam*, ip- VERS.28.
sum fumum fauillæ & flammæ mixtum.Hebrai.*qitor*,vaporē. Chal- 26.
dæ.*fumum*.LXX.φλὸξ.flammam. Conciliatæ versiones.

CVM SVBVERTERET]cùm statuisset subuertere.Hebraism.exe- VERS 29.
cutio pro decreto. 27.

RECORDATVS ABRAHÆ]memor petitionis illius, *ne perdas iu-* Executio
*stum cum impio.*sup.18.v.23.& 25.porrô noster hîc vtitur compēdio, pro decre-
prætermissa Hebraici sermonis inamænâ repetitione. † qui mos no- to.
tandus.nam sæpè recurret. 28.

TIMVERAT ENIM MANERE IN SEGOR]D.Hieronymus † di- Vulgatus
cit timuisse,quia sæpiùs terræ motu hoc oppidum fuerat euersum.E- interpres
go de hac Hebræorum traditione dubito, & suspicor illas euersiones solitus quædam verba,
post incendium istud accidisse.confirmat veteris nominis postea re- saluo sensu,
nouata memoria.Nam ipse D.Hieronymus scribit post nomen *Segor* prætermittere.
seu *Zoara,Balesonam* dictam, hautdubiè à nomine *Bala*, deuoratio. VERS.30.
Deinde Loth,antequam ingredi in eam peteret, certè sciuisset toties 29.
subuersam terræmotu,si antè subuersa ter fuisset.Potiùs censeo,post- D.Hieronymi locus.
quam ingressus oppidum;quia Angelus tantum vetuerat in viâ re- 30.
trospicere;ex eo contemplatum flammeos illos imbres, & longè la- Cur Loth in
tèque populans incendium;& horribili specie consternatum, imme- montem
morem sui,& promissionis Angelicæ,ad montana confugisse. Quic- fugerit.
quid est;nota lapsum Lothi mox narrandum proprij iudicij fructum
fuisse.

DIXITQVE MAIOR] nec libidinis has puellas accusarim, † quas VERS 31.
Venus non afflarat, nec ea mouebantur, vt docent accuratè sancti 31.
Patres, *D.Irenæus lib.4.cap.51.Origenes, D. Hieron, & alii.* Nec tamen Filiarum
omni illas noxa absoluerim,vt faciunt nonnulli cum Iosepho, mihi Loth pec-
namque nulla causa videri potest sufficiens ad ignorantiam fœditatis catum quale.
huius incæstuosi concubitus. poterant etiam facilè se errore opinio-

nis liberare, si patrem interrogassent, num genus humanum penitùs interisset. (quod fundamentum est D. Ambrosij & aliorum illas excusantium à peccato.) planè præcipatio hîc muliebris, & inconsiderati sexus fragilitas cernitur. *Vide D. Augustinum lib. 22. contra Faustum cap. 42. & 43. quem sequor.*

PATER NOSTER SENEX] non ergo res differenda, dum ineptior ad generandum fiat, vel moriatur.

NVLLVS VIRORVM] en errorem, qui impulit.

VNIVERSÆ TERRÆ] omnium hominum in sobolis procreatione.

VERS. 32. INEBRIEMVS] vt faciat mentis impos, quod sobrius nunquã committeret, nec nos illi proponere auderemus. Sic volebant vino obruere, vt, mente solâ vino vinctâ, experrectus illas non nosset.

VERS. 33. DEDERVNT ITAQVE BIBERE] vel nimis copiosum, vel aromatibus, si attulerant, cõditum, vt fumosiùs esset. Vinum in Segor emerant, & inde cum ceteris ad aliquot dierum victum asportarant.

32. Lothi ebrietas & incæstus quale peccatum.

AT ILLE NON SENSIT] planè Loth expertus, quod ille cecinit;

Vino sæpe suum nescit amica virum.

Somno primò vinctus, ex eo vix euigilans; sed mente adeò turbatâ; vt immemor vxorem obiisse, cum ea se putaret, filias deuirginauit. Idcirco sacra Scriptura non dicit, eum non aduertisse, quid sibi cum fæmina rei foret; sed tantùm, non sensisse *quando accubuit filia, nec quando surrexit*. Non *quando accubuit*, quia tum somno soporatus; *nec quando surrexit*, quia post copulam iterum eo dormiente filia surrexerat: & Loth se mane solum in cubili reperiens, sobrius censuit id sibi per illusionem in somnis accidisse. Secundâ nocte iterum ebrio, error de vxore rursùs occurrit, & obliuio diurni temporis acti nusquam visa coniuge: Sobrio manè eadem de illusione nocturnâ opinio imposuit. Nec ante deposuit errorem, quam vtriusque filiæ vtero tumescente, rem totam cognouit. Tùm vt sibi, sic illis ignouit paternâ indulgentiâ: iustior in hoc Cinyrâ, & Niso, quorum fabulæ ex hoc Lothi incæstu fabricatæ. Si hæc non placent: sequenda sententia Caietani & aliorum hîc, totum hoc à dormiente peractum, vehementi vi imaginationis; sicut videmus dormientes quosdam progredi onera ferre, scandere tecta, natare & similia gerere. vtrique sententiæ æquè fauet contextus, Irenæus & Chrysost. non clarè astruunt secundam: priorem philosophicis rationibus Tostadus confirmauit, ego clarè explicui.

VERS. 35. DEDERVNT ETIAM] Loth † culpandus, non quantùm meretur incæstus, sed quantùm ebrietas meretur. *sic D. Augustin. sup. cap. 44.* prior ebrietas faciliùs excusatur, quia mæror & afflictio potuerunt esse in causa, vt licet minùs solito biberet, vel plusculum solito de fatigatione siticulosus, citiùs citrà culpam inebriaretur. (*Theodoret. q. 69. & Chrys. hom. 44.*) Sed cautiorem factum par fuisset, ideo non tam facile pro secunda patrocinere. fortassis vt filiarum mæstitiam

de ma-

de matris, suam de coniugis interitu, & facultatum omnium ereptione, solaretur, & vino curas dilueret, modicum sibi censuit & genio indulgendum: quod visum Origeni *hom.5.* & D. Augustino *sup.* quod minuendo sit crimini, non penitus purgando. nec arbitror ampliùs velle Theodoret. & Chrysost. sup.

MOAB] maior fuit scandalum minori, quare & impudentior nominis impositione crimen profitetur. Nam מואב *Moab ex patre* interpretatur: *Ghammi populi mei* subauditur *filius*, ideo Hebraicè habes בין-עמי *Benghammi, filius mei populi*, seu *generis* vt LXX. Deus permisit horum nominum impositionem, ne Israelitæ postea Ammonitarum & Moabitarum, specie cognationis, se connubiis contaminarent: ipso nomine stirpem abominabilem indicante. *Theodoret. q.70.* VERS. 37. 33. Moabitarū origo & etymon.

VSQVE HODIE] Hebræum עד-היום *Ghad--Haiom* aliquando † significat in perpetuum, vt docet Origenes *hom.7. in Iosue*: sed hoc loco simpliciter accipe, pro vsque in diem hodiernum quo hęc scribebat Moyses. nam postea nomina planè interierunt, subrogato generali Arabum seu Saracenorum nomine. VERS. 38. 34. Vsque hodie.





CAPVT VIGESIMVM.



1. PRofectus inde Abrahá in terram
australem, habitauit inter Cades, &
Sur: & peregrinatus est in Geraris.
2. * Dixitq; de Sara vxore sua, Soror
mea est. Misit ergo Abimelech rex
3. Geraræ, & tulit eam. * Venit autem Deus ad Abimelech
per somnium nocte, & ait illi: En morieris
propter mulierem quam tulisti: habet enim virũ.
4. * Abimelech verò non tetigerat eam, & ait: Domine,
num gentem ignorantem & iustam interficies?
5. * Nonne ipse dixit mihi: Soror mea est: & ipsa ait:
Frater meus est: in simplicitate cordis mei, & mun-
6. ditia manuum mearum feci hoc. * Dixitque ad
eum Deus: Et ego scio quòd simplici corde feceris:
& ideo custodiui te ne peccares in me, & non di-
7. misi vt tangeres eam. * Nunc ergo redde viro suo
vxorem, quia propheta est: & orabit pro te, & vi-
ues: si autem nolueris reddere, scito quòd morte
8. morieris tu, & omnia quæ tua sunt. * Statimque de
nocte consurgens Abimelech, vocauit omnes ser-
uos suos: & locutus est vniuersa verba hæc in auri-
bus eorum, timuerúntque omnes viri valde.
9. * Vocauit autem Abimelech etiam Abraham,
& dixit ei: Quid fecisti nobis? quid pec-
cauimus in te, quia induxisti super me & super re-
gnum

gnum meum peccatum grande? quæ non debui-
sti facere, fecisti nobis. * Rursúmque expostulans, 10.
ait: Quid vidisti, vt hoc faceres? * Respondit A- 11.
braham: Cogitaui mecum, dicens: Forsitan non
est timor Dei in loco isto: & interficient me pro-
pter vxorem meam: * alias autem & verè soror 12.
mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ,
& duxi eam in vxorem. * Postquam autem eduxit 13.
me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc
misericordiam facies mecum: In omni loco, ad
quem ingrediemur, dices, quod frater tuus sim.
* Tulit igitur Abimelech oues & boues, & seruos 14.
& ancillas, & dedit Abraham: reddiditq. illi Saram
vxorem suam*: & ait. Terra corā vobis est, vbicun- 15.
que tibi placuerit, habita. * Saræ autem dixit: Ecce 16.
mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in ve-
lamen oculorū ad omnes qui tecum sunt, & quo-
cumque perrexeris, memétóque te deprehensam.
* Orante autem Abraham, sanauit Deus Abime- 17.
lech & vxorem, anxillasque eius, & pepere-
runt: * concluserat enim Deus omnem 18.
vuluam domus Abimelech pro-
pter Saram vxorem
Abrahæ.

ARGVMENTVM.

Abraham peregrinanti in Geraris rapitur uxor, à Rege putante uxorem eius esse: sed Rex in somno monitus intactam viro reddit; cuius precibus sanitas amissa restituitur.

VERS. 1. 1. Peregrinationũ Abrahæ causa.



ROFECTVS] moralis causa est, vt† sic variis in locis peregrinando veræ pietatis doctrinam, & virtutis exempla spargeret: physica verò quoniam aduertebat virulentas maris mortui exhalationes vicina loca sterilia & pestilentia reddituras, quod Diodorus Siculus, Tacitus, & Plinius testantur accidisse.

2. TERRAM AVSTRALEM] respectu conuallis Mambre; nã & hanc & Gerara constat esse in terra Promissionis.

Cades. Cadesbarne Sur desertũ. & vrbs. CADES] Herodoto lib. 2. *Cadytis.* Goropius vult hunc fontem, in deserto Pharan, eumdem esse cũ *Barne* & *Mispath*: caue cum Cadesbarne confundas: nam ista vicina montibus Seir, illa verò aquis contradictionis, & ab ipsâ vocatum desertum Cades.

SVR] infra planiciem Pharan, desertum extensum vsque ad mare rubrum, & Ægypti confinia. Goropius putat esse *Sur* oppidum ad sinum Arabicum; quod hodie, *Tor*: sed Moyses loquitur de deserto.

3. Gerara. GERARIS] Gerara vrbs (corruptè Straboni, *Gerra*, lib. 16.) Metropolis Palæstinæ, & sedes Regia. *vnde Hieronymũ de locis Hebraicis, & in Epitaph. Paulle.* fuit in tribu Simeon inter duas illas solitudines, eam quæ Ægyptum, & quæ Saracenorum eremum attingit.

VERS. 2. 4. Saræ vetulæ pulchritudo DIXITQVE] Gerariritis interrogantibus, quid ad illum mulier attineret. Mirantur quidam Saræ nonagenariæ tantam fuisse pulchritudinem: & Procopius, gratiæ diuinæ tribuit; quæ pulchritudinem ei sicut aquilæ iuuentam renouarit, quando tribuit fæcunditatem. Alij dicunt tunc nonagesimum parem fuisse nostro quadragesimo: præterea continentiam, & quod nunquam pepererat, iuuasse.

TVLIT EAM] non auso resistere Abrahamo; cui summa hæc afflictio, si iam conceptus Isaac, vt vult Procopius. ALLEGORIAM de CHRISTO *Rupertus lib. 6. à cap. 14.*

VERS. 3. Pro historiæ cognitione sciendum paucis diebus à discessu Angelorum ab Abraham coniugem eius concepisse: & paulò post profectum in Gerara: quo tempore nõdum vterus intumuerat. mox abductâ illâ Deus Geraritas flagellauit, maximè Regẽ ipsum; quem morbo graui & medicis ignoto percussum impediuit, ne quid in Saram posset. desperatâ medicorum arte ad Deum æger recurrit; & dormiẽ-

5. Deus quo modo apparuerit Abimelecho. ti Deus apparuit, † Visione imaginariâ, per Angelum motâ phantasiâ, & formatis imaginibus Dei apparentis, & eum alloquentis: ita vt Rex certissimè videretur sibi & Deum videre, & audire, & se vicissim respondere.

EN MORIE

En morieris] Hebraicè, *mortuus es*, q. d. reus es mortis, subaudi, nisi feceris, quod iussero.

Non tetigerat eam] hoc nunc additur, quia intra menses aliquot Isaacum paritura, ne quis spurium suspicaretur: de Pharaone nihil necesse fuit addere. quia multis annis postmodum sterilis per mãsit. Porro quod Hebraicè est, *nõ cohæserat ei*, seu vt dixit ille cũ eâ corpus non limarat, לא קרב *Lo Qarab*, id LXX. & noster honestissimè expresserunt. VERS. 4.

Gentem] populum. Ignorantem] pro hac voce hodie nihil est in Hebræo: sed etiam LXX. olim sic verterunt an excidit? an explicat cur iustam dicat? an potius, *ignorantem & iustam*, idem est quod inuincibili ignorantiâ excusatam. 6. Ignorantem & iustum.

In simplicitate] nec mente nec opere volui nocere. Simplex in † sacra Scriptura vsurpatur pro eo qui nulli noxius aut iniurius. *lege Adagia sacra. §. 33.* VERS. 5.

Et ego scio] cur ergo puniuit, quem sciebat innoxium? non dicit Deus eum non peccasse simpliciter: peccarat enim inuitam auferẽdo. sed dicit scire se, illum hoc facto noluisse vxorem viro abripere. VERS. 6.

Ne peccares] ne vel inscius mæchareris. ne licet non iniustè, rem tamen faceres non iustam. Scholastici dicunt, ne materialiter saltem adulter esses.

Non dimisi) morbo impediui.

Orabit prote] vt cesset plaga ista: subaudi, & exorabit. Propheta est] familiariter cum eo versari, & multa illi mysteria futura reuelare soleo. Sic etiã Iosue vocatur propheta Ecclesi. 46. 1. *Iesus Naue successor Moysis in prophetis.* Et viues] Hebraicè est; *viue* noster idiotismum imperatiui pro futuro, explicuit † loca alia citat Saa. *in locutionibus*. tale illud, VERS. 7. 7. Prophetæ vox. 8. Imperatiuus pro futuro.

Si fætura gregem suppleuerit, aureus esto.

Statimque de nocte] nox ponitur † pro extremâ noctis parte, siue summo mane, nam Hebraicè est וישכם בבקר *Vaiaskem Babboqer*, manicauit diluculo. sicut & LXX. καὶ ὤρθρισεν, & sic etiam Chaldæus. nunquam censendus esse in morâ, qui non iussus ipso momento facere, prudenter tempus rei gerendæ præstolatur. Quare fortassis eodem modo capiendum de Ioseph Matt. 2. 14. *Consurgens accepit puerum & matrem eius nocte.* Sed de hoc ibi. VERS. 8. 9. Nox pro diluculo.

Quid fecisti] cur fecisti hoc. nec enim dubitat, sed vt solent irati expostulat, causam facti, quod sciebat, poscens. Regnum] qui populus fol & Regum peccata luere. Quicquid delirant Reges plectuntur Achiui. VERS. 9. 10. Locus Matt. 2. 14.

Peccatum grande] grauem † peccati vltionem & pœnam, *vt s. 4. 7. & 19. 13. vide Saa, in locution.* VERS. 10. 11. Peccatum pro vltione peccati.

Quæ non debuisti facere] quæ non decuit, nec licebat. *vide sup. 18. 25.*

Quid vidisti] quæ signa iniustitiæ aut libidinis in nobis depre-

henderas,vt metuere iure posses à nobis si vxorem tuam fatereris: & vitæ tuæ consulendum putares, nobis in raptum & adulterium coniectis.

VERS. 11. COGITAVI]nihil equidem tale vidi, & vos non noueram, vt hoc suspicari possem: sed nullo vestri aspectu iam ab initio peregrinationis meæ,periculum vitare volens, vniuersim hoc concilium cæpi; dicere sororem meam.

12. FORSITAN]Hebræum רק dubium est an significet,*verè*,an,*forte*,
רק significat forte. sed probabilius † istud secundum. nam ita LXX. & Chaldæus vertunt.non enim affirmando,sed dubitãdo id dixerat. neq; mirandum:
13. Conciliatæ versiones. quia non semper prophetæ omnia sciunt, sed tantum quæ illis spiritus reuelat.

TIMOR DEI] sic est Hebraicè *Irath Elohim*. Nam est pluralis numerus pro singulari: & timor ponitur pro virtute Pietatis ideo LXX. θεοσέβειαν vertunt,cùm enim sit sermo de timore filiali,nihil aliud est,
Timor Dei pro pietate. φοβεῖσθαι θεὸν quàm θεοσεβεῖν timere quàm venereri. *vide Eugubin. hic*.Et ne putarent mentitum,addit:

VERS. 12. ALIAS AVTEM]etiamsi non habuissem hanc causam simulandi, neutiquam mentirer dicendo sororem meam esse.

ET VERE]hoc verbum iungendum,cum precedentibus.vt subaudias,*& verè dixi*:non cum sequenti vocabulo,*Soror*; quæ res Caietanum & alios fefellit, inde colligentes; Saram fuisse veram Abra-
14. Sara Abrahæ neptis à fratre, non soror ex eodem patre. hæ ex parte sororem, non ex fratre neptem, vt nos contendimus cum Iosepho,& D.Augustino *lib.22. contra Faustum c.35.* Non obstat quod sequitur, FILIA PATRIS MEI & NON FILIA MATRIS MEÆ]sensus enim est,esse illam sibi sanguine paterno, non materno iunctam,ab eodem Thare, vt se filium sic illam filiam vocatam: & vicissim à Sarâ patrem Abrahæ,patrem, sed matrem Abrahæ nõ vocatam matrem.q.d.est patruelis mea,non matruelis.Probo,tum quia Hebræis receptum vt nomine *Ben, & Bath* pro omnibus descendentibus in recta linea vterentur,sicut & Germani Belgæ,& Galli vocãt auos, magnos aut bonos patres. *Gran pere, groote oft beste vader*. tum quia cap. 11. 31. Sara vocatur Nurus Thare: tum denique quia licita erant coniugia in secundo gradu collateralium, non verò in primo, ne ex altero quidem parente. *Sic D. Augustinus d. cap.* 35. à quo cap. 38.pete Allegoriam.

VERS. 13. POSTQVAM]initio cæptæ peregrinationis, quam Deus mihi imperauit.

EDVXIT ME DEVS.] Hebraicè; התעו אתי אלהים *Hithgau Ithi Elohim, postquam errare me fecerunt Dij*. Sensus: postquam iussit Deus, vt stabili domicilio relicto, vitam agerem sine certâ sede, erronis instar.quod noster secutus interpretationem Græcam, verbo *educendi* explicuit:quia quẽ quis patriâ educit,nullâ certâ sede propositâ;errare huc illuc iubet. Chaldęus Paraphrastes,causam eductionis indicauit; vertens: *& factum* est cùm aberrassent populi » post opera manuum suarum me applicauit Dominus ad timorem » suum

suum ex domo patris mei:] *subaudi*, educens. Cæterùm benè Eugubinus notat, in Hebræo, clarè probari distinctionem trium Personarum diuinarum, quia nomini *Elohim* plurali iungitur verbum plurale התעו. LXX. & noster veriti fuerunt offensionem Gentilium si dicerent *Dij fecerunt*; nam eadem de causa semper *Elohim* reddunt, in singulari cùm de Deo sermo fit: vt Deuter.5.26. *Quid est omnis caro, vt audiat vocẽ Dei viuentis*. Hebraicè est *Deorum viuentium*. Caietanus hic exponit de Angelis; sed repugnat nostræ versioni, nisi exponas, Deus per Angelos suos. S. Trinitas explicata.

Hanc misericordiam facies mecvm] hoc beneficium, mihi præstabis, חסד *Chased*, propriè misericordia & beneficentia. Cur ergo LXX. vertunt *iustitiam*, δικαιοσύνην? quia † iustum erat, vt vxor mariti sic misereretur. Est quando beneficẽtia & misericordia, sine iniustitia, nequeunt denegari. 16. Conciliatæ versiones.

In omni loco] in quo non constet me tutò posse dici maritum tuum. 17. Iustitia pro misericordia.

Tvlit itaqve] adduxit, vt satisfaceret Abrahamo quẽ contristarat, eumque sibi, & per eum placaret Deum. Hoc versiculo in LXX. irrepsit, ex vers.16. χίλια δίδραχμα, *mille didrachmas*. Quod nec noster, nec Chaldæus hic legerunt in Hebræo; nec habetur: dicto tãtùm vers.16. indicatur etiam pecunia data. Si LXX. hoc posuerunt, putem ex traditione maiorum hanc summam accepisse. Vers. 14.

Terra coram vobis] habitate in regno meo quocumque lubebit loco. Vers. 15.

Ecce mille argentei] arbitror præter animalia illa, iuxta LXX. Sed quales argentei. Hebraicè; כסף *Keseph*, æquè ambiguè: sed explicant LXX. χίλια δίδραχμα, *mille didrachmas*, & Chaldæus, *mille siclos argenti. Eleph silghin deseph*. Vnde possumus notare, quando in S.S. fit mentio argenteorum, vel aureorum simpliciter, capi de siclis, de argenti nummis patet, quia cùm 3.Reg.10.v.29.& 2.Paralip. 1.17. agatur de pretio quadrigarum quas Salomon ex Ægypto eduxerat, d.v.17. noster reddidit *sexcentos argenteos*. d.verò v.29. *sexcentos siclos argenti*, vtrobique Hebraicè tantum est מאות כסף *Meoth keseph, sexcentis argenti*. Sic enim solet noster vno loco retinere Hebraismum, alio explicare. Sic infrà Genes.37.28. Ioseph dicitur, *venditus viginti argẽteis*: hoc est *siclis*, vt Chaldæus addidit: rursus 2.Reg.18.11. noster explicat *dedissem decem argenti siclos*. Sic etiam de aureis: nam Iudic.8. v.26. explicat pondus inaurium mille septingenti auri sicli: vbi Hebraicè tantum est, *mille & septingentorum aureorum*: contra Genes.24. 22.Hebr. *inaurem auri dimidium pondus eius*, & statim; *decem aurei pondus earum* noster *inaures aureas appendentes siclos duos*: & statim; *totidem pondo siclorũ decem*. Vide Marianam *c.6. de Ponderibus & mensuris*. Secundo nota propter versionẽ Græcam, ab ea *siclum* vocari *didrachma*; sed didrachmum ponunt pro Attico Tetradrachmo, hoc est pro siclo maiore, & etiam pro didrachmo seu minore, de qua re postea iterum sermo futurus: hic puto de maiore siclo mentionem; valereque hanc Vers. 16. 18. Aurei vel argentei, vt plurimũ intelligendi sicli.

donationem mille florenis Belgicis, seu regalibus Hispanicis, quater mille: quantillum hodie id foret?

FRATRI] ironicè, quem vocas fratrē cum sis ei, quod Ioui Iuno.

19. Velamentū oculorum. Adag. HOC ERIT TIBI IN VELAMEN OCVLORVM] cum nostro interprete הוא Hu, accipio in genere neutro; & velamen refero, ad nuptiale flammeum, & morem velandi nuptas de quo mox *cap.24.v.96.* Cùm igitur Sara sic esset à Rege doli deprehensa, sistit eam marito, & non sine aceto saléque; fungor ait vicem Paranymphi, & nouantiqui auspex matrimonij, te viro vxorem in manum do Caio Caiam: quia & dotem superaddo, siclos mille. Noli noua nupta erubescere. Flammeum habes, quo velère. Ideò pecuniam dedi, vt si necesse illud emas. Simul & ruboré, quo manifesta mendacij suffundetis, obnubet: atque omnem familiarium ac ignotorum sinistram, de pudicitia à me imminuta suspicionem diluet: facilè namque intelligent te, quòd tam solemniter & honorificè sis viro reddita, castè & pudicè à me habitam simul monebit, vt in posterum cautior, talia pericula deuites. Quotiescumque enim recordaberis, periculi pudicitiæ tuæ in quod te coniecisti; & vanæ simulationis, quæ nihil tibi profuit, nisi ad ruborem faciei tuæ; Sapies vsu docta, & tam ancipiti stratagemate te abstinebis: Idem Rabanus en Anselmus Laodunensis voluerunt, licet obscurius: & confirmat Chaldæus, vt fusiùs ostendetur, *Adagior. Sacrorum tractatu* §.34.

QVOCVMQVE PERREXERIS] Hebraicè *Veeth Kol*, quod alij malunt vertere, *& cum omnibus*, ad personas referendo: noster, quia de personis immediatè præcessit, ad locum potiùs istud retulit, q. d. & vbicumque egeris. LXX. verò & Chaldæus, ad verba simulatoria ipsius Saræ; *super omnia quæ dixisti:* כל ad omnia hæc potest referri.

MEMENTO TE DEPREHENSAM] ונכחת *Venochachath* (à radice יכח *Iacach*, corripere: arguereque significat) alij volunt esse præsens, vel præteritum actiuum, alij futurum passiuum: illi vertunt, & corripiaris, vel corripuit se: isti, castigaberis, erudieris: noster tempora commiscuit erudite, & explicuit clarè: quidam codices habent, *reprehensam*. Quod placuit Lipomano: sed codex Romanus; *deprehensam:* certè sat reprehensa, quæ deprehensa & verbis istis, vt sale aspersa.

LXX. defensi. LXX. declararunt, in quo debeat se emendare; *& in cunctis esto veridica*, quæ vera paraphrasis; nec valent hilum quæ hic altercatur Eugubinus. Nam hoc volunt, abstine in posterū simulatione: fatere, quod res est te vxorem: non fuerat mentita, sed speciem mēdacij ipso facto præbuit.

VERS. vlt. 20. Conclusit Deus vuluā. CONCLVSERAT] tam breui tempore sterilitas deprehendi non potuit: ideò phrasim hic aliter capio, quàm solet: nempè pro partis illius coarctatione; qua fiebat, vt nec puerperæ possent eniti, nec mulieres à viris cognosci: & si attendas Hebræum בעד facilè perspicies hanc esse mentem: ideò etiam vtitur voce *Ialad*; quæ & gignere, & parere significat. PROPTER SARAM] marito ablatam. Hebraicè, *super verbum Saræ:* noster explicuit idiotismum.

CAPVT



CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.






VISITAVIT autem Dominus 1.
Saram ſicut promiſerat: & im-
pleuit quæ locutus eſt. * Conce- 2.
pítque & peperit filium in ſene-
ctute ſua, tempore quo prædixe-
rat ei Deus. * Vocauítque Abra- 3.
ham nomen filij ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac:
* Et circumcidit eum octauo die, ſicut præceperat 4.
ei Deus, * cùm centum eſſet annorum: hac quip- 5.
pe ætate patris, natus eſt Iſaac. * Dixítque Sara: 6.
Riſum fecit mihi Deus: quicumque audierit, cor-
ridebit mihi. * Rurſúmque ait: Quis auditurum 7.
crederet Abraham quòd Sara lactaret filiũ, quem
peperit ei iam ſeni? * Creuit igitur puer, & abla- 8.
ctatus eſt: fecítque Abraham grande conuiuium
in die ablactationis eius. * Cumque vidiſſet Sara 9.
filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Iſaac filio
ſuo, dixit ad Abraham: * Eiice ancillam hanc, & 10.
filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum
filio meo Iſaac. * Durè accepit hoc Abraham pro 11.
filio ſuo. * Cui dixit Deus: Non tibi videatur 12.
aſperum ſuper puero, & ſuper ancilla tua: omnia
quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in
Iſaac vocabitur tibi ſemen. * Sed & filium ancillæ 13.
faciam in gentem magnam, quia ſemen tuum eſt.

14. * Surrexit itaque Abrahã manè,& tollens panem
& vtrem aquæ,imposuit scapulæ eius, tradidítque
puerum,& dimisit eam. Quæ cùm abiisset,errabat
15. in solitudine Bersabee. * Cùmque consumpta es-
set aqua in vtre, abiecit puerum subter vnam ar-
16. borum, quæ ibi erant. * Et abiit, sedítque è re-
gione procul quantùm potest arcus iacere: dixit
enim: Non videbo morientem puerum: & sedens
17. contrà, leuauit vocem suam & fleuit. * Exaudiuit
autem Deus vocem pueri: vocauítque Angelus
Dei Agar de cælo, dicens: Quid agis Agar? noli
timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco
18. in quo est. * Surge,tolle puerum,& tene manum
19. illius: quia in gentem magnã faciam eum. * Ape-
ruítque oculos eius Deus: quæ videns puteum
aquæ, abiit & impleuit vtrem, dedítque puero bi-
20. bere. * Et fuit cum eo: qui creuit, & moratus est
in solitudine, factúsque est iuuenis sagittarius.
21. * Habitauítque in deserto Pharan, & accepit illi
22. mater sua vxorem de terra Ægypti. * Eodem tem-
pore dixit Abimelech, & Phicol princeps exerci-
tus eius ad Abraham: Deus tecum est in vniuersis
23. quæ agis. * Iura ergo per Deum, ne noceas mihi,
& posteris meis, stirpíque meæ: sed iuxta miseri-
cordiam, quam feci tibi, facies mihi, & terræ in
24. qua versatus es aduena. * Dixítque Abraham: Ego
25. iurabo. * Et increpauit Abimelech propter pu-
26. teum aquæ, quem vi abstulerant serui eius. * Re-
spondítque Abimelech: Nesciui quis fecerit hanc
rem: sed & tu non indicasti mihi, & ego non au-
27. diui præter hodie. * Tulit itaque Abraham oues
& boues, & dedit Abimelech: percusserúntque
ambo

ambo fœdus. * Et ſtatuit: Abraham ſeptem agnas 28
gregis ſeorſum. * Cui dixit Abimelech: Quid ſibi 29
volũt ſeptem agnæ iſtæ, quas ſtare feciſti ſeorſum?
* At ille: Septem, inquit, agnas accipies de manu 30
mea: vt ſint mihi in teſtimonium, quoniam ego
fodi puteum iſtum. * Idcirco vocatus eſt locus ille 31
Berſabee: quia ibi vterque iurauit. * Et inierunt 32.
fœdus pro puteo iuramenti. * Surrexit autem Abi- 33.
melech, & Phicol princeps exercitus eius, reuer-
ſique ſunt in terram Palæſtinorum. Abraham verò
plantauit nemus in Berſabee, & inuocauit
ibi nomen Domini Dei æterni. * Et 34.
fuit colonus terræ Palæſtinorum
diebus multis.



ARGVMENTVM.

Natiuitas & ablactatio Isaac, expulsio Agar & Ismaëlis, eiusque successus, fœdus Abrahæ & Abimelech.

VERS. 1. VISITAVITQVE] potest *visitatio* Dei hîc accipi † pro largâ
1. Visitatio Dei. eius gratiæ donatione (vt vult Rupertus) nempe adimpletione promissionis per Angelum factæ: tamen malo cum S. Chrysostomo *hom.* 45. propriè capere vocabulum; vt, iuxta promissionem, *sup.* 18. 10. Angelus iussu Dei Saram, vel paulo ante partum, vel mox à partu, inuiserit, & se gesserit Deus humano more, sicut solent amici amicis gratulari natum primogenitum.

VERS. 2. IN SENECTVTE SVA] Hebraicè, *Senectutis suæ*, affixo masculino, vt pateat dici peperisse ipsi Abrahæ iam seni: & licet Hæbræus textus tam clarus non esset, adhuc istud *sua* referendum esset ad eum: nam in sacra Scriptura vxores dicuntur parere maritis; vt statim sequitur. De hoc miraculo legendus D. Augustinus *serm.* 68 *de tempore*.

TEMPORE QVO PRÆDIXERAT] quod à promittente præfixum.

VERS. 3. EI] marito suo. Nam sicut Romanis & Græcis, sic etiam Hebræis
2. legitima proles dicitur patrem, non ventrem, sequi; & nasci patri, vt
Filij nascũtur patri. pote suus hæres. sequ. cap. 20. *Melcha genuisset filios Nachor.* & v. 23. idem repetitur: hîc noster geminationem eiusdem dicti omisit, vt pote nudum Hebraismum.

VERS. 5. CVM CENTVM] habes hyperbaton. neque enim hoc ad præce-
3. pti tempus referendum; Sed ad tempus quo Isaac circumcisus fuit.
Hyperbatō. TROPOLOGICE D. Ambrosius *lib.* 1. *de Abraham cap.* 7. Si perfectus » fueris, habebis posteritatem lætitiæ exultationis, hereditatem vitæ » æternæ.] quod dixit, quia centenarius est nota perfectionis. *vide de eo Hamerum hîc.*

VERS. 6. RISVM FECIT MIHI DEVS] Dominus me gaudio repleuit, & qui-
4. cumque intellexerit, arridebit & congratulabitur mihi. *Chaldæus.* AL-
Sara typus Deiparæ. LEGORICE Sara est typus B. MARIÆ; quæ ait, omnes sanctos omnium seculorum ipsam prædicaturos beatam, præ ceteris mulieribus, quia verum Isaac, gaudium & risum cunctis hominibus bonæ voluntatis, pepererit.

VERS. 7. QVIS AVDITVRVM] magna se hîc versionum & interpretatio-
5. num diuersitas ingerit: eodem tamen omnes ferè tendunt. Hebrai-
Conciliatio versionum. cè est, MI MILLEL LE ABRAHAM. *quis dixisset Abrahæ* LXX. τὶς ἀναγγελεῖ *quis annunciabit*, hoc ait: certè priusquam parerem nemo fuisset hominum ausus Abrahæ nunciare, Saram lactare ei filium, quem anus ex senecione concepisset. Nec Abraham hoc sibi dicenti, nec alius Abrahamo id affirmanti credidisset: Nunc cùm hoc παράδοξον re completum videamus; restat euidens promissi auctorem solum fuisse

lum fuisse Deum, cuius est promittere & facere, quæ captum humanum excedunt.

LACTARE] si duntaxat peperisset: suspicio posset esse partûs subdititij. Sed istud papillarum emortuarum, & arentium mammarum lac adeò copiosum, vt multis alendis possit sufficere (Hebraicè *Banim filios*) omnem tollit dubitationem. TROPOLOGICE notat D. Ambrosius filios esse lactandos à propriis matribus, qua de re Phauorimus apud Gellium *lib.12.Noct.Atticarum*:nec Plato permittit in sua repub. vt matres quæ per se possunt, per nutrices id faciant. 6. Mater debet filium lactare.

ABLACTATVS] tunc temporis quinctò ætatis anno † ablactabātur, iuxta D. Hieronymum : siue potius Pelagium *comment. breui in cap.4.ad Galat.* sed postea, quando singularum ætatum spacium fuit (vt & vita) breuius factum, cæperunt anno tertio ablactare. 2. *Machab.7.27.* quod voluit auctor Historiæ Scholasticæ. Quod de ludo sequitur, facit vt credam hîc agi potiùs de anno quincto, quàm tertio. VERS.8. 7. Ablactationis tempus

CONVIVIVM IN DIE ABLACTATIONIS] tunc potius quàm natiuitatis die, quo dubium an futurus vitalis ; & ablactatus iam censetur idoneus solido cibo, solent Iudæi adhuc hodie hunc ritum imitari. *Lege Originem hom.7.* 8. Conuiuium in ablactatione.

LVDENTEM CVM ISAAC] amare † & petulanter ei illudentem, affligentemque vt pote duodecim annis iuniorem. Hebræi צחק *Cachaq*, (hoc est ludere) vsurpant pro vexare, & pugnando alicui nocere, vt capit hîc in Catena Acacius, iuxta illud 2.Reg.2.14. *surgant pueri ludere*, vbi de duello agitur. 2.Machab.7. vbi promiscua hæc sunt, v.7. *deducebant ad illudendum*: & v.10. *post hac tertius illuditur.* at v.13. *quartum vexabant similiter torquentes.* & 15. *& cum admonuissent quintum, vexabant eum.* Ita de persecutione Ismaëlis, hæc interpretatur D. Hieronym. *commentar. in epist. ad Galat.*4. Secutus D. Paulum, qui sic exposuit ibi v.29. *Sed quomodò tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum.* Verisimile planè filium ancillæ propter conuiuium hoc, irrisisse, & vexasse puerulum Isaac, & contendisse propter ætatem sibi hoc ius primogenituræ potiùs competere (*sic D. Hieronym.*) ideo Saram excanduisse, non tantum in Ismaëlem, sed etiam in Agâr, eò quod lasciuiam & iniurias sui filij non reprimeret. VERS.9. 9 Lusus Ismaëlis cū Isacc. Ludere quid

EIICE] prophetico spiritu hæc ab ea dicebantur (*Augustin.q.51.*) clarè etiam colligente conaturum Ismaëlem dominari, & insidias fratri structurum. VERS.10.

HERES] primogenituræ & communium bonorum.

DVRE ACCIPIT] veritus ne ex iracundiâ hæc dicta, & ignarus à Deo Saram moueri. ideo hoc ei immeritò displicuit. VERS.11.

FILIO SVO] Ismaële, qui proprius Abrahæ, & non communis Saræ & Isaac.

OMNIA QVÆ DIXERIT] quoad hanc expulsionem : ne putes vxori dominium tribui. Fuit autem ista Dei iussio de Agar expellendâ, quasi quædam thori separatio, qua Agar & Abraham à lege debiti mutuò reddēdi liberabantur : non tamen licebat Agaræ VERS.12. 10. Thori separatio.

virum alium capere, *vt bene Tostad.*

11. Semen Abrahæ litterale & allegoricum.

IN ISAAC VOCABITVR TIBI SEMEN] cùm Isaac † nō fuerit filius carnis, sed promissionis: ideò non qui filij (*tantum*) carnis filij Abrahæ, sed qui *semen* repromissionis illi propriè sunt filij Abrahæ reputādi, & ad hoc *in Isaac vocantur*, hoc est in CHRISTO vocante gratiâ congregantur. Sic D.Paulus explicat *d.cap.4.v.23.& 28.* Sed (vt ipsemet dicit *v.24.* per allegoriam. Sensus ergo historicus est: posteri tui qui descendent ex te per Isaac, non qui per Ismaël, Abrahamidæ; seu Abrahæ filij nominabuntur, & ex illis, non ex Ismaële, benedictum semen orietur. Ismaëlis verò posteri ab aliis quidem Agareni, à seipsis verò Saraceni vocabuntur. Ideo illi non pertinent ad nomen tuum, quo soli Israëlitæ gloriabuntur.

VERS.13. QVIA SEMEN TVVM EST] in tui gratiam, quia etiam à te genitus.

VERS.14. SVRREXIT] nocturna igitur visio fuerat, sicut capite præcedente.

TOLLENS PANEM] panes.

ET VTREM AQVÆ] cuius per desertum penuria. Meminit necessariorum ad vitam tuendam: & probabilius est, quod Theodoretus q.71. docuit, non alia tum ei dedisse, quod certò crederet Deum Ismaëli non defuturum, & eius causa matris curam gesturum. Nihil

12. Agar in deserto vnde vixerit.

tamen † prohibet, quin postea sæpè illis multa miserit, & eorum necessitatibus subuenerit: quod verò Iosephus scribit eam liberalitate pastorum in deserto fotam, id de primis diebus interpretor.

13. Ismaël an humeris impositus matris.

TRADIDIT PVERVM] saltem † ducendum, iam grandiusculus; cui (vt minimum) plus quindecim anni erant ætatis, nec poterat humeris imponi, quæ est sententia D.Augustini. Hebraicè est, ambigua locutio; nam potest videri Hyperbaton, sic ordinandum, *tulit panem & vtrem aquæ, & puerum, & dedit ad Agar, posuit super humerum eius*; vt puerum dicat traditum Agar, & vtrem ac panes humero eius impositos; vt noster vertit: vel sine hyperbato dicendum, quod illud; *& puerum.* non referatur ad omnia præcedentia, sed tantum ad; *dedit*: sic

Conciliatæ versiones. Locus LXX correctus.

etiam accipienda Paraphrasis Chaldæa. Quod LXX. qui vertunt; καὶ ἐπέθηκε τὸ παιδίον ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῆς: *& posuit puerulum super humeros eius.* Satis apparet ex D.Hieronymo & Augustino, verba fuisse transposita, & eos scripsisse prout est in Hebræo; καὶ ἐπέθηκε ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῆς, καὶ τὸ παιδίον, &c. Nam quod alij cum Lipomano dicunt,

14 Humeris imponere.

esse Hebraismum, humeris alicuius † imponi, quod curæ illius committitur, sicut Isaiæ 9.6. *factus est principatus eius super humerum eius*, & cap.22.v.22. *dabo clauem domus Dauid super humerum eius.* id hoc loco duriusculum, quia etiam vter humeris dicitur impositus, an ergo idem verbum de vno quod complectitur, Metaphoricè, & de altero propriè capiemus? Deinde hoc nostræ versioni non consentit.

ERRABAT] ignara viarum palabatur.

BERSABEE] quæ sic postea vocata, vt arbitror, ab vrbe eiusdem nominis. *vide infer. v.31.*

YNAM

VNAM ARBOREM] quandam ex arboribus. Hebraicè est Vers. 16.
plurale. LXX. speciem ediderunt, fuisse *abietem*, ἐλάτης: quod non pla- 15
cet Lipomano & Eugubino, eo quod שיח *Siah* potius *virgultum* si- LXX. solēt
gnificet in genere. Puto autem illos non reddidisse verbum, sed ex Tradi- ex Tradi-
tione veteri rem explicasse: quod & alias eos facere monui, & mone- tione quæ-
bo suis locis. dam expli-
care.

ABIECIT] habens eum pro derelicto & morituro; & non susti-
nens videre animam agentem, deseruit. *Augustin. q. 52.*

ET ABIIT] ad iactum arcus sedit opposita puero.

LEVAVIT] ipsa Agar non ait puerum quoque eiulasse, sed id se-
quentia indicant, cùm dicit vocem pueri à Deo exauditam.

Statim hîc † habes aliud hyperbaton; dissoluendum; *vocauitque* VERS. 17.
de cælo Angelus Dei Agar dicens. ne putes Agar, vel Angelum dici esse 16.
de cælo, sed in cælo apparentem Angelum inde locutum: quidā hoc Hyperbatō.
addi censent, vt sciatur Angelus bonus fuisse: sed *cælum* videtur poni
pro aëris regione. quare hoc non est firmum.

QVID AGIS AGAR?] non ignarus quærit, sed parat occasionem
responsioni, quam sacra scriptura vult subaudiri.

NOLI TIMERE] hoc † boni Angeli signum, qui timorem, quem 17.
aduentu suo adferunt, verbis mox conātur tollere. *Vide dicta in Dis-* Signum bo-
quisit. Magicis tomo 2. lib. 4. q. 3. sect. 6. vetat autem timere, adspectum ni Angeli.
suum aut inopinatum sermonem eius quem non videret; si non ap-
paruit visili formâ; aut pueri mortem, qui Deo sit curæ.

SVRGE] quid animo es abiecta? TOLLE] quem abiecisti vt mori- VERS. 18.
turum, leua vt victurum, & curam eius gere.

APERVITQVE OCVLOS] fecit vt aduerteret vicinum fontē, quem VERS. 19.
priùs mærore turbata non aduerterat. sic habes Lucæ 24: 16. *oculi eo-* 18.
rum tenebantur, ne eum agnoscerent. & postea v. 31. *Et aperti sunt oculi eo-* Aperire
rum, & cognouerunt eum. oculos.

» DEVS] S. Isidorus † notat eundem, qui ante *Angelus* dictus, nunc 19.
» vocari *Deum*: quia fuerit filius Dei, qui per legatos & prophetas sem- S. Isidori lo-
» per locutus est; qui per obedientiam paternæ voluntatis *Angelus* vo- cus.
» catur; secundùm naturā verò patris, *Deus*; quia verè & ipse Deus, si-
» cut & pater.] Sequitur sententiam Patrum, qui semper in veteri te-
stamento volunt apparuisse secūdam Trinitatis personam: quod quia
satis incertum, expono Deus per Angelum aperuit, vt dixi.

ET FVIT CVM EO] ne de Agar accipias, expressè est Hebraicè, *&*
fuit Deus cum puero, sic etiam est Chaldaicè, & Græcè. puto excidisse
è nostra versione voculam, *Deus*: si non excidit, subaudienda. Si Deus
fuit auxiliator & defensor Ismaelis, certè fabula videtur; quod aiunt
Hebræi eum infamem latrociniis vitam duxisse.

IVVENIS SAGITTARIVS] significat † à iuuene vacasse sagittatio- 20.
ni ferarum, hoc illi assiduum exercitium fuisse, & ita peritiam iaculā- Conciliatæ
di consecutum. Hebræa, omnia hæc insinuant: nam רבה, *Rebbeh*; à רב versiones.
Rab, id est multus, vnde רבי *Rabbi* magister quasi multæ peritiæ & e-
ruditionis. LXX. ἐγένετο δὲ τοξότης. *factus est sagittarius.*

VERS.21. DESERTO PHARAN]quod est trans Arabiam, cõtra plagam Australem. an desertum ab vrbe Pharan, an vrbs à deserto nuncupata dubium,sed crediderim prius.

ÆGYPTI] Ægyptia nurum asciuit suæ patriæ.

VERS.22. ABIMELECH]de hac voce dicam postea.nunc admoneo,quod in LXX. versione habes; *& Ochozad pronubus eius νυμφάγωγος*, ex cap. 26.26.huc intrusum.

VERS.23. NE NOCEAS MIHI.]hîc nostrum interpretem vellicant nõnulli, quia Hebraicè est אם תשקר *Im Tiskor*:& constat *Scakar*(quæ est radix verbi)idem esse quod mentiri seu falsum loqui.IM quoque, *si*, ad verbum, vt sit,*si mentitus fueris mihi*. Sed noster pro se habet LXX. qui *μὴ ἀδικήσειν με*.vt noster,& Chaldæus etiam negatiuè *Dela quod*
21. Iurisiurandi formula, si mentieris, &c. *non*.Sciendum itaque LXX.& nostrum eruditè admodum explicasse idiotismum formulæ iurisiurandi,Pro *mentiri* dicunt *nocere*,quia de hoc mendacio loquitur,quod in opere consistit. Nam qui pollicetur quod vult præstare;postea tamen mutata sententia nõ præstat; is non loquendo,sed omittendo,vel contra faciendo hoc est nocendo,mentitur:reipsa verò & propriè,nocet.Pro,*si*,reddunt,*ne*, quia Hebræi in his formulis iuramenti *Si* pro *ne* vel *non* ponunt. Nam est oratio per Aposiopesin abrupta & mutila:sicut illa Latinorũ in simili re, *si sciens fallo*,in qua si non exprimitur,subaudienda pœnæ imprecatio. nempe in hominum iuramento,*tum me Deus malè perdat*:quando autẽ Deus sic iurat,subintelligitur,*non habear pro Deo*,seu quod idem *non ero qui ero* hoc est verax.Hunc Hebraismum aliquando noster interpres retinet,vt Psal.88.36.*semel iuraui in sancto meo,si Dauid mentiar.* & Psal. 94.v.vlt.*iuraui in ira mea,si introibunt in requiem meam*.aliquando verò eum explicat per negationem *ne* aut *non*, vt hic & 1.Reg. 3. *iuraui domui Heli,quod non expietur iniquitas eius victimis.* Ceterum 1. Reg. 20.à v.12.habes integram formam additis imprecationibus, quæ in aliis subaudiuntur,*hæc faciet Dominus Ionathæ & hæc addat,&c.*

ET POSTERIS MEIS STIRPIQVE MEÆ]Hebraicè est,*filio meo & nepoti meo.*לי ולניני ולנכדי *Li Vlnini Vlnechdi*, quod notandum quia definitur gradus qui vltimus in pacto,nempe tertia generatio. Vnde sequitur postea sine periurio Gераritarum terram ab Israelitis,tempore sequẽti occupatam,mortuis iam tertiis successoribus Abimelechi. LXX.vt & noster sensum reddiderũt voce generali *μηδὲ τὸ ὄνομά μου*, *nominis* voce,vt Græci & Latini solent stirpem seu *familiam* intelligentes:vt non magis deuient LXX.quàm noster,si deuiarent: quod illis(vt solet)nimis seuerè & petulanter Steuchus improperant.

IVXTA MISERICORDIAM]Hebraismus,pro sicut de te benè merui,sic tu de meis fac mereare.

VERS.25. PVTEVM]quem ante eiectam Agar serui Abrahæ foderant:postea fuit à Palæstinis vi ereptus,illis vti prohibitis.

VERS.26. NESCIVI]nec ex te,nec quoquam alio resciui de iniuriã, vel eius auctore.cur non indicasti vindicaturo iniuriam tuam.

VERS.27. TVLIT]opima de gregibus & armentis suis delegit, & Regi donum

num obtulit.

SEORSVM] solas, segregatas.


SEPTEM] mysticum sensum benè Rupertus *cap.26.sup.* VERS.30.

BERSABEE] noster contraxit in vnam vocem duas contraxit, VERS.31.
באר שבע *Bear Sabagh*, prior *puteum* significat; à quo postea vrbs dicta BERSABEE, quæ à Christianis ab aliquo factionis *Gibelina* vocata GIBELIN, teste Borchardo: Posterior *Scabagh* per Ain in fine, quibusdã videtur scribẽda per vnicũ e, vt sit *Bersabé*; nõ *Bersabee*, & eorũ sententiam confirmat Iosephus lib.1.antiq. c.12. & similia, vt *Theme, Iosue*, &c. Significat autem שבע, duo nempe iuramentum, & etiam septem. propter primum LXX. vocant φρέαρ τοῦ ὁρκισμοῦ *puteum iuramenti*, vt & noster ver. 32. quia ad illum ambo iurarunt. Si vertas *puteum septem*, debes subaudire, *agnarum*; quas pro puteo & loco circumiacente Abraham Regi donauit: & sic titulo permutationis, non verò gratuitò exiguum illum locum possedit: quæ est mens verborum D. Stephani, de Deo & Abraham; *& non dedit illi hereditatem in ea* (terra Palestinæ) *nec passum pedis*. Act.7.5. scilicet gratis. *sic Augustin.q.56.*

PLANTAVIT NEMVS] generaliter sume pro horto vel quauis VERS. 33.
plantatione. sic vocem אשל *Esel* exponunt Onkelos *in Chaldæo* 22.
Thargum, & Ionathas *in Syriaco seu Hierosolymitano*; qui addit in hoc Abrahæ nemus seu
eum horto plantasse frugiferas arbores, & ibi solitum peregrinos hortus.
hospitio excipere, & cum illis pacisci; vt Deum creatorem cęli & terræ, cuius beneficio his bonis fruerentur, timerent & colerent: atque ita probè institutos & vera imbutos religione à se dimittere] fides sit penes illum: probabilis valdè narratio est. Ex sequentibus patet ibidem altare exstruxisse. LXX. lata voce, *agrum*, ἄρουραν verterunt.

COLONVS] incola peregrinus. Hebraicè גור *Gur*.

Qq 2 CAPVT





CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.



1. QVæ postquam gesta sunt, tentauit
Deus Abraham, & dixit ad eum:
Abraham, Abraham. At ille respō-
2. dit: Adsum. * Ait illi: Tolle filium
tuum vnigenitum, quem diligis,
Isaac, & vade in terram visionis: at-
que ibi offeres eum in holocaustum super vnum
3. montium quem monstrauero tibi. * Igitur Abra-
ham de nocte consurgens, strauit asinum suum:
ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum:
Cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit
4. ad locum quem præceperat ei Deus. * Die autem
5. tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: * dixitq;
ad pueros suos: Expectate hîc cum asino: ego &
puer illuc vsque properantes, postquam adoraueri-
6. mus, reuertemur ad vos. * tulit quoque ligna ho-
locausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse
verò portabat in manibus ignem & gladiū. Cúm-
7. que duo pergerent simul, * dixit Isaac patri suo:
Pater mi. At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, in-
quit, ignis & ligna: vbi est victima holocausti?
8. * Dixit autem Abrahā: Deus prouidebit sibi victi-
9. mā holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter: * &
venerunt ad locum quē ostenderat ei Deus, in quo
ædificauit altare, & desuper ligna compo-
suit

ſuit: cumque alligaſſet Iſaac filium ſuum, po-
ſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum. * Ex- 10.
tenditque manum,& arripuit, gladium, vt immo-
laret filium ſuum. * Et ecce Angelus Domini de 11.
cælo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui
reſpondit: Adſum. * Dixitque ei: Non extendas 12.
manum tuam ſuper puerum,neq; facias illi quid-
quam: nunc cognoui quod times Deum, & non
pepercisti vnigenito filio tuo propter me. * Leua- 13.
uit Abraham oculos ſuos, viditque poſt ter-
gum arietem inter vepres hærentem cornibus,
quem aſſumens obtulit holocauſtũ pro filio.* Ap- 14.
pellauitque nomẽ loci illius,Dominus videt.Vnde
vſque hodie dicitur: in monte Dominus videbit.
* Vocauit autem Angelus Domini Abraham ſe- 15.
cundò de cælo, dicens: * Per memetipſum iuraui, 16.
dicit Dominus: quia feciſti hanc rem, & non pe-
perciſti filio tuo vnigenito propter me: * benedi- 17.
cam tibi,& multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas
cæli,& velut arenam quæ eſt in littore maris:poſſi-
debit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum,* & 18.
BENEDICENTVR in ſemine tuo omnes gentes ter-
ræ,quia obediſti voci meæ. * Reuerſus eſt Abrahã 19.
ad pueros ſuos,abieruntque Berſabee ſimul,& ha-
bitauit ibi.* His ita geſtis, nunciatum eſt Abrahæ 20.
quòd Melcha quoque genuiſſet filios Nachor fra-
tri ſuo, * Hus primogenitum, & Buz fratrẽ eius,& 21.
Camuel patrẽ Syrorũ, *& Caſed, & Azau,Pheldas 22.
quoq; & Iedlaph,*ac Bathuel,de quo nata eſt Re- 23.
becca:octo iſtos genuit Melcha, Nachor fratri A-
brahæ. * Concubina verò illius, nomine Roma, 24.
peperit Tabee,& Gaham,& Tahas,& Maacha.

ARGVMENTVM.

Fidei, spei, dilectionis Dei, & cæcæ obedientiæ præbet Abraham exemplum, paratus filium immolare. quare & promissiones ei rursus confirmantur. Texitur etiam catalogus maiorum Rebeccæ, quæ futura Isaaci coniux.

VERS. 1. 1. Deus quomodo tentet.



VÆ POSTQVAM GESTA] vt cap. 21. narrauit omnia, iuxta Chrysost. *hom.* 47.

TENTAVIT] vt daret † exemplum & ostenderet quãta virtus in athletâ suo lateret, eumque coronaret. sic ad bonum Deus, Diabolus autem ad peccatum & subuersionem tentat, quorũ malorũ intentator est Deus. *legendus D. Ambros. lib. 1. de Abraham cap.* 8. & qui totum caput egregiè appendit D. Augustin. *serm.* 72. *de tempore.*

2. *Ecce ego,* Hebraism. ADSVM] Sic † noster solet explicare formulam Hebræam, הנני *Hinnem,* qua significatur animæ promptitudo ad parendum. q. d. ecce ego totus animo & corpore præsto sum, quid me vis? sic inf. 7. v. Hebraicè est, הנני & noster vertit, *quid vis.* Chal. & LXX retinent Hebraismum.

VERS. 2. TOLLE] Hebræa sunt valdè pathetica; *Tolle nunc filium tuum, vnicum tuum, quem dilexisti, Isaac.* & LXX. illum filium tuum, *illum dilectum tuum, quem dilexisti, illum Isaac.* nam vbique adduntur articuli: & his repetitionibus dici nequit quantùm paterna viscera torquerentur. *lege Philonem lib. de Abraham & Origenem hom.* 8.

3. Dilectus pro vnigenito. Conciliatæ versiones. VNIGENITVM] more miraculoso, & secundùm repromissionem natum, & Dei vnigeniti figuram. Hebraicè est, יחיד *Ichidecha, vnicũ,* quod LXX. solent vertere *ἀγάπητον dilectum*; quia non est dilectio maior vnigeniti dilectione: sic etiam infer. v. 16. vbi ex Philotheo Eugubinus docet idem esse vnigenitum & dilectum, *τὸ ἀγάπητον ἴσον τῷ μονογενεῖ,* & ex Odysseâ Homeri confirmat.

4. Præteritum pro omni tempore. DILIGIS] Hebraicè est præteritum, אהבת *Ahabta, dilexisti.* q. d. cogita illum iam non esse, vixit. sed Græci & Chaldæus vt noster in præsenti. quia adhuc diligebat, nec vmquam desierat diligere. Solent Hebræi, quod † constans volunt indicare, certâ hac temporis differentia specificare, vt intelligamus immutabilitatem & durationem actionis. ideo prudenter noster cum LXX. præsens posuerũt. *de hac locutione lege Francisc. Riberam in cap. 1. Oseæ nu.* 31.

ISAAC] qui tibi causâ risus, & nunc mæroris.

VADE] Hebraicè, *vade tibi.* Hispanicè, *vete.* notandus pleonasmus, pro similibus, vt in Cantico; *Si ignoras te.* vbi dixi.

6. Terra visionis seu. IN TERRAM VISIONIS] sic vocat per anticipationem. nam postmodum ab Abrahamo nomen illi inditum. מוריה *Moriah* † aliter & aliter vertunt. Noster Symmachum secutus à radice ראה *Raah* deducit,

ducit, quæ significat *videre*: quod licèt quidam sugillent, placuit tamē Eugubino, & Oleaster ait non improbandum: ambo Hebrææ linguæ peritissimi. Alias etymologias petere potestis ab eodem Oleastrio & Lipomanno, nempe vnam à ירה *Iarah, timere*, quasi mons vbi colendus & venerandus Deus: aliam à MAR siue מרר *Marar hoc est myrrha*, quasi mons amarus Abrahamo. Symmachus vertit τῆς ὀπτασίας, vt nõster: nec longè abit Aquila, qui τὴν καταφανῆ, *terram claram* seu *lucidam*. scilicet hi omnes censuerunt cum Diuo Hieronymo MEM & vah non pertinere ad radicem. *Mons Moria* † fuit in plures colles 6.
diuisus. partem Orientalem postea incluserunt muro, & in eâ Salomon templum postea construxit, vbi fuerat area Ornam Iebusæi. 2. *Paralip*. 3. 1. alia pars extra vrbem mansit, vbi mons Caluariæ, iuxta Diodorū Tarsensem *in Catena*, in hac parte extimâ crucifixum Dominum eodem loco vbi Isaac immolādus post S. Hieronymum docet Augustin. *serm*. 71. *de tempore*. VNVM MONTIVM] collem aliquem. Moria mōs.

DE NOCTE] primo diluculo, Hebraicè *Manicauit Abraham mane* hoc est *surrexit summo mane*. Festinat implere præceptum, ne mora faciat peccatum, ait S. Zeno *sermo*. 5. *de Abraham*. Vtrum Sara † cōscia fuerit immolationis filij? Procopius affirmat, negat Iosephus. si sciuisset, non opinor matrem tantæ fortitudinis laude sacra Scriptura priuasset reticendo. ISAAC.] agentem ætatis annum vigesimum quinctum. *Sic Iosephus*. QVEM PRÆCEPERAT] montem Moria. VERS. 3. 6. Sara ignara immolationis filij.

DIE TERTIO] in Geraris degebat: inde ad templum Ierosolymitanum [quod in monte Moria] est iter triduj. Sic D. Hieronymus: quod capio de regione Geraritarum, nō vrbe. nam probabilius videtur mihi, quod Tostato, tum habitasse in Bersabee, quo mox videbimus redeuntem, *v*. 19. Hæsit tamdiu in itinere quia lento gradu, Deo sic disponente vt diutiùs angeretur. Vel sanè triduum partiale computandum, & quidem à die iussionis Dei, non à die discessionis Abrahæ. VERS. 4.

VIDIT LOCVM] signo aliquo illi à Deo dato cognouit collem, in quo Deus sacrificium fieri volebat. Hebræi narrant fuisse columnam ignis in cacumine collis Abrahamo & Isaac solis cōspicuam. *Sic Abulens*.

REVERTEMVR] Melchior Canus, homo doctus, sed audacior quam deceret *lib*. 2. *de locis Theologicis cap*. 4. asserit Abraham leuiter mentitum. Nonne potuit & debuit de tanto patre loqui reuerentius? D. Ambrosius ait ignarum prophetasse. Malo cum Origene & D. Augustino & Alcuino dicere, certo credidisse puerū secum rediturum, & mortuum à Deo suscitari posse, & Deum, qui promiserat ei semen ex Isaac, mentiri non posse. Prophetat ergo: sed fide gnarus *vide Augustin. lib*. 16. *de ciuitate Dei cap*. 32. Aliter soluit Thomas Anglicus, seu Eboracensis: nempe vsum amphibologiâ, vt serui crederēt illum de Isaac & se loqui; ipsum verò, more Hebræo, pluralem pro singulari vsurpasse, de se se solo. VERS. 5. 7. Abrahā prophetat de filij reditu.

IMPOSVIT SVPER ISAAC] cerne figuram CHRISTI crucem suam baiulantis. *vide B. Prosperum p*. 1. *prædiction. cap*. 17. & 18. VERS. 6.

Qq 4 Etiam

VERS. 7. Etiam hoc colloquium augebat patris dolorem. *ponderat D. Ambrosius* ꝰ. *cap.* 8. VICTIMA] genus posuit pro specie. nam Hebraicè est *pecus*, masculinè, nempe aries vel agnus. Græcè *τὸ πρόβατον*. ouis. Hebraicè *Seh* שה paullo post noster vertit, arietem.

VERS. 8. DEVS SIBI] puto etiam fide gnarum, licet de modo, & indiuiduo
8. ignarum, prophetare, *vt sup.* 5. & sic expono dictum S. Chrysostomi.

videre pro prouidere. PROVIDEBIT] Hebraicè, *videbit*, & LXX. ὄψεται † phrasis etiã Latinis vsu cognita, & nostro mox vers. XIIII. & sic Tob. 12. 1. *ἴδε μισθὸν, cura seu prouide mercedem*. Cicero ad Atticũ, *vt prandium nobis videret*.

VICTIMAM] iterum Hebraicè in specie *agnus*; vt & Chaldaicè, sed Græcè *πρόβατον*.

VERS. 9. QVEM OSTENDERAT] Iosephus vult fuisse locum, vbi postea tẽ-
9 plum; quasi verò Isaac figura victimarum templi: meliùs Diodorus fuisse montem Caluariæ: qua de re multa egregiè Stephanus Salazarius Cartusianus *Discursu* 10. *in Symbolum Apostolorum & ve.* ꝰ. *v.* 11.

Caluariæ mõs in quo Isaac immolandus.

ÆDIFICAVIT] obiter cespite fosso, & saxis aliquot coaceruatis.

ALLIGASSET] declaratâ illi priùs voluntate diuinâ. Lætatus » est iuuenis, patre fidele ipse quoque fidelior, nec recusabat mortem, » quam Deus, qui vitam dederat, imperabat. Lętatur pater filio quoque » gaudente, & cum gaudio vnici pignoris alligat manus, quas ille vin- » ciendas libentius offerret.] *Sic S. Zeno Veronensis* ꝰ, qui addit *pedes* » quoque ligasse, ne in exitu mortis concitata victima calcitraret. Potiùs arbitror manus pedesque vinctum, vt figurato figura responderet: & quia mos erat ita victimas constringere.

VERS. 10. ABRAHAM, ABRAHAM] vocem geminauit, ne animo incitato pater præueniret. *Sic Chrys. & Ambros.*

VERS. 12. NON EXTENDAS] manum eleuarat, & gladium vibrabat in ceruicem, manum iubet sustinere, ne percutias (ait) nec vllum dammum puero inferas. de locutione notaui quæ digna *ad cap.* 5. *Isaiæ*: de re totâ præclarè S. Petrus Chrysolog. *serm.* 108. & S. Martialis *epist. ad Burdigalens. cap.* 1.

10. NVNC COGNOVI] more hominum loquitur; qui, cuius rei periculum fecerunt, id se perfectè putant nouisse: quam † arbitror simplicem significationem istius Dei locutionis, nec tamẽ repudio aliorum, Diodorus exponit omnibus notum fecisti. D. Augustinus *q.* 58. & S. Gregorius *lib.* 28. *in Iob. cap.* 7. nosse te feci; S. Hilarius *in psal.* 1. nosse dignatus sum, NON PEPERCISTI] quantum in te fuit immolasti. *vide Philonem lib. de Abraham.*

Nouisse Deus quid dicatur.

VERS. 13. ARIETEM HÆRENTEM CORNIBVS INTER VEPRES] pro, *inter*
11. *vepres* Hebraicè est, בשבך *Bassebach*. Quid est *Sabech*? Emissenus & Procopius putant significari hircũ stantẽ cornibus erectis, & ad carpẽdas arboris frondes sublimis: quod ridiculũ visũ D. Hieronymo. puto illos nõ tã explicare significatũ, quã rẽ describere, potuit autem sic stare, & simul in vepreto implexis cornibus hærere. Radix סבך significat implectere seu irretire, quod propriũ est dẽsi vepreti. Aquila *συχνῷ* interpretatur, *in condenso* subaudi vepreto. Symmachus, rete.

Sabech quid.

LXX. &

LXX. & Theodotion, nomen *Sabech* retinuerunt; vertentes ἐν φυτῷ Σαβὲκ, *in planta Sabec.* Theodoretus & Gennadius (vt refert Eugubinus) ex quorundam (puto Diodori) sententia exponunt ἄφεσιν *dimissionem* seu veniam quos suspicor סבך pro סבך legisse. Noster Ierem. 4.7.metaphoricè vertit, *ascendit leo, de cubilis suos*; pro de syluâ seu condensis: vt vertit, Isai.10.v.34.*condensa saltus*, & psal.73. 5. *siluam lignorum*, vt & ibi LXX. idem aliquando scribi per ש volunt ex 2.Reg.18. 9.vbi, est שובך האלה *Subech Haelah* quod noster reddidit *condensam quercum*, hoc est ramis multis implexam. Non arbitror certi virgulti genus esse, aut arbusti, sed in genere significare cuiusuis virgulti, arbusti, arborisve implexam ramorum condensitatem: & sic hoc loco, Hebræum; *in implexu*, seu *implexione*, more idiomatis pro concreto poni; vt cum dicunt *speluncam duplicitatis*, pro duplici; *hominem peccati* pro peccatore. sic *hærentem in implexione*, hoc est in dumeto seu vepreto implexò ramis. Igitur optimè noster, *inter vepres* rectè etiam Aquila, & rectè Symmachus sed metaphoricè; & suspicor hunc per ש legisse. Cur LXX. hîc nomen retineant, quod alibi rectè verterunt, nescio. Sic hærens in arbore aries CHRISTI figura fuit. iuuat quod Chaldæus, *in arbore* transtulit. Verus aries fuit alicunde ab Angelo adductus, & hæsit, ne Abrahamum effugeret, sed præsto esset immolaturo.

DOMINVS VIDET] Abraham loco nomen imposuit ex eo quòd VERS. 14.
ipse filio responderat *v.*8. Sed D. Augustinus *d.c.*32.exponit; *vidit*, id 11.
est videri se fecit, apparuit. Secutus versionem LXX. VSQVE HODIE In monte
DICITVR, &c. quod Abraham dixerat Actiuè יראה *Ireth*, videbit, hoc Dominus
adagio mutatum in passiuum יראה *Ieraeth videbitur.* Sunt autem ver- videbit, a-
ba Moysis quasi interloquentis; Iam inde, ait, ab Abrahæ tempore dag.
in hunc vsque diem, quo hæc scribo, vulgi sermone prouerbium teritur; IN MONTE DOMINVS VIDIBITVR: quo vtebantur in angustiâ constituti & Dei auxilium optantes.q.d. Sicut in monte, extremo in periculo misertus fuit Abrahæ, sic etiam nostri tandem miserebitur. Sed fusiùs hac de re in Adagiis sacris §. 35. ALLEGORICE. Nunc in hoc mundo Deus vidit sciamachiam, videbit pugnam pugnacissimam, patiente hic suo vnigenito: prælusit Isaac, Sed IESVS catastro-
pham, vidente Patre, exhibebit. VERS. 15.

SECVNDO] vocarat primò, quando filium vetuit occidere. VERS. 16.

PER MEMETIPSVM] cùm non posset † per se maiorem iurare, iu- 12.
rauit in semetipso, *Heb.*6. 13. hoc est per suam stabilem determinatio- Iurare Deū
nem, quâ prorsus independenter à causis secundis, & omnino immu- per se, quid.
tabiliter id fieri decreuit. Nam phrasis significat decretum Dei inua- Item, in se
riabile. *Tostadus.* Quod hîc ait *iurare per semetipsum*, hoc aliis multis iurare.
modis exprimit sacra Scriptura Ierem. 22. 5. *in memetipso iuraui dicit* Iurare per
Dominus. & c.51.14. *Iurauit Dominus Deus excercituū per animam suam.* animam suā
& cap.44.26. *Ecce ego iuraui in nomine meo magno dicit Dominus.* Amos Iurare in
4. 2. *Iurauit Dominus Deus in sancto suo*, seu vt alij in sanctitate suâ. nomine suo
Nam nomen, anima, sanctitas Dei, sunt ipse Deus. Firmat Deus pro- magno. Iurare in sancto suo.

Deus cur iuret. missiones suas iureiurando, more hominum. causas habes apud Philonem *lib. 2. de Allegoriis legis, & lib. de sacrificio Abel & Cain*, vbi tamen cauendus eius Platonismus, quo, parens Arianorum, facit *Verbum* minus Patre.

VERS. 17. 13. Portas hostium possidere. POSSIDEBIT SEMEN TVVM PORTAS] si capis de carnali semine, significat hostium victores fore Abrahami posteros sic infer. 24. 60. *Possideat semen tuum portas inimicorum suorum.* Vide Adagia sacra. §. 45. Si de spirituali semine, tunc explicandum cum Zachariâ Luc. 1. 74. sine hostium formidine liberè & iucundè seruient Deo. CHRISTVS etiam portas inferorum confregit, & captiuam ex orco captiuitatem triumphans eduxit.

VERS. 18. BENEDICENTVR IN SEMINE TVO] in CHRISTO Domino. nam ideo non dicit *in seminibus*. felices erunt, & tales à se & aliis reputabuntur. Sic ex Apostolo ad Galat. 3. v. 16. exponunt Origines & D. Augustinus. sup.

VERS. 20. Sequens genealogia dumtaxat texitur, propter Rebeccam, vt constaret meritò illam Isaaco vxorem quæsitam.

VERS. 21. PATREM SYRORVM] Oleaster & Caietanus, eos accipiunt, qui postea vocati Syri Sobá. Aliorum ergo Syrorum Patrem Iosephus Semum asseruit. Non desunt, qui ABI·ARAM, explicent patrem Aram, de filio Nachoris Aram. id mihi non placet, quia de isto Aram nullam inuenio mentionem alibi.

VERS. 24. ROMA] Nihil est quod hinc superstitiosiùs quidquam ex nomine colligamus. Nam Hebraicè est ראומה *Reuma*, & Græcè ῥέυμα, seu vt alij libri, ῥεμάν.

CAP.



CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.




IXIT autem Sara centum vigin- 1.
tiseptem annis. * Et mortua est in 2.
ciuitate Arbee, quæ est Hebron,
in terra Chanaan:veníque Abra-
ham vt plangeret, & fleret eam.
* Cumq; surrexisset ab officio fu- 3.
neris,locutus est ad filios Heth,dicens: * Aduena 4.
sum & peregrinus apud vos: date mihi ius sepul-
chri vobiscum, vt sepeliam mortuū meum. * Ref- 5.
ponderunt filij Heth, dicentes: * Audi nos domi- 6.
ne,princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris
nostris sepeli mortuum tuum: nullúsque te pro-
hibere poterit quin in monumento eius sepelias
mortuum tuum. * Surrexit Abraham, & adorauit 7.
populum terræ, filios videlicet Heth: * dixítque 8.
ad eos: Si placet animæ vestræ vt sepeliam mor-
tuum meū, audite me, & intercedite pro me apud
Ephron filium Seor: * Vt det mihi speluncam du- 9.
plicem, quam habet in extrema parte agri sui: pe-
cunia digna tradat eam mihi coram vobis in pos-
sessionem sepulchri. * Habitabat autem Ephron 10.
in medio filiorum Heth.Respondítque Ephron ad
Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur
portam ciuitatis illius,dicens: * Nequaquā ita fiat, 11.
domine mi, sed tu magis ausculta quod loquor:

Agrum trado tibi,& ſpeluncam,quæ in eo eſt,prę-
12. ſentibus filiis populi mei,ſepeli mortuũ tuũ.* Ado-
13. rauit Abraham coram populo terræ. * Et locutus
eſt ad Ephron circumſtante plebe: Quæſo, vt au-
dias me: Dabo pecuniam pro agro: ſuſcipe eam,
14. & ſic ſepeliam mortuum meum in eo. * Reſpon-
15. ditque Ephron: * Domine mi,audi me:Terra,quá
poſtulas, quadringentis ſiclis argenti valet: iſtud
eſt pretium inter me & te:ſed quantum eſt hoc? ſe-
16. peli mortuum tuum. * Quod cùm audiſſet Abra-
ham,appendit pecuniam, quam Ephron poſtula-
uerat,audientibus filiis Heth,quadringentos ſiclos
17. argenti probatæ monetæ publicæ.* Confirmatúſ-
que eſt ager quondam Ephronis, in quo erat ſpe-
lunca duplex,reſpiciens Mambre, tam ipſe, quàm
ſpelunca,& omnes arbores eius in cunctis terminis
18. eius per circuitum, * Abrahæ in poſſeſſionem, vi-
dentibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant por-
19. tam ciuitatis illius. * Atque ita ſepeliuit Abraham
Saram vxorem ſuam in ſpelunca agri duplici, quæ
reſpiciebat Mambre,Hæc eſt Hebron in terra Ca-
20. naan. * Et confirmatus eſt ager, & antrum,
quod erat in eo,Abrahæ in poſſeſſio-
nem monumenti à filiis
Heth.

ARGV

ARGVMENTVM.

Moritur Sara, sepelitur in spelunca Hebron, coempta ab Ephrone.



CIVITATE ARBEE] Cariatharbee † nomen proprium olim fuit Hebron, appellatiuum *Arbee*: Sed vnde sic dicta discutiendum Iosue cap. 15. hic ita vocatur per anticipationem. VERS. 2. 1. Cariatharbe.

QVÆ EST HEBRON] malo dicere spiritu prophetico hæc Moysen scripsisse, quàm à quoquam postea libris eius inserta.

VENITQVE] non significat aliunde accessisse; sed se accinxisse, & seriò comparasse ad iusta carissimæ coniugi faciendum. *Planctus* significat solemnem luctum: sic à fletu distinguitur. 2. Planctus.

FILIOS HETH] populum † Hethæorum, qui vna Chananæorum gens. Sic *filij Orientales*, id est Orientales. VERS. 3. 3. Filij, pro populis.

ADVENA SVM] Hebraicè, תושב *Thosab incola*, diu apud vos cum vxore habitaui. Sinite inter vos quiescere mortuam, quam non dedignati viuentem. Nam, quia sum *peregrinus* גר *Gur*, adhuc careo proprio sepulchro. VERS. 4.

IVS SEPVLCRI] permittite vt ego meique in regione vestrâ sepeliamur. Non petit misceri sepulcris idololatrarum: sed sibi seorsim locum postulat.

MORTVVM MEVM] etiam Hebraicè est masculinum, cùm agatur de fœminæ cadauere, nimirum, quia post obitum nulla sexus distinctio consideratur. Non verò hinc probatur delirium subtilis ingenij, quod putabat omnes in resurrectione sexu virili resurrecturos. *Vide infr.8.* 4. Fœmina, cur in masculino, mortuus. Scotus.

PRINCEPS DEI ES APVD NOS] LXX. βασιλεὺς, sed vt notat D. Hieronymus NESI Ducem non Regem significat: verùm LXX. Regem pro Regulo posuerunt, sicut Hispani, *Rey mio*, est enim blandientis. *Princeps Dei*, q.d. tanta polles apud Deum gratia, & eæ virtutes elucent in dictis factísque tuis, vt omnes veneremur te quasi missum nobis cælitùs magnum & excelsum aliquem Principem. Est enim adagialis sermo,,de quo in Adagiis sacris §.36. VERS. 6. 5. Conciliatæ versiones. 6. Princeps Dei.

IN ELECTIS] in optimo & honestissimo sepulcrorũ nostrorum. Non fuerant mentem Abrahæ assecuti, qui misceri nolebat. 7. Posse pro velle.

TE PROHIBERE POTERIT] nemo tam futurus proteruus, vt sustineat velítque prohibere. VERS. 7.

ADORAVIT] ciuili honore gratias acturus se incuruauit demisse. 8. Terræ populus.

POPVLVM TERRÆ] ipsum vulgus, indigenas loci, cæteros excepto Principe Ephrone, sic Ieremiæ 52.6. *Non erant alimenta populo terræ*, quod explicans vers. 16. dicit, *de pauperibus terræ*. VERS. 8.

SI PLACET ANIMÆ VESTRÆ] si vobis acceptum est.

9. Audire pro obedire. AVDITE] exaudite, parete, obtẽperate, atque ita aliquoties postea.
MORTVVM MEVM] sub cadauer seu corpus. Non placet quod D. Augustinus notat poni pro *mortuam meam*. Vide sup. vers. 4.

VERS. 9. 10 Spelunca duplex. SPELVNCAM DVPLICEM] Hebraicè מכפלה *Makphelah duplicitatis*, abstractum pro concreto. *sup*. 22. 13. vocata *duplex* secundùm S. Epiphanium *in vita Ezechielis*, quoniam in ea Abraham duas concamerationes exstruxerat. Tunc foret necesse dicere, hoc loco per anticipationem vocari: non placet: quoniam ponuntur verba Abrahæ loquentis. Igitur *duplex* dicta, quòd foret vna spelunca interior intra alteram exteriorem, vt vult Abenezra; aut duplicem ambitum haberet iuxta Procopium: alij volunt sic dictum quòd seorsim in ea locus esset pro virorum, & pro mulierum situ; hæc addi possunt, traditis ab Adrichomio *in tribu Iuda num*. 100.

11. Pecunia digna. ἄξιον dignum. PECVNIA DIGNA] iusto pretio quod valorem loci planè exæquet. Hebraicè *plena*, sufficiente. Noster Græcismum retinuit, LXX. ἀργυρίου ἀξίου. Nam Græci ita vsurpant, Homerus βοὸς ἄξιον. *boue dignus*, πολέος ἄξιον, *multo dignus*. Micheæ 6. 6. Quid *dignum offeram Domino*. Sic Latini, *Carcer vix carcere dignus*.

VERS. 10. HABITABAT] domicilium habebat.

12. Habitare in medio. IN MEDIO FILIORVM] erat quasi Princeps & præcipuus inter suos ciues: de varia significatione locutionis lege Adagia sacra §. 37.
PORTAM] quia hoc actum in porta, vbi iudicia & commercia.

VERS. 11. 13. Sepulturæ locus an venalis. D. Hieronymi locus. AGRVM TRADO TIBI] Gratis dare volebat, non vendere. Vnde notat D. Gregorius illcitum esse locum sacrum vendere ad sepulturam *lib. 7. epist. 55. Regest. & habes cap. quæsta. 13. q. 2.* Quæ verò à D. Hieronymo *in Tradition*. hoc loco referuntur, & à Gratiano inseruntur Decreto *cap. postquam d. q. 2.* Non ex sua sententia, sed ex Hebræorum narratione posuit. Hic autem emptus ager, non ius sepulchri; & quidem ager prophanus, etiamsi in eum aliqua cadauera priùs fuissent illata; quod arbitror, ex Abrahæ mente, non factũ. Locus enim sepulturæ fit sacer, vt sine simonia vendi non possit, non illatione sola cadaueris: (quod videtur Tostadus velle,) nihil hic distinguens inter locum religiosum more gentilium, & sacrum ritu Christiano; qui ritus Simoniæ locum prębet.) Sed fit sacer ipsa consecratione, siue benedictione Ecclesiastica, ex communi sententia Theologorum & Canonistarum. *Vide Redoanum pag. 1. de Simonia cap. 30. & Victoriam relect. de Simonia*. Nam ius ciuile Romanorum, quo ipsa illatione locus fit religiosus, ad Simoniæ crimen, quod Ecclesiasticum est, nihil attinet. Vt nec ad nos vel Ecclesiam attinet Caluinus, qui more suo hic D. Hieronymum subsannat, & in Canonistas vomit; illum, quia peccatum dicit vendere sepulturam: hos quia, quod peccatum credunt, continuò nundinantur; calumnia & mendacium est. Nam Hieronymus ad ius sepulturæ, & loci ritè sacri venditionem adspiciebat. Canonistæ verò nec locum consecratum, nec ius sepulturæ nundinãtur. Catholica solet gratis & per modum antidoralis donationis loci vsum largiri: vicissim pietas hominum ex lau

ex laudabili & vetusta consuetudine pro sartis tectis & ministrorum
sustentatione aliquid Ecclesiæ offert. Si quis aliquando abusus fit,
cum canonistæ non defendunt, sed damnant: Hæreticis verò sepulturam asini permittunt, & togum graris decernunt.

QVÆSO VT AVDIAS ME] nequaquam gratis accipiam: nec *Vers. 13.*
nisi dato tibi digno pretio. Nolebar gratis, nequa postmodum controuersia nasceretur prohibentibus Ephronis posteris Abrahæ posteros; vel communem sibi sepulturã postulantibus. Hebræa noster
ferè ad verbum, LXX. paulò † remotius, *ἐπειδὴ πρὸς ἐμοῦ εἶ, ἄκουσόν* 14.
μου. Quoniam apud me es; audi me: vel potiùs *quoniam ades mihi,* Conciliatæ
hoc est, quia tantoperè mihi faues: bona paraphrasis: nam adesse, vel versiones.
astare alicui, etiam profanis significat fauere, vel auxiliari. Non ergo quid penitùs diuersum adferunt LXX. Sed egregiam metaphrasim. Nonne sic etiam Chaldæus? *Si tu vtique facis mecum misericordiam, acquiesce mihi.*

In versus huius initio, vel aliter legerunt LXX. vel eorum codi- *Vers. 14.*
ces valdè hic mendosi sunt: nec habeo quod ad conciliationem pertineat.

QVADRINGENTOS SICLOS ARGENTI VALET] initio *Sekel,* 15.
quod à *Sakal, id est ponderare* deducitur, ex materia rudi põdus quod- Siclus quid
dam significauit, sicut & Romanis æs rude priùs fuit numismate si- quantum.
gnato: postea signari cœptus, cuius formæ supersunt hodie, & exhibent Arias Montanus *lib. Ephron in fine*, & Prado noster comment. in Ezechiel. aurei, argentei, & ærei Sicli materia non pondere differebant. Pondus sicli Eupolemus apud Iosephum contra Apionem facit talentare, sed errat à vero; meliùs ipse Iosephus, cuius hac in re fides rata, tradit esse drachmarum Atticarum quatuor. *lib. 3. Antiqu. Iudaic. cap. 10.* ὁ δὲ σίκλος νόμισμα Ἑβραίων ὢν Ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. Sic etiam D. Hieronymus *in cap. 45. Ezechiel.* & in
Matth. cap. 17. & Procop. hic. Cur ergo LXX. Siclum solent ver- 16.
tere *δίδραχμον*, didrachmam, & non tetradrachmam? duæ sunt sen- Drachma
tentiæ, vna volentium drachmam Iudaicam duas Atticas appen- Iudaica du-
disse: *Riberam in cap. 8. Amos à vers. 15. Pererium supr. c. 20. vers. 14.* plex ad Atticam.
Alij quorum sententiam non nomina ponit Mariana *d. cap. 10. de ponderib. & mensuris* censent (& probabiliter valdè.) Siclorum ipsis Iu- 17.
dæis duo genera fuisse, vnum minus, alterum maius: istud describi Siclus ma-
à Iosepho; illud verò duarum tantum drachmarum, nempè sicli ior & minor
maioris dimidium; & in publico atque communi vsu in commerciis versatum hunc minorem siclum; & ideò vocari pondus Regium seu publicum, cum agitur de Cæsarie Absalonis detonsa quam noster dicit appendisse *ducentos siclos pondere publico*, Hebraicè, *in lapide Regis,* 2. Reg. 14. 26. libri Græci varij sunt, Regij habent, *ἑκατὸν σίκλων: centum siclis*; meliùs Aldini, *διακοσίας σίκλους ducentis siclis,* ideò non colligitur ex hoc loco quod quidam infert LXX. censuisse Siclum publicum esse sicli maioris dimidium: dico inde non colligi, licet fatear in seuerum esse. Nam sic sumitur 1. Machab. 10. vers. 42. *quinque*

millia ſiclorum argenti; Ioſephus enim, *lib.13.antiquitat.cap.5.* exponit
decem millia drachmarum, *μυριάς δράχμας.* Sic & Goliæ thorax,
quinque millium ſiclorum pondere legitur 1.*Reg.*17.6. hoc eſt drachma-
rum decem millium, vnciarum bis mille quingentarum. Et de eodem
Epiphanij locus. ſiclo Epiphanius lib. de Ponderibus & menſuris, in his verbis; *Siclus
qui & quadrans dicitur quarta pars eſt vncia, dimidium ſtateris habens
drachmas duas*: & paulò antè. *Libra eſt duodecim vnciarum, vncia habet
ſtateres duos. Stater dimidium eſt vnciæ, habet autem duo didrachma.*] Lo-
quitur de Siclo minore, cùm dicit eſſe dimidiũ ſtateris nempè maio-
ris, qui eſt ſemuncia, & continet duas didrachmas Iudaicas, minor
18. verò duas Atticas. Nam niſi ſic explices ſibi contradicit. Notandum
Siclus Sanctuarij quis. autem parum ſolidam videri diſtinctionem Sicli ſanctuarij, à Siclo
communi, niſi ſanctuarij ſiclum capias pro ſiclo (quem dixi, *maiorem*)
de quo agitur Leuit.vlt. verſ.25. *Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarij ponde-
rabitur, ſiclus viginti obolos habet.* Num. 3.47. *accipies quinque ſiclos per
ſingula capita, ad menſuram ſanctuarij. Siclus habet viginti obolos*: idem
habes, Num.18.16. Ezechiel. etiam 45. *verſ.*12. licet non nominetur
Sanctuarij Siclus, ſignificatur tamen cùm menſura iuſta eſſe iube-
Sanctuarij ſiclus, cur dictus. tur, & agatur ibi de oblationibus Deo faciendis. Puto Sanctuarij
menſuram ſeu Siclum dictum, quod in Sanctuario menſurarum &
ponderum modus legitimus ſeruaretur; ſicuti & Romæ in Capito-
lio amphoræ & pedis menſura cuſtodiebatur ad euitandas fraudes
mercatorum. Non tamen inde ſequitur, aliam quantitatem ſacri &
profani ſicli fuiſſe: Sed magis profanum, Regium & communem
19. ſiclum ad ſacrum illum appendi & examinari ſolitum. Erat autem
Stater duplex, maior & minor. ſacer, vt diximus idem cum illo maiore, nempè pondus ſtateris maio-
ris: nam & ſtaterem neceſſe eſt. (Si Ioſephum, Hieronymum, & Epi-
phanium conciliare volumus) duplicem faciamus, maiorem & mi-
norem. De maiore acciperem, quod dicitur de munere à Saul dando
Locus 1. Reg. 9 8. Samueli, vt Prophetæ. 1 *Reg.*9.8. Vbi cùm ſit Hebraicè, *quarta pars
Sekel,* noſter vertit, *quartam partem ſtateris*, & L X X. τέταρτον σίκλου:
ergo idem Siclus qui ſtater. Matth. 17. verſ.26. CHRISTVS iubet
Locus Ierem. 32. 9. ſolui, vt habet noſter, *ſtaterem*, pro ſe & Petro; *ex verſ.*24. tamen pa-
tet pro ſingulis tantum exigi didragma: duæ ergo didragmæ vnus
ſtater, vt etiam D.Ambroſ. notat *lib.*4. *in Lucam.* Nam cenſus iſte
ſoluendus ex lege *dict.verſ.* 13. *Exod.*30. Sed alibi, quia de priuato
commercio agitur, & tum obſeſſa & capienda vrbe vili pretio ven-
debantur poſſeſſiones, de Siclo ſeu ſtatere communi, ſeu minore
accipio locum Ieremiæ 32.9. Vbi noſter vertit *ſtateres ſeptem*, He-
braicè autem ſunt, *ſicli ſeptem*, vt & Græcè. Chaldæus conturbat.
20. Vtrumque Siclum, maiorem & minorem L X X. ſoliti vertere pro-
LXX defenſi de didrachma. miſcuè σίκλον, vel δίδραχμον, de minore dedi exempla: de maiore
habes manifeſta *d.verſ.*13.*& Leuit. vltim.*25. Vtrobique tribuunt ei
viginti obolos; εἴκοσι ὀβολοῖς ἔσαι τὸ δίδραχμον; & Num.3.47. aper-
tiſſimè, tam ſiclum quàm δίδραχμον obolis viginti æſtimant, & ad-
dunt ſe de ſancto didrachmo loqui, & cap. 18.16. quod dict.verſ.25.
tribuit

tribuit didrachmo de ſiclo dicitur *σίκλον τὸν ἅγιον εἴκοσι ὀβολοί εἰσιν*. nihil apertius. ſic ergo loquuntur, non quidem maiorem cum minore confundentes (vt voluit vir doctus) ſed cum agunt de rebus ſanctuariis & cærimonialibus, ſapienter drachmas Iudaicâ ſtaterâ appendentes; quod & Ioſephus fecit: cùm verò de commerciis & vſualibus rebus agunt, propter crebra cum gentibus cōmercia, ad Atticas drachmas, quæ gentibus in vſu frequentiore, dicta ſua accommodantes. Denique *Siclus* ſeu *ſtater maior* paullo plus appender quam quatuor regalia Hiſpanica. ideo ſi de maiore locum noſtrum capis, pretium ſpeluncæ futurum, regalium mille ſexcentorum & quod excurrit. 21. Siclus ad noſtram monetam.

SED QVANTVM EST] q.d. non decet vel te vel me, qui & amici & diuites ſumus de tantulâ ſummâ ſollicitari: vt non niſi coemptum velis, vel ego non perſiſtam gratis offerre. Tantùm indicat quanti æſtimari inter amicos fundus ponit, pretium verò non præſcribit, ſed pergit gratuitum offerre.

PROBATÆ MONETÆ PVBLICÆ] Hebraicè; *inter mercatores tran-* VERS. 16.
" *ſeuntis*. monnoye qu'a cours, *Gallicè*. Procopius, non omnis (ait) mo- 22.
" neta probata & examinata, etiam mercatoribus ſatis probata & exa- Moneta
" minata eſt. exactiore, quàm reliqua eſt, pecuniâ vel monetâ mercato- tranſiens
" res negociantur.] hæc ille vt explicet verſionem LXX. *ἀργυρίου δοκίμου* inter mercatores.
ἐμπόροις. Chaldæus, *quod recipiebatur pro mercimoniis in vnaquaque prouincia*. noſter ſenſum dedit. Quædam de hac phraſi inuenies Commentario noſtro in Canticum Salomonis, *c. 5. v. 5. ſect. 3.* Hebraiſm.

RESPICIENS MAMBRE] oppoſitum oppido Mambre, diſtantia mediæ leucæ ſecundùm nonnullos. VERS. 17.

SPELVNCA AGRI DVPLICI] quidam libri continent *duplicis*, quam lectionem defendit vir diligens Fran. Lucas *Annotat. 5.* ſed, *duplici* potiùs eſt cum Vaticanis libris, & LXX. fieri poteſt, vt & *ſpelunca* & *ager*, dicta ſint *duplicia* ſeu duplicitatis. ſuſpicor etiam מכפלה nomen loci, in quo ager & ſpelunca. VERS. 18.

HÆC] ciuitas Mambre.

CONFIRMATVS EST] Hebraicè, *& ſurrexit ager* ſubaudi, ad Abra- VERS. 20.
" ham. vſurpat enim hæc lingua ſurgere pro confirmari] ſic Iſid. Clarius. Senſus eſt ſtabili iure tranſlatus in Dominium Abrahę. idem habes infer. cap. 49. verſ. 30. Vbi Iacob præcipit corpus ſuum ſepeliri: *ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici; quæ eſt in agro Ephron Hethæi, contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Hephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri, &c.* & ita factum, iiſdem de Abraham & Hephrone repetitis, ſubditur ibidem *v. 13.* Quo igitur pacto D. Stephanus aſſeruit *Act. 7. v. 16.* emiſſe hoc ſepulchrum à filiis Hemor patris Sichem; item Patriarchas tranſlatos in Sichem, & ſepultos in ſepulcro quod emerat Abraham à dictis filiis, &c. verba ſunt, de Iacob; *defunctus eſt ipſe, & Patres noſtri. Et tranſlati ſunt in Sichem, & poſiti ſunt in ſepulchro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filij Sichem.*] Nonne hæc pugnant? cenſuit Melchior Canus ex- Locus Act. 7. 16.


tremo *lib. 2. de locis Theologicis* vbi pro Moyſe (quaſi Iudex,) contra S. Stephanum pronunciat, & eum damnat, quòd in ſubita ac longa narratione nonnulla confuderit, & memoria lapſus ſit. Quis ferat in S. Stephani cænobio ſic de ſanctiſſimo Protomartyre Stephano loquentem religioſum? Nec Beda illi ſuffragatur, qui dumtaxat ait duas pariter narrationes coniunxiſſe, (quod mox oſtendemus eſſe verum) nec tam ad ordinem hiſtoriæ attendiſſe, (quod etiam explicabo) quàm cauſam intendiſſe, &c. quod hîc de confuſione, vel errore verbum? ſi ſic Beda locutus foret, quemadmodum Canus, an idcirco, maior nobis Bedæ, quàm Hieronymi, aut Gregorij; mitto illos; quàm ipſius Stephani auctoritas eſſe deberet? ſed ſibi, & ſuis Muſis talia Canus canat. Ego ad ea quę Protomartyri, & Protodiacono, qui Spiritu ſancto plenus erat, contumelioſa ſunt aures obturandas cenſeo. Ingenioſa ſatis eſt, nec omnino improbabilis Maſij & aliorum opinio, vitio aliquo typographico Stephani verba contaminata fuiſſe. Si vox *Abraham* tolleretur, cuncta conſtarent: ſcripſiſſet Euangeliſta, & Stephanus dixiſſet; *ὃ ὠνήσατο τιμῆς ἀργυρίου, quod emit pretio argenti,* voluerit quidam interpretari, &, quia loci huius noſtri v. 20. memor erat, margini aſcripſerit nomen, *Abraham*; qu[illegible] cùm potius ſubaudiendum *ἐκεῖνος* vel *αὐτὸς*, ille vel ip[illegible] egerat, v. pręcedente, & à quo hic ager emptus Gen[illegible] 19. Poſtea quod iſte margini adſcripſerat, hoc alius contextui inſe[illegible]erit, (vt aſſolet.) Sed quia D. Hieronymus apud Lucam inuenit in [illegible] exemplaribus, habetur etiam in contextu Græco Chryſoſtomi & Oecumenij, licet non explicent: & hodie omnia Græca, Latináque exemplaria, & quędam Syriaca, Abrahami nomen continent. Ideo malo aliter conciliare. Et imprimis credo de eadem venditione & eodem agro agere Moyſen & Stephanum cum SS. Hieronymo, & Gregorio, *illo in epiſt. ad Pammach. de opt. genere interpret. iſto lib. 7. epiſt. 55.* deinde Ephronis noſtri patrem fuiſſe binomium, Seor, & Hemor prius nomen ſup. verſ. 8. illi Moſes, poſterius d. v. 16. dat Stephanus. (*id viſum S. Gregorio & etiam Bedæ*) emiſſe verò Abrahamum hunc agrum ab omnibus filiis huius Hemor, (vt expreſsè dicit S. Stephanus,) ſed fratrum & ſuo nomine Ephronem natu maximum, celebraſſe contractus ſollemnia, & ideo Moyſen hoc tribuere ſoli Ephroni. Præterea, Ephronis auum edidit Stephanus, quem Moyſes reticuerat. Denique Stephanus duas narrationes, non duarum venditionum nempe alterius Abrahæ, *de qua hîc*, & alterius Iacob, *de qua cap. 33. Geneſ. & Ioſue vlt.* (vt putauit Canus) ſed ſepulturarum duarum coniunxit. nam ſimul coniunxit ſepulturas diuerſas, nempe ſepulturam Iacob & maiorum eius, qui fuerunt in Hebron ſepulti, vt patet ex cap. 50. Geneſis; & de hac ſepultura dixit, *poſiti ſunt in ſepulcro quod emit Abraham*, &c. item ſepulturam Ioſeph & aliorum filiorum Iacob, qui ſepulti fuerunt in Sichem, quod innuit quando dixit, *tranſlati ſunt in Sichem*, quod de Ioſeph diſertè traditur Ioſue vltimo verſ. 32. dicuntur autem tranſlati ex Ægypto vbi mortui, nam cum Ioſephi oſſibus ceterorum quo-

que

que asportata, & in Sichem condita, vt testatur oculatus testis D. Hieronymus *in epitaphio Paullæ*. Vnde cerniris non confundere Stephanum narrationes, sed coniungere q. d. quosdam maiores eorum in Sichem, quosdam verò in Hebron sepultos. cerniris etiam hanc Bedæ mentem fuisse: Quod verò idem Beda &, Rabanus dixerunt neganres Stephanum ad historiæ ordinem æquè ac ad scopum suum attendisse, non dicunr quasi ordinem historiæ peruerterit errando memoriæ lapsu: (vt vult Canus) sed quia de Iacob & maioribus eius, posteriore loco; de Ioseph & fratribus, priore egit; quoniam ad id probandum, quod instituerat, non referebat quos primo vel secundo loco recenseret. Atque ita puto perspicuè & D. Stephani verba explicata & defensa; & venerabilem quoque Bedam hac nota liberatum, & mentem eius etsi nouè, verè tamen propositam; quam nec noster Pererius hîc in 2. disputatione, qua de hac re diligenter & eloquenter disputauit, vllo modo fuit assecutus, existimans Bedam Cano præire. **Beda & Rabanus nihil fauent sententiæ Cani, & explicantur.**

Mysticum totius capitis sensum pete à Ruperto *lib. 6. cap. 37.*

Sf 2 CAPVT





CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

1. ERAT autem Abraham senex, die-
rumque multorum: & Dominus
2. in cunctis benedixerat ei. * Di-
xitque ad seruum seniorem do-
mus suæ, qui præerat omnibus
quæ habebat. Pone manum tuã
3. subter femur meum, * vt adiurem te per Domi-
num, Deum cæli & terræ, vt non accipias vxorem
filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos
4. habito: * sed ad terram & cognationem meam
proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo
5. Isaac. * Respondit seruus: si noluerit mulier venire
mecum in terram hanc, numquid reducere debeo
6. filium tuum ad locum de quo tu egressus es? * Di-
xitque Abraham: Caue nequando reducas filium
7. meum illuc. * Dominus Deus cæli, qui tulit me de
domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui
locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens: Semini
tuo dabo terram hanc: ipse mittet Angelum suum
8. coram te, & accipies inde vxorem filio meo: * sin
autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iu-
ramento: filium meum tantum ne reducas illuc.
9. * Posuit ergo seruus manũ sub femore Abrahã do-
10. mini sui, & iurauit illi super sermone hoc. * Tulitq;
decem camelos de grege domini sui, & abiit, ex
omnibus bonis eius portans secum, profectusque
perrexit


perrexit in Mesopotamiam ad vrbem Nachor. * 11.
Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ vespere, tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit:
* Domine Deus domini mei Abraham, occur- 12.
re, obsecro, mihi hodie, & fac misericordiam cum
domino meo Abraham. * Ecce ego sto prope fon- 13.
tem aquæ, & filiæ habitatorũ huius ciuitatis egre-
dientur ad hauriendam aquam. * Igitur puella, cui 14.
ego dixero: Inclina hydriam tuam vt bibam: &
illa responderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo
potum: ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac: &
per hoc intelligam quòd feceris misericordiam cũ
domino meo. * Necdum intra se verba compleue- 15.
rat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, fi-
lij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens
hydriam in scapula sua: * puella decora nimis, vir- 16.
goque pulcherrima, & incognita viro: descenderat
autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac re-
uertebatur. * Occurritque ei seruus, & ait: Pauxil- 17.
lum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria
tua. * Quæ respondit: Bibe Domine mi. celeriter- 18.
que deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit
ei potum. * Cùmque ille bibisset, adiecit: Quin & 19.
camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant.
* Effundensque hydriam in canalibus, recurrit ad 20.
puteum vt hauriret aquam: & haustam omnibus
camelis dedit. * Ipse autem contemplabatur 21.
eam tacitus, scire volens vtrum prosperum iter
suum fecisset Dominus, an non. * Postquam 22.
autem biberunt cameli, protulit vir inaures au-
reas, appendentes siclos duos, & armillas toti-

23. dem pondo ſiclorum decem. * Dixitque ad eam:
Cuius es filia? indica mihi: eſt in domo patris
24. tui locus ad manendum? * Quæ reſpondit: Fi-
lia ſum Bathuelis, filij Melchæ, quem peperit
25. ipſi Nachor.* Et addidit, dicens: Palearum quo-
que & fœni plurimum eſt apud nos, & locus ſpa-
26. tioſus ad manendum.*Inclinauit ſe homo,& ado-
27. rauit Dominum, * dicens: Benedictus Domi-
nus Deus domini mei Abraham, qui non abſtu-
lit miſericordiam & veritatem ſuam à Domi-
no meo, & recto itinere me perduxit in do-
28. mum fratris domini mei. * Cucurrit itaque
puella, & nunciauit in domum matris ſuæ om-
29. nia quæ audierat. * Habebat autem Rebecca
fratrem nomine Labam, qui feſtinus egreſſus
30. eſt ad hominem, vbi erat fons. * Cúmque vi-
diſſet inaures & armillas in manibus ſororis ſuæ,
& audiſſet cuncta verba referentis: Hæc lo-
cutus eſt mihi homo: venit ad virum, qui ſta-
31. bat iuxta camelos, & prope fontem aquæ * di-
xitque ad eum: Ingredere, benedicte Domini:
cur foris ſtas? præparaui domum, & locum ca-
32. melis.* Et introduxit eum in hoſpitium: ac de-
ſtrauit camelos, deditque paleas & fœnum,
& aquam ad lauandos pedes eius, & virorum
33. qui venerant cum eo. * Et appoſitus eſt in con-
ſpectu eius panis. Qui ait: Non comedam, donec
34. loquar ſermones meos. Reſpondit ei: Loquere.* At
35. ille: Seruus, inquit, Abrahã ſum: * & Dominus be-
nedixit domino meo valdè, magnificatuſque eſt:
& dedit ei oues & boues, argentum & aurum, ſer-
36. uos & ancillas, camelos & aſinos.* Et peperit
Sara

Sara vxor domini mei filium domino meo in
senectute sua, deditque illi omnia quæ habuerat.
* Et adiurauit me dominus meus, dicens: Non ac- 37.
cipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorũ,
in quorum terra habito:* sed ad domũ patris mei 38.
perges, & de cognatione mea accipies vxorẽ filio
meo:* ego verò respõdi domino meo: Quid si no- 39.
luerit venire mecum mulier? * Dominus, ait, in cu- 40.
ius conspectu ambulo, mittet angelũ suum tecum,
& diriget viam tuam: accipiesque vxorem filio
meo de cognatione mea & de domo patris mei. * 41.
Innocens eris à maledictione mea, cùm veneris
ad propinquos meos, & non dederint tibi. * Veni 42.
ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi: Domine
Deus domini mei Abraham, si direxisti viam
meam, in qua nunc ambulo, * ecce sto iuxta fon- 43.
tem aquæ, & virgo, quæ egredietur ad haurien-
dam aquam, audierit à me: Da mihi pauxillum
aquæ ad bibendũ ex hydria tua:* & dixerit mihi: 44.
Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: ipsa est mulier
quam præparauit Dominus filio domini mei. * 45.
Dúmque hæc tacitus mecum voluerem, apparuit
Rebecca veniens cum hydria, quam portebat in
scapula: descenditque ad fontem, & hausit aquam.
Et aio ad eam: Da mihi paululum bibere. * Quæ 46.
festinans deposuit hydriam de humero, & di-
xit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuam po-
tum. Bibi, & adaquit camelos. * Interrogaui- 47.
que eam, & dixi: Cuius es filia? Quæ res-
pondit: Filia Bathuelis sum, filij Nachor,
quem peperit ei Melcha. Suspendi itaque inau-
res ad ornandam faciem eius, & armillas posui

48. in manibus eius. * Pronúſque adoraui Domi-
num,benedicẽs Domino Deo domini mei Abra-
ham, qui perduxit me recto itinere, vt ſumerem
49. filiam fratris domini mei filio eius.* Quamobrem
ſi facitis miſericordiam,& veritatem cum domino
meo,indicate mihi:ſin autem aliud placet, & hoc
dicite mihi, vt vadam ad dexteram, ſiue ad ſini-
50. ſtram. * Reſponderúntque Laban & Bathuel: A
Domino egreſſus eſt ſermo : non poſſumus extra
51. placitum eius quidquam aliud loqui tecum. * En
Rebecca coram te eſt,tolle eam, & proficiſcere, &
ſit vxor filij domini tui,ſicut locutus eſt Dominus.
52. * Quod cùm audiſſet puer Abraham, procidens
53. adorauit in terram Dominum.* Prolatiſque vaſis
argenteis,& aureis, ac veſtibus, dedit ea Rebeccæ
pro munere, fratribus quoque eius,& matri dona
54. obtulit. * Inito conuiuio, veſcentes pariter & bi-
bentes manſerunt ibi. Surgens autem mane, lo-
cutus eſt puer: Dimitte me, vt vadam ad domi-
55. num meum. * Reſponderúntque fratres eius &
mater : Maneat puella ſaltem decem dies apud
56. nos, & poſtea proficiſcetur. * Nolite, ait, me
retinere, quia Dominus direxit viam meam:
57. dimittite me vt pergam ad dominum meum *
Et dixerunt : Vocemus puellam, & quæramus
58. ipſius voluntatem. * Cúmque vocata veniſſet,
ſciſcitati ſunt : Vis ire cum homine iſto ? Quæ
59. ait : Vadam. * Dimiſerunt ergo eam, & nu-
tricem illius, ſeruúmque Abraham, & co-
60. mites eius, * imprecantes proſpera ſorori ſuæ,
atque dicentes : Soror noſtra es, creſcas in
mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas
inimico

inimicorum ſuorum. * Igitur Rebecca, & puellæ 61.
illius aſcenſis camelis, ſecutæ ſunt virum: qui feſti-
nus reuertebatur ad dominum ſuum: * Eo autem 62.
tempore deambulabat Iſaac: per viam quæ ducit
ad Puteum, cuius nomen eſt Viuentis, & videntis:
habitabat enim in terra auſtrali, * & egreſſus fuerat 63.
ad meditandum in agro, inclinata iam die: cumq;
eleuaſſet oculos, vidit camelos venientes procul.
* Rebecca quoque, conſpecto Iſaac, deſcendit de 64.
camelo, * & ait ad puerum: Quis eſt ille homo qui 65.
venit per agrum in occurſum nobis? Dixítque ei:
Ipſe eſt dominus meus. At illa tollens citò pallium,
operuit ſe. * Seruus autem cuncta, quæ geſſerat, 66.
narrauit Iſaac. * Qui introduxit eam in taberna- 67.
culum Saræ matris ſuæ, & accepit eam vxo-
rem: & in tantum dilexit eam, vt dolo-
rem, qui ex morte matris eius
acciderat, temperaret.



ARGVMENTVM.

Abrahæ seruus atriensis adiuratus ab hero, eius filio Isaaco, vxorem de Mesopotamia Rebeccam adducit, adductam Isaac capit.

VERS. 1. IERVMQVE MVLTORVM] subaudi, bonorum suffecisset alioqui, *senem* dicere. Tum fuit centum & quadraginta annorum. *August. lib. 16. de ciuitate Dei c. 33.*

VERS. 2. IN CVNCTIS] Deus eum bonorum spiritualium & terrenorum affluentia cumularat.

1. Iureiurandi formula, manu posita sub coxa. SERVVM SENIOREM] procuratorem suum Eliezer. *Vide sup. 15. 2.* Quantoperè expediat, vt filij parentum consilio vxores ducant, multis hic Hamerus. Veritati tamen repugnat quod contendit Caluinus, non esse validas nuptias, quæ contra parentũ voluntatem contrahuntur: quod Theologiæ rectæ, & Canonibus repugnat; sed & rationi: quia non parentũ, sed contrahentiũ ipsorum consensus, nuptias facit.

Femur quid Hebræis. SVBTER FEMVR MEVM] Soliti Hebræi † femoris, lumborum, vteri nomine, significare omnes partes in quibus generationis principiũ est: de femore, quod illis ירך *Iarah*. Gen. 49. 10. *Dux de femore eius*. Exod. 1. 2. *eorum qui egressi sunt de femore Iacob*. Ideò cùm hic iubetur seruus manum subter femur ponere, hoc est sub coxâ sedentis Abrahæ; non nuda, sed veste cooperta; facilè est notatu, id non in signũ subiectionis, aut more regionis illius factum (vt censent S. Chrysost. *hom.* 48. & Abenezra:) cur enim de nullis aliis, quàm de patriarchis iuramentum exigentibus, id S.S. prodidit? certè quia peculiare in iis mysterium, nempè fides ex iis nasciruri Messiæ. Nec audiendus Gennadius cum Rabbinis, qui membro circumciso impositam vel suppositã manum volunt: tum quia falsum est *Iarach*, hoc membrum propriè significare, qua in re etiam Diodorus & Procopius decepti: sed solùm modò, femur ipsum, seu latus propriè dictum significat, & extensione quadã porrigitur ad ea quoque, quæ summa inter femina sub ventre, cuius quasi bases sunt femina. Nec circumcisio ad futurũ coniugiũ pertinebat. Nec etiã per contemptibilia illa membra adiurabatur, sed per Deum viuum ac verũ ex contemptibilibus illis Patriarcharum membris nasciturum: quæ cõmunis est sententia & vera. *D. Ambros. lib. 1. de Abrah. c. vlt. D. Hieron. hic in Tradition. Hebraicis, S. Cyrill. lib. 7. hic, D. August. serm. 75. de tempore, vbi & allegoriam de Christo & Ecclesia prosequitur, D. Gregorij & aliorum.*

2. Adiurare quãdo licitum. ADIVREM] licet superiori † in rebus magni momenti adiurare inferiorem. Sic fit in S.S. multis locis: nam Sponsus filias Sion adiurat *c. 2. & 3. Cantic.* Raquel Tobiam generum suum *c. 8. & 9.* Saul vt Rex populum *1. Reg. 14.* & alius impiè Michæam *2. paralip. 18.* vt Caiphas CHRISTVM *Math. 26.* Vide D. Thom. *2. 2. quæst. 90.*

3. Abrahæ terra quæ. VT NON ACCIPIAS] PROPOLOG. docemur matrimonia non iungere

iungere cum hæreticis vel aliis infidelibus, ne fides detrimentum sentiat. *Ambros. d. cap. vlt.*

SED AD TERRAM MEAM] vtique non † Vr Chaldæorum, vbi nulla eius reliqua cognatio erat: Sed Aram Mesopotamiæ; quæ superiùs dicta fuit terra Abrahæ, *c.12.1.* eò quod cognatio illius diu in ea consedit. Vel potes dicere complexum totã regionem vltra fluuiũ, in qua tam Mesopotamia, quàm Chaldæa eius patria. VERS. 4. 4.

COGNATIONEM MEAM] familiam Nachor; quæ Deum cæli colebat, sed cum idolis.

MVLIER] virgo. Nam † Hebræi solent *mulieris* nomen capere pro fœmina, vt sit non corruptionis, sed sexus. *Sic. D. August. de Locutionib. & Tertullian. lib. de Velandis virginibus c.4. cum seqq.* Sic CHRISTVS solet vocari, *filius mulieris*, & matri dixit, *mulier ecce filius tuus.* Sic Latini sæpè, *vt l. XXV. §. muliebri. D. de auro arg. lega.* VERS. 5. 4. Mulier, pro virgine.

CAVE NE,] nam Deus non Mesopotamiam, sed Chananæam eius semini promiserat. VERS. 6.

DE DOMO PATRIS] de Haram, vbi mortuus Thare. VERS. 7.

TERRA NATIVITATIS] de Vr Chaldæorum: priùs † de Vr, quàm de Haram: sed huiusmodi ordinem non multùm curat sacra Scripr. exemplum posui ex Act.7.16. *sup. c. præcedente v.10.* 5. Hysteroproteron in narratione sacræ Script.

LOCVTVS EST MIHI] cùm ipse mihi fuerit sanctè pollicitus, se hanc terrã semini meo daturũ; fas mihi non est dubitare, quin sit ipse mulierẽ inducturus, vt tecum, in terram posteris eius dandã, veniat.

ANGELVM SVVM] fide quoque † creditum Hebræis, à Deo custodes Angelos dari hominibus, vt seruent, ducant, doceant dirigantque. *Tob.4. & 5.* ACCIPIES INDE] illic acceptam huc deducas. 6. Angeli custodes hominum.

SIN AVTEM NOLVERIT] certus erat ipse, sed dubitationi seruire spondet. VERS. 8.

SVPER SERMONE HOC] promisit fideliter se iussa completurum. VERS. 9.

DECEM CAMELOS] De camelis & dromedariis legendi Aristoteles *lib.9. de historia animal. in fine,* Plinius *lib. 8. cap. 18.* & Schaliger Pater *Exercitat. 209. nu. 2.* Quid mysticè? docet Gregorius *lib. 1. Moral. c. 14.* VERS. 10. 7. Cameli.

EX OMNIBVS BONIS] Hebraicè, *omnia bona.* hoc est præcipua quædam ex singulis bonorũ generibus. Hebræi exponunt de inuentario cunctorum bonorũ Abrahæ, quem secum tulerit: quod nõ placet. Nuptiæ istæ ALLEGORIA sunt nuptiarum CHRISTI & Ecclesiæ; de qua fusissimè hic Guilhelm. Hamerus *à fol. 132. col. 5.* 8. Vrbs Nachor.

VRBEM NACHOR] Haram vbi Nachor habitabat, à Bersabee, vbi hæc dicta, septem vel octo dierum itinere distantem. *Tostadus.*

OCCVRRE] quod peto, fac vt se mihi offerat. LXX. εὐόδωσον ἐναντίον ἐμοῦ, prosperũ fac mihi occursum. Hebraicè est Hiphil, הקרה *Hakreh, fac mihi occurrere.* VERS. 12.

ECCE EGO STO;] Non dubitabat de promisso: sed de seipso, ne fortè vt indigno Deus non daret instinctũ & cognitionem peculiarem eius quam vellet Isaaco vxorem. Propterea † in re tam necessaria humano generi, nempè nasciturì ex hoc connubio SALVATORIS, VERS. 13. 9. Signi petitio an hic licita.

cupidus à Deo dirigi & instrui, signũ petit. Deinde quicquid in ipso signo incerti videtur, id totũ diuinæ prouidẽtiæ innititur, & promissis Abrahæ à Deo factis. Lege de signi petitione S. August. *hic q.63.*

10. Fons pro puteo. FONTEM] sacra Scriptura fontis † & putei nomine promiscuè vtitur, vt docent Glossæ Græcæ.

VERS. 14. IPSA EST] Quæso, Domine, vt quam tu vis esse vxorem Isaac, illa ipsa hæc faciat & dicat, vt ex huius factis dictisque cognoscam, quia ipsa sit & non alia.

VERS 15. 11. Deus suos statim exaudit. NECDVM INTRA SE.] Nota quàm propè suos Deus exaudiat: sic apud Isaiam ait Deus; *Eritque antequam clament ego exaudiã; adhuc illis loquentibus, ego audiam.* c.65.24. & Daniel; *adhuc me loquente in oratione ecce vir Gabriel,*&c. cap.9.21. Istud, *intra se,* nõ est Hebraicè, sed LXX. explicationis causa addiderunt, quia nõ dixerat voce, sed mẽte.

VERS. 16. 12. Virginitatis perfectæ descriptio ex Hebraismo. ET INCOGNITA VIRO] hæc inculcat & ingeminat, vt intelligamus castam fuisse & planè incorruptam mente simul & corpore. Nam quod Origenes *hic homil.* 10. secutus præceptorem suum Clementem Alex. *Stroma. lib.* 4. de mentis puritate disseruit, allegoricum est. Quod verò vir doctus huius temporis reputat nudam esse repetitionem, haut parũ à verò dissidet: cùm sit elegantissima coniuncta gradationi descriptio: dixerat *vers.* 14. esse נערה *Nagharah,* quod ætatis tantùm discrimen erat puellaris; ne puellam tantùm putares; addit hoc versu בתלה *Betulah,* quod sæpè virginem significat, sed aliquando etiam non virginem; ideò, ne quid dubij supersit, addit nunc hanc *Nagharah Betulah*, etiam fuisse ex earũ numero quas virorum nullus cognouerat, & vt vna voce nuncupat vers. 43. עלמה *Ghalmah*, hoc est absconditam & nulli viro reuelatam: de qua voce multa hic D. Hieronymus, & Pererius *disp.*8. Sed plura dicturus sum Deo dante *ad c.7.v.14. Isaiæ*: vbi ostendam hoc nomine Rebeccam
13. Incognita viro Hebraismus. typum Deiparæ virginis fuisse. Hic tantum addo, istud *incognita viro;* more Hebræo accipiendum de copula. Nam vt aliter capias, non permittit ipsa narratio Moysis, ostendens Rebeccam publico se nõ abstinuisse: & responsio Thomæ Eboracensis, solummodò suspicionem de castitate amouet: ac proinde nostram explicationem confirmat.

VERS. 18. SVPER VLNAM SVAM] non solùm potum præbet, sed etiam liberat illum molestia vrnam leuandi.

VERS. 19. DONEC CVNCTI BIBANT] donec omnes ad vnum satientur & cessent bibere.

VERS. 20. CANALIBVS] eliciis ad animantium potum excisis vel effossis.

VERS. 21. CONTEMPLABATVR EAM TACITVS] attonitus perpendebat non speciem tantùm, sed officiositatem, sedulitatem, caritatémque, & iam Domino suo dignam iudicabat. Vnum de genere dubium angebat. Ideò illam statim de genere interrogauit, vt habes *infrà v.43.* & (quod prorsus verisimile) vicissim ab illa interrogatus fuit, cur id quæreret? & quis esset? his vtrimque dictis munera data.

VERS. 22. POSTQVAM AVTEM BIBERVNT] & interrogationes, quas dixi, factæ; vt benè Thomas Anglicus. Possis etiam dicere, prolatas

inaures

inaures ante, interrogationem, (vt indicat iste verſ.) Sed poſt reſponſionem, puellæ demum datas, vt dicitur *d.v.43.*

Inavres avreas appendentes siclos dvos] ſicli duo maiores vnciam auri faciunt, pluſquam coronatos noſtros ſeu ſcutatos Hiſpanicos octo, *dos doblas de à quatro*. ideo non arbitror hoc ita capiendum, quaſi ambæ ſimul viriolæ duos ſiclos facerent maiores; nam pondus nimis pro vnâ aure graue foret tetradrachmus & Hebræa Græcáque repugnarent: multò minùs dicendum, ſingulas duo huiuſmodi ſiclorum pondo fuiſſe. Sed contendo ambas ſimul viriolas vnum, & quidem maiorem ſiclum; ſed duos minores appendiſſe, vt ſingulæ fuerint aureorum duorum plus minus, quod illa ætate non videtur nimium pondus. Probo quod dixi; tum quia, vt maior, ſic etiam minor, *ſiclus* vocabatur, & eamdem habebat inſcriptionem, ab vnâ parte (ſic quos vidi, maiores, & minores) vaſculum Mannæ cum litteris Samariticis *Sekel Iſraël*, & facie aduerſâ florentem Aaronis virgam additis litteris *Ieruſalaim Kedeſſah*; pondus ſolum indicio erat, maior an minor ſiclus eſſet, quia minor maioris ſemiſſem æquabat. Deinde habes Hebraicè inaurem auri dimidium *ſicli pondus eius.* נזם זהב בקע משקלו *Nezem Zahab Bekagh Miſcolo.* Quod Chald. exponit, *et vir inaurem aureã appendentẽ ſiclum vnum.* vterque textus conſentit, & vterque ſingulari vſus pro duali: quis enim credat vnam inaurem datam, & nõ duas? ſed Chaldæus vtriuſque pondus expreſſit, Hebræus verò etiam vtriuſque, ſed ſiclo maiore, Chaldæus minore. Nam minor maioris dimidium. בקע ſignificare dimidium ſicli tantùm docet hîc D. Hieronymus: quamquam de vnciæ & ſemunciæ vocabulis ab eo additis, quod dicam nõ habeo; niſi mendoſa eſſe: nec enim D. Hieronymum fugiebat, *Sekel* ſemunciæ pondus eſſe *Kekaab* vnciæ quadrantem. Deducitur à radice *Bakagh*, *ſcindere*; quòd ſit ſciſſus ſeu diuiſus ſiclus. Satis apertè indicat textus Hebræus Exod. 38.v. 25. *Bekagh dimidium ſicli*, quod non inuenias in noſtra verſione, de quo ibi. Apertiſſimè quoque, quod contendo, confirmant hîc LXX. vertentes *δύο ἐνώτια χρυσᾶ ἀνὰ δραχμὴν ὁλκῆς duas inaures aureas ſingulas drachmæ ponderis.* nam *ἀνὰ* illic eſt diſtributiuum (vt optimè Lipomanus) ſicut Lucæ 9.v.3. *μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας* hoc eſt *neque ſingули duas tunicas.* Singulæ inaures drachmam appendêbant, ergo ambæ ſimul didrachmum. Sed LXX. (vt docui cap. ſuperiore) Siclum vocant didrachmum: ergo ſecundùm eos ambæ ſimul ſiclum maiorem, ſingulæ verò medium ſiclum maiorem appenderunt; hoc eſt vnum *Bekagh*; hoc eſt, vt noſter vertit, ambæ ſiclos duos minores appenderunt. Sic omnia probè conueniunt; quæ à me prolixiùs dicenda fuerunt, tum vt LXX. à reprehenſione Eugubini vindicarem, tum quia vel in prolixiſſimis illis ad Geneſim commentariis locus iſte, in quo nodus dignus vindice, ſilentio præteritur: Saa verò rem acu attigit, ſed more ſuo non probauit.

14 Rebeccæ inaures quanti ponderis

15 Siclus maior & minor. Conciliatæ verſiones.

16 Bekagh, quid.

Armillas totidem] ψέλια ſeu virias & ipſas aureas, ſingulas quinque ſiclorum, hoc loco cùm non ſit *Bekagh* ſed *Sekel*; de ſiclis

17 Armillarum Rebeccę valor.

integris & quidem maioribus accipio, vt singulæ armillæ plus minùs viginti scutatorum nostrorum fuerint. LXX. *aureos decem* dicunt, sed de siclis id intelligendum, iuxta ea quæ diximus *sup. 20. v. 16.* Sic etiã intelligendus S. Irenæus *lib. 1. contra hæreses cap. 15.*

VERS. 23. DIXITQVE AD EAM] de † concordiã diuersarum in sacra Scriptura narrationum, & regulis attendendis ne contrariæ videantur, erudite & copiosè admodùm differit Bened. Pererius *hîc disputat. 9.*

18 Narrationũ diuersitas in sacra Scriptura quo modo concilianda?

MISERICORDIAM ET VERITATEM] solent hæc duo Hebræi coniungere, vt idem significantia. *Augustin. notat hîc q. 66.* Sensus est; Misericors & verax fuit ergo Dominum meum misericors pollicendo & decernendo, verax præstando.

VERS. 27. 19. Misericordia & veritas.

IN DOMVM MATRIS] festinanter rediit ad Gynæconytim, hoc est eam domus partem, vbi mater seorsim cum puellis degebat, more Hebræorum, & Orientalium omnium; quibus virorum & fæminarum vnâ in domo distinctæ habitationes; qua de re curiosè & eruditè noster Nicolaus Serarius *vtilissimis in Hesther commentariis*, ego etiam nonnulla *in Speculo Mariano, tracta de Dei timore.* Vt nihil necesse sit confugere, ad varias illas Thomæ Anglici coniecturas, ex moris huius natas ignoratione. Filia ergo quæ acciderant matri, mater Bathueli, marito (qui adhuc viuus) narrat. hic communem filium Labanum iubet hospitis curam agere.

VERS. 28. 20. Gynæconytis, seu habitatio fæminarum, à viris seiuncta.

VERS. 30. CVMQVE VIDISSET] postquam viderat & audierat. Nam hæc oculis & auribus domi acceperat: nec superuenit Rebeccæ ad fontem existenti: ne fallaris, Hebraismi ambiguitate.

IVXTA] sicut עַל Hebræum, sic etiam ἐπὶ Græcum frequenter pro ad seu ponè capitur. Ideò rectè LXX. & non rectè eos damnat Steuchus.

VERS. 31. INGREDERE BENEDICTE DOMINI] Deo dilecte & gratiose, cui Deum fauere cerno, & vt porrò faueat opto.

AD LAVANDOS PEDES EIVS] quid sibi hîc velit Steuchus nescio, nam in nullis exemplaribus Latinis vlla mentio lauandorum camelorum, vt nec in Hebræis aut Græcis.

VERS. 33. NON COMEDAM] mandatum docet ante omnia exsequendum.

VERS. 35. *Sic D. Ambrosius.*

VERS. 37. BENEDIXIT DOMINO MEO VALDE] supramodùm ditauit.

MAGNIFICATVS] exaltatus LXX.

21. Canon in repetitionibus verborum.

ADIVRAVIT] Canon † est in eiusmodi repetitionibus verborum sufficere si sententia congruat, etiamsi verba non sint eadem, & verborum alius ordo. *D. Augustin. hic q. 64.*

VERS. 41. INNOCENS ERIS A MALEDICTIONE] non teneberis ad pœnam iurisiurandi. Promiscuè vocat iuramentum & † maledictiõnẽ, eo quòd in iurisiurandi fine addebatur imprecatio, si feceris, Deus sit tibi propitius; sint hæc & faciat tibi, & addat.

22. Maledictio pro iuramẽto. Iurisiurandi clausula.

VERS. 47. SVSPENDI] dedi, vt cùm vellet posset suspendere. nam manibus donum retulisse indicatur v. 30. *cùmque vidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ.*

AD

Ad ornandum faciem eius] hoc videtur excidisse & mutilum esse in versione Græcâ, quæ in lib. Regiis tantùm, *τὰ ἐνώτια καὶ τὰ ψέλια περὶ τὰς χεῖρας inaures & brachialia circum manus*, quorum tamen verborum non est sensus quem fingit, vt feriat, Steuchus; scilicet inaures brachiis ornandis impensas, sed manibus inaures cum armillis tenuisse vt dictum, has brachiis, illas auribus ornandis, vt benè noster. Nimirum solet libido carpendi non modò fallere, sed excæcare.

Si facitis misericordiam et veritatem] si gratum Abrahæ vultis facere, eique vos humanos exhibere, & gerere quales ergà se purat esse, hoc est benè affectos: item ne signa diuinæ voluntatis spem eius fallant. — Vers. 49. 23. Facere misericordiam & veritatē.

Vt vadam ad dexteram sive ad sinistram] Puto † cum Procopio Hebraismum esse, q.d. vt hinc discedens vbi vbi potero aliam vxorem quæram. Nam erant adhuc alij vndecim filij Nachor à quibus poterat petere. sup. *cap. 22. in fine*. Est locutio parœmialis. *vide Adagia sacra*. §. 38. — 24. Ire ad dexteram siue ad sinistrā.

Bathvel] hunc † Bathuelem fingere natu minorem Labani fratrem, verè est sine authore fingere. planè fallitur Iosephus *lib. 1. c. 16.* scribens Bathuelem patrem Labani iam mortuum, cùm hîc viuat & loquatur. Præponitur Laban patri, quia (vt feruentior) præuênit promittendo, & pater dictum eius ratum habuit. Nec mirum præuenisse, quia fortè pater iam senex, robusto filio curam totius familiæ commiserat. *Sic Caietan. & Lipoman.* — Vers. 50. 25. Vnicus Laban.

A domino egressvs est sermo] voluntas hæc Dei est. pro *egressus* est יצא *Iaça*, exiit. Sed significat motum voluntarium omnino, & in quo libertas volentis prædominetur. Et est locutio parœmiaca. *lege Adagia sacra*. §. 39. — 26. Sermo egressus à Deo.

Coram te est] in manum tibi traditur abducenda: *vide Adag. sacra*. §. 40. — Vers. 51. 27 Dei locutio.

Locvtvs est dominvs] signo quo voluntatem suam declarauit. *D. Augustinus q. 67.*

Vasis] mundo muliebri, & aliâ supellectile. Sic enim † Hebræi vocant vasa musica, vasa bellica, vasa mortis: ipsa quoque corpora, eorumque membra dicuntur vasa. — Vers. 53. 28. Vasa Hebraicè quid.

Dona obtvlit] optimos Palæstinæ fructus, qui in Mesopotamia rariores: vel alia quæuis munera pretiosa. Vtrumque significat מגדנות *Migdonoth*. Hæc dona refero ad genus nuptiarum per coëmptionem: de quo infer. agendum *cap. 29. v. 18.*

Pver] seruus. — Vers. 54.

Fratres] Laban & ceteri cognati. cur Bathuel taceat mira Rabbini, & indigna relatu confingunt, quæ Tostatus habet. Solus Abenezra rectè respondet: quia filio Labano vices suas demandarat. — Vers. 55.

Saltem decem dies] hoc est menses, aiunt Iudæi. Sed inciuilis petitio foret. Sensus: breuem hanc moram ad amplexus & longum vale dicendum, largire.

VERS. 57. VOLVNTATEM] non de sponsalibus (*D. Ambrosius,*) in quæ cum parentibus consenserat,& arrabonem acceperat,munera *v.53*.Sed de hac repentina profectione.

VERS. 59. NVTRICEM ILLIVS] ex cap.35.in quosdam libros *Debora*, nomẽ nutricis irrepsit : quod nec Hebraicè , nec Chaldaicè est, nec Græcè

30. Concitatæ versiones. apud LXX.qui pro *nutricem* verterunt, *substantiam,* ὑπάρχοντα. Hebr. מנקתה *Menikta* , cuius radix ינק lactare. Sic noster accepit. Sed LXX.putarunt radicem esse מנה *Manah*, vnde eiusdem terminationis nomen , significans partem seu hereditatem ; vt hic ponatur pro donis quæ illi dotalia numerata.

VERS. 60. SORORI] consanguineæ. nam ad conuiuium cognati multi accurrerant, qui ab Hebræis fratres vocari consueuerunt.

CRESCAS IN MILLE MILLIA]plurimam posteritatem Deus tibi tribuat,sicut Abrahæ promisit.

PORTAS] hæ imperij, (quia in illis iudicia exercebantur;) & victoriæ, (quòd per illas victores irrumpunt) simul signum erat:inde nata phrasis,de qua Adag. Sacra.§.41. Completa, victoriis prophetia quas Esau & Iacob posteri multas de hostibus obtinuerunt.

VERS. 61. PVELLÆ] ancillæ in dotem datæ , vt tum moris : sicut & postea cap.29.v.24.& 29.

VERS. 62. PER VIAM] LXX. διὰ τῆς ἐρήμου. *per desertum*. Negat Eugubinus hoc loco solitudinem esse, & ideo interrogat, quid LXX. sibi velint? Explicant locum deambulationis Isaac : qui vicinus deserto Sur:ambulabat crebrò in hoc loco solo, maximè meditaturus.

AD PVTEVM] de quo mox cap.sequ.

TERRA AVSTRALI] in eâ Palæstinæ parte, quæ vergit ad meridiem,haut procul à Barsabee.

VERS. 63. AD MEDITANDVM] optimè noster. nam † שוח *Scuach* significat submissa & intra labia compressa voce mussare, quid sit dicturus , vt solent secum,qui mente orant seu meditantur vt præter alios fatetur Clarius : nec dissentiunt LXX. qui, de spirituali exercitatione intelligentes,verterunt , ἀδολεσχῆσαι. Quod verbum verè monet Augustinus.*q.69*.etiam in bonum sumi : neque id sacræ Scripturæ proprium (vt Suidas censet)sed inuenitur etiam in Platonis Cratylo.Procopius; „ ἀδολεσχῆσαι significat magno studio & sollertiâ alicui rei esse intentum.] Sic etiam *meditari*, pro exercere,vtuntur Plautus, Virgilius,Iuuenalis vt docet Anton. Nebrissensis *Quinquagena*.3.*cap*.28.TROPOLOG. Orationi sola loca & quietem necessaria multis hic Hamerus.

VIDIT CAMELOS] subaudi,& obniam iuit venientibus.

VERS. 64. DESCENDIT] cùm sciret se prope domum Abrahæ , & virum videret ad se tendere , suspicata quod erat ; interrogauit : post certior facta,velociterhonoris sponso deferendi gratiâ de camelo se demisit. Hebraicè,desiliit.

VERS. 65. PALLIVM] LXX. θέριστρον, vestis † fœminarum Arabiæ & Meso-

32 Theristrũ. potamiæ ; (*Hieronym. hic & in cap.3. Isaie*) faciem totam vno oculo dempto contegebat. Tertullian. *lib. de virginibus velandis c.* 11. & de coronâ

coronâ militis *c.4* hoc factum laudat, idem *lib. de pallio*, theristri vocem agnoscit, & Lydæ Omphalæ tribuit nomen indicat æstiuum integumentum fuisse, vt Pollux *in Onomast.* notauit. Hebræum צעיף *ça-ghiph*, potes vertere, calyptram, velamen, flammeum, quo se pudoris & verecundiæ causa; adspectum & contactum maritalem præsumens, contexit: qui mos nouarum nuptarum fuit & inde ab obnubendo nuptiæ dictæ *Lege B. Brissonium, de ritu nuptiarum fol. 29. & infer. cap. 38. 14.*


NARRAVIT ISAAC] huic primum, quem primum inuenit: postmodùm Abrahæ, à quo missus. *ita Procopius.* VERS. 66.

IN TABERNACVLVM SARÆ] hinc patet quod dixi sup. v. 28. seorsim viros, seorsim fæminas habitasse. Abraham Isaaco tabernaculum matris cum bonis eius tradiderat inhabitandum. VERS. 67.

VT DOLOREM &c.] clarissimè explicuit, quod erat Hebraicè; *& consolationem accepit Isaac post matrem suam.* Triennio nempe post mortem matris *benè Caietanus.* MYSTICA, fusè in Cathena proponit Aloys. Lypomanus.

* *
*

Vv CAPVT



CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

1. ABraham verò aliam duxit vxo-
2. rem nomine Ceturam: * quæ pe-
perit ei Zamran & Iecsan, & Ma-
dan, & Madian, & Iesboc, & Sue.
3. * Iecsan quoque genuit Saba, &
Dadan. Filij Dadan fuerunt Assu-
4. rim, & Latusim, & Loomim. * At verò ex Madian
ortus est Epha, & Opher, & Henoch, & Abida, &
5. Eldaa: omnes hi filij Ceturæ. * Deditque Abraham
6. cuncta quæ possederat, Isaac: * filiis autem concu-
binarum largitus est munera, & separauit eos ab
Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret, ad plagam
7. orientalem. * Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ,
8. centum septuaginta quinque anni. * Et deficiens
mortuus est in senectute bona, prouectæque æta-
tis, & plenus dierum: congregatúsque est ad popu-
9. lum suum. * Et sepelierunt eum Isaac & Ismael fi-
lij sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro
10. Ephron filij Seor Hethæi e regione Mambre, * quē
emerat à filiis Heth: ibi sepultus est ipse, & Sara
11. vxor eius. * Et post obitum illius benedixit Deus
Isaac filio eius qui habitabat iuxta puteum nomine
12. Viuentis & vidētis. * Hæ sunt generationes Ismael
filij Abrahæ: quem peperit ei Agar Ægyptia, fa-
13. mula Saræ: & * hæc nomina filiorum eius in voca-
bulis

bulis & generationibus ſuis. Primogenitus Iſmae-
lis Nabaioth deinde Cedar, & Adbeel, & Mabſam,
* Maſma quoque, & Duma, & Maſſa, * Hadar, & 14.
Thema, & Iethur & Naphis, & Cedma. * Iſti ſunt 15.
& filij Iſmaelis & hæc nomina per caſtella & oppi- 16.
da eorum, duodecim principes tribuum ſuarum.
* Et facti ſunt anni vitæ Iſmaelis centum triginta 17.
ſeptẽ deficienſq; mortuus eſt, & appoſitus ad po-
pulum ſuum. * Habitauit autem ab Heuila vſque 18.
Sur, quę reſpicit Ægyptum introeuntibus Aſſyrios
coram cunctis fratribus ſuis obiit. * Hæ quoque 19.
ſunt generationes Iſaac filij Abraham: Abraham
genuit Iſaac, * qui cum quadraginta eſſet annorũ, 20.
duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de
Meſopotamia, ſororem Laban. * Deprecatuſque 21.
eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quòd eſſet
ſterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Re-
beccæ. * Sed collidebantur in vtero eius paruuli, 22.
quæ ait: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit
concipere: Perrexitq; vt conſuleret Dominũ. * Qui
reſpõdens, ait: Duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo 23.
populi ex vẽtre tuo diuidentur, populúsq; populũ
ſuperabit & maior ſeruiet minori. * Iam tempus pa-
riendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius re- 24.
perti ſunt. * Qui prior egreſſus eſt, rufus erat, & to-
tus in morem pellis hiſpidus: vocatumque eſt no- 25
men eius Eſau: Protinus alter egrediens, plantam
fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Ia-
cob. * Sexagenarius erat Iſaac quando nati ſunt ei
paruuli. * Quibus adultis, factus eſt Eſau vir gnarus 26.
venandi, & homo agricola: Iacob autem vir ſim- 27.
plex habitabat in tabernaculis. * Iſaac amabat Eſau 28.

eo quòd de venationibus illius vescеretur: & Re-
29. becca diligebat Iacob.* Coxit autem Iacob pul-
mentum ad quem cùm venisset Esau de agro la-
30. ssus,* ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia oppi-
dò lassus sum. Quam ob causam vocatum est no-
men eius Edom.* Cui dixit Iacob: Vende mihi pri-
31. mogenita tua.* Ille respondit: En morior, quid mi-
32. hi proderunt primogenita?* Ait Iacob: Iura ergò
33. mihi. Iurauit ei Esau; & vendidit primogenita.* Et
34. sic accepto pane & lentis edulio, comedit,
& bibit, & abiit paruipendens quod
primogenita vendi-
disset.

ARGV



ARGVMENTVM.

Abrahami tertia vxor, obitus, liberi. Rebecca parit Esau & Iacob, huic ille vendit primogenituræ prærogatiuam.



ALIAM]tertiam, mortuus opinor Sarâ (*Sic Origen. hom.* 11.) & Agar, de quo statim. Potuit adhuc liberos gignere, quia Deus effœtum illud corpus, vt Isaacum gigneret, validum & fœcundum reddiderat. Causa ducendi, vt ex eo semen inter gentes quoque multiplicaretur, instinctus Dei, Mysticas causas, duorum generum, quæ impugnatura Ecclesiam, apertâ vi Sarraceni, & dolo hæretici; petas ab Origine 5. & Epiphanio *in fine Panarij*; à quibus sumpsit D. Augustinus *q.* 70. VERS. 1.

CETHVRA] iuuencula fuit Chananæa, quicquid ex Hebræorum traditione D. Hieronymus. aliam ab Agar textus docet, *v.* 6. qui *concubinas*, dicit, nec vlla causa cur ad enallagen confugiatur. *vide Caietan. & Tostadum*. Puto fuisse ancillam Abrahæ: nam si ingenua, non vocaret *concubinam*. Hæ nuptiæ factæ ductâ iam Rubeccâ: & datis Isaaco, cum habitatione pristinâ. bonis hæreditarijs, retentis dumtaxat, quæ sibi largè suppeterent. Nam præcedenti capite narrauit Eliezer, ante aduentum Rebeccæ, iam hæredem institutum *cap.* 24. 36. nullâ (vt puto) prolepsi: sed quia hoc ordine res acta: moritur Sara, mox bonis & tabernaculo pater cedit filio, denique Cethuram ducit. 1. Cethura, nô est Agar.

PEPERIT] tradit post Iosephum D. Hieronymus hos Cethuræ filios tenuisse Troglodytim, & Arabiam Felicem vsque ad mare rubrum: addunt alij plerasque regiones Indiæ occupasse. vix vlli eorum noti præter solos Madianitas. VERS. 2. 2. Cethuræ filij.

DADAN]posterorum Dadan seu Dedan, mentio est in libris propheticis, videntur mercaturæ dediti, & quidem in duos diuisi populos, nam Ezech. bis eos, vt diuersos nominat *cap.* 27. *v.* 15. *&* 20. & habitasse in Idumæorum vicinia quia iunguntur exitio Idumæis, vt eorum socij *cap.* 25. 13. *Ezechiel. & Ierem.* 49. 8. VERS. 3. Dedan.

ASSVRIM, LATVSIM, LOOMIM] Iosephus corrumpit hæc nomina, quæ ex Hebræo patet esse non singulorum hominum, sed populorum: vt arbitror à suis conditoribus Abrahæ filijs nuncupatorum: qui fortè sic fuerant appellati ab artificio cuiusque priuato. Nã (teste Hieronymo) *Assurim* significat negociatores; *Latusim*. ferri, æris, & aliorum metallorum fabros; *Loomim*, multarum tribuum ac populorum rectores. Chaldæus exponit habitantes in castris, in tabernaculis, & in insulis. Assurim. Latusim. Loomim.

EPHA]ab hoc regio Epha † *Esaia* 60. 6. VERS 4.

EPHER]cuius filius Afer, Libyâ domitâ, vrbi & regioni nomen imposuit, vt ex Alexandro Polyhistore, & Cleomede Malcho (qui fors, cuius supersunt in Bibliotheeis philosoporum vitæ) retulit Iosephus. de reliquis, quæ ab ijs gentes propagatæ, N. L. mihi. Epha. Africa. Malchus quidam.

VERS. 5.

3. Concubinarũ filij potuerunt hæredes instituti.

CVNCTA QVÆ POSSEDERAT]antè dederat, vt dixi: nunc fortaſſis confirmauit donationem cauſa fuit, quia terra promiſſionis à Deo fuerat promiſſa ſolis poſteris Iſaaci; declarante id Sara: *non erit filius ancillæ hæres cum filio meo.* Sup. 21. 10. Alioquin, & ſi nonnulli negent, arbitror † potuiſſe filios ſecundariarum vxorum hæredes inſtitui, ſi pater vellet. Patet ex teſtamento Iacob, in quo eâdem cerâ quâ alij continentur, & diuiſa illis æquâ ſorte terra promiſſionis.

VERS. 6.

4. Concubinarum & vxorum diſcrimen.

FILIIS AVTEM CONCVBINARVM] non ſolius Agar, vt Chaldæus & Rabbini volunt: ſed Agar & Cethuræ, vt Latini. Notandum, ſicut Græcis inter παλλακὰς & γυναῖκας (*de quo Homerus hic*) & Latinis inter concubinas, ſeu contubernales, & vxores iuſtas ſeu Dominas & matresfamilias, (*qua de re lege Briſſonium lib. de ritu nuptiarum:*) ſic etiam Hebræis inter פלגשים *Pilageſſim* & נשי *neſcei*, multiplex diſcrimen fuiſſe. Nam in ſacra Scriptura nulla vxor primaria Domina ſeu mater familias; vocetur *concubina*: ſecundariæ verò iſtæ modò *vxores*, modò *concubinæ* nuncupatur. quemadmodum hic Agar & Cethura dicuntur *concubinæ*, quæ priùs *vxores*, nuncupatæ *c.* 16. 3. *& hic v.* 1. item illa Leuitæ infælix contubernalis, tam *vxor*, quam *concubina Iudi.* 19. *v.* 1. *&* 10. Deinde vxor primaria ducebatur ſponſalibus præmiſſis, dote dictâ, & certis ritibus interpoſitis: & non ad thori tantum, ſed dominij & bonorum omnium communionem admittebatur. nihil horum concubinæ, quæ vt plurimum ſeruilis conditionis, & ancillæ manebant, *dixi de hac re Cant.* 7. 6. *& in ſpeculo Mariano, penultima de timore Dei lectione.*

5. Magorum triũ munera in Abraham muneribus præfigurata.

MVNERA]legatis opimis onerauit, quos hæreditatis ſucceſſione arcebat; pecunia ſignata, aurum, argentum, veſtes pretioſæ, & thus, & myrrham, & aurum data, quæ victor eripuerat Chodorlaomor & alijs Regibus. *Sic Epiphanius in fine ferè Panarij.*

SEPARAVIT]ne idololatræ Iſacidas contaminarent, vel in pacificâ Terræ promiſſæ poſſeſſione turbarent.

6. Orientis filij ſeu Orientales.

AD PLAGAM ORIENTALEM]Geminat Hebræus; *Ad orientem, ad terram orientis.* ad differentiam Iſmaëlitarum: nam Iſmaëlitæ proximè Iſacidis erant Orientales; ſed Cethuriani † etiam ipſis Iſmaëlitis, vlteriùs ad ortum Solis iuſſi recedere, vnde hi, & non illi ſolent perpetuò vocari *Filij Orientis* de horum finibus vide Ariam Montanum *in lib. Chanaan. cap.* 3. *&* 4.

7. Abrahæ mors.

MYSTICVM ſenſum de Cethurâ & filijs illius petite ab Origine, *homil.* 11.

ET DEFICIENS] rectè verſum *gauah*, fatentur etiam Abenezra & Kimchi ſignificat non violẽtiâ, aut vi morbi, ſed humido naturali deficiẽte deceſſiſſe *vide Oleaſtrũ.* Arbitror cùm Iacob & Eſau eſſent an-

Chronographia

norũ quidecim, à nuptijs Iſaac anno triceſimo quinctó. Natus Abraham fuerat poſt diluuium anno ducenteſimo nonageſimo ſecundo; poſt confuſionem linguatũ anno fermè centeſimo nonageſimo. Noë mortuus eſt anno Abrahæ quinquageſimo octauo. Anno ſeptuageſimo quincto ætatis ei Deus apparuit iubens ex Chaldæa diſcedere

& profe

& profectus in Harã. Anno ætatis octuagesimo quincto duxit Agarẽ, & 86. natus ei Ismahel. Nonagesimo nono anno fuit circumcisus, & in eundem annũ incidit excidium Pentapoleos. Centesimo natus illi Isaac. Anno centesimo quincto ablactatus Isaac, & ciectus Ismaël quẽ postea anno vicesimo, hoc est Abrahæ cẽtesimo vigesimo quincto conatus immolare. Postea anno Abrahæ centesimo trigesimo quinto mortuus est Thare. Anno cẽtesimo trigesimo septimo decessit Sara: centesimoquadragesimo Rebeccam Isaac duxit, cũ ipse esset quadragenarius. Anno cẽtesimo sexagesimo nati sunt illi nepotes gemini Esau & Iacob, quãdo Isaac erat sexagenarius. Anno ætatis 176. decessit è vitâ. quando erat Isaac LXXV. annorum, Iacob verò quindecim; Ismaël annorum octoginta nouem, filij & Cethura annorum plus minus triginta trium. *Lege Pererium hic disp.* 4. SENECTVTE BONA] maturè, & tempore suo, siue spectes ætatem, siue gratiam illud, quia decrepitus; hoc quia sine ægritudine, & plenus meritis. PLENVS DIERVM] viuendi satur, & cupiens dissolui. CONGREGATVS EST] sicut quod sequitur; *sepelierunt eum*, ad corpus pertinet; & quod præcessit, *Plenus* seu satur *dierum*, ad totum compositum; ita istud *congregatus* &c. ad † alteram partem compositi pertinet, nempe animam. Manet † ergo, quod post mortẽ cum alijs congregetur, vt & illa ad quæ seu quibuscum congregetur. Hinc (vt † notat glossa Græca) rectè probatur animæ nostræ immortalitas, & iustos aliquo in loco simul congregari. Ex simili phrasi colligunt Rabbini Ismaelẽ in gratia Dei mortuum. Etenim cum phrasim perpendo, non inuenio in sacra Scriptura de alijs quàm iustis vsurpari. de Abraham *hic*, de Isaac *cap.* 35. *v.* 29. de Aaron, *Num.* 20. 24. Iosephus, sed malè de malis etiam vsurpat. De ceteris bonis malisque promiscuum illud in sacris litteris. *dormiuit cum patribus suis*, vt modestiæ causâ de seloquitur Iacob, *Genes.* 47. 30. & propriè de Roobam 2. *paralip.* 12. de Aza *ibid. v.* 16. de Achaz *ibid. v.* 28. vbi ponitur simpliciter pro sepeliri seu decedere. In Nouo testamento de iustis potiùs vsurpatur *dormire*, & aliquando additur, *obdormire in Domino.*

8. Sepultura Abrahæ.

9. Anima humana immortalis probatur.

Congregari ad populum suum.

Ismael mortuus in gratia.

Dormire cũ patribus.

POPVLVM SVVM] Hebraicè *populos suos*: nempe iustos, in limbo qui Abrahæ sinus dictus. Lymbus Patrum.

ISAAC & ISMAEL] fortassis & alij filij Cethuræ, & isti vt præcipui nominati.

A FILIIS HETH] ab Ephron, filio Seor, Hethæo, præsente populo. VERS. 10.

IVXTA PVTEVM VIVENTIS & VIDENTIS] non longè ab eo, nẽpe in Bersabee. Puteus † viuentis & videntis erat intra ipsam solitudinẽ, per quam Agar errauerat: quæ eremus dicitur *Solitudo Bersabee*, eo quòd proficiscentibus ex Bersabee in Ægyptum prima occurrat. hoc puteo agitur *s. cap.* 16. 14. *&* 21. 19. *&* 24. 62. Ipse Isaac habitabat in regione dicta Bersabee; quod nomen loco inditum ab alio putes, qui ante solitudinem erat: pro quo Abraham Abimelechum increpauit priusquam datis septem agnis cum eo feriret, vnde dictus *Puteus Bersabe* siue puteus iuramenti. *sup.* 21. 25. *&* 32. *sic Tostadus.*

10. Bersabee ciuitas & solitudo.

Puteus viuentis & videntis.

Nomina filiorvm]ei ab Angelo promissorũ *ſup.16.10.*& priùs
Abrahæ.*ſup.*17.20. In vocabvlis & generationibvs svis]ſin-
Vers. 13. guli nomen ſuum tranſmittentes in tribus,quæ ab ipſis ortæ. *Naba-*
1. *ioth*]Ioſephus horum nomina paullo aliter inflectit: & ſcribit † eos
Ismaelis posteri & fines eorum. inhabitaſſe quicquid inter Euphratem & Erythręum mare interiacet,
& totum illum tractum à primogenito eius Nabathæam vocatam.
Crediderim ab illo, maiori Arabiæ parti nomen adhæſiſſe? reliquos
fratres ſua quoque ad poſteros nomina tranſmiſſe,quorum pleraque
12. obliuione ſepulta. Çedar]Cedareni Arabes ſcriptis nobilitati,&
Cedareni,& Cedar. laudata eorũ tentoria paſſim in S.S.In Cant.in pſalmis. in prophetis.
13. Dvma.]inde *onus Duma* apud Iſai.c.21. vel ſunt ipſi Idumæi, vel
VERS. 14. valdè vicini illis.
Duma. Thema]à quo ciuitas & regio Themã ad meridiẽ Idumeæ cuius
VERS. 15. Res Eliphas amicus patientiſſimi Iobi. Cedma]à quo *Cedma* regio
14. Thema. ad Orientẽ Palæſtinæ.cetera nihil pudet cum D.Hieronymo neſcire.
Cedma. Deficiensq.] ſicut pater, ſenio defunctus. Appositvs] hinc
VERS.17. orta Hebræorum opinio de illius pœnitentiâ & ſalute.
VERS 18. Hevila]ea quæ † prope deſertum ſur,inter Ægyptum.Aſſyriam,
15 Hevila & Palæſtinã,quam Euphratis quoddam brachium rigat.*ſup. c.2.v.* 11.
Ismaelis Attamen † Iſmael longiuſculè à fluuio moratus: filij autem eius(de
habitatio,& fines filiorũ eius quibus omnibus hîc agi patet ex Hebræo וישכנו *Vaiskinu, habitaue-*
runt) omnem regionem à ſinu Perſico vſque ad Aſſyriam poſſede-
runt:quæ putatur hodie dici Cabana.*Sic Eugubinus.*Coram cvn-
Conciliatæ versiones. ctis fratribvs]Iſaac ab occidente,Cethurianis ab ortu.
Obiit]vtitur Moyſes voce נפל *Naphal*, quæ ſignificat cadere:
quod LXX.& Iarrius de fixis ibi ſedibus & habitatione,alij de morte
capiunt.Concilio:vbi habitarat ſ.16.12.ibidem deceſſiſſe, ſenio qui-
Vers.29. dem fatiſcentem,ſed non plenum ſeu ſaturum viuendi, vt pater: ſed
16 viuere deſiderantem.
Bathuel,cur Syrus dictus. Bathvelis syri]habitantis † in illâ Meſopotamiæ parte, quæ
confinis Syriæ campeſtri,nempe *Aram Padan.* Nam Padan lingua
Padan. Iſmaelitiça ſignificat agrum ſeu regionem campeſtrem. vnde dedu-
Padus. ctum nomen fluuiorum Italicorum Regis,*Padus*,quia per planas re-
Vers. 21. giones diu fluit.
Deprecatvsq.]Hebr.יעתר *Ieghtar* ſignificat *multiplicaſſe preces.*
& D.Chryſoſtomus,toto vicennio eas vult cõtinuaſſe.Pro vxore]
17. Hebraicè,*contra vxorem*,hoc eſt contra ſterilitatem vxoris. ideo no-
Sanctæ mulieres steriles. ſter optimè explicuit.Sanctas mulieres † Saram,Rebeccam,Rachel,
Annam, Deus ſteriles eſſe ad tempus voluit; vt intelligamus ſemen
illud benedictum ex mero Dei dono, non naturæ viribus nobis
datum.*Chryſoſtomus hom.* 49. Cognoſcere potuit Iſaac impedimentũ
eſſe ex parte vxoris, vel naturalibus & licitis experientiis, quas ars
Medicorum non ignorat:vel quia ſciebat ex ſe ſemẽ promiſſum, ſed
ignorabat ex qua coniuge;& quia Rebeccam ardenter amabat, ma-
lebat ex eâ quàm aliâ.Statuerat autem Deus Iacob naſci ex Rebeccâ,
ſed mediantibus cauſis ſecundis, & obtinentibus id precibus Iſaaci.

Lege

Lege D. Thomam. 1. *pag. quæst.* 23. *a.* 9.

COLLIDEBANTVR] LXX. ἐσκίρτων: quod D. Ambrosius vertit, lib. de Isaac cap. 4. *exultabant*, D. Augustinus lib. 16. de ciuit. Dei c. 35. *gestiebant*. D. Hieronymus, *ludebant*, siue *calcitrabant*. Symmachus διεπάλαιον, *colluctabantur*, siue vt citat D. Hieronymus διεπάλαιον *fluctuabant sicut in superficie maris solet nauigium*. Aquila; *confringebantur*. Propriè noster transtulit, quia רצץ *Raçaç*, propriè est quassare, & collidere, non tamen sic vt confringas, iuxta illud Isaiæ 42. 3. *calamum*, רצוץ quassatum non ישבור *Ischor confringes*, vnde quod dixi colligit Kimchi: Sed qualis motus infantium fuit in vtero? negat sciri Caietanus posse. Conicio, ex coniunctione & concordia versionum; puerulos quassasse inuicem, vt solent qui colluctantur; dum vterq; gestit & nititur prior exire, & se inuicem impediunt, atque coarctant: quod non potuit: non matri esse molestiæ & doloris plenum. Quare meritò dixit; SI SIC MIHI FVTVRVM ERAT] si mihi abortiēdum, & vna cum paruulis moriendum. Sentiebat enim motum violentū, insuitatum, & præternaturalem esse: sed ignorabat, cuius mysterij causa Deus ita faceret. ALLEGORIAM de CHRISTO & Ecclesia pete à D. Augustino *serm.* 78. *de tempore*.

VERS. 22. 18. Conciliatæ versiones.

רצוץ.

19. Infantiū in vtero pugna.

PERREXITQVE VT CONSVLERET DOMINVM] Diodoro, Theodoreto & Procopio assentior, ad domesticum altare iuisse, & illic precibus voluntatem Domini exquisiuisse, & per Angelū responsum accepisse: quod; Deo sic disponente, ad prophetiam sequentem de primogeniis & benedictione præreptis, ipsa maritum & Esau celauit. Alias coniecturas tradit D. Augustin. *hic quæst.* 72.

20. Rebeccæ redditū oraculum.

DVÆ GENTES] duæ proles futuræ capita Iudæorū & Idumæorū. VERS. 23.

EX VENTRE TVO DIVIDENTVR] quam sentis in vtero pugnā, scito significare duarum illarum gentium discordiam duraturā, donec vtraque gens in vnam coalescat: de irreconciliabili Idumæorum contra Iudæos odio, lege Prophetam Amos *cap.* 1. 11. MAIOR SERVIET MINORI. Hebraicè, *magnus seruiet paruo*. displicet quod Arias; *multus* posuerit. Nam si spectes numerum, certum est Iudæis plures esse Gentiles: an ergo gentes Iudæis subiiciendæ? ad ætatem ergo & tempus referendum, vt sit idem quod *Senior seruiet iuniori* nati ex Iacob imperabunt natis ex Esau. Sanè versionē nostram, & LXX. ὁ μείζων etiam D. Paulus approbauit. *Rom.* 9. 10. Historicè vera prophetia, non † respectu Esau & Iacob, sed posterorum vtriusque. Nam tempore Dauidis & Salomonis Idumæi tributarij & subditi fuerunt Regibus Iuda. 2. *Reg.* 8. *August. hic q.* 78. postea iugum excusserunt, & diu liberi, rursus ab Hyrcano subiugati, circumcisionem receperunt, & in vnam gentem coaluerunt. *Iosephus lib.* 14. *Antiquit. cap.* 17. Vnde † factum vt Silius, Plinius, & alij nonnumquam Idumæos cum Iudæis confundant: sed quando pressè loquuntur, Idumæos vocant qui tales origine, Iudæos qui ab antiquis Iacobi posteris nati: differentiā hanc me docuit Ammonius *lib. de differentiis nominum*. *Allegoria*, sed à Spiritu sancto præcipuè intenta, est de dominio spirituali Christianorū in Iudæos; *ad Rom. d. c.* 9. & bonorū in malos, hi illis

21. Idumæi subiecti Iudæis, circumcisi, & in vnam gentem redacti.

Idumæi cū Iudæis confunduntur à Scriptorib. Idumæi propriè qui.

in exercitium & viam ad cælum sunt; & ita seruiunt. *lege D. Augustin. d. sermo. 78. & d. c. 35. & 42. Rupertum lib. 7. c. 3. & 4.* TROPOLOGICE Origines *hom. 12. de carne & Spiritu.*

VERS. 24. REPERTI SVNT] manifestarunt se, prout prædictum illi.

VERS. 25. 22. Esau cur Seir, & anralis præter naturam. 23 Esau cur dictus. Edom cur.

TOTVS] non capite tantùm, sed reliquo † ferè corpore: infantuli glabri solent nasci: at Esau שער *Scegar pilosus*, vide & *Seir* dictus: quare ortus iste præter naturã, vt & illud de plantæ apprehẽsione, quod permissu Dei factum, ad vitam vtriusque designandam. Porrò quia hirsutũ & hispidum esse corpore, virilis seu perfectæ ætatis proprium est; ideo *Esau* quasi † adultus & fortis, nominatus, *ita Caietanus*: propter coctionem verò rufam, de qua statim, dictus; *Edom* quasi sanguineus. *D. Hieronym. in c. 1. Abdiæ.*

PROTINVS] immediatè quasi contendens de primogeniturâ; negans se posteriorem, qui simul egressus, *plantam tenens*) q. d. si ianua non tam arcta foret, vel prior, vel non posterior prodirem: signum erat; vi Esau, sed dolo Iacob præualiturum. *Rupertus.* ALLEGORIAM Eucherius *lib. 2. cap. 46.*

24 Iacob vnde dictus.

IACOB] à verbo, עקב *Ghachab*, quod † supplãtando, seu plantã tenendo decipere significat: si loca perpendas vbi positum, & sic vera est etymologia simul Isaaci *hîc*, qui attendit *ad plantam* seu calcaneum tenentis gestum; & alia quoque Esau, *cap. 27. 36.* qui suâ etymologiâ indicat, quid significarit ille habitus seu gestus nascentis; nempe fraudẽ qua ipse ab illo circũueniendus: conciliari quoq; poterit hoc pacto dissidium, quod est inter Oleastrum & alios, de vocis significatione.

SEXAGENARIVS] hinc apparet multa per anticipationem superiùs narrata, vt quod de morte Abrahæ dictum & alia.

VERS. 27. AGRICOLA] LXX. ἄγροικος: quasi dicas, agebat vitam inquietam agrestem, & foris versabatur. Cernas inter hos geminos discrimen ferè, quale inter Zethum & Amphionem poetæ fingunt.

25. Simplex, quid.

SIMPLEX] LXX. ἄπλαστος *sine dolo fucóque* meliùs exponas, perfectum, iustumque תם *Tam* deducitur à THAMAM, perficere, consummare: sic noster *simplicem* solet sumere pro eo qui nulli nocet. Matth. 10. 16. *estote simplices, sicut columbæ.* Habete serpentum prudentiam, sed ea nolite in aliorum damnum vti. Rom. 16. 19. *volo vos sapientes esse in bono & simplices in malo*; vt nouertis quicquid vobis & aliis expediat, nulli verò sciatis vel velitis damnum inferre: vt quidam exponunt. Græcè tamen vtrobique ἀκεραίους vocat.

26. Iacob. studia.

HABITABAT IN TABERNACVLIS] etiam Esau habitabat in tabernaculis: nam hæ tum illis domus: benè explicãt LXX. οἰκῶν οἰκίαν. *hoc est inhabitans domum*: rarò foràs progrediens, nec venationi intendens, sed rei domesticæ curam gerens. Nam mores oppositos fratri ostendit. *Habitare* igitur, noster, pro manere & continuò esse ponit. Sanè Hesiodus olim dixit οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι. *domi esse melius, damnosum verò foris vagari* οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, *domus amica, domus optima*, inquiebat illa. Possis etiam sensu Tropologico capere; Iacob sui inuestigatorem fuisse, & discussorem, iuxta illud; *Tecum ha*

cum habita, vt noris quàm sit tibi curta supellex. Nihil dubito solitum vacare meditationi, & ἀδολεσχεῖν, sicut & pater eius sup.c.24.53. Hebræi volunt adisse scholas litterarias & à Melchisedecho (quem Semum putāt) institutū; crediderim potiùs paternâ & senis Abrahę operâ vsū. Chaldæus † exponit fuisse *ministrum domus doctrinæ* MESCAMMES BETH VLPANA, quod interpretor auditorem sapientiæ. Hoc si est verum, habes scholarum & Gymnasiorum antiquitatem. 27. Scholarum origo.

ISAAC AMABAT ESAV] vt primogenitum, & teneriore quodam affectu, quòd edulia sibi grata subministraret: bonus & iustus erat: sed etiam boni, homines sunt. *Cyrillus*. VERS. 28

DILIGEBAT IACOB] saniore affectu, quòd meliùs moratum videret, & amabilioribus moribus, & propter promissiones sibi à Deo factas. TROPOLOGIAM pete à D. Gregorio *lib. 5. in Iob. cap. 7.* ALLEGORIAM ab Eucherio.

PVLMENTVM] lenticulæ Ægyptiæ, vt docet S. Augustinus *super psal. 46.* & de talis pulmenti suauitate quædam Athenæus *lib. 4. δειπνοσοφ.* & Gellius *lib. 17. Noctium Atticar. cap. 8. vide Pererium.* VERS. 29. 29. Lenticulæ Ægyptiæ.

DA MIHI] Hebraicè ipsa verba indicant auiditatem & intemperantiam petentis: *fac me vorare de ruffo, ruffo isto*. de coctione istâ, tam suauiter rubente: fortassis lenticula ruffa erat, vel croco tincta, aut alio cōdimento. Zeno lenticulæ Alexandrinæ coriandri grana, quæ ruffa, misceri iubebat. ALLEGORIAM pete à Prospero *p. 1. Prædictiō. cap. 20.*

PRIMOGENITA TVA] Primogenituræ † priuilegia: quæ tempore legis naturæ fuerūt sequentia: primò in mensa locus dignior. *inf. c. 43. 33.* Secundò ciuilis Principatus in fratres, & successio in patriam dignitatem, qua primogenitus ceteris loco patris erat, adeo vt corā eo se inclinarent. *inf. 27. 24.* & eum vocarent Dominum, colligitur ex eo quòd Iacob ita compellat Esau *inf. cap. 32. & 33.* Quā prærogatiuâ in peccati pœnam Ruben spoliatur, & ea transfertur in Iudād. *inf. c. 49. 3. & 8.* sic capio quod Isidorus Pelusiota *in Catenā* dicit primogenitos successisse in regnum & patriarchalem dignitatem. Tertiò in hereditatis diuisione duas partes accipiebat natu maximus vbi alij singulas. *Theodoretus q. 77.* hæc quoque Ruben adempta, Iosepho cessit. *1. paralip. 5. 1.* Quartò Pater moriturus primogenito benedicebat *inf. 27. v. 4.* Addit Tostadus, etiam ipsos primogenitos solitos fratribus benedicere. Quod nondum reperio in SS. confirmatum. Puto illum id asserere, quia credebat Primogenitis competijsse ius sacerdotij, quod foret aliud & maius priuilegium: id ex Hebræorum Traditionibus scripsit S. Hieronymus, tenuerunt autem apertè Isidorus Pelus. Rupertus, Eucherius, Tostadusque. Mihi non persuadent, quia noui Abel & Abrahamum sacrificasse, qui primogeniti non fuerunt. Non negauerim tamen fieri posse, vt competierit illis peculiare ius aliquod sacrificij pro totâ familiâ certo tempore & ritu offerendi, & in eum vsum peculiarem vestem sacerdotalem habuerit. Post Mosaicam verò legem nihil sacerdotale penes illos, quā primogeniti, cōstāt fuisse. Nam Leuitæ, loco omnium primogenitorum Israelis, ad Sacerdotium eue-

VERS. 31. 30. Primogenita, in quibus posita. 1. 2. Isidori Pelusiotæ locus. 3. 4. 5. 31. An Sacerdotes fuerint.

cti. *Num.* 3. *v.* 12. *&* 13. & in tribu Leui vestis Sacerdotalis cessit primogenitus. *Num.* 20.28.

32. Iacob an peccarit emendo primogenita.

Alia quæstio, de peccato in hac venditione: constat Esau grauiter deliquisse. cur ergo Iacob non peccauit emendo, quod ille peccauit vendendo? Respondeo paucis. Esau peccauit, non quia vendidit quod suum non erat. bonâ enim fide putabat suum esse, vt & Isaac pater eius existimabat. Sed peccauit, quia rem spiritualem (nempe ius primogenituræ) quantum in ipso fuit, cum quodam contemptu, pro tam vili escâ, vendidit, vnde Apostolus eum meritò vocat profanum, *Hebræ.* 12.16. βέβηλον Græcè, quod propriè significat à sacris propter impuritatem arcendum. D. Chrysostomus verò & alij Græci cùm explicant vocé γαστρίμαργος; non vocis significatum, sed vitium ipsius Esau nobis proponunt, & causam profanæ venditionis. Quod cùm in D. Thomæ dictis vir doctus animaduerterit, miror illum Græcos interpretes in ius vocare propter id ipsum, quod in alio excusat. Iacob non peccauit, quia monitu matris sciebat τὸ πρωτοτόκιον, ius primogenituræ sibi competere: Rebeccam id ex oraculo sciuisse constat, eamdem Iacobo indicasse colligitur, quia cùm mox *cap.* 27. audacter eum mater induceret ad præripiendam benedictionem, non prætexit sibi non esse debitam, sed dumtaxat, ne pater ægreferat sibi impositum, periculum subesse. Neuter tamen id vel Esau, quòd scirent iræ impotentem esse; nec Isaaco, ne mærore afficerent tenerè diligentem, fuit ausus declarare; nullâ præsertim se adhuc occasione commodâ offerente. Nunc Iacob oportunitatem nactus vindicandi confirmandique iuris sui per spontaneam fratris cessionem, diuinitùs oblatum auxilium non neglexit. Quare propriè loquendo non tam emit formaliter ius istud, quàm à violento detentore extorsit, & (vt aiunt) pacificam possessionem parauit vexationis suæ redemptione. Vnde nec Simoniam ratione rei spiritualis (si modò talis fuit primogenitura) nec iniustitiam ratione inæqualitatis pretij, commisit.

Locus Pauli ad Hebræ. 12.16. Chrysostomus & Græci defensi.

VERS. 32. EN MORIOR] moriar certò, nisi cibum accepero. periculum contemptui prætexit, & quod auiditatis erat vult videri necessitatis. ALLEGORIAM pete à Ruperto *cap.* 7. TROPOLOGIAM à D. Gregorio *lib.* 30. *in Iob. cap.* 27. contra auiditatem etiam vilis edulij disserente.


VERS. 33. IVRA ERGO MITTI] per te mihi licitum fore primogenitorum prærogatiuis pacificè vtifrui.

ABIIT PARVIPENDENS] vt scias non resipuisse. Ventrem virtuti, cibum honori, gulam benedictioni præferebat. iam tum opinor meditatum; quod iure amiserat, ferro retinere. Quid mirum si præscius Deus eo priuandum decreuerat, quod tam profanè contempturum præuidebat? & an non hîc βέβηλος simul & γαστρίμαργος?

CAP.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.



RTA autem fame ſuper terram 1.
poſt eam ſterilitatem, quæ accide-
rat in diebus Abraham, abiit Iſaac
ad Abimelech regem Palæſtino-
rum in Gerara. * Apparuítque ei 2.
Dominus, & ait: Ne deſcendas in
Ægyptum, ſed quieſce in terra, quam dixero tibi.
* Et peregrinare in ea, eroq́; tecum, & benedicam 3.
tibi: tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regio-
nes has, complens iuramentum quod ſpopondi
Abraham patri tuo.* Et multiplicabo ſemen tuum 4.
ſicut ſtellas cæli: dabóque poſteris tuis vniuerſas
regiones has: & BENEDICENTVR in ſemine tuo
omnes gentes terræ,* eo quòd obedierit Abraham 5.
voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mádata mea,
& ceremonias legéſque ſeruauerit.* Manſit itaque 6.
Iſaac in Geraris. * Qui cùm interrogaretur à viris 7.
loci illius ſuper vxore ſua, reſpondit: Soror mea
eſt: timuerat enim confiteri quòd ſibi eſſet ſociata
coniugio, reputans ne fortè interficerent eum pro-
pter illius pulchritudinem. * Cúmque pertranſiſ- 8.
ſent dies plurimi, & ibidem moraretur, proſpiçiens
Abimelech Rex Palęſtinorum per feneſtram, vidit
eum iocantem cum Rebecca vxore ſua.* Et accer- 9.
ſito eo, ait: Perſpicuum eſt quòd vxor tua ſit: cur

mentitus es eam ſororem tuam eſſe? Reſpondit:
10. Timui ne morerer propter eam. * Dixitq́; Abime-
lech: Quare impoſuiſti nobis? potuit coire quiſpiá
de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos
grande peccatum. Præcepitq́; omni populo, dicés:
11. * Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte mo-
12. rietur. * Seuit autem Iſaac in terra illa, & inuenit in
ipſo anno centuplum: benedixitque ei Dominus.
13. * Et locupletatus eſt homo, & ibat proficiẽs atque
ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus
14. eſt: * habuit quoque poſſeſſiones ouium & armen-
torum, & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei
15. Palæſtini, * omnes puteos, quos foderant ſerui pa-
tris illius Abraham, illo tempore obſtruxerunt, im-
16. plentes humo: * in tantum, vt ipſe Abimelech di-
ceret ad Iſaac: Recede à nobis, quoniam potẽtior
17. nobis factus es valde. * Et ille diſcedens, vt veniret
18. ad torrentem Geraræ, habitarétque ibi: * rurſum
fodit alios puteos, quos foderant ſerui patris ſui
Abraham, & quos, illo mortuo, olim obſtruxerant
Philiſtiim: appellauítque eos eiſdem nominibus
19. quibus antè pater vocauerat. * Foderúntque in
20. Torrente, & repererunt aquam viuam. * Sed & ibi
iurgium fuit paſtorum Geraræ aduerſus paſtores
Iſaac, dicentium: Noſtra eſt aqua, quam ob rem
nomen putei ex eo, quod acciderat, vocauit Ca-
21. lumniam. * Foderunt autem & alium: & pro illo
quoque rixati ſunt, appellauitq́; eum, Inimicitias.
22. * Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non
contenderunt: itaque vocauit nomen eius, Latitu-
do, dicens: Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit
23. creſcere ſuper terram. * Aſcẽdit auté ex illo loco in
Berſa

Betſabee,* vbi apparuit ei Dominus in ipſa nocte, 24.
dicens: Ego ſum Deus Abraham patris tui, noli ti-
mere, quia ego tecum ſum: benedicã tibi, & mul-
tiplicabo ſemen tuum propter ſeruum meũ Abra-
ham. * Itaque ædificauit ibi altare: & inuocato 25.
nomine Domini, extendit tabernaculum: præce-
pítque ſeruis ſuis vt foderent puteum. * Ad quem 26.
locum cùm veniſſent de Geraris Abimelech, &
Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, * 27.
locutus eſt eis Iſaac: Quid veniſtis ad me hominem
quem odiſtis, & expuliſtis à vobis? * Qui reſpon- 28.
derunt: Vidimus tecum eſſe Dominum, & idcirco
nos diximus: Sit iuramentũ inter nos, & ineamus
fœdus, * vt non facias nobis quidquam mali, ſicut 29.
& nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod
te læderet: ſed cum pace dimiſimus auctum bene-
dictione Domini. * Fecit ergo eis conuiuium, & 30.
poſt cibum & potum,* ſurgentes manè, iurauerunt 31.
ſibi mutuo: dimiſitque eos Iſaac pacificè in locum
ſuum. * Ecce autem venerũt in ipſo die ſerui Iſaac 32.
annunciantes ei de puteo, quem foderant, atque
dicentes: Inuenimus aquam. * Vnde appellauit 33.
eum, Abundantiam: & nomen vrbi impoſitum eſt
Berſabee, vſque in præſentem diem. * Eſau verò 34.
quadragenarius duxit vxores, Iudith filiam Beeri
Hethæi, & Baſemath filiam Elon eiuſdem
loci: * Quæ ambæ offenderant 35.
animum Iſaac &
Rebeccæ.

integris & quidem maioribus accipio, vt singulæ armillæ plus minùs viginti scutatorum nostrorum fuerint. LXX. *aureos decem* dicunt, sed de siclis id intelligendum, iuxta ea quæ diximus *sup. 20. v. 16.* Sic etiã intelligendus S. Irenæus *lib. 1. contra hæreses cap. 15.*

VERS. 23. DIXITQVE AD EAM] de † concordiâ diuersarum in sacra Scriptu-
18. ra narrationum, & regulis attendendis ne contrariæ videantur, erudi-
Narrationũ diuersitas in sacra Scriptura quomodo concilianda? tè & copiosè admodùm differit Bened. Pererius *hîc disputat. 9.*

MISERICORDIAM ET VERITATEM] solent hæc duo Hebræi coniungere, vt idem significantia. *Augustin. notat. hîc q. 66.* Sensus est; Misericors & verax fuit ergo Dominum meum misericors pollicendo & decernendo, verax præstando.

VERS. 27. IN DOMVM MATRIS] festinanter rediit ad Gynæconytim, hoc
19. est eam domus partem, vbi mater seorsim cum puellis degebat, more
Misericordia & veritas. Hebræorum, & Orientalium omnium; quibus virorum & fæminarum vnâ in domo distinctæ habitationes; qua de re curiosè & eru-
VERS. 28. ditè noster Nicolaus Serarius *vtilissimis in Hesther commentariis*, ego
20. etiam nonnulla *in Speculo Mariano, tracta de Dei timore.* Vt nihil necesse
Gynæconytis, seu habitatio fæminarum, à viris seiuncta. sit confugere, ad varias illas Thomæ Anglici coniecturas, ex moris huius natas ignoratione. Filia ergo quæ acciderant matri, mater Bathueli, marito (qui adhuc viuus) narrat. hic communem filium Labanum iubet hospitis curam agere.

VERS. 30. CVMQVE VIDISSET] postquam viderat & audierat, Nam hæc oculis & auribus domi acceperat: nec superuenit Rebeccæ ad fontem existenti: ne fallaris, Hebraismi ambiguitate.

IVXTA] sicut על Hebræum, sic etiam ἐπὶ Græcum frequenter pro ad seu ponè capitur. Ideò rectè LXX. & non rectè eos damnat Steuchus.

VERS. 31. INGREDERE BENEDICTE DOMINI] Deo dilecte & gratiose, cui Deum fauere cerno, & vt porrò faueat opto.

AD LAVANDOS PEDES EIVS] quid sibi hîc velit Steuchus nescio. nam in nullis exemplaribus Latinis vlla mentio lauandorum camelorum, vt nec in Hebræis aut Græcis.

VERS. 33. NON COMEDAM] mandatum docet ante omnia exsequendum.
VERS. 35. *Sic D. Ambrosius.*
VERS. 37. BENEDIXIT DOMINO MEO VALDE] supramodùm ditauit.
21. MAGNIFICATVS] exaltatus LXX.
Canon in repetitionibus verborum. ADIVRAVIT] Canon † est in eiusmodi repetitionibus verborum sufficere si sententia congruat, etiamsi verba non sint eadem, & verborum alius ordo. *D. Augustin. hîc q. 64.*

VERS. 41. INNOCENS ERIS A MALEDICTIONE] non teneberis ad pœnam iu-
22. risiurandi. Promiscuè vocat iuramentum & † maledictionẽ, eo quòd
Maledictio pro iuramẽto. in iurisiurandi fine addebatur imprecatio, si feceris, Deus sit tibi propitius; sint hæc & faciat tibi, & addat.

Iurisiurandi clausula. SVSPENDI] dedi, vt cùm vellet posset suspendere. nam manibus donum retulisse indicatur v. 30. *cùmque vidisset inaures & armillas in*
VERS. 47. *manibus sororis suæ.*

AD

Ad ornandvm faciem eivs] hoc videtur excidiſſe & mutilum eſſe in verſione Græcâ, quæ in lib. Regiis tantùm, *τὰ ἐνώτια καὶ τὰ ψέλια περὶ τὰς χεῖρας inaures & brachialia circum manus*, quorum tamen verborum non eſt ſenſus quem fingit, vt feriat, Steuchus; ſcilicet inaures brachiis ornandis impenſas, ſed manibus inaures cum armillis tenuiſſe vt dictum, has brachiis, illas auribus ornandis, vt benè noſter. Nimirum ſolet libido carpendi non modò fallere, ſed excæcare.

Si facitis misericordiam et veritatem] ſi gratum Abrahæ vultis facere, eique vos humanos exhibere, & gerere quales ergà ſe putat eſſe, hoc eſt benè affectos: item ne ſigna diuinæ voluntatis ſpem eius fallant. Vers. 49. 23. Facere miſericordiam & veritatē.

Vt vadam ad dexteram sive ad sinistram] Puto † cum Procopio Hebraiſmum eſſe, q.d. vt hinc diſcedens vbi vbi potero aliam vxorem quæram. Nam erant adhuc alij vndecim filij Nachor à quibus poterat petere. ſup. *cap. 22. in fine*. Eſt locutio parœmialis. *vide Adagia ſacra*. §. 38. 24. Ire ad dexteram ſiue ad ſiniſtrā.

Bathvel] hunc † Bathuelem fingere natu minorem Labani fratrem, verè eſt ſine authore fingere. planè fallitur Ioſephus *lib. 1. c. 16.* ſcribens Bathuelem patrem Labani iam mortuum, cùm hîc viuat & loquatur. Præponitur Laban patri, quia (vt feruentior) præuênit promittendo, & pater dictum eius ratum habuit. Nec mirum præueniſſe, quia fortè pater iam ſenex, robuſto filio curam totius familiæ commiſerat. *Sic Caietan. & Lipoman.* Vers. 50. 25. Vnicus Laban.

A domino egressvs est sermo] voluntas hæc Dei eſt. pro *egreſſus* eſt יצא *Iaça*, exiit. Sed ſignificat motum voluntarium omnino, & in quo libertas volentis prædominetur. Et eſt locutio parœmiaca. *lege Adagia ſacra*. §. 39. 26. Sermo egreſſus à Deo.

Coram te est] in manum tibi traditur abducenda: *vide Adag. ſacra*. §. 40. Vers. 51. 27 Dei locutio.

Locvtvs est dominvs] ſigno quo voluntatem ſuam declarauit. *D. Auguſtinus q. 67.*

Vasis] mundo muliebri, & aliâ ſupellectile. Sic enim † Hebræi vocant vaſa muſica, vaſa bellica, vaſa mortis: ipſa quoque corpora, eorumque membra dicuntur vaſa. Vers. 53. 28. Vaſa Hebraicè quid

Dona obtvlit] optimos Palæſtinæ fructus, qui in Meſopotamia rariores: vel alia quæuis munera pretioſa. Vtrumque ſignificat מגדנת *Migdonoth*. Hæc dona refero ad genus nuptiarum per coëmptionem: de quo infer. agendum *cap. 29. v. 18.*

Pver] ſeruus. Vers. 54.

Fratres] Laban & ceteri cognati. cur Bathuel tacet? mira Rabbini, & indigna relatu confingunt, quæ Toſtatus habet. Solus Abenezra rectè reſpondet: quia filio Labano vices ſuas demandarat. Vers. 55.

Saltem decem dies] hoc eſt menſes, aiunt Iudæi. Sed inciuilis petitio foret. Senſus: breuem hanc moram ad amplexus & longum vale dicendum, largire.

VERS. 57. VOLVNTATEM] non de sponsalibus (*D. Ambrosius,*) in quæ cum parentibus consenserat, & arrabonem acceperat, munera v. 53. Sed de hac repentina profectione.

VERS. 59. NVTRICEM ILLIVS] ex cap. 35. in quosdam libros *Debora*, nomé nutricis irrepsit: quod nec Hebraicè, nec Chaldaicè est, nec Græcè apud LXX. qui pro *nutricem* verterunt, *substantiam*, ὑπάρχοντα. Hebr. מנקתה *Menikta*, cuius radix ינק lactare. Sic noster accepit. Sed LXX. putarunt radicem esse מנה *Manah*, vnde eiusdem terminationis nomen, significans partem seu hereditatem; vt hîc ponatur pro donis quæ illi doralia numerata.

30. Conciliatæ versiones.

VERS. 60. SORORI] consanguineæ. nam ad conuiuium cognati multi accurrerant, qui ab Hebræis fratres vocari consueuerunt.

CRESCAS IN MILLE MILLIA] plurimam posteritatem Deus tibi tribuat, sicut Abrahæ promisit.

PORTAS] hæ imperij, (quia in illis iudicia exercebantur;) & victoriæ, (quòd per illas victores irrumpunt) simul signum erat: inde nata phrasis, de qua Adag. Sacra. §. 41. Completa, victoriis prophetia quas Esau & Iacob posteri multas de hostibus obtinuerunt.

VERS. 61. PVELLÆ] ancillæ in dotem datæ, vt rum moris: sicut & postea cap. 29. v. 24. & 29.

VERS. 62. PER VIAM] LXX. διὰ τῆς ἐρήμου. *per desertum.* Negat Eugubinus hoc loco solitudinem esse, & ideo interrogat, quid LXX. sibi velint? Explicant locum deambulationis Isaac: qui vicinus deserto Sur: ambulabat crebrò in hoc loco solo, maximè meditaturus.

AD PVTEVM] de quo mox cap. sequ.

TERRA AVSTRALI] in eâ Palæstinæ parte, quæ vergit ad meridiem, haut procul à Barsabee.

VERS. 63. AD MEDITANDVM] optimè noster. nam † שוח *Scuach* significat submissa & intra labia compressa voce mussare, quid sit dicturus, vt solent secum, qui mente orant seu meditantur vt præter alios fatetur Clarius: nec dissentiunt LXX. qui, de spirituali exercitatione intelligentes, verterunt, ἀδολεσχῆσαι. Quod verbum verè monet Augustinus. *q. 69.* etiam in bonum sumi: neque id sacræ Scripturæ proprium (vt Suidas censet) sed inuenitur etiam in Platonis Cratylo. Procopius; „ ἀδολεσχῆσαι significat magno studio & sollertiâ alicui rei esse inten- „ tum.] Sic etiam *meditari*, pro exercere, vtuntur Plautus, Virgilius, Iuuenalis vt docet Anton. Nebrissensis *Quinquagena. 3. cap. 28.* TROPOLOG. Orationi sola loca & quietem necessaria multis hic Hamerus.

VIDIT CAMELOS] subaudi, & obuiam iuit venientibus.

VERS. 64. DESCENDIT] cùm sciret se prope domum Abrahæ, & virum videret ad se tendere, suspicata quod erat; interrogauit: post certior facta, velociter honoris sponso deferendi gratiâ de camelo se demisit. Hebraicè, desiliit.

VERS. 65. PALLIVM] LXX. θέριστρον, vestis † fœminarum Arabiæ & Mesopotamiæ; (*Hieronym. hic & in cap. 3. Isaiæ*) faciem totam vno oculo dempto contegebat. Tertullian. *lib. de virginibus velandis c. 11.* & de

32 Theristrũ.

coronâ

corona militis *c.4.* hoc factum laudat, idem *lib. de pallio*, theristri vocem agnoscit, & Lydæ Omphalæ tribuit nomen indicat æstiuum integumentum fuisse, vt Pollux *in Onomast.* notauit. Hebræum צעיף *çaghiph*, potes vertere, calyptram, velamen, flammeum, quo se pudoris & verecundiæ causa; adspectum & contactum maritalem præsumens, contexit: qui mos nouarum nuptarum fuit & inde ab obnubendo nuptiæ dictæ *Lege B. Brissonium, de ritu nuptiarum fol.29. & infer. cap.38.14.*


NARRAVIT ISAAC] huic primum, quem primum inuenit: post- VERS.66.
modùm Abrahæ, à quo missus. *ita Procopius.*

IN TABERNACVLVM SARÆ] hinc patet quod dixi sup. v.28. seor- VERS.67.
sim viros, seorsim fæminas habitasse. Abraham Isaaco tabernaculum matris cum bonis eius tradiderat inhabitandum.

VT DOLOREM &c.] clarissimè explicuit, quod erat Hebraicè; *& consolationem accepit Isaac post matrem suam.* Triennio nempe post mortem matris *benè Caietanus.* MYSTICA, fusè in Cathena proponit Aloys. Lypomanus.

* * *

Vv CAPVT



CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

1. ABraham verò aliam duxit vxo-
2. rem nomine Ceturam: * quæ pe-
perit ei Zamran & Iecſan, & Ma-
dan, & Madian, & Ieſboc, & Sue.
3. * Iecſan quoque genuit Saba, &
Dadan. Filij Dadan fuerunt Aſſu-
4. rim, & Latuſim, & Loomim. * At verò ex Madian
ortus eſt Epha, & Opher, & Henoch, & Abida, &
5. Eldaa: omnes hi filij Ceturæ. * Deditque Abraham
6. cuncta quæ poſſederat, Iſaac: * filiis autem concu-
binarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab
Iſaac filio ſuo, dum adhuc ipſe viueret, ad plagam
7. orientalem. * Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ,
8. centum ſeptuaginta quinque anni. * Et deficiens
mortuus eſt in ſenectute bona, prouectæque æta-
tis, & plenus dierum: congregatúſque eſt ad popu-
9. lum ſuum. * Et ſepelierunt eum Iſaac & Iſmael fi-
lij ſui in ſpelunca duplici, quæ ſita eſt in agro
10. Ephron filij Seor Hethæi e regione Mambre, * quē
emerat à filiis Heth: ibi ſepultus eſt ipſe, & Sara
11. vxor eius. * Et poſt obitum illius benedixit Deus
Iſaac filio eius qui habitabat iuxta puteum nomine
12. Viuentis & videntis. * Hæ ſunt generationes Iſmael
filij Abrahæ: quem peperit ei Agar Ægyptia, fa-
13. mula Saræ: & * hæc nomina filiorum eius in voca-
bulis

bulis & generationibus suis. Primogenitus Ismae-
lis Nabaioth deinde Cedar, & Adbeel, & Mabsam,
* Masma quoque, & Duma, & Massa, * Hadar, & 14.
Thema, & Iethur & Naphis, & Cedma. * Isti sunt 15.
& filij Ismaelis & hæc nomina per castella & oppi- 16.
da eorum, duodecim principes tribuum suarum.
* Et facti sunt anni vitæ Ismaelis centum triginta 17.
septē deficiensq; mortuus est, & appositus ad po-
pulum suum. * Habitauit autem ab Heuila vsque 18.
Sur, quę respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios
coram cunctis fratribus suis obiit. * Hæ quoque 19.
sunt generationes Isaac filij Abraham: Abraham
genuit Isaac, * qui cum quadraginta esset annorū, 20.
duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de
Mesopotamia, sororem Laban. * Deprecatusque 21.
est Isaac Dominum pro vxore sua, eo quòd esset
sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Re-
beccæ. * Sed collidebantur in vtero eius paruuli, 22.
quæ ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit
concipere? Perrexitq; vt consuleret Dominū. * Qui
respōdens, ait: Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo 23.
populi ex vētre tuo diuidentur, populusq; populū
superabit & maior seruiet minori. * Iam tempus pa-
riendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius re- 24.
perti sunt. * Qui prior egressus est, rufus erat, & to-
tus in morem pellis hispidus: vocatumque est no- 25
men eius Esau: Protinus alter egrediens, plantam
fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Ia-
cob. * Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei
paruuli. * Quibus adultis, factus est Esau vir gnarus 26.
venandi, & homo agricola: Iacob autem vir sim- 27.
plex habitabat in tabernaculis. * Isaac amabat Esau 28.

eo quòd de venationibus illius vesceretur: & Re-
29. becca diligebat Iacob.* Coxit autem Iacob pul-
mentum ad quem cùm venisset Esau de agro la-
30. ssus,* ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia oppi-
dò lassus sum. Quam ob causam vocatum est no-
31. men eius Edom.* Cui dixit Iacob: Vende mihi pri-
32. mogenita tua.* Ille respondit: En morior, quid mi-
33. hi proderunt primogenita?* Ait Iacob: Iura ergò
34. mihi. Iurauit ei Esau; & vendidit primogenita.* Et
sic accepto pane & lentis edulio, comedit,
& bibit, & abiit paruipendens quod
primogenita vendi-
disset.

ARGV



ARGVMENTVM.

Abrahami tertia vxor, obitus, liberi. Rebecca parit Esau & Iacob, huic ille vendit primogenituræ prærogatiuam.



ALIAM]tertiam, mortuus opinor Sarâ (*Sic Origen. hom. 11.*) & Agar, de quo statim. Potuit adhuc liberos gignere, quia Deus effœtum illud corpus, vt Isaacum gigneret, validum & fœcundum reddiderat. Causa ducendi, vt ex eo semen inter gentes quoque multiplicaretur, instinctus Dei, Mysticas causas, duorum generum, quæ impugnatura Ecclesiam, apertâ vi Sarraceni, & dolo hæretici; petas ab Origine 5. & Epiphanio *in fine Panarij*, à quibus sumpsit D. Augustinus *q.* 70. VERS. 1.

CETHVRA] iuuencula fuit Chananæa, quicquid ex Hebræorum traditione D. Hieronymus. aliam ab Agar textus docet, *v.* 6. qui *concubinas*, dicit, nec vlla causa cur ad enallagen confugiatur. *vide Caietan. & Tostadum.* Puto fuisse ancillam Abrahæ: nam si ingenua, non vocaret *concubinam.* Hæ nuptiæ factæ ductâ iam Rubeccâ: & datis Isaaco, cum habitatione pristinâ. bonis hæreditarijs, retentis dumtaxat, quæ sibi largè suppeterent. Nam præcedenti capite narrauit Eliezer, ante aduentum Rebeccæ, iam hæredem institutum *cap.* 24. 36. nullâ (vt puto) prolepsi: sed quia hoc ordine res acta: moritur Sara, mox bonis & tabernaculo pater cedit filio, denique Cethuram ducit. 1 Cethura, nō est Agar.

PEPERIT] tradit post Iosephum D. Hieronymus hos Cethuræ filios tenuisse Troglodytim, & Arabiam Felicem vsque ad mare rubrum: adduntalij plerasque regiones Indiæ occupasse. vix vlli eorum noti præter solos Madianitas. VERS. 2. 2 Cethuræ filij.

DADAN]posterorum Dadan seu Dedan, mentio est in libris propheticis, videntur mercaturæ dediti, & quidem in duos diuisi populos, nam Ezech. bis eos, vt diuersos nominat *cap.* 27. *v.* 15. & 20. & habitasse in Idumæorum vicinia quia iunguntur exitio Idumæis, vt eorum socij *cap.* 25. 13. *Ezechiel. & Ierem.* 49. 8. VERS. 3. Dedan.

ASSVRIM, LATVSIM, LOOMIM] Iosephus corrumptit hæc nomina, quæ ex Hebræo patet esse non singulorum hominum, sed populorum: vt arbitror à suis conditoribus Abrahæ filijs nuncupatorum: qui fortè sic fuerant appellati ab artificio cuiusque priuato. Nā (teste Hieronymo) *Assurim* significat negociatores; *Latusim.* ferri, æris, & aliorum metallorum fabros; *Loomin*, multarum tribuum ac populorum rectores. Chaldæus exponit habitantes in castris, in tabernaculis, & in insulis. Assurim. Latusim. Loomim.

EPHA]ab hoc regio Epha † *Esaia* 60. 6. VERS 4.

EPHER]cuius filius Afer, Libyâ domitâ, vrbi & regioni nomen imposuit, vt ex Alexandro Polyhistore, & Cleomede Malcho (qui fors, cuius supersunt in Bibliothecis philosophorum vitæ) retulit Iosephus. de reliquis, quæ ab ijs gentes propagatæ, N. L. mihi. Epha. Africa. Malchus quidam.

VERS. 5. CVNCTA QVÆ POSSEDERAT] antè dederat, vt dixi: nunc fortassis confirmauit donationem causa fuit, quia terra promissionis à Deo

3. Concubinarũ filij poterant hæredes institui. fuerat promissa solis posteris Isaaci; declarante id Sara: *non erit filius ancillæ hæres cum filio meo*. Sup. 21. 10. Alioquin, & si nonnulli negent, arbitror † potuisse filios secundariarum vxorum hæredes institui, si pater vellet. Patet ex testamento Iacob, in quo eâdem cerâ quâ alij continentur, & diuisa illis æquâ sorte terra promissionis.

VERS. 6. FILIIS AVTEM CONCVBINARVM] non solius Agar, vt Chal-

4. Concubinarum & vxorum discrimen. dæus & Rabbini volunt: sed Agar & Cethuræ, vt Latini. Notandum, sicut Græcis inter παλλακὰς & γυναῖκας (*de quo Hamerus hic*) & Latinis inter concubinas, seu contubernales, & vxores iustas seu Dominas & matresfamilias, (*qua de re lege Brissonium lib. de ritu nuptiarum*:) sic etiam Hebræis inter פלגשים *Pilagessim* & נשי *nesci*, multiplex discrimen fuisse. Nam in sacra Scriptura nulla vxor primaria Domina seu mater familias; vocetur *concubina*: secundariæ verò istæ modò *vxores*, modò *concubinæ* nuncupatur. quemadmodum hic Agar & Cethura dicuntur *concubinæ*, quæ priùs *vxores*, nuncupatæ *c.* 16. 3. *& hic v.* 1. item illa Leuitæ infælix contubernalis, tam *vxor*, quam *concubina Iudi.* 19. *v.* 1. *&* 10. Deinde vxor primaria ducebatur sponsalibus præmissis, dote dictâ, & certis ritibus interpositis: & non ad thori tantum, sed dominij & bonorum omnium communionem admittebatur. nihil horum concubinæ; quæ vt plurimum seruilis conditionis, & ancillæ manebant, *dixi de hac re Cant.* 7. 6. *& in speculo Martano, penultima de timore Dei lectione*.

5. Magorum triũ munera in Abraham muneribus præfigurata. MVNERA] legatis opimis onerauit, quos hæreditatis successione arcebat; pecunia signata, aurum, argentum, vestes pretiosæ, & thus, & myrrham, & aurum data, quæ victor eripuerat Chodorlaomor & alijs Regibus. *Sic Epiphanius in fine ferè Panarij*.

SEPARAVIT] ne idololatræ Isacidas contaminarent, vel in pacificâ Terræ promissæ possessione turbarent.

6. Orientis filij seu Orientales. AD PLAGAM ORIENTALEM] Geminat Hebræus; *Ad orientem, ad terram orientis*. ad differentiam Ismaëlitarum: nam Ismaëlitæ proximè Isacidis erant Orientales; sed Cethuriani † etiam ipsis Ismaelitis, vlteriùs ad ortum Solis iussi recedere. vnde hi, & non illi solent perpetuò vocari *Filij Orientis* de horum finibus vide Ariam Montanum *in lib. Chanaan. cap.* 3. *&* 4.

7. Abrahæ mors. MYSTICVM sensum de Cethurâ & filijs illius petite ab Origine, *homil.* 11.

ET DEFICIENS] rectè versum *gauah*, fatentur etiam Abenezra & Kimchi significat non violẽtiâ, aut vi morbi, sed humido naturali deficiẽte decessisse *vide Oleastrũ*. Arbitror cùm Iacob & Esau essent an-

Chronographia. norũ quidecim, à nuptijs Isaac anno tricesimo quincto. Natus Abraham fuerat post diluuium anno ducentesimo nonagesimo secundo; post confusionem linguarũ anno fermè centesimo nonagesimo. Noë mortuus est anno Abrahæ quinquagesimo octauo. Anno septuagesimo quincto ætatis ei Deus apparuit iubens ex Chaldæa discedere

& profe

& profectus in Harã. Anno ætatis octuagesimo quincto duxit Agarẽ, & 86. natus ei Ismahel. Nonagesimo nono anno fuit circumcisus, & in eundem annũ incidit excidium Pentapoleos. Centesimo natus illi Isaac. Anno centesimo quincto ablactatus Isaac, & eiectus Ismaël quẽ postea anno vicesimo, hoc est Abrahæ cẽtesimo vigesimo quincto conatus immolare. Postea anno Abrahæ centesimo trigesimo quinto mortuus est Thare. Anno cẽtesimo trigesimo septimo decessit Sara: centesimoquadragesimo Rebeccam Isaac duxit, cũ ipse esset quadragenarius. Anno cẽtesimo sexagesimo nati sunt illi nepotes gemini Esau & Iacob, quãdo Isaac erat sexagenarius. Anno ætatis 176. decessit è vitâ. quando erat Isaac LXXV. annorum, Iacob verò quindecim; Ismaël annorum octoginta nouem, filij & Cethura annorum plus minus triginta trium. *Lege Pererium hic disp.* 4. SENECTVTE BONA] maturè, & tempore suo, siue spectes ætatem, siue gratiam illud, quia decrepitus; hoc quia sine ægritudine, & plenus meritis. PLENVS DIERVM] viuendi satur, & cupiens dissolui. CONGREGATVS EST] sicut quod sequitur; *sepelierunt eum*, ad corpus pertinet; & quod præcessit, *Plenus* seu satur *dierum*, ad totum compositum; ita istud *congregatus* &c. ad † alteram partem compositi pertinet, nempe animam. Manet † ergo, quod post mortẽ cum alijs congregetur, vt & illa ad quæ seu quibuscum congregetur. Hinc (vt † notat glossa Græca) rectè probatur animæ nostræ immortalitas, & iustos aliquo in loco simul congregari. Ex simili phrasi colligunt Rabbini Ismaelẽ in gratia Dei mortuum. Etenim cum phrasim perpendo, non inuenio in sacra Scriptura de alijs quàm iustis vsurpari. de Abraham *hic*, de Isaac *cap.* 35. *v.* 29. de Aaron, *Num.* 20. 24. Iosephus, sed malè de malis etiam vsurpat. De ceteris bonis malisque promiscuum illud in sacris literis. *dormiuit cum patribus suis*, vt modestiæ causâ de se loquitur Iacob, *Genes.* 47. 30. & propriè de Roobam 2. *paralip.* 12. de Aza *ibid. v.* 16. de Achaz *ibid. v.* 28. vbi ponitur simpliciter pro sepeliri seu decedere. In Nouo testamento de iustis potiùs vsurpatur *dormire*, & aliquando additur, *obdormire in Domino.*

8. Sepultura Abrahæ.

9. Anima humana immortalis probatur.

Congregari ad populum suum.

Ismael mortuus in gratia.

Dormire cũ patribus.

POPVLVM SVVM] Hebraicè *populos suos*: nempe iustos, in limbo qui Abrahæ sinus dictus. Lymbus Patrum.

ISAAC & ISMAEL] fortassis & alij filij Cethuræ, & isti vt præcipui nominati.

A FILIIS HETH] ab Ephron, filio Seor, Hethæo, præsente populo. VERS. 10.

IVXTA PVTEVM VIVENTIS & VIDENTIS] non longè ab eo, nẽpe in Bersabee. Puteus † viuentis & videntis erat intra ipsam solitudinẽ, per quam Agar errauerat: quæ eremus dicitur *Solitudo Bersabee*, eo quòd proficiscentibus ex Bersabee in Ægyptum prima occurrat. hoc puteo agitur s. *cap.* 16. 14. & 21. 19. & 24. 62. Ipse Isaac habitabat in regione dicta Bersabee; quod nomen loco inditum ab alio putes, qui ante solitudinem erat: pro quo Abraham Abimelechum increpauit priusquam datis septem agnis cum eo feriret, vnde dictus *Puteus Bersabe* siue puteus iuramenti. *sup.* 21. 25. & 32. *sic Tostadus.*

10. Bersabee ciuitas & solitudo.

Puteus viuentis & videntis.

NOMINA FILIORVM]ei ab Angelo promiſſorũ *ſup.16.* 10.& priùs
Abrahæ.*ſup.*17.20. IN VOCABVLIS & GENERATIONIBVS SVIS]ſin-
VERS. 13. guli nomen ſuum tranſmittentes in tribus, quæ ab ipſis ortæ. *Naba-*
11. *ioth*]Ioſephus horum nomina paullo aliter inflectit: & ſcribit † eos
Iſmaelis poſteri & fines eorum. inhabitaſſe quicquid inter Euphratem & Erythrçum mare interiacet,
& totum illum tractum à primogenito eius Nabathæam vocatam.
Crediderim ab illo, maiori Arabiæ parti nomen adhæſiſſe? reliquos
fratres ſua quoque ad poſteros nomina tranſmiſſe, quorum pleraque
12. obliuione ſepulta. CEDAR]Cedareni Arabes ſcriptis nobilitati, &
Cedareni.& Cedar. laudata eorũ tentoria paſſim in S.S. In Cant. in pſalmis. in prophetis.
13. DVMA.]inde *onus Duma* apud Iſai.c.21. vel ſunt ipſi Idumæi, vel
VERS. 14. valdè vicini illis.
Duma. THEMA]à quo ciuitas & regio Themã ad meridiẽ Idumeæ cuius
VERS. 15. Res Eliphas amicus patientiſſimi Iobi. CEDMA]à quo *Cedma* regio
14. Thema. ad Orientẽ Palæſtinæ. cetera nihil pudet cum D.Hieronymo neſcire.
Cedma. DEFICIENSQ.] ſicut pater, ſenio defunctus. APPOSITVS] hinc
VERS. 17. orta Hebræorum opinio de illius pœnitentiâ & ſalute.
VERS. 18. HEVILA]ea quæ † prope deſertum ſur, inter Ægyptum. Aſſyriam,
15 & Palæſtinã, quam Euphratis quoddam brachium rigat. *ſup. c.2.v.* 11.
Heuila Iſmaelis Attamen † Iſmael longiuſculè à fluuio moratus: filij autem eius (de
habitatio, & fines filiorũ eius quibus omnibus hîc agi patet ex Hebræo וישכנו *Vaiskinu, habitaue-*
runt) omnem regionem à ſinu Perſico vſque ad Aſſyriam poſſede-
runt: quæ putatur hodie dici CABANA. *Sic Eugubinus.* CORAM CVN-
CTIS FRATRIBVS]Iſaac ab occidente, Cethurianis ab ortu.
Conciliatæ verſiones. OBIIT]vtitur Moyſes voce נפל *Naphal*, quæ ſignificat cadere:
quod LXX. & Iarrius de fixis ibi ſedibus & habitatione, alij de morte
capiunt. Concilio: vbi habitarat ſ.16.12. ibidem deceſſiſſe, ſenio qui-
VERS. 29. dem fatiſcentem, ſed non plenum ſeu ſaturum viuendi, vt pater: ſed
16 viuere deſiderantem.
Bathuel, cur Syrus dictus. BATHVELIS SYRI]habitantis † in illâ Meſopotamiæ parte, quæ
confinis Syriæ campeſtri, nempe *Aram Padan.* Nam PADAN lingua
Padan. Iſmaelitiça ſignificat agrum ſeu regionem campeſtrem. vnde dedu-
Padus. ctum nomen fluuiorum Italicorum Regis, *Padus*, quia per planas re-
giones diu fluit.
VERS. 21. DEPRECATVSQ.]Hebr. יעתר *Ieghtar* ſignificat *multiplicaſſe preces.*
& D.Chryſoſtomus, toto vicennio eas vult cõtinuaſſe. PRO VXORE]
Hebraicè, *contra vxorem*, hoc eſt contra ſterilitatem vxoris. ideo no-
17. ſter optimè explicuit. Sanctas mulieres † Saram, Rebeccam, Rachel,
Sanctæ mulieres ſteriles. Annam, Deus ſteriles eſſe ad tempus voluit; vt intelligamus ſemen
illud benedictum ex mero Dei dono, non naturæ viribus nobis
datum. *Chryſoſtomus hom.* 49. Cognoſcere potuit Iſaac impedimentũ
eſſe ex parte vxoris, vel naturalibus & licitis experientiis, quas ars
Medicorum non ignorat: vel quia ſciebat ex ſe ſemẽ promiſſum, ſed
ignorabat ex qua coniuge; & quia Rebeccam ardenter amabat, ma-
lebat ex eâ quàm aliâ. Statuerat autem Deus Iacob naſci ex Rebeccâ,
ſed mediantibus cauſis ſecundis, & obtinentibus id precibus Iſaaci.

Lege

Lege D. Thomam. 1. pag. quæst. 23. a. 9.

COLLIDEBANTVR] LXX. ἐσκίρτων: quod D. Ambrosius vertit, VERS. 22.
lib. de Isaac cap. 4. *exultabant*, D. Augustinus lib. 16. de ciuit. Dei c. 35. 18. Conciliatæ versiones.
gestiebant. D. Hieronymus, *ludebant*, siue *calcitrabant*. Symmachus διε-
πάλαιον, *colluctabantur*, siue vt citat D. Hieronymus διέπλεον *fluctua-*
bant sicut in superficie maris solet nauigium. Aquila; *confringebantur*. Pro-
priè noster transtulit, quia רצצ *Raçaç*, propriè est quassare, & colli-
dere, non tamen sic vt confringas, iuxta illud Isaiæ 42. 3. *calamum*,
רעוץ quassatum non ישבור *Iscbor confringes*, vnde quod dixi colligit רעוץ.
Kimchi: Sed qualis motus infantium fuit in vtero? negat sciri Caie-
tanus posse. Coniicio, ex coniunctione & concordia versionum; pue- 19.
rulos quassasse inuicem, vt solent qui colluctantur; dum vterq; gestit Infantiū in vtero pugna.
& nititur prior exire, & se inuicem impediunt, atque coarctant: quod
non potuit: non matri esse molestiæ & doloris plenum. Quare me-
ritò dixit; SI SIC MIHI FVTVRVM ERAT] si mihi abortiēdum,
& vna cum paruulis moriendum. Sentiebat enim motum violentū,
inusitatum, & præternaturalem esse: sed ignorabat, cuius mysterij
causa Deus ita faceret. ALLEGORIAM de CHRISTO & Ecclesia
pete à D. Augustino *serm. 78. de tempore*.

PERREXITQVE VT CONSVLERET DOMINVM] Diodoro, 20.
Theodoreto & Procopio assentior, ad domesticum altare iuisse, & il- Rebeccæ redditū oraculum.
lic precibus voluntatem Domini exquisiuisse, & per Angelū respon-
sum accepisse: quod; Deo sic disponente, ad prophetiam sequentem
de primogeniis & benedictione præreptis; ipsa maritum & Esau ce-
lauit. Alias coniecturas tradit D. Augustin. *hic quæst. 72.*

DVÆ GENTES] duæ proles futuræ capita Iudæorū & Idumæorū. VERS. 23.

EX VENTRE TVO DIVIDENTVR] quam sentis in vtero pugnā,
scito significare duarum illarum gentium discordiam duraturā, do-
nec vtraque gens in vnam coalescat: de irreconciliabili Idumæorum
contra Iudæos odio, lege Prophetam Amos *cap. 1. 11.* MAIOR
SERVIET MINORI. Hebraicè, *magnus seruiet paruo*. displicet quod
Arias; *multus* posuerit. Nam si spectes numerum, certum est Iudæis
plures esse Gentiles: an ergo gentes Iudæis subiiciendæ? ad ætatem
ergo & tempus referendum, vt sit idem quod *Senior seruiet iuniori* nati
ex Iacob imperabunt natis ex Esau. Sanè versionē nostram, & LXX.
ὁ μείζων etiam D. Paulus approbauit. *Rom. 9. 10.* Historicè vera pro- 21.
phetia, non † respectu Esau & Iacob, sed posterorum vtriusque. Nam Idumæi subiecti Iudęis,
tempore Dauidis & Salomonis Idumæi tributarij & subditi fue- circumcisi,
runt Regibus Iuda. *2. Reg. 8. August. hic q. 78.* postea iugum excusse- & in vnam
runt, & diu liberi, rursus ab Hyrcano subiugati, circumcisionem re- gentem redacti.
ceperunt, & in vnam gentem coaluerunt. *Iosephus lib. 14. Antiquit.*
cap. 17. Vnde † factum vt Silius, Plinius, & alij nonnumquam Idu-
mæos cum Iudæis confundant: sed quando pressè loquuntur, Idu- Idumæi cū
mæos vocant qui tales origine, Iudæos qui ab antiquis Iacobi posteris Iudæis confunduntur à
nati: differentiā hanc me docuit Ammonius *lib. de differentiis nominum.* Scriptorib.
Allegoria, sed à Spiritu sancto præcipuè intenta, est de dominio spiri- Idumæi propriè qui.
tuali Christianorū in Iudęos; *ad Rom. d. c. 9.* & bonorū in malos, hi illis

in exercitium & viam ad cælum sunt; & ita seruiunt. *lege D. Augustin. d. sermo. 78. & d. c. 35. & 42. Rupertum lib. 7. c. 3. & 4.* TROPOLOGICE Origines *hom. 12. de carne & Spiritu.*

VERS. 24. REPERTI SVNT] manifestarunt se, prout prædictum illi.

VERS. 25. TOTVS] non capite tantùm, sed reliquo † ferè corpore: infantuli
22. Esau cur Seir, & antalis præter naturam. glabri solent nasci: at Esau שער *Seegar pilosus*, vide & *Seir* dictus: quare ortus iste præter naturã, vt & illud de plantæ apprehẽsione, quod permissu Dei factum, ad vitam vtriusque designandam. Porrò quia hirsutũ & hispidum esse corpore, virilis seu perfectæ ætatis proprium
23 Esau cur dictus. est; ideo *Esau* quasi † adultus & fortis, nominatus, *ita Caietanus*: propter coctionem verò rufam, de qua statim, dictus; *Edom* quasi san-
Edom cur. guineus. *D. Hieronym. in c. 1. Abdiæ.*

PROTINVS] immediatè quasi contendens de primogenitura; negans se posteriorem, qui simul egressus, *plantam tenens*) q. d. si ianua non tam arcta foret, vel prior, vel non posterior prodirem: signum erat; vi Esau, sed dolo Iacob præualiturum. *Rupertus.* ALLEGORIAM Eucherius *lib. 2. cap. 46.*

24 Iacob vnde dictus. IACOB] à verbo, עקב *Ghachab*, quod † supplãtando, seu plantã tenendo decipere significat: si loca perpendas vbi positum, & sic vera est etymologia simul Isaaci *hîc*, qui attendit *ad plantam* seu calcaneum tenentis gestum; & alia quoque Esau, *cap. 27. 36.* qui suâ etymologiâ indicat, quid significarit ille habitus seu gestus nascentis; nempe fraudẽ qua ipse ab illo circũueniendus: conciliari quoq; poterit hoc pacto dissidium, quod est inter Oleastrum & alios, de vocis significatione.

SEXAGENARIVS] hinc apparet multa per anticipationem superiùs narrata, vt quod de morte Abrahæ dictum & alia.

VERS. 27. AGRICOLA] LXX. ἀγροικος: quasi dicas, agebat vitam inquietam agrestem, & foris versabatur. Cernas inter hos geminos discrimen ferè, quale inter Zethum & Amphionem poëtæ fingunt.

25. Simplex, quid. SIMPLEX] LXX. ἄπλαστος *sine dolo fucóque* meliùs exponas, perfectum, iustumque תם *Tam* deducitur à THAMAM, perficere, consummare: sic noster *simplicem* solet sumere pro eo qui nulli nocet. Matth. 10. 16. *estote simplices, sicut columbæ.* Habete serpentum pruden-
26. Iacob studia. tiam, sed ea nolite in aliorum damnum vti. Rom. 16. 19. *volo vos sapientes esse in bono & simplices in malo*; vt nouertis quicquid vobis & aliis expediat, nulli verò sciatis vel velitis damnum inferre: vt quidam exponunt. Græcè tamen vtrobique ἀκεραίους vocat.

HABITABAT IN TABERNACVLIS] etiam Esau habitabat in tabernaculis: nam hæ tum illis domus: benè explicãt LXX. οἰκῶν οἰκίαν, *hoc est inhabitans domum*: rarò foràs progrediens, nec venationi intendens, sed rei domesticæ curam gerens. Nam mores oppositos fratri ostendit. *Habitare* igitur, noster, pro manere & continuò esse ponit. Sanè Hesiodus olim dixit οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι. *domi esse melius, damnosum verò foris vagari* οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, *domus amica, domus optima*, inquiebat illa. Possis etiam sensu Tropologico capere; Iacob sui inuestigatorem fuisse, & discussorem, iuxta illud; *Tecum ha*

cum habita, vt noris quàm sit tibi curta supellex. Nihil dubito solitum vacare meditationi, & ἀδολεσχεῖν, sicut & pater eius sup.c.24.53. Hebræi volunt adiisse scholas litterarias & à Melchisedecho (quem Semum putât) institutū; crediderim potiùs paternâ & senis Abrahę operâ vsū. Chaldæus † exponit fuisse *ministrum domus doctrinæ* MESCAMMES BETH VLPANA, quod interpretor auditorem sapientiæ. Hoc si est verum, habes scholarum & Gymnasiorum antiquitatem. 27. Scholarum origo.

ISAAC AMABAT ESAV] vt primogenitum, & teneriore quodam affectu, quòd edulia sibi grata subministraret: bonus & iustus erat: sed etiam boni, homines sunt. *Cyrillus.* VERS. 28

DILIGEBAT IACOB] saniore affectu, quòd meliùs moratum videret, & amabilioribus moribus, & propter promissiones sibi à Deo factas. TROPOLOGIAM pete à D. Gregorio *lib. 5. in Iob. cap. 7.* ALLEGORIAM ab Eucherio.

PVLMENTVM] lenticulæ Ægyptiæ, vt docet S. Augustinus *super psal. 46.* & de talis pulmenti suauitate quædam Athenæus *lib. 4. δειπνοσοφ.* & Gellius *lib. 17. Noctium Atticar. cap. 8. vide Pererium.* VERS. 29. 29. Lenticulæ Ægyptiæ.

DA MIHI] Hebraicè ipsa verba indicant auiditatem & intemperantiam petentis: *fac me vorare de ruffo, ruffo isto.* de coctione istâ, tam suauiter rubente: fortassis lenticula ruffa erat, vel croco tincta, aut alio cōdimento. Zeno lenticulæ Alexandrinæ coriandri grana, quæ ruffa, misceri iubebat. ALLEGORIAM pete à Prospero *p. 1. Prædictiō. cap. 20.*

PRIMOGENITA TVA] Primogenituræ † priuilegia: quæ tempore legis naturæ fuerūt sequentia: primò in mensa locus dignior. *inf. c. 43. 33.* Secundò ciuilis Principatus in fratres, & successio in patriam dignitatem, qua primogenitus ceteris loco patris erat, adeo vt corā eo se inclinarent. *inf. 27. 24.* & eum vocarent Dominum, colligitur ex eo quòd Iacob ita compellat Esau *inf. cap. 32. & 33.* Qua prærogatiuâ in peccati pœnam Ruben spoliatur, & ea transfertur in Iudād. *inf. c. 49. 3. & 8.* sic capio quod Isidorus Pelusiota *in Catenâ* dicit primogenitos successisse in regnum & patriarchalem dignitatem. Tertiò in hęreditatis diuisione duas partes accipiebat natu maximus vbi alij singulas. *Theodoretus q. 77.* hæc quoque Ruben adempta, Iosepho cessit. *1. paralip. 5. 1.* Quartò Pater moriturus primogenito benedicebat *inf. 27. v. 4.* Addit Tostadus, etiam ipsos primogenitos solitos fratribus benedicere. Quod nondum reperio in SS. confirmatum. Puto illum id asserere, quia credebat Primogenitis competijsse ius sacerdotij, quod foret aliud & maius priuilegium: id ex Hebræorum Traditionibus scripsit S. Hieronymus, tenuerunt autem apertè Isidorus Pelus. Rupertus, Eucherius, Tostadusque. Mihi non persuadent, quia noui Abel & Abrahamum sacrificasse, qui primogeniti non fuerunt. Non negauerim tamen fieri posse, vt competierit illis peculiare ius aliquod sacrificij pro totâ familiâ certo tempore & ritu offerendi, & in eum vsum peculiarem vestem sacerdotalem habuerit. Post Mosaicam verò legem nihil sacerdotale penes illos, quâ primogeniti, cōstat fuisse. Nam Leuitæ, loco omnium primogenitorum Israëlis, ad Sacerdotium eue- VERS. 31. 30. Primogenita, in quibus posita. 1. 2. Isidori Pelusiotæ locus. 3. 4. 5. 31. An Sacerdotes fuerint.

cti. *Num.* 3. *v.* 12. *&* 13. & in tribu Leui vestis Sacerdotalis cessit primogenitus. *Num.* 20.28.

31. Iacob an peccarit emendo primogenita.

Alia quæstio, de peccato in hac venditione: constat Esau grauiter deliquisse. cur ergo Iacob non peccauit emendo, quod ille peccauit vendendo? Respondeo paucis. Esau peccauit, non quia vendidit quod suum non erat. bonâ enim fide putabat suum esse, vt & Isaac pater eius existimabat. Sed peccauit, quia rem spiritualem (nempe ius primogenituræ) quantum in ipso fuit, cum quodam contemptu, pro tam vili escâ, vendidit, vnde Apostolus cum meritò vocat profanum, *Hebr.* 12.16. βέβηλον Græcè, quod propriè significat à sacris propter impuritatem arcendum. D. Chrysostomus verò & alij Græci cùm explicant você γαστρίμαργος, non vocis significatum, sed vitium ipsius Esau nobis proponunt, & causam profanæ venditionis. Quod cùm in D. Thomæ dictis vir doctus animaduerterit, miror illum Græcos interpretes in ius vocare propter id ipsum, quod in alio excusat. Iacob non peccauit, quia monitu matris sciebat τὸ πρωτοτόκιον, ius primogenituræ sibi competere: Rebeccam id ex oraculo sciuisse constat, eamdem Iacobo indicasse colligitur, quia cùm mox *cap.* 27. audacter eum mater induceret ad præripiendam benedictionem, non prætexit sibi non esse debitam, sed dumtaxat, ne pater ægreferat sibi impositum, periculum subesse. Neuter tamen id vel Esau, quòd scirent iræ impotentem esse; nec Isaaco, ne mærore afficerent tenerè diligentem, fuit ausus declarare; nullâ præsertim se adhuc occasione commodâ offerente. Nunc Iacob oportunitatem nactus vindicandi confirmandique iuris sui per spontaneam fratris cessionem, diuinitus oblatum auxilium non neglexit. Quare propriè loquendo non tam emit formaliter ius istud, quàm à violento detentore extorsit, & (vt aiunt) pacificam possessionem parauit vexationis suæ redemptione. Vnde nec Simoniam ratione rei spiritualis (si modò talis fuit primogenitura) nec iniustitiam ratione inæqualitatis pretij, commisit.

Locus Pauli ad Hebræ. 12.16. Chrysostomus & Græci defensi.

VERS. 32. EN MORIOR] moriar certò, nisi cibum accepero. periculum contemptui prætexit, & quod auiditatis erat vult videri necessitatis. ALLEGORIAM pete à Ruperto *cap.* 7. TROPOLOGIAM à D. Gregorio *lib.* 30. *in Iob. cap.* 27. contra auiditatem etiam vilis edulij differente.


VERS. 33. IVRA ERGO MITTI] per te mihi licitum fore primogenitorum prærogatiuis pacificè vti frui.

ABIIT PARVIPENDENS] vt scias non resipuisse. Ventrem virtuti, cibum honori, gulam benedictioni præferebat. iam tum opinor meditatum; quod iure amiserat, ferro retinere. Quid mirum si præscius Deus eo priuandum decreuerat, quod tam profanè contempturum præuidebat? & an non hîc βέβηλος simul & γαστρίμαργος?

CAP.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.





RTA autem fame super terram 1.
post eam sterilitatem, quæ accide-
rat in diebus Abraham, abiit Isaac
ad Abimelech regem Palæstino-
rum in Gerara. * Apparuítque ei 2.
Dominus, & ait: Ne descendas in
Ægyptum, sed quiesce in terra, quam dixero tibi.
* Et peregrinare in ea, eroq; tecum, & benedicam 3.
tibi: tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regio-
nes has, complens iuramentum quod spopondi
Abraham patri tuo.* Et multiplicabo semen tuum 4.
sicut stellas cæli: dabóque posteris tuis vniuersas
regiones has: & BENEDICENTVR in semine tuo
omnes gentes terræ,* eo quòd obedierit Abraham 5.
voci meæ, & custodierit præcepta & mãdata mea,
& ceremonias legésque seruauerit.* Mansit itaque 6.
Isaac in Geraris. * Qui cùm interrogaretur à viris 7.
loci illius super vxore sua, respondit: Soror mea
est: timuerat enim confiteri quòd sibi esset sociata
coniugio, reputans ne fortè interficerent eum pro-
pter illius pulchritudinem. * Cúmque pertransis- 8.
sent dies plurimi, & ibidem moraretur, prospiçiens
Abimelech Rex Palęstinorum per fenestram, vidit
eum iocantem cum Rebecca vxore sua.* Et accer- 9.
sito eo, ait: Perspicuum est quòd vxor tua sit: cur

mentitus es eam ſororem tuam eſſe? Reſpondit:
10. Timui ne morerer propter eam. * Dixitq́; Abime-
lech: Quare impoſuiſti nobis? potuit coire quiſpiá
de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos
grande peccatum. Præcepitq́; omni populo, dicés:
11. * Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte mo-
12. rietur. * Seuit autem Iſaac in terra illa, & inuenit in
ipſo anno centuplum: benedixitque ei Dominus.
13. * Et locupletatus eſt homo, & ibat proficiés atque
ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus
14. eſt: * habuit quoque poſſeſſiones ouium & armen-
torum, & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei
15. Palæſtini, * omnes puteos, quos foderant ſerui pa-
tris illius Abraham, illo tempore obſtruxerunt, im-
16. plentes humo: * in tantum, vt ipſe Abimelech di-
ceret ad Iſaac: Recede à nobis, quoniam potẽtior
17. nobis factus es valde. * Et ille diſcedens, vt veniret
18. ad torrentem Geraræ, habitarétque ibi: * rurſum
fodit alios puteos, quos foderant ſerui patris ſui
Abraham, & quos, illo mortuo, olim obſtruxerant
Philiſtiim: appellauítque eos eiſdem nominibus
19. quibus antè pater vocauerat. * Foderúntque in
20. Torrente, & repererunt aquam viuam. * Sed & ibi
iurgium fuit paſtorum Geraræ aduerſus paſtores
Iſaac, dicentium: Noſtra eſt aqua, quam ob rem
nomen putei ex eo, quod acciderat, vocauit Ca-
21. lumniam. * Foderunt autem & alium: & pro illo
quoque rixati ſunt, appellauitq́; eum, Inimicitias.
22. * Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non
contenderunt: itaque vocauit nomen eius, Latitu-
do, dicens: Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit
23. creſcere ſuper terram. * Aſcẽdit autẽ ex illo loco in
Berſa

Betſabee,* vbi apparuit ei Dominus in ipſa nocte, 24.
dicens: Ego ſum Deus Abraham patris tui,noli ti-
mere,quia ego tecum ſum: benedicã tibi, & mul-
tiplicabo ſemen tuum propter ſeruum meũ Abra-
ham. * Itaque ædificauit ibi altare: & inuocato 25.
nomine Domini, extendit tabernaculum: præce-
pítque ſeruis ſuis vt foderent puteum. * Ad quem 26.
locum cùm veniſſent de Geraris Abimelech, &
Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, * 27.
locutus eſt eis Iſaac: Quid veniſtis ad me hominem
quem odiſtis, & expuliſtis à vobis? * Qui reſpon- 28.
derunt: Vidimus tecum eſſe Dominum, & idcirco
nos diximus: Sit iuramentũ inter nos, & ineamus
fœdus, * vt non facias nobis quidquam mali, ſicut 29.
& nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod
te læderet: ſed cum pace dimiſimus auctum bene-
dictione Domini. * Fecit ergo eis conuiuium, & 30.
poſt cibum & potum,* ſurgentes manè,iurauerunt 31.
ſibi mutuo: dimiſitque eos Iſaac pacificè in locum
ſuum. * Ecce autem venerũt in ipſo die ſerui Iſaac 32.
annunciantes ei de puteo, quem foderant, atque
dicentes: Inuenimus aquam. * Vnde appellauit 33.
eum, Abundantiam: & nomen vrbi impoſitum eſt
Berſabee, vſque in præſentem diem. * Eſau verò 34.
quadragenarius duxit vxores, Iudith filiam Beeri
Hethæi, & Baſemath filiam Elon eiuſdem
loci: * Quæ ambæ offenderant 35.
animum Iſaac &
Rebeccæ.

ARGVMENTVM.

Deus, vt solitus Abrahamum, ita nunc filium eius Isaac, aduersis probat, vexatum ab alienis, contristatum à suis: interea multis eum bonis cumulat, & promissiones patrifactas reiterat. Isaac peregrinatur, & cum Geraritis fœdus percutit. Esau matrimonia multiplicat.

VERS. 1. 1. Fames ista quo tempore. SVPER TERRAM] Chanaan vbi degebat. POST EAM] duplex fames fuit tempore Abrahæ, de priore agitur *supr. cap.* 12. cui centum post annis altera successit; de qua dicit; *eam*, propter quam Abrahā in Gerara profectus cap. 21. & post hanc posteriorem fuit tertia ista, inter quam & posteriorem illam etiam ferè intercesserunt alij centum anni. Nam tempore illius Isaac nondum natus, qui tempore huius vix minor centenario erat: accidit enim hæc tertia fames paulò antè digamiam Esau, ante annum eius quadragesimum, quem Isaac sexagenarius genuerat.

2. Abimelechi duo. ABIMELECH] D. Augustinus q. 75. Chrysostomus, Iosephus & alij volunt † eundem esse, de quo cap. 21. actum, quoniam hic nominatur idem Phicol dux militum, qui illic. Verùm hoc argumentum non stringit, vt post ostendam. Sequeretur hunc plus centum annis regnasse. Potiùs placet, alium fuisse, fortè filium illius: huc perrexit, quia in Ægyptum breuius iter est per Philistim: vt dicitur Exo. 13. 17. Ægyptum verò petebat Isaac.

VERS. 2. 3. Isaac cur prohibitus ire in Ægyptum. APPARVITQVE EI DOMINVS] incertum an in somnis, certum fuisse priusquam in Ægyptum perueniret. Sed cur prohibitus ire, quo Pater fuerat permissus? an quod Ægyptiis necessarius fuerat Abrahæ aduentus, vt veræ fidei & religionis doctrina imbuerentur: nunc verò id minùs necessarium? & voluerit etiam Deus ostendere, quod vel in rerum omnium inopia, & sterili solo suos queat alere? *Theodoretus quæst. 76.*

QVAM DIXERO] quam dicam: nondum ergo in Gerara peruenerat: vbi postea iussus ad tempus manere.

VERS. 3. PEREGRINARE IN EA] ad tempus ibi tanquam peregrinus habita.

TIBI ENIM] explicat quod dixerat, *benedicam tibi.*

VNIVERSAS REGIONES HAS] totam in qua versaris regionem Chananæorum: nihil necesse vt singulatim tunc Deus eam ostenderit (potuit tamen speciebus singula repræsentantibus formatis in fantasia) sufficit ad quatuor mundi plagas intenderit, *vt sup.* 13. 14.

VERS. 5. EO QVOD OBEDIERIT] vt videns se tam multa consequi ob merita patris, speret se ob propria mercedem meliorem consecuturum. *Vide Chrysostom. hom.* 51.

VOCI MEÆ] iussioni de necando filio.

PRÆCE

PRÆCEPTA] Hebraicè voces positæ ex quarum significatione patet nullam hîc esse Battologiam. primò pro *custodivit præcepta*, est allusio vocis *custodierit custodiam meam*: וישמר משמרתי *Vaisemor misemarti*, pro quo Chaldæus *custodivit custodiā verbi mei* eodem sensu, 4 Præcepta.
& LXX. *ἐφύλαξε πάντα τὰ προστάγματά μου*, addentes *omnia*. Nec mutatione numeri sensus mutatus. Nam *custodia* seu præceptum, latissimè & quasi genus ponitur, cuius mox ἐξηγητικῶς species subduntur, quasi diceret, omne quod præcepi, nempe omnia mandata, cærimonias, & leges. Nec enim ista tria hîc confundo, sed propriè singula capio. MANDATA.] LXX. *ἐντολάς μου*. Hebraicè מצות *Micuoth* significant iussiones, &, quia primo loco ponuntur, præcipuas illas primarias, & incommutabiles iuris naturæ, pertinentes ad Dei cultum in Mandata.
genere, & proximi caritatem.

CEREMONIAS] LXX. *δικαιώματα* quòd in his Iudæi maximè ponebant iustitię cum Deo quandam obseruantiā, & externum eius in- Ceremonię.
diciū חקת *hukoth* propriè ritualia significat, inter quæ præcipua fuit circumcisio, cuius adspectu Chaldæus, *pacta* vertit. Et intellige de cerimoniis, quas iussu Dei, tum fideles obseruabant; quas nihil vetat aliquas fuisse easdem, cum iis quas lex Moysis etiam præscripsit: aliquas dico. nam non omnes fuisse, conuincunt argumenta Tostadi.

LEGESQVE] LXX. *νόμιμά τὰ νόμιμά μου*, sic etiam Chaldæus, & Heb. Leges.
תורת *Thoroth* propriè denotat doctrinas, & instructiones peculiares positiuas siue scripto, siue non scripto iure traditas, vt de non comedendo sanguine, & si quæ talia. Vnde & tota lex Moysis *Thoroth* dicta. fateor tamen, cum Lipomano & aliis, hæc vocabula interdū promiscuè vsurpari: sed quando propriè capi possunt, omnino vocum proprietas est obseruanda. ALLEGORIAM pete à Ruperto *lib. 7. in Genes. cap. 8.*

MANSIT] iussu Dei. GERARIS] vt puto in ipso oppido. VERS 6.

LOCI] Gerare. SOROR] cognata excusandus vt pater *sup. c.* 20. NE VERS. 7.
FORTE] Tostad. rationem reddit, quia Chananæi magis abhorrebant ab adulterio, quàm ab homicidio: quod vnde didicerit, nescio. VERS. 8.

IOCANTEM.] licentiā maritali liberius agentem quàm cum alienā 5.
viri graues solebant. *D. Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 22.* Caietanus vult significari actum coniugalem: sequitur Iudæos, qui cùm sint homines impurissimi, nobis hîc sanctum patriarcham cum vxore, Cynicos faciūt, quasi de Cratete & Hypatiā scriberent. Incredibile est tam sanctos coniuges sic in proparulo, vt aliunde conspici possent. Nec verba Abimelech illos iuuant, & vox שחק *Scachaq* condemnat, quæ propriè iocari & ridere significat, vt de Sarā ridente vsurpatur à Moyse *sup. 21. 6.* Isaac lusus cum Rebecca qualis.

Pro viro iusto Rex Isaacum habebat, & ideo mentitum potiùs, VERS 9.
quā incæstuosum suspicatur, Et ait: cùm sis vir honestus, grauis, probus; patet te non acturum tam licenter cum sorore: vel aliā quæ non foret vxor tua.

VERS. 10. MENTITVS] causam quærit dicti, quod opinione Abimelech
6. Dormire pro cócumbere. mendacium erat, quia cognationis eorum ignarus Rex.

IMPOSVISTI] non rectè, neque iuxta leges amicitiæ hoc abs te actum. vsus es simulatione nobis & tibi periculosâ. Nã POTVIT COIRE QVISPIAM DE POPVLO] Non est hic verbum שוחק, quod suprà; sed שכב quod iacere, dormire, coire significat. LXX. seruatâ consuetudine sacræ linguæ vertunt *ἐκοιμήθη dormiuisset*: noster phrasim explicuit, quæ est in vsu etiam Hispanis, *echarse ò dormir con alguna*: & Belgis, *Byslaepen*. Totum Hebraicè ad verbum; *vt parum abfuit iacuit vnus populi cum vxore tuâ*. minimum abfuit, quin vnus de populo iacuerit cum vxore tua. Vatablus vult vnum pro primo & summo poni & Regem significare sibi in mente fuisse illam in concubinam accipere. videntur id etiam LXX. insinuare, qui habent; *ἐκ τοῦ γένους μου aliquis ex genere meo*.

7. Ignorantia pro peccato. PECCATVM] noster explicationis causâ addidit *grande*: quod non est in Hebræo, Græco vel Chaldæo. Hebraicè est אשם *Ascam*, quod Oleaster scribit significare duo; nempe delictum ex ignorantia commissum, (ideo LXX. hîc vertunt *ἄγνοιαν ignorantiam*) & pœnam siue desolationem propter peccatum. Propter quam latitudinem significationis fortassis noster addidit, *grande*. Notandus autem Hebrais-
8. Inducere super aliquem peccatum. mus, *inducere super aliquem peccatum*, pro præbere alicui occasionem peccandi.

VERS. 11. QVI TETIGERIT HOMINIS HVIVS VXOREM] Noster *Tangere*
9. Tangere pro rem habere. accepit, vt Latini sæpè solét pro re venereâ: vnde & virgo dicitur *intacta*, quæ rudis viro. Obscuriùs Hebraicè mens regis proponitur; *Qui tetigerit virum istum & vxorem eius*, quod LXX. retinent. Noster optimè intellexit, Isaaco indirectè caueri, Rebeccę directè, hoc sensu: qui tangens impudicè vxoré lęserit ipsius virú. nã huiusmodi quid cũ
10. Lex prima contra adulterium. vxore virũ dehonestat. Ait verò tetigerit intelligẽs quocumq; modo, siue nolentem siue volentem. Hæc prima lex positiua adulterio mortis pœnam præscribens, nam in genere, sed quoad Rebeccam: videtur tamen vsu recepta hæc pœna, nunc declarari etiam in peregrini istius vxore locum obtinere. Postea legem hanc Deus per Moysem Iudæis tulit. ALLEGORIAM pete ab Eucherio libro secundo capite 40.

VERS. 12. SEVIT] in terrâ conductâ.

11. Centuplum. INVENIT] messe collectâ, ex trituratâ admensus est ipse, & non ceteri.

IN IPSO ANNO] illo sterilitatis. vnde apparuit id præternaturale esse.

Conciliatæ versiones. CENTVPLVM] Aquila *ἑκατὸν ἠκαστευμένον. centuplum æstimatum*. Hebraicè hodie exstat, *centum æstimationes*. מאה שערים *Meah scegharim* per Camets, quod æstimatione centuplo superaret impensam, hoc placuit D. Hieronymo, & Chaldæus; *quam æstimauerat*. LXX. legerunt *Sceghorim* per cholem quod ordea significat. ideo verterunt *ἑκατοστεύουσαν κριθήν. centuplicatum ordeum*. materiam exponentes

nentes,ideo interpretor; *seuisse ordeum & illo ipso anno* tantum collegisse,vt pretio æquipolleret granis cẽtuplicatis. Sic enim conciliandæ versiones cũ fonte. Nã si præcisè ad numerũ seu quantitatẽ seminis referas cum D.Chrys.non conueniet cũ Hebræo,& D.Hieronymo:si neges ordeum fuisse,repugnas LXX.interpretibus: & regionũ quarumdam vt Bethici,Leontini & Ægyptij agri ordinaria ferè hæc messis est Plinio *lib.*18.*cap.*10.in Africâ quoque Byzacij vt plurimum centum quinquaginta,sæpe trecenta quinquaginta, Cyniphij trecenta pro vno soliti legere.*vide Pererium hic*. Quare valdè propendeo vt centuplum interpreter cum Aloisio indefinitè, nempè nõ mathematicè vel præcisè, sed pro valde magno prouentu. sicut alibi, *si genuerit quispiam centum liberos* Eccles.6. 3. *Peccator ex eo quod centies facit malum*.Cap.8.12.sic.Plinius *d.lib.*18.*cap.*11.fertilissimi tritici genus, *centigranum* appellat,& *lib.* 22. rosam plurimorum foliolorum *centifoliam*.sic *centum* passim apud poëtas vsurpatur. BENEDIXIT QVE EI] idiotismus,pro;*benedixerat enim ei*.tempus perfectum pro imperfecto & copula pro causali. Cẽtum pro plurimis.

LOCVPLETATVS] omni copia temporalium bonorum *sic Chrysost.hom.* 52. *& Augustin. q.* 76. ALLEGORIAM pete ab Origene *hic hom.*12. TROPOLOGICE ait Diodorus; vbicumque quis manserit iubente Deo,illic bonis omnibus affluet. VERS.13. 12. Locum quo Deus esse iubet fælicissimum.

INVIDENTES EI]cerne vt.

Inuidus alterius rebus macrescit opimis,

de quo bene Chrysost. s. VERS.14.

QVOS FODERANT] fossos tempore Abrahæ constat:de obturatione non ita. Nam viuo Abrahamo obturatos volunt LXX. vertentes *obstruxerunt in tempore patris sui*.Hebræa Chaldæa, & Latina ambigua sunt,& videntur magis indicare obstructos tempore Isaac,post Abrahæ obitum vt exsertè dicitur v. 18. ALLEGORIAM de hæreticis, qui Catholicæ doctrinæ puteos pertinaciter conspurcant & obturant, proponunt Origenes *hom.*13.& pluribus Hamerus *hic à fol.*159.TROPOLOGIAM,quomodo piis animæ putei semper fodiendi docet B. Isidorus *hoc loco*. 13. Inuidiæ malum hic & num.seq. VERS.15. 14. Hæreticis similes Palæstinis.

IPSE ABIMELECH]vir aliàs non malus, sed tunc liuore afflatus.

RECEDE A NOBIS] inuidiæ suffusio faciebat videri potentiorem,vt solet iuxta illud de inuidis; VERS.16.

Fertilior seges est alieno semper in aruo,
Vicinumque pecus grandius vber habet.

TROPOLOG. considerandа Isaaci in tot iniuriis illibata mansuetudo, mala transmittens,bonorum operum nihil omittens. 15. Isaaci mansuetudo

TORRENTEM GERARÆ] Iosepho teste hæc vallis dicta Pharan, sed per illam solitus exuberare torrens exiguus non nimis vicinus Geraræ,sed ab eâ nũcupatus.נחל *Nachal*, Hieronymus & Chaldæus, *torrentem*,LXX *vallem* verterunt,vtrumque re verum , vt dixi: sed & vocem Hebræam vtrumque volunt significare. *sic Lippomanus*. ALLEGORIAM de CHRISTO pete hîc à D.Hieronymo. VERS.17. 16. Gerare torrens & vallis.

VERS. 18. QVOS FODERANT]maluit veteres eruderare & expurgare, quàm
17 Isaac cur veteres puteos eruderarit. nouos fodere. 1. quia certus illic aquæ venam esse. 2. quia hoc facilius & minùs inuidiosum. 3. quia iustè vtebatur paterno labore, nec poterat ei nouum opus denunciari. 4. vt ita gratam patris memoriam recoleret & veneraretur, quare & eadam nomina renouauit.
18. Veteres explicationes eruderandæ potiùsquam nouæ conquirendæ. TROPOLOG. vtinam id sacræ Scripturæ interpretes facerent, & vino veteri mallent lectorem inuitare: non tot explicationum mõstra quotidie nascerentur, quibus nec cum Iolao Hercules conficiendis sufficeret.

VERS. 19. IN TORRENTE]sapienter, loco ab aliis quidem derelicto; sed erat verisimile venas aquarum aliquas latere, vbi hyemali tempore tot
10. exundabant confluges.

Fontes in vallibus. AQVAM VIVAM] caput scaturiginis aquæ perennis. Etiam in conuallibus fontes oriri docet experientia, quare negandum non est,
20. Torrens pro alueo suo. torrente æstate desiccato quo ad superficiem, eoque effosso etiam in valle aquam viuam reperiri potuisse. Torrens enim vocatur, ipse alueus siccus; qui certo anni tempore solet repleri: *κατὰ μεθορομίαν.*

VERS. 20. PASTORVM]aliorum à prioribus *Sic Josephus.*

NOSTRA EST]quia in nostro solo fodistis. Sed hoc iniustè prætexebant: quia illis consentientibus foderant. ideo vocauit eum; *Ghe-*
21. Calumnia. *sceq*, quod noster CALVMNIAM *vocauit ex eo quod acciderat calumniam.* LXX. verò ἐκάλεσεν ὁ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου ἀδικία ἠδίκησαν γὰρ αὐτόν. *vocauit nomen loci illius iniustitiam: iniustè enim egerant cum ipso.* Chaldæus; *iurgium, eò quod iurgati sint cum eo.* seruata vocis allusione, עשק עשקו *Ggeseq ghassaqu.* vt & Hebraicè est ad verbum, *vocauit calumniam, quia calumniati eum fuerant.* Scito עשק cum quinque punctis & puncto in sinistro significare *litigium*; עשק autem cum Camets punctoque in dextro Cornu, est per vim vel dolo iniustè occupare. hoc posterius amplexi LXX. noster vtrouis modo potuit legisse. Calumniam significare etiam Honchala asserit.

VERS 21. INIMICITIAS]nam toties iterata vexatio fuit indiciũ odij inue-
22 Inimicitiæ. terati. שטנה *Sunah* est auersio seu dissessio ab aliquo nata ex odio & rancore. quare benè vertitur odium, & inimicitia, & hostilitas. hinc
Satanas. *Satanas*, quasi hostis & contrarius. Et hoc loco Aquila & Symm. *aduersum* siue *contrarium* verterunt.

VERS. 22. PROFECTVS] Dominicum *Math.* 10. præueniens præceptum, cum in vno loco illum persequebantur, ad alium fugiebat: non se defendebat, sed iræ locum dabat: ita peruenit ad locum remotiorem, & ibi puteum fodit.

PRO QVO NON CONTENDERVNT]quia permittente Rege foderat, inquit Iosephus: vel quia ad tanto interuallo distantem Gerareni non soliti accedere, nec vllus color suppetebat, cur prohiberent.

23. Latitudo. LATITVDO] seu latifundium, sic Chrysostomi interpres ipso nomine gratiarum actio significatur. Nam רחבות *Rechoboth* latitudines signifi

significat; & sic indicauit Dei beneficio liberiorem nunc sibi & abũdantiorem adaquationem suppetere.

DILATAVIT NOS] nescio cur Chaldæus futurum maluerit. Hebraicè & Græcè est, *dilatauit nobis*. Metaphora sumpta à redactis in arcum, qui postea euadunt:† & significat ex persecutionis pressurâ liberari. psal. 4.1. *in tribulatione dilat asti mihi.* Dilatare pro ex angustia eripere.

ALLEGORIAS pete ab Origine *hom.* 13. & Ruperto *s. cap.* 9.

EX ILLO LOCO] vbi puteum foderat vltimùm.

IN BERS ABEE] finitâ fame tandem rediJt eò, vnde propter famem exiuerat. & vbi cum patre solitus habitare. Memor tamen quàm iniqui in patrem loci incolæ fuerant, varias animo curas voluebat, multa formidans: in somnis illum nocturno tempore Deus consolatur. VERS. 33.

IN IPSA NOCTE] secunda hæc visio Isaaci, sed prima in hoc loco & in somnis. ALLEGOR. Origenes *hom.* 14. VERS. 24.

EGO SVM DEVS] sum verus ille Deus, qui cum parente tuo hîc pactum pepigi. *sup. c.* 17.

TECVM SVM] & quia sum, qui sum, tecum, ero, custos, & protector tuus futurus, quid timeat, cum quo, & pro quo Deus?

EXTENDIT TABERNACVLVM] postquam Deo altare exstruxerat, eique sacrificarat, papilionem fixit ad ibi degendum.

VT FODERENT] quærerent & eruderarẽt illum, quem olim Abraham his locis effoderat. *D. Gregor. lib.* 31. *in Iob. cap.* 22. VERS. 25.

CVM VENISSENT] ab eo quem læserant sibi vanè metuẽtes, vt timida semper est mala conscientia; venerunt, non tam (sic Philo & Procopius) vt societatem inirent, quàm vt specularentur. parati, ad bellum si tenuem & infirmum; ad fœdus, si validum & potentiorem inuenirent,] Habes autem hîc tria nomina, quæ nonnulli omnia propria esse volunt; alij duo tantum esse propria, & medium *Ochozath* volunt significare turbam amicorum, quæ cum Rege venerat: ego cuncta puto appellatiua. In primis *Abimelech* fuit † commune nomen Regum Palæstinorum, sicut Pharao Ægyptiorũ. *Sic D. Hieronymus lib.* 9. *in Ezechiel. Diodorus Tarsensis, & Procopius hic.* significat, Patrem Regis: vt Rex nomine moneretur, quo animo in subditos esse deberet. idem valet, quod Romanorum PATER PATRIÆ. appellatiuum esse inde patet, quod etiam ille alius Rex tempore Abrahæ sic vocabatur. *s. c.* 17. *& c.* 21. vbi, cùm *v.* 22. etiã ille alter Regis socius vocetur, *Phicol*, vt iste; valdè suspicor, etiam *Phicol* (hoc est omnis facies) officij ratione, appellatiuum fuisse; quod nomine ipso indicarentur, omnium militum animi & oculi in eum conuersi: ideoque cu nctorum primus in acie suos ducere & præire debeat, sicut & facies corpus ipsum præcedit. LXX. *φιχώρ.* VERS. 26. 24. Abimelech. 25. Phicol.

OCHVZATH] eum significat, qui possidet hunc: LXX. vel quod reuera olim vox illa† reperiebatur, vel more suo Paraphrastem agẽtes, *sup* 21. 22. & 32. alijs duobus tertium inseruerunt, & quod de duobus cæteris, de isto quoque censeo, appellatiuum esse. Itidem 26. Ochuzath, quid & quale officium.

LXX. & illis versiculis eum vocant *Pronubum*, & isto quoque loco verterunt, ὀχωζὰθ ὁ νυμφαγωγὸς αὐτοῦ. *Ochozath pronubus eius* male interpres Chrysostomi, *præfectum Gynecæi* pro eo quod noster *Ochuzat amicus eius.* & Chaldæus, *comitatus amicis suis.* quod ex D. Hieronymo in Traditionibus sequūtur Rupertus, Liranus, Tostatus, Vatablus. Hebraicè est vt noster transtulit. nam אחזת *Achuzath* quod quidam Hebræi substantiuum esse volunt, pro comitatu seu societate melius interpretamur vt proprium vel vt dignitatis appellatiuum, vt puto LXX. & nostrum capere: & vocem מרעהו *Mereshehu*, *amicum eius*. vox enim *Regha*, *amicum*, *Hu eius* significat, & Mem addititiū est, vt benè Lipomanus, & Eugubinus: quibus tamen nō assentior, LXX. interpretes carpentibus, Opinor enim, sicut apud Persas secundus à

Surenas. Amicorum cohors. Versiones conciliatæ.

Rege, *Surenas* (quod docebo commēt. in Esther) cui Regis coronādi munus incūbebat; sic apud istos Palæstinos Geraritas, Principem cohortis amicorū vocatū fuisse *Achuzath*, quasi dicas possessorē gratiæ & amicitiæ Regis: & more Romanorū magistratuum, qui in prouincias Prætores vel Proconsules mittebantur, & Persarum ac Macedonum Regum, etiam istos Abimelechos amicorum cohortem habuisse (quod Chaldæus apertè insinuat) cui præfuerit iste Ochuzath, & propter principem locum simpliciter & καθ' ἐξοχὴν *amicus* Regis fuerit dictus: (ideo noster sic vertit, vt erat Hebraicè.) Verisimillimum autem hanc cohortem potissimùm constitisse ijs, qui sponso Regi adfuerant, & cū eo nuptialia solemnia celebrarant: talem amicorum cohortem, ex ęqualis ætatis hominibus secum educatis constantem, habuisse Reges Iudæorum patet ex Regum historiâ de Roboam *lib. 3. cap.* 12. 8. Palæstinorum verò mos de huiusmodi socijs sponsalitijs declaratur in Historiâ Samsonis, *Iudi.* 14. 11. vbi est eadem vox

Socij sponsalium.

Hebræa *Mereghim* quæ hoc loco, & noster interpres ibi transtulit, *Sodales.* & hunc morem adspexit Seruator *Ioan.* 3. 29. *amicus sponsi stat, & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi:* Sic enim vt paranym-

Locus Ioan. 3. 29. Matt. 9. 15. Marci. 2. 19. filij nuptiarum.

phum suum describit. & Matth. 9. 15. *numquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum eis sponsus est?* quos Marci 2. 19. *filios nuptiarum* appellauit υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, filij thalami nuptialis. vt & Luc. 5. 34. more Hebræo *filios* ponens pro iuuenibus, hoc est pro sodalibus ex iuuente delectis, & sponso additis ad conuiuiū celebrādū, & nuptiarū lętitiā augendā. addidit τοῦ νυμφῶνος *thalami*, vt sciamus sponsos ad lectū genialē deduci consueuisse. Toto autē hoc festiuitatis spacio durāte, nullus mæroti locus erat. Horum sodalium seu amicorum præcipuum puto pronubi vice functum, & νυμφαγωγὸν Græcè; Hebraicè vero *Reghah* hoc est amicum (vt noster vertit) vocatum per excellentiam. sic enim d. cap. 14. 20. dicitur, vbi de pronubis non obscura mentio. sicut omnes amici, sed iste antonomasticè amicus, sic omnes pronubi, sed iste per excellentium pronubus. Quare qui Hebraicè amicus, rectè & ἐξηγητικῶς à LXX. dictus paranymphus seu pronubus. Hæc mea sententiâ, quam deseram doctus certiora melioraque.

VERS. 27. QVEM ODISTIS] quem vos odisse factis ostendistis.

VIDIMVS

VIDIMVS TECVM ESSE DOMINVM] vnum cæli & terræ Deum Geraritæ colebant:& ostendunt se bonâ fide, vt cum Dei sui amico, fœdus ferire velle. VERS. 28.

SIT IVRAMENTVM[de non offendendo inuicem fœdus sanciamus,& id iureiurando stabiliamus:sicut fuit inter Patres nostros. *Sic Chaldæus.*

NIHIL TVORVM ATTIGIMVS]nihil eripuimus rerum tuarum.Latronum misericordia,cùm non,quantum valent,nocent.ideo addunt NEC FECIMVS QVOD TE LÆDERET] nec personæ, nec rebus tuis nocuimus. Falsum hoc. nam ipsis conniuentibus pastores iniustè ab vsu puteorum suorum arcuerant. Sed malorum hoc ingenium est, culpam non agnoscere.quid iusti? dissimulare acceptam iniuriam, & malum bono vincere. VERS 29.

CVM PACE]beneuolè † saluum & integrum sine vllâ læsione.hoc valet שלום *Scalom. vide Oleastrum hic,& Pererium.* 27. Cum pace dimittere.

AVCTVM BENEDICTIONE DOMINI] subauditur causalis. *quia vidimus auctum* &c.Hebraicè est independenter, T*u nunc benedictus domini.* Sic etiam Græcè καὶ νῦν εὐλογημένος, &c. Sic etiam Chaldæus.sensus:idcirco *cum pace* dimisimus, quia nunc cernimus à Deo amari & prosperari.Nec otiosa particula,*nunc*.admonet enim humanæ fragilitatis.ne insolescat præsenti fœlicitate.nam posse gratiâ, quâ nunc floret,peccando excidere.

SVRGENTES MANE] poscit † iuramenti publici & solemnis reuerentia,vt non nisi à ieiunis & sobrijs præstetur:quod,malo more,hodie non seruatur,cum canones vetent à non ieiunis testimonium dici *c.1. ext.de testibus.*hac mente poeta ille. VERS. 30. 28. Iurandũ nõ nisi à ieiunis in iudicio.

----puteat forumque Libonis.

Mandabo siccis:adimam iurare paratis.

VENERVNT IN IPSO DIE] statim ac Isaac peruenerat in Bersabee, misit seruos puteum quærere & fodere:hoc die illũ ibi assecutus Rex Gerare,quia sine sarcinis & milite expedito,& solâ cohorte amicorũ venerat.postridie,postquã percusso fœdere discessit,redierũt ad Isaac serui nũciantes se puteũ,nactos copiosâ lymphâ lætũ. Nam quod in quibusdã Græcis libris erat negatiuè,*non inuenisse*,id vt mendosũ meritò Cõplutenses epanorthotæ castigarũt.nã in Hebræo deest negatio,vt& Aquilæ & Symmacho & Chaldæo & res ipsa illã refutat.vetustamen mendum fuit,iam à D.Hieronymi temporibus.*cum lege hic.* VERS. 31.

ABVNDANTIAM]satiem,seu saturitatem.quia copia futura in posterum aquæ pecoribus & familiæ. VERS. 33.

NOMEN VRBI IMPOSITVM EST BERSABEE] cùm sine punctis legerent,non mirandum, si diuersimodè hoc nomen interpretatum. LXX. legerunt sicut hodie exstat Hebraicè per ש Scin stridulũ *Scebagh.*quod significat *iuramentum* vel *septem*, vt dictum alibi *sup. cap.* 21.31. quia radicalibus ijsdem litteris vtrumque scribitur, licet seruiles variẽt.Nam *Scibachah* שבעה significat *septem*,& quando cum He in fine est masculinum.sine He est fœmininũ.sed *Seebughah* siue *Scebughath,* 29 Bersabee diuersa significat secundum pũcta.

bughath שבועה siue שבעת à verbo *Seabagh* שבע quod est *iurare*, significat *iuramentũ*:sed propter easdẽ radicales promiscuè sumũtur *baghah*, & *Scebagh*. Noster autem interpres legit per *sin* Ephraemiticum seu len,equod æquiualet ש vt hicdocet D.Hieronymus. nam à verbo *sabagh* שבע *satiarè*, *replere*, fit *scabagh* שבע *siue sobagh* שבע *saturitas*, *abundantia*. hodierna exemplaria Hebræa fauent LXX. qui ὅρκος iuramentum.' *vide Lipomanum hic*.'Nota Isaacum respexisse ad præsentem aquæ abundantiam & ideo pronũciasse *Bersabagh*: Abrahamum verò *d.v.* 31. respexisse ad septem agnos quos offerebat, & ideo pronunciasse *Bersabagh*. confirmatum tamen vrbi nomen, qui-
VERS. 34. busdam vno, alijs alio modo pronunciantibus. Procopius negat hoc etiam vrbis nomẽ fuisse, quod putei: sed cæteris repugnat & fallitur.


Sequuntur afflictiones domesticæ Isaaci.

VERS. 35. DVXIT VXORES] inuito pater iam centenario; qui tamẽ, ne filium contristaret, dissimulauit displicentiam. *ita Iosephus* addẽs soceros fuisse Dynastas Hethæorum quod credibile.

OFFENDERANT] malis moribus & contumaciâ, & quia manebant idololatræ. Sic Thargum Ierosolymitanum. *vide cap.* 27. *v. vlt.*

MYSTICA Rupertus *sup. cap.* 10.

CAPVT



CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

SENVIT autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauítque Esau filium suum maiorem, & dixit ei: Fili mi? Qui respondit: Adsum.* Cui pater: Vi- 1.
des, inquit, quod senuerim, & ignorem diem mor- 2.
tis meæ. * Sume arma tua, pharetram, & arcum, & 3.
egredere foras: cúmque venatu aliquid apprehen-
deris, * fac mihi inde pulmentum sicut velle me 4.
nosti, & affer vt comedam: & benedicat tibi ani-
ma mea antequam moriar. * Quod cùm audisset 5.
Rebecca, & ille abiisset in agrum vt iussionem pa-
tris impleret, * dixit filio suo Iacob: Audiui pa- 6.
trem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & di-
centem ei: * Affer mihi de venatione tua, & fac 7.
cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Do-
mino antequam moriar. * Nunc ergo fili mi, ac- 8.
quiesce consiliis meis: * & pergens ad gregem, 9.
affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis
escas patri tuo, quibus libēter vescitur: * quas cum 10.
intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam
moriatur. * Cui ille respondit: Nosti quòd Esau 11.
frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: * si at- 12.
trectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne pu-
tet me sibi voluisse illudere, & inducam super me

13. maledictionem pro benedictione.* Ad quem ma-
ter: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantùm
14. audi vocē meam,&pergens affer quæ dixi.* Abiit,
& attulit, dedítque matri. Parauit illa cibos, sicut
15. velle nouerat patrem illius.* Et vestibus Esau val-
de bonis,quas apud se habebat domi,induit eum:
16. * pelliculásque hœdorum circumdedit manibus,
17. & colli nuda protexit.* Dedítque pulmentum, &
18. panes,quos coxerat, tradidit. * Quibus illatis,di-
xit: Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es tu
19. fili mi? * Dixítque Iacob: Ego sum primogenitus
tuus Esau: feci sicut præcepisti mihi: surge,sede,&
comede de venatione mea,vt benedicat mihi ani-
20. ma tua. * Rursúmque Isaac ad filium suum: Quo
modo, inquit, tam citò inuenire potuisti, fili mi?
Qui respondit: voluntas Dei fuit,vt citò occurre-
21. ret mihi quod volebam: * Dixítque Isaac:Accede
huc, vt tangam te fili mi, & probem vtrum tu sis
22. filius meus Esau, an non. * Accessit ille ad patrem,
& palpato eo,dixit Isaac: Vox quidem, vox Iacob
23. est: sed manus,manus sunt Esau. * Et nō cognouit
24. eum,quia pilosæ manus similitudinem maioris ex-
presserát.Benedicēs ergo illi,* ait:Tu es filius meus
25. Esau?Respondit,Ego sum,* At ille: Affer mihi,in-
quit,cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat
tibi anima mea. Quos cū oblatos comedisset,obtu-
26. lit ei etiā vinū: quo hausto,* dixit ad eum:Accede
27. ad me,& da mihi osculum,fili mi. * Accessit,oscu-
latus est eum, statímque vt sensit vestimentorum
illius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor
filij mei sicut odor agri pleni,cui benedixit Domi-
28. nus. * Det tibi Deus de rore cæli,& de pinguedine
terræ

terræ abundantiam frumenti & vini. * Et seruiant 29.
tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fra-
trum tuorum, & incuruetur ante te filij matris tuæ,
qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui be-
nedixerit tibi, benedictionibus repleatur. * Vix 30.
Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob fo-
ras, venit Esau, * coctósque de venatione cibos in- 31.
tulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de
venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua.* 32.
Dixítque illi Isaac: Quis enim es tu? Qui respon-
dit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau. * Ex- 33.
pauit Isaac stupore vehementi: & vltra quàm credi
potest, admirans, ait: Quis igitur ille est qui dudum
captam venationem attulit mihi, & comedi ex om-
nibus priusquam tu venires? benedixítque ei, &
erit benedictus. * Auditis Esau sermonibus patris, 34.
irrugiit clamore magno: & cōsternatus, ait: Benedic
etiam & mihi, pater mi.* Qui ait: Venit germanus 35.
tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.
* At ille subiunxit: Iustè vocatum est nomen eius 36.
Iacob: supplantauit enim me in altera vice: primo-
genita mea antè tulit, & nunc secundò surripuit
benedictionem meam. Rursúmque ad patrem:
Numquid non reseruasti, ait, & mihi benedictio-
nem? * Respondit Isaac: Dominum tuum illum 37.
constitui, & omnes fratres eius seruituti illius sub-
iugaui: frumento & vino stabiliui eum, & tibi post
hæc, fili mi, vltrà quid faciam? * Cui Esau: Num 38.
vnam, inquit, tantùm benedictionem habes pater?
mihi quoque obsecro vt benedicas. Cúmque eiu-
latu magno fleret, * motus Isaac, dixit ad eum: In 39.
pinguedine terræ, & in rore cæli desuper * erit be- 40.

nedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies:
tempúsque veniet cùm excutias, & soluas iugum
41. eius de ceruicibus tuis. * Oderat ergo semper Esau
Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater:
dixítque in corde suo: Venient dies luctus patris
42. mei, & occidam Iacob fratrem meum. * Nunciata
sunt hæc Rebeccæ: quæ mittens & vocans Iacob
filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus
43. minatur vt occidat te. * Nunc ergo, fili mi, audi
vocem meam, & consurgens fuge ad Labam fra-
44. trem meum in Haran: * habitabísque cum eo dies
45. paucos, donec requiescat furor fratris tui, * & cesset
indignatio eius, obliuiscatúrque eorum quę fecisti
in eum: postea mittam, & adducam te inde huc:
cur vtroq; orbabor filio in vno die? * Dixítq;
46. Rebecca ad Isaac: Tædet me vitæ meæ
propter filias Heth: si acceperit Ia-
cob vxorem de stirpe huius
terræ, nolo viuere.

ARGV



ARGVMENTVM.

Prærepta Iacob fratri paterna benedictione: in Mesopotamiam ad auunculum suum Laban fugit.



NNOS triginta septem Moyses transmittit silentio, tot enim intercedunt à digamiâ Esau, quam superiore capite narrauit, vsque ad hanc Iacobi fælicem fallaciam. Nunc enim Esau LXXVII. & Isaac annum centesimum trigesimum septimum agebat. (*vide Tostatum hîc q.*1.) Quare biennio † halucinatus Alexander ille apud Eusebium *de Præparat. Euangelica lib.*9 *sub finem.* VERS. 1. — 1. Alexandri Polyhist. error.

CALIGAVERVNT] tum ætate, tum crebris ægritudinibus (*Sic Augustin. lib.* 16. *de Ciuit. Dei cap.* 30. adeò contractum & confusum fuit videndi acumen, vt parùm admodùm cerneret; vt non esset cæcus, sed cæcutiret. — 2. Isaaci caligo oculorũ

IGNOREM DIEM MORTIS MEÆ] breui me moriturum scio, quando id futurum nescio. idcirco nollem tibi non priùs me benedixisse. Sic soliti sancti morituri suis benedicere, filiis Iacob *cap.*40. *Genes.* populo Moyses *Deuteron.*33. VERS. 2.

ARMATVA] Hebraicè, *vasa*: sic enim omnia instrumẽta † & vtẽsilia nuncupant: quæ verò dicat *arma*, mox explicans addit, *pharetram & arcum*. non benè Chaldæus *gladium* pro pharetrâ. תליך *Thelecha.* VERS. 3. — 3. Vasa Hebræis quæ.

EGREDERE FORAS] in agrum, vt est Hebr. Græc. Chald.

PVLMENTVM] edulium gustui suaue & delicatum מט-עמים *Mat-ghammim.* inde fortassis vocabulum Latinum *Mattya*, à Græcis mutuatum † *μάττυα*, *Tertulliano de testimonio animæ cap.*4. & Mattyolæ, *Arnobio lib. vlt.* VERS. 4. — Mattya.

SICVT VELLE ME NOSTI] quibus scis me libenter vesci.

BENEDICAT TIBI ANIMA MEA] vt ex animo † tibi benedicam. Ignorabat oraculum Rebeccæ datum: alioqui non ausus fuisset Iacobum benedictione hac frustrari. Idcirco disponente Deo differtur benedictio, vt eam interim Iacob præriperet. Valdè sollicitus pro Esau pater, non quòd malum cupiebat benedictione munire (*vt non rectè Philo:*) sed quia reuerâ filij obsequiis delinitus, eum tenerè diligebat, & amor cæcum hac in parte reddebat. *Theodoretus q.*77. ALLEGORIAM pete à D. Hieronymo *epist.*25 *ad Damas. q.*3. & Ruperto *lib.*7. *in Genes. cap.*15. — 4. Benedicat tibi anima mea Hebraism.

CORAM DOMINO] Sic † fieri dicuntur, quæ rectè & iustè fiunt. ideo significat annuente, fauente, & aspirante Deo facere. *Vide Adag. sacra.* §.12.14. & 97. *confir. Num.*32. 21. *Iudi.*18.16. 1. *Reg.*16.6. 3. *Reg.* 2. 45. Contrà, quæ † improbè fiunt & cum peccato, dicuntur à Deo abscondita. Sic quidam illud exponunt *psal.*16.14. *de absconditis tuis adimpletus est venter eorum*: hoc est peccatis plenum cor. *psal.* 63. 5. *vt sagittent* VERS. 7. — 5. Coram Domino fieri. — 6. Abscondita Deo, quæ.

gittem in occultis immaculatum. de quibus locis aliàs. Nunc notandus canon, quicquid in sacra Scriptura † aliquo loco tamquam dictum refertur, licet eo loco, vbi prius narratum, non referatur, reverà tamē credendum est, dictum fuisse. Sic hoc loco dicitur Isaac dixisse, *coram Domino*; quod in eius verbis sup. v. 4. positum non fuit. Ioan. 11. 40. *nonne dixi tibi, quoniam si credideris videbis gloriam Dei?* Attamen non inuenias priùs in illo colloquio expressum. Sic quando aliquid erat additum † in prædictione, quod prætermittitur quando prophetia narratur impleta, credendum hoc quoque impletum fuisse. Exemplum Honchala suggerit: Ioël. 2. 31. dicitur *Sol conuertendus in tenebras, & luna in sanguinem*: quod B. Petrus *Act. 2. 20.* exponit de tempore passionis CHRISTI: nihilominùs in narratione passionis *Matth. 27. 45. Marci 15. 33. Lucæ 23. 45.* hæc Lunæ mutatio non commemoratur.

7. Can. vno loco relatum vt dictum; etsi ibi non positum, dictum tamē.

8. Can. credendum fuisse impletum quicquid positum in prædictione.

VERS. 8. CONSILIIS MEIS] obedi præceptis meis. Hebr. Græcè, & Chaldaïcè.

VERS. 9. LIBENTER VESCITVR] quemadmodum amat præparatos Hebr. אהב *Aheb.* Græcè φιλεῖ.

VERS. 10. EGO LENIS] Hieronymus, *leuis.* LXX. λεῖος, sic significat glabrum.

VERS. 12. SENSERIT] me non esse Esau, quia non sum hispidus vt ille.

SIBI VOLVISSE ME ILLVDERE] Hebrai. *& ero in oculis eius tamquā deceptor*, seu delusor. LXX. *ὡς καταφρονῶν sicut despiciens vel vilipendens.* Noster clarè exposuit. hoc est putabit me sibi decipulam intendisse, & insidiatum cæcitati eius.

MALEDICTIONEM] sicut accidit Chamo, qui patri suo illusit.

VERS. 13. IN ME SIT] D. Chrysost. *hom. 53.* vult ingenti amoris excessu paratam pro filio pœnam subire. Meliùs *in catenâ* Gennadius, & Theodoret. *q. 78.* censent securam de prospero successu, diuinæ promissionis fiduciâ sic locutam. q. d. nihil periculi est, frustrà pauescis. TROPOL. quo pacto parentibus filij æqualiter amandi docet D. Ambros. *lib. 2. de Iacob cap. 2.*

VERS. 14. ATTVLIT] duos hædulos. vnde colligit Procopius robustæ senem complexionis fuisse, qui ætate decrepitâ & æger tantum ciborum absumeret. crediderim potiùs Diodoro Tarsensi duos allatos, vt ex iis in pulmentum meliores & teneriores partes deligerentur.

VERS. 15. VALDE BONIS] Hebraicè *Hamudoth*, quod † multa significat, nam Hieronymus significat quosdam vertere *desiderabiles*, Chaldæus *mundas*, LXX. in singulari *pulchram.* noster generali voce cuncta hæc complexus. loquitur enim de vestimento Esau optimo & pretiosissimo, quo raró vtebatur, & ideo penes matrem in arcâ quapiam ex odoratis lignis, vel inter odoramenta (vt fit) asseruabatur quod floribus & radicibus iniectis solent etiam pauperiores sine luxu, munditiæ causâ & arcendis tineis. Nec credibile est vnguentis illitas vt vult vir doctus, *lib. 3. singular. in appendice cap. 1.* Luxus vnguentorum post Moysem apud Iudæos cœpit. nec inuenias vestigium antiquius. Non est necesse credere has fuisse vestes debitas primogenituræ, quibus indueretur sacrificaturus. Nam si id verum: cur nunc iis vteretur Iacob,

Esau vestes.

cob, quando ab Esau lasso, sudabundo, pulueruleпto cibi erant præstolanti patri inferendi?

Pelliculasq. hædorum] pilosum enim & hirtum meliùs referebant, quàm pelliculæ agnelli aut lanicutis arietis. Vers. 16.

Circumdvxit manibus] in morem chirothecarum, vt tantùm exterior pars manuum & digitorum esset pilosa; interior vola, glabra & depilis.

Colli nvdæ] Secutus est LXX. qui τὰ γυμνὰ τοῦ τραχήλου. Hebræa significant, *molliciem colli*. Sensus idem. munit partes, quas cæcutiens attrectaturus videbatur. Sic aptauit eum qui erat, vt posset videri qui non erat. Allegoriam pete à Prospero *p.1.prædict.cap.21.*

Panes] subcinericios, seu collyridas, de quibus ad Leuiticum. Vers. 17.

Feci sicvt præcepisti mihi] Si dixisset solummodo † sum primogenitus tuus, poterat explicatio D. Augustini sup. & Theodoreti *q.80.* Gennadij & plurimorum, vt non incongrua litteræ defendi; eò quòd iure ac dignitate primogenitus esset. Si tantum addidisset, *se Esau*; dici posset eodem pacto ratione successionis & pacti talem se vocare. Verùm cùm dicat, *feci sicut præcepisti mihi*, cui nihil pater præceperat: & totâ narrationis serie manifestum sit, velle persuadere patri se Esau ipsum esse, non dignitate tantùm aut meritò, sed ὑποστατικῶς & secundùm personam; in quam, vt peritam venandi, & solitam patri gratos cibos adferre, ferinam videlicet, non vt in primogenitum, iussio dirigebatur: volit etiam persuadere ferinam esse, venatione captam, quæ hædina de domo erat: & dicat se fecisse sicut præceperat, scilicet sumpsisse arma sua, pharetram & arcum, & egressum foras, adferre quod venatu ceperat: & ipsemet Isaac factum eius fraudulentum vocet *v.37.* Facilius videatur fateri leuiter mentitum cum Chrysostomo, Scoto, Lirano, Hadriano, Caietano, & Lipomano; vt cogitur tandem non obscurè fateri Pererius *hic disput. 5. num.56. in fine.* Dico mendacium leue fuisse, non quòd contra suam mentem Iacob locutus: sed quia, cùm teneretur ad senis mentem respondere; ambiguè locutus, volebat aliter intelligi, quàm res erat. Si fateare hoc mendacium esse: necessarium est fateare peccatum veniale fuisse Rebeccæ & Iacob. Nam mendacium aliquod peccati expers inueniri, fuit error Origenis, Chrysostomi & Cassiani: solidè refutatus à D. Augustino. *Vide Sixtum Senes. lib. 5. Bibliothe. annotat. 107.* Veniale peccatum apertè fatentur Tostad. Caietan. Lipoman. & Honchala hic. Velle Patriarchas ab omni veniali peccato immunes præstare, quo nec Apostoli caruerunt, cassæ pietatis & irriti laboris sit. Dicat aliquis: mysterium fuit: ergo non mendacium. Respondeo ex parte Dei mysterium fuit, ex parte Iacob mendacium. Etiam incæstus Thamar, & Samsonis fornicatio mysteria & simul peccata fuerunt. Allegoriam pete à D. Ambros. *d. cap. 2.* & S. Gregorio *hom. 6. in Ezechiel.*

Vers. 18.
10. Iacob defenditur à peccato mortali, non à mẽdacio.

11. Omne mendacium peccatum.

Qvomodo tam cito] quid hoc rei, quod tam citò prædam nactus? Vers. 20.

VOLVNTAS DEI FVIT] diuinâ factum est prouidentiâ, vt, quam ruspabar fera, statim mihi obuiaret.

VERS. 21. VT PROBEM] agnita vox Iacobi senem dubium reddit.

VERS. 22. QVIA PILOSÆ MANVS] nec auditus circa suum obiectum †, nec
12. tactus circa suum aberrauit: sed similitudo rei tactæ, vt solet, intelle-
Isaac deceptio in quo? ctum in errorem induxit: Similitudo pilorum manum (vt ait ille) caluitur. Credidit potiùs tactui, quàm auditui: quia, teste philosopho, in aliis sensibus homo à brutis vincitur; sed tactu exactior est,
13. Tactus sensuum certissimus. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις λείπεται πολλῶν τῶν ζώων. κατὰ δὲ τὴν ἁφὴν πολλῷ τῶν ἄλλων διαφερόντως ἀκριβοῖ.

BENEDICENS ERGO] certus animo mox benedicere. decretum
VERS. 23. significatur ipsa executione eius. Hebraicè, Græcè, & Chald. est, *& benedixit ei*; quod per anticipationem positum. Nam benedictionem præcessit, quod sequitur.

VERS. 24. TV ES FILIVS] vt sit omnino certus de personâ, iterum interrogat, & restringit quæsitum, non ad primogenitum, sed ad ipsam personam. Quare cùm respondet *Ego sum*; vel non respondet ad patris mentem, quod facere tenebatur: vel si ad eam respondet, veritati parcit. id enim tum affirmaret, de quo pater dubitans quærebat.

VERS. 25. AFFER] propiùs, vt vescar, mensam admoue, cum cibis quos mihi præparasti.

FILI MI] vocatiuus est, & corrupti libri, in quibus; *fily mei*.

OBTVLIT] נגש *Nagas* significat appropinquare & offerre. ideo benè noster & Chaldæus, benè etiam LXX. *προσήνεγκεν, attulit*.

VERS. 26. DA MIHI OSCVLVM] Sanctum & amoris signum. Cur Deus
14 Isaacum decipi cur Deus permiserit sic Isaacum decipi passum, cui poterat decretum suum reuelare, variæ causæ redduntur, mihi propter mysterium id factum asserentes maximè placent. *Lege D. Hieronymum epist. 125. Chrysost. hom. 53. Theodoretum q. 79.*

VERS. 27. VT SENSIT] nec enim fragrantia tanta erat, vt à sene remoto posset percipi: percepisset autem, si vnguentorum odor fuisset, qui solet locum implere: sed sensit demùm cum eum osculatus caput capiti apposuit. Volunt quidam vestimentis materiam odoratam intextam fuisse: quod non credo. morem probare debuissent. *Vide sup. v. 15.* Ceterum ex odoris suauitate quæ Dei donum, lætitiâ perfusus, & amore filij accensus in benedictionem prorupit.

15. Imperatiuus pro aduerbio. SICVT ODOR AGRI] Hebraicè, *vide odorem*, seu *vide vt odor*. Noster, LXX. & Chald. *Ecce*. gnari Hebræos † imperatiuis sæpè vti pro aduerbiis. Comparationem vero hanc parabolicam lautè accepi in Adag. sacris §. 42. *odorem agri* commendat Plinius *lib. 17. cap. 5.*

16. Isaaci sex benedictiones. CVI BENEDIXIT] statim explicabit quinque exemplis hanc benedictionem Dei. Primum ab odore, quod hîc habes secundum.

1. DE RORE COELI] tempestiuo humore ac influxu; quo à cælo
VERS. 28. solet inebriari, infundi, & apta reddi ad germinandum Isaias, *Quomodo descendit imber & nix de cælo, & illuc non reuertitur, sed inebriat terram,*
2. *& infundit eam, & dat semen serenti, & panem comedenti.* cap. 55. 10. *Moyses;*

Aperiet

Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cælum vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo.] Deuteron. 28. 12. Ros Palæstinæ optatissimus, vbi solebat tantùm pluere Octobri mense & Maio, seu Aprili: ideo intermedio tempore, ne sata exarescerent roris indiga erant, Pererius hic.

De pingvedine terræ] de terrâ vbere & pingui, bene affectâ, & ad vberem prouentum comparatâ: quæ nec arida, nec fistulosâ, nec scabra, nec cariosa, nec senescens, seu anus sit; sed tenera, & vt Caro vocat, puella. Sensus est, Deus tibi det de cælo rorido, & terra fertili, abundantiam Frvmenti et vini, hoc est omnium ad cibum & potum necessariorum. Quidam libri addunt, *& olei.* Sed hoc ex LXX. in ps. 4. 8. irrepsit *de quo dixi d.* § 41. Allegorice benedictiones istæ impletæ. in Christo vt accuratè explicat Theodoretus *q.* 81. & Augustinus *lib.16. de ciuita. cap.37.* Tropologice in anima cuiusque iusti D. Gregor. *hom. 6. in Ezech.* & Rupertus *libr. 7. cap. 17.* Anagogica est explicatio S. Irinæi *lib. 5. cap. 33.* 3. 4.

Serviant tibi popvli] Præcedentia ad opes pertinuit, istud ad imperium & dignitatem. Sensus est: Posteris tuis Dauidi, Salomoni & Assamonæis subiicientur Idumæi, Philistim, Moabitæ & alij populi. *sic Eusebius in Cathenâ.* Vers. 29. 5.

Adorent te tribvs] posteri Esau & Ismaëlis, quos in tribus ipsa hæc historia diuisit.

Esto dominvs fratrvm tvorvm] non bello tantùm vt dictum; sed etiam iure primogenituræ, hoc in posteris Esau & Iacob completum, non in ipsismet (*vide* 2. *Reg.* 8.) si factum spectes; si ius, statim in ipsismet. S. Irinæus š pro fratrum, legit; *fratris tui*, sicut est Græcè.

Qvi maledixerit] vltimum benedictionis membrum pertinens ad fauorem Dei erga Iacob, æquè ac erga posteros. q. d. communes nobis amici & inimici futuri. Non est imprecatio, sed prophetia. sequitur LXX. qui totum in singulari numero: Chaldæus in plurali, Hebræus per enallagen numeros cõfundit; *maledicentes tibi maledictus & benedicentes tibi, benedictus*: hoc nec Græcę nec Latinę aures ferrent. 6. 17. Numerorũ enallage mira.

Vix isaac] vide prouidentiã Dei, venit lupus fabulâ peracta (quod aiunt) & non in fabulâ, ne pro ferociâ ingenij, cuncta turbaret.

Expavit isaac stvpore vehementi] Hebraicè est חרד *Charad,* admirari, expauescere. LXX. verterunt Isaac *raptum in exstasim magnã vehementer*: vt intelligamus mente exsternatum, & in eâ abalienatione Deum illi reuelasse fraudem Iacob, & voluntatem suam, ne rescindere cogitaret. *lege D. Augustin. q.* 80. Diuinæ parens iussioni subdit ratihabitionem. Vers. 30. 18. Isaaci exstasis.

Et erit benedictvs] *sic D. Hieron. & Alcuinus.* voculam Dvdvm noster addidit: quia iam aliquod tempus interea effluxerat, & si non magnum. nam *dudum* † sumitur pro ante, sicut & *nuper* & similia. cogimur sic exponere propter vers. XXX. & capere moram non à discessu Iacob, sed ab aduentu ad patrem. 18. Dudum, pro paullo ante.

VERS. 34. AVDITIS ESAV SERMONIBVS]vltimis potiſſimum verbis confir-
19. Eſau contẽtio pro benedictione. matoriis facti.

IRRVGIIT]vſus aptiſſimo vocabulo ad leoninã ferociã Eſau iudi-
candã, & mœrori mixtũ furorẽ. Hebraicè *clamauit clamore magno & amaro vſque nimis.* naſcebatur hic affectus non tam ex dolore iacturæ quam fecerat, quàm ex inuidentiâ fraterni incrementi. *ſic Philo & Euſebius in Catenâ.*

BENEDIC ETIAM ET MIHI] exprimit vtcumque πάθος Hebræum: *Benedic mihi, etiam ego pater mi.* ſubaudi filius tuus ſuum, & hactenus dilectior, & nunc iacturam hanc feci, quia diſceſſi à te iuſſione tuâ, vt pararem quæ optabas; non æquum eſt, non præſtare te, quod promiſiſti.

VERS. 35. FRAVDVLENTER] LXX. μετὰ δόλου doloſè & callidè. Chaldæus, *ſapienter*: ſed & ſapientia in ſacra Scriptura interdum in malam partem capitur: ſicut *aſtutia* in bonã. Hebræum מרמה *Mirma* cum dolo ſeu fraude ſicut ſumitur etiam Pſ. 34. 20. & Iſai 53. 9. & fatetur Lyran. hîc. ſed vtrum vſurpat Iſaac in bonum, an in malum? iuxta mentem ſuam poſt reuelationem in bonum, iuxta mentem Eſau in malum.

BENEDICTIONEM TVAM]quæ iure naturæ tibi bebita foret, niſi te illâ indignum præſtitiſſes. vel quam ego tecum tuam opinabar *ſic intellige Rupertum lib. 7. cap.* 8.

VERS. 36. ALTERA VICE]ſecũdo, bis, iterum. NVMQVID NON RESERVASTI]nõ eſt exhauſta tibi omnis benedicẽdi copia vnicâ benedictione: reſtat quod mihi quoque filio tuo benè preceris: vt fecit Ỹ. v. 38.

VERS. 37. OMNES FRATRES] omnes cognatos & conſanguineos. VLTRA QVID FACIAM.]Hebraicè: *nunc, quid tibi facere poſſum*? poterat aliter benedicere: ſed Eſau benedictionem æquipollentem primogenituræ benedictioni poſcebat, quam dare non poterat.

VERS. 38. EIVLATV MAGNO]clamori & precibus ploratum addit mouendæ compaſſioni: nec fruſtrâ planè. Nam.

VERS 39. MOTVS ISAAC] addidit noſter de commotione lucis gratiâ cùm de illâ nihil ſit in fonte, nec apud LXX. vel Chaldæum.

20. Eſau benedictio. DIXIT AD EVM] D. Paulus *ad Hebr.* 12. *v.* 17. Eſau, licet cum
lacrymis benedictionem petierit, adeptum negat: ſed de primariâ illâ
LocusHebr. 12.17. iure naturæ debitâ loquitur, quæ primogenito dari ſolita, & Iacobo
ceſſerat.

IN PINGVEDINE TERRÆ]ſolum in quo deges, crebris irrigationibus de cælo Deus fœcundum reddet: hæc eſt minima benedictionum Iacob; nempe affluentia bonorum temporaliũ non minor, quàm ipſius. Cur verò mutetur ordo verborum in benedictione hac, & Iacobi, quædam Tertullian. *lib.* 3. *contra Marcion. in fine.*

ERIT BENEDICTIO TVA] Hebraicè *ibie moſcabecha*, ſeſſio vel habitatio ſua; & LXX. κατοίκησίς σου. ſenſus eſt: tibi planè terreno & carnali prædico & precor congrua, nempe vt diuturna ſit & copioſa temporalium bonorum poſſeſſiô. vides impletum mox cap. 33. 9.

21. Eſau poſteri VIVES IN GLADIO]Ne abſoluta quidem benedictio hæc fuit, ſed
victore

victore gladio coarctata. q. d. fertilem terram occupabis, non agricolatione tuâ, sed vi, raptu, prædâ. *Eusebius & Procopius.* Quam olim bellicosi, rapaces, crudeles, fuerint Idumæi docet Iosephus *lib.* 4. *de bello Iudaico.* & adhuc hodie Arabes latrociniis & bellis vitam traducunt. *Glossa Græca.* — seruierunt & imperarũt posteris Iacob.

SERVIES] impletum 2. Reg. 8. 14. EXCVTIES ET SOLVES IVGVM] Idumæi regnante in Iudâ Ioram rebellarunt 4. *Reg.* 8. sed post octingentos iterùm annos ab Hircano Simonis Asamonæi filio sunt subiugati. *Iosephus lib.* 13. *antiquita.* Denique vt Herodes Antipatri Idumæi filius regnum Iudææ fuit adeptus, ipse & posteri vsque ad tempus excidij sub Tito Iudæis imperarunt, annis centum quinquaginta. Lege Iosephum *lib.* 14. *antiquita. in princ. & lib.* 1. *de bello Iudaico.*

ODERAT ERGO.] memoriam doloris animo fouens continuam odio materiam suggerebat.

DIXITQVE IN CORDE SVO] decreuit magno affectu (*sic Diodorus*) perfecto mentis consensu & plenâ deliberatione secretò secum ipse statuit. hoc est † *in corde dicere* vel *in seipso* ps. 35. 2. *Dixit iniustus vt delinquat in semetipso.* Eccles. 2. 15. *Dixi in corde meo.* & alibi; *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.* Cogitationes tamen filij Rebecca cognouit, vel reuelante Deo (*secundùm D. Augustinum q.* 82. *& Acacium in Catenâ*) : vel in sinum vxorum id effundente ipso, & illis, vt rimosæ mulieres sunt, effluentibus, sequitur enim ea Rebeccæ nunciata. *v. sequ.* — VERS 41. 22. Dicere in corde. 23.

DIES LVCTVS PATRIS MEI] hunc nolebat contristare: de matre nihil sollicitus. hoc ait: pater morietur conueniemus ad iusta illius: illic dolori meo fratri nece parentabo. — Inuidiæ mala.

OCCIDAM] radix (*ait Crisostomus hom.* 54.) homicidij inuidiâ est, & fructus inuidiæ homicidium idem memini S. Orientium *in Monitis* tradere.

MINATVR] sic etiam LXX. fons habet מתנחם *Mitnachem*, consolatur se, à verbo נחם *Nacham*. noster sensum reddidit. nam consolatio hæc in eo posita, quod Esau dolorem suum lenibat, meditatione necis fraternæ, & insidiis struendis. ideo Chaldæus; frater tuus insidiatur tibi vt interficiat te. — VERS. 42. 24. Consolari pro minari. VERS. 44.

DIES PAVCOS] Hebraicè *Iamimachadim dies vnos*, solent † illi cùm volunt modicum significare, dicere *vnum.* quia vnum est minimum in quantitate discreta. sic Hebraicè; Genes. 29. 20. *visi sunt ei dies vni.* 1. Parali. 12. 14. *vnus pro centum, minor; & maior, pro mille.* hoc est minimus eorum poterat resistere centum hostibus; & fortior, mille hostibus. LXX. hîc; *dies aliquot.* — 25. vnus pro paucis. Locus 1. Paralip. 12. 14. VERS. 45.

CVR VTROQVE ORBABOR FILIO] vtrique consulit, alterum immunem à periculo, alterum integrum præstat à crimine. (*sic D. Ambros.*) Metuebat vtroque orbari, si ad pugnam venientes mutuis conciderent vulneribus, vel vno necato, adspectum occisoris ipsa non sustinetet, eumque diris deuoueret.

ORBABOR] nisi te subduxeris.

TÆDET ME VITÆ MEÆ] non est vox impatientiæ: sed modus lo- — VERS. 46. 26. Tædet vitæ.


quendi, qua declaratur animi molestia. Prudens matrona, vt filium ableget, non idem Isaaco causatur, quod filio, ne & maritum contristet, & alterum filium in inuidiam vocet: sed causam reddit aliam, & ipsam veram & Isaaco non ingratam. De filiab us Heth Chrysost. *homil.54.*

DE FILIABVS HVIVS TERRÆ] excludit Chananæas, & Ismaelitidas, vt in Mesopotamiam filius mittatur. Hebraicè est. *De filiabus Heth sicut istas de filiabus terra.* hoc est quæ tam improbis moribus & contumaces adeò.

Nolo viuere. NOLO VIVERE] est hyperbole, hoc est, ad quid optem viuere vitam prorsus molestam & iniucundam. Hebr. LXX. & Chald. *vt quid mihi vita,* seu *viuere*? ALLEGORIAM insignem nobis ex Hippolyto Martyre & Victorino D. Hieronymus *d. Epist. ad Damasum quæst. 3. literis* conseruauit.

***

CAP.





CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.




Ocauit itaque Isaac Iacob, & be- 1.
nedixit eum, præcepitque ei di-
cens:Noli accipere coniugem de
genere Chanaan: * sed vade, & 2.
proficiscere in Mesopotamiá Sy-
riæ,ad domum Bathuel patris ma-
tris tuæ,& accipe tibi inde vxorem de filiabus La-
bam auunculi tui. * Deus autem omnipotens be- 3.
nedicat tibi,& crescere te faciat,atque multiplicet:
vt sis in turbas populorum. * Et det tibi benedi- 4.
ctiones Abrahæ,& semini tuo post te: vt possideas
terram peregrinationis tuæ, quá pollicitus est auo
tuo. * Cumque dimisisset eũ Isaac profectus venit 5.
in Mesopotamiam Syriæ ad Labam filium Bathuel
Syri,fratrem Rebeccæ matris suæ. * Videns autem 6.
Esau quòd benedixisset pater suus Iacob,& misisset
eum in Mesopotamiam Syriæ,vt inde vxorem du-
ceret,& quòd post benedictionem præcepisset ei,
dicens:Non accipies vxorem de filiabus Chanaan.
* quodque obediens Iacob parentibus suis isset in 7.
Syriam, * probans quoque quòd nõ libenter aspi- 8.
ceret filias Chanaan pater suus: * iuit ad Ismaelem 9.
& duxit vxorẽ absque, is quas prius habebat, Ma-
heleth filiam Ismael filij Abraham, sororẽ Naba-
ioth. * Igitur egressus Iacob de Bersabee,pergebat 10.

 Haran.

11. Haram.* Cumque venisset ad quendam locum, &
vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit
de lapidibus qui iacebant, & suppone͂s capiti suo,
12. dormiuit in eodem loco.* Viditque in somnis sca-
lam stantem super terram, & cacumen illius tan-
gens cœlum: Angelos quoque Dei ascendentes &
13. descendentes per eam,* & Dominũ innixum sca-
læ dicentem sibi. Ego sum Dominus Deus Abra-
ham patris tui, & Deus Isaac: Terram, in qua dor-
14. mis, tibi dabo & semini tuo.* Erítque semen tuum
quasi puluis terræ. dilataberis ad occidentem, &
Orientem, & septentrionem, & meridiem: & BENE-
DICENTVR IN TE & in semine tuo cũctæ tribus ter-
15. ræ.* Et ero custos tuus quocunque perrexis, & re-
ducam te in terram hanc: nec dimittam nisi com-
16. pleuero vniuersa quæ dixi.* cũque euigilasset Ia-
cob de somno ait: Verè Dominus est in loco isto,
17. & ego nesciebam.* Paue͂sque. Quàm terribilis est,
inquit: locus iste. non est hic aliud nisi domus Dei,
18. & porta cæli.* Surgens ergo Iacob manè, tulit la-
pidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in ti-
19. tulum, fundens oleũ desuper.* Appellauítque no-
20. me͂ vrbis Bethel, quæ priùs Luza vocabatur.* Vo-
uit etiam votum, dicens: Si fuerit Deus mecum, &
custodierit me in via, per quam ego ambulo, & de-
derit mihi panem ad vescendum, & vestimentum
21. ad induendum,* reuersusque fuero prosperè ad
domum patris meis: erit mihi Dominus in Deum,
22. * & lapis iste, quem erexi in titulũ, vocabitur Do-
minus Dei, cunctorumque quæ dederis mihi, de-
cimas offeram tibi.

ARGV

ARGVMENTVM.

Iacob parentum iussu in Mesopotamiam abit, dormienti in via innixus scalæ Deus apparet. experrectus vouet Deo votum. Esau pergit in contumacia, & Ismaelitidem ducit in vxorem.



BENEDIXIT EVM] præcedentes benedictiones confirmãs, ad maiorem gratiam iterauit. *Augustin.* q.82. DE GENERE CHANAAM.] de huius terræ stirpe. nam latè sumit. VERS. 1.

VADE & PROFICISCERE] D. Augustinus censet iam Isaaco innotuisse conatus Esau. colligit & LXX. ἀναστὰς ἀπόδραθι. *surgens fuge*. positum pro celeriter & sine morâ discede; hoc significat, Hebræum, *surge & vade*. VERS. 2. 1. Surge & vade.

IN MESOPOTAMIAM SYRIÆ] in Charras oppidum Mesopotamiæ, quæ est pars Syriæ orientalis, Aram Padan. Hoc intendebat Rebecca; cui pariter displicebant Chananeæ, Ismaelitides, & Cethurianæ; quod minùs modestis moribus omnes essent, nec satis piæ: nec ab insidijs Esau, in tam propinquis locis, satis tutò acturus Iacob videbatur. DOMVM BATHVEL) cui tunc patre mortuo Laban præerat.

CRESCERE TE FACIAT ATQVE MVLTIPLICET] Deus det tibi fructum ventris copiosum: hoc est multos liberos. VERS. 3.

IN TERRAS POPVLORVM] hoc est populosas. tantam posterorum multitudinem, vt multas & populosas gentes exæquet.

DET TIBI BENEDICTIONES ABRAHÆ] faciat te tuosque dignos promissionibus Abrahæ factis eâ lege, si fœdus ictum cum Deo seruarent. SEMINI TVO POST TE] sit communis benedictio tibi & semini tuo. Hebraicè, *tuo tecum* אתך *Itach*. D. Augustinus *lib.16. de Ciuita. Dei cap.*38. & Rupertus *lib.7. c.* 20. hinc colligunt promissiones hasce peculiariter à Deo factas Isacidis ex Iacobo, & sic Esauitas à Iacobitis, quoad fœdus & promissiones, seiunctos: ita vt iam Esau desierit ex semine benedicto Isaaci censeri, sed auctor alterius seminis & generis haberi. quare nec eius posteri tenebantur circumcidi. VERS. 4. 2. Esau desijt cẽseri ex semine Isaac. 3. Idumæi nõ tenebantur circumcidi.

VT POSSIDEAS] iure hereditario tu, & non Esau.

TERRAM PEREGRINATIONIS TVÆ] non in quam tendis, Mesopotamiam; sed Chananæam, è qua nunc abis peregrinaturus, & in quam redibis, & vt peregrinus inhabitabis.

PERVENIT IN MESOPOTAMIAM] itinere à Bersabee nouem vel decem dierum. Dicitur hæc per Prolepsin. nam prius quam eo perueniit multa contigerunt, hoc & sequ. cap. narranda. SYRI] Aramæi, sic vocatus quia sedem sibi in Syriæ illâ parte delegerat. ALLEGORIAM pete à D. Augustino *serm. LXXIX. de temp.* VERS. 5. 4. Bathuel cur Syrus.

BENEDIXISSET] secundo iam. s. v. 1. VERS. 6.

PROBANS QVOQVE] cernens, deprehendens. Hebraicè, & vidit. VERS. 7.

5 Malum esse in oculis alicuius. QVOD NON LIBENTER ASPICERET FILIAS CHANAAN PATER SVVS.] clarissimè reddidit Hebraismum, qui est; *quod † mala filiæ Chanaan in oculis patris sui*: hoc est dilucide Chaldæus; *quod displicuissent in oculis patris sui*. LXX. retinuerunt idiotismum.

6. Esau nuptiæ tertiæ. IVIT] si hoc pacto culpam abolere, & patri placere voluit, stupidus fuit, accipiens de ancillari stirpe, quæ cum Saræ liberis hereditatem Abrahæ non poterat cernere. *S. Chrysost. hom.* 54. Si verò id fecit contumaciâ, & parentum contemptu, illis inconsultis hoc quoque matrimonium cõtrahens, planè improbus fuit. *Rupertus* 5. *cap.* 21.

7. Ismael pro Ismaelitis. AD ISMAELEM] ad Ismaelitas. † sicut Iudas ponitur pro Iudæis, Israel pro Israelitis, Beniamin pro Beniamitis. Cogimur sic accipere, quoniam istud accidit annis saltem quatuordecim post obitum Ismaelis. *Tostadus*, SOROREM NABAIOTG] eodem patre & matre natam.

VERS. 9.

8 Occurre in locum. VENISSET AD QVENDAM LOCVM] fortuito, & non cogitans in eo pernoctare, hoc indicat Hebraismus *& occurrit in locum* hoc est incidit in locum. Nam פגע *Phagaagh* est casu occurrere, & sic differt ab הקרה *Ikrah. sup.* 27. 20. Benè hic LXX. secundùm patrium sermonem, *καὶ ἀπήντησε τόπῳ & occurrit loco*, factum ergo, vt, quia nox ibi eum deprehendit, vt vellet in eo loco quiescere.

POST SOLIS OCCVBITVM] Auctor Scholasticæ Historiæ post Iosephum vult sub dio mansisse, non quod nox eum oppressisset, sed quia non audebat se nocturno tempore Chananæis oppidi Luz eredere propter damna illis ab Isaac bello illata. habeo pro fabulâ Iudaica istud de bellis Isaac, quem sacra Scriptura nobis vt pacis quàm belli studiosiorem pingit.

VERS. 9.

9. Locus Procopij. TVLIT DE LAPIDIBVS] vnum commodiorem pro non blando ceruicali. magnus fuit. nam postea in titulum erexit.

DORMIVIT] sic LXX. eodem sensu quo Hebraicè, *pernoctauit*.

Cane & angue peius cauenda, quę de idololatriâ Iacobi, hoc loco, tanquam Procopij verba, Latinè leguntur in eius Octateucho. Licet Græcum exemplar mihi non contigerit videre; ausim quouis pignore certare, interpretem Latinum, à Catholicâ fide alienum, hanc laciniam de suo attexuisse: qualia facinora Origenis interpretem, libris contra Celsum non pauca nec parua designasse, collatione Græci cũ Latino codice, Leo Castrius non semel inculcat *in Apologia sua*.

Origenis interpres malæ fidei.

SCALAM STANTEM, benè vertit. nã יצב *Iaçab* statuere, stare; inde מצב *muçab*. Visio fuit imaginaria, in sensu interiore per similitudines sensibiles representata. *Lipomanus*. Fusissimè de hac scala multis disputationibus secundum omnes sensus disseruit Bened. Pererius, à *disp*. 3. Breuiter censeo; pro litterali sensu duas veterum explicationes debere commisceri, nempe vnam Diodori Tarsensis *in Catena* & alteram Theodoreti *q*. 82. quam etiam tenuit Abenezra. Primùm suppono agi de peculiari prouidentia Dei erga Iacobum. Deinde sic expono. Iacob mærore, sollicitudine, timoreque plenus obdormierat stratus membra super durâ silice. Benignus Deus dormientem confirmat animo, & consolatur. *Scalam* ostendit quâ significatur eius

10. Scala Iacob explicata, Historicè.

11. Prouidentia Dei.

in Me

in Mesopotamiam profectio, per *descensum* Angelorum, reditus in patriam per eorumdem *ascensum*. Mæstus erat se parentes deserere, timidus quia solus & incomitatus: ideo *Deus* illi apparet *scalæ innixus*, נִצָּב עָלָיו *Niçab Ghaaf stans seu erectus super* vel *iuxta illam*, quasi auxiliator, *ἐπεστήρικτο firmatus* vt LXX. constanter illam firmans & erigens & sustentans; vt sciret hoc iter à diuina prouidentia dirigi, & Deum ipsius peregrinationis curam præcipuam gerere, et defensorem adesse, & rerum omnium affluentiam largiturum: ipsum præ oculis haberet: non se solum repararet, Angelos illi comites initu & reditu futuros. quæ cuncta ad amussim, cum iis quæ hoc capite & sequentibus dicentur, conueniunt: vt dubitari meritò non debeat hunc esse scalæ litteralem sensum. Alia quædam explicatio Diodori Eustathij & aliorum Patrum communior, mihi ALLEGORICA videtur, nempè dicentium significari mysterium descensus verbi de cælo per incarnationem, & reditus in cælum per ascensionem. Quod non eodem modo explicant. D. Augustinus *sermo. 79. de temp.* paullo obscurior est. Eustathius scalam vult esse crucem domini, quia scalæ genus olim tormenti fuerunt, vnde & *Gemoniæ scalæ*; à quo id Suidas sumsit, sed non placet, vt longiusculè quæsitum. Diodori & Ruperti allegoria accommodatior est; & ideo illam aliquantulum firmabo nonnullis additis. Totâ visione significatur futura ex semine Iacob CHRISTI Domini incarnatio, varij scalæ gradus sunt diuersæ generationes apud D. Lucam *cap.* 3. & Matth. *cap.* 1. quarum illæ ascendunt incipientes à terrâ; (IOSEPH & MARIA non quod Ioseph concurrerit ad ortum CHRISTI, sed, quia fæminæ in genealogiis solæ non computantur, ipse vnâ cum coniuge vnam faciat personam) ordine retrogrado tandem ad ipsum Deum pertingunt, Adami patrem scalæ summæ innixum. Duo scalæ latera sunt duo hominum genera, bonorum & improborum, huic catalogo intexta. Stat scala super terram illam, cui benedixit Dominus, vt captiuitatem Iacob auerteret. Tangit cælum cacumine, quia verbum incarnatum est Deus de Deo, Deus verus de Deo vero: idem, verus homo, & ita terram attingit. Sic imis summa coniungit. Angeli descendunt, hoc mysterium Patriarchis, Prophetis, & demum Deiparæ annunciantes: iidem ascendunt sanctorum desideria & preces sursùm ferentes, & Deo præsentantes. Hanc allegoriam puto præcipuè à Sancto spiritu intentam. TROPOLOGIÆ variæ dantur, vnam de vitâ religiosâ, pete à S. Bernardo, *in sermon. de verbis Euangelij ecce nos reliquimus omnia.* Aliàs proponunt S. Basilius *in psal* 1. S. Gregorius *lib.* 5. *in Iob. c.* 21. quam ornat Pererius *disput.* 5. Videndus Gulielm. Hamærus *hic fol* 176. *vsque ad* 180 Philonis Hebræi speculationes *in lib. de somnus*, Platonicæ potiùs sunt, quam textui accommodatæ. ANAGOGICE Scala, sunt chori hierarchici Ecclesiæ triumphantis. Angeli descendunt, quando ad hominum custodiam mittuntur: ascendunt, quando redeunt, & iustorum animas, collocant in gradibus huius scalæ, hoc est in sedilibus angelorum qui ceciderunt: vel sanè sunt homines saluandi & damnandi, iuxta Ter-

12. Allegoria scalæ.

13. TROPOLOGIA Scalæ.

14. Anagogia Scalæ.

tullianum lib. 3. *contra Marcio.in fine*, hanc videtur astruere Spiritus-sanctus, Sap. 10. 10. *Hæc profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei*, &c.

15. Mixta ex-positio scalæ.

Mixta partim anagoge, partim moralis est, sed illustris admodum, D. Zenonis Veronensis *serm.* 8. scalam significare duo testamenta, quæ per quosdam obseruantiæ gradus à terris ad Deum perducunt. Angelos descendentes, esse homines, qui à spiritualibus ad sæcularia decidunt, & vestiti olim croceis stercora amplectuntur: adscendentes verò, homines iustos esse, qui in corde suo disponunt ascensiones, quærentes quæ in cælis sunt, & non quæ in terrâ. Nulli verò hîc subsistentes visi; quia in via ad æternam vitam, nihil inter profectum & defectum est medium. *S. Bernard. epist.* 254. & 341. Ad B. Virginem refert S. Damascenus *orat. 1. de dormitione Deiparæ*. Sed hoc accommodatitium, vt & illud Tertulliani, qui exponit de persecutione *in prin. lib. de fugâ* in persecutione.

VERS. 13. ABRAHAM & ISAAC] hi nominantur, quia his speciali ter pollicitus se illorum Deum futurum.

IN QVA DORMIS] totam Chananæam.

VERS. 14. TIBI ET SEMINI TVO] & pro *id est*. tibi hoc est semini tuo. id

16. Et exegeticum.

impletum in Historiâ Iosue & Regum. Sic statim.

INTE ET IN SEMINE TVO] In ipso quidem & in omnibus maioribus CHRISTI benedictæ fuerunt: sed dumtaxat, vt in fonte ac origine. In ipso solo IESV, vt verâ benedictionis effectrice causâ.

VERS. 15. NISI COMPLEVERO] sub. priùs. Igitur, *nisi*; pro *donec*: hoc est

17. Nisi pro donec, includens præteritum, non futurum.

non ante dimittam, nec tamen ait quod postea dimittet, sed solum quod non dimittet, donec ista cuncta perficiat. *D. Augustin. de locut. Hebr.*

DE SOMNO] imaginaria visio fuerat: sed vigilanti reuelatio facta. *Caietan.*

VERS. 16. DOMINVS EST IN LOCO ISTO] gratiam & fauorem hoc in loco

18. Deus in loco isto, quid

mihi Deus ostendit. Nam Deus nullo loco excluditur, vel includitur, omnia implet, omnia continet.

PAVENSQVE] admirabundus & venerabundus. Sic *terribilis* ponitur pro sacro, religioso, qui sanctum incutit horrorem, & veneratione dignum se præbet.

VERS. 17. QVAM TERRIBILIS] totum hoc ita Chaldæus explicat. Quâ terribilis est locus iste? Non est locus communis: sed locus in quo beneplacitum est coram Deo. Et è regione loci huius est porta cæli.

NON EST HIC ALIVD] Tertullianus sup. hæc ait à Iacob dici, quia ibi in somnis viderat CHRISTVM, qui est domus Dei & simul porta per quam aditur in cælum.

19. Domus Dei

NISI] id est verè hîc est DOMVS DEI, quia viderat illic Deum Scalæ innitentem & stipatum Angelico satellitio, singulas sua munera diuidentem.

20. Porta cæli.

ET PORTA CÆLI] quia viderat Beatas mentes inde quasi egredientes quo descendebant, & intrantes quando ascendebant. ALLE-

GORICE locus iste est † Ecclesia Christiana, in qua Deus facit opera admiranda & stupenda, & in qua propter filij sui (cuius Iacob figura est) merita, portas cæli aperuit; & vbi, ratione venerabilis Eucharistiæ miraculosè domicilium delegit. hoc sensu potest Caietani explicatio de hac scalâ admitti. 21. Ecclesia Christi.

ERexit in titvlvm] rudem illum lapidem † in modum cippi leuauit & in terram erectum defixit in monimentum visionis præfatæ, vt in reditu eodem loco diuini beneficij memoriã recoleret, quod fecit *c.* 35. *v.* 3. non verò vt lapidem hunc adoraret quasi statuam vel ei sacrificaret: quod solùm prohibetur Leuit. 20. 1. rudes verò lapides in testimonium rei alicuius eleuare & statuere rectos, id postea quoque licuit. *vide Iosue* 4. 3. VERS. 18. 22. Lapis erectus à Iacob in monumentum, nō in statuam. Locus Leui. 26 1.

FVNDENS OLEVM DESVPER] quoddam libationis genus fuit, ne putes hunc lapidem pro altari vel arâ ad sacrificandum fuisse. Summitatem cippi oleo imbuit. Hebræus & Chaldæus aiunt, *super caput eius*. Hoc fecit, vt Deo honorem exhiberet, & ei creaturam suam libaret, & lapidem diuinæ gratiæ indicem ita quodammodo honora- » ret. Quod etiam nunc (*ait Theodoretus q.* 83.) fieri solet à permultis » vxoribus fidelium. Nam consueuerunt in Dei templis vngere ady- » torum cancellos, & sanctorum Martyrum thecas ad demonstrandam » animi pietatem. Atqui non respuit etiam minima benignissimus Do- » minus, gratam habens operis intentionem.] Sic ille defendens sancti Patriarchæ pietatem contra hæreticos nostri temporis. Hunc cultum religiosum, vt & alios, Dei Simius Zabulus vsurpauit, cùm idololatris suis persuasit, lapides. Termino dicatos vnguine sordidare. *testes sunt Arnobius lib.* 1. *contra Gentes*, *S. Augustin. lib.* 16. *de Ciuitat. Dei cap.* 38. *Appuleius lib.* 1. *Floridorum*. ALLEGOR. S. Augustinus vult hoc pacto designari CHRISTVM & futurum Chrisma Christianorũ. *d. c.* 38 *& lib. de Genes. ad litt.* 10. *& d. serm.* 79. & prior insinuarat D. Iustinus Martyr. *Dialo. cum Triphone* de CHRISTO etiam accepit S. Cyrillus *hic lib.* 10. non placet ad sepulturam Dominicam restringere cum Eustathio Antiocheno: sed de CHRISTO capi, quatenus est vnctus præ participibus suis; vnctus, & vngens, & petra supra quam Ecclesia fundata. De Mosaico tabernaculo vult accipi Diodorus Tarsensis: sed hoc non potest recipi, nisi quatenus illud CHRISTI figura fuit; qui sanctius & perfectius tabernaculum fuit, iuxta Apostolum epist. ad Hebræos. 23. Chrismatis origo, quam antiqua: & de modo inungendi cippos, statuasque.

VERS. 19.

BETHEL QVÆ PRIVS LVZA VOCABATVR] ואולם לוז שם *Veulam Luz Scem. Vtique Luz nomen.* LXX. locus iam olim corruptus, hodie καὶ λάμμαυς, olim οὐλαμμαους; Non puto errore LXX. interpretum, sed librariorum; male capientes Hebræam vocem, codicem LXX. vitiarunt, certum est VEVLAM significare, *at prius*, seu *verum antè* vt Aquila verterat teste Acacio. Vide S. Hieronymum in quæstionibus Hebraicis. Deinde, *Luz* dictum † à copiâ nucum amygdalinarum, sed noster vsus Latinâ inflexione. Non fuit † autem, quæ postea Ierusalem dicta, neque mons Moria: sed locus inde plus octo- 24. Vlā & Vlāmaus nō est nomen vrbis. 25. Luz vnde dicta. 26. Bethel non eadem cum Ierusalem.

 decim.

27. Duplex Bethel. decim milliaribus distans. *Bethel* quoque † duo inuenio, & satiùs hoc contra Masium arbitror. Vna fuit paruula & ignobilis in tribu Benjamin, de qua cùm agit sacra Scriptura non solet Luzæ mentio vlla adiici: hanc inuenias apertè distinctam, si Iosue cap. 18. v. 22. conferas cum v. 13. Nam isto loco, habes; *perueniens ad solitudinem Bethauen, atque pertransiens iuxta Luzam ad meridiem, ipsa est Bethel.* Ecce eam quæ dicta Bethel, & Luza. Illo verò loco dicitur, *Betharaba, & Samaraim, &*

Benjaminia *Bethel, & Anim,* &c. ecce enumerat oppida tribus Benjamin, & non addit vocari etiam Luzam. Sic etiam nuda mentio fit huius Bethel

Ephraimitica. Iosue. 8. *v.* 9. & 12. Altera nobilior fuit, quæ Iosue 18. 13. indicatur fuisse extra funiculum Benjamin ad meridiem & dicitur vocata Luza, & id confirmatur Iudic. 1. vers. 22. & 23. huic solet addi in sacra Scriptura. Vocatam priùs Luzam, vt hîc & infer. 35. v. 6. quamuis interdum id omittatur, vt quando per anticipationem nuncupatur Bethel, *vt sup. c.* 12. 8. & *cap.* 13. 3. vel eo ipso capite adduntur alia, vnde appa-

28. Luza duplex. reat de hac sermonem esse, *vt cap.* 31. 13. & *cap.* 35. *v.* 1. & 3. Caue † hâc Luzam confundas cum aliâ, quæ non dicta Bethel, & fuit in terrâ Hetthim *de qua Iudic.* 1. *v.* 26. Illa Bethel Benjaminia fuit vicinior Hierosolymæ quàm nostra, & propè vrbem Hai: nostra fuit vicinior Samariæ & monti Garizim. Et in hac nostrâ Ieroboam collocauit vnum

29. Bethauen. vitulum aureum, ideo quæ priùs *Bethel* hoc est domus Dei, cæpit à prophetis per contumeliam vocari *Bethauen*, domus vana seu domus iniquitatis. *Osee* 4. 5. & 10 mutuato nomine à solitudine aut vrbe Bethaue non longè à Iordane sita, si rectè Hadrichomius repræsentauit *in suâ Iudæa tabulâ.*

CAP.



CAPVT VIGESIMVM NONVM.



PROFECTVS ergo Iacob venit in 1.
terram Orientalem. * Et vidit pu- 2.
teum in agro, tres quoque greges
ouium accubantes iuxta eum: nam
ex illo adaquabantur pecora, & os
eius grandi lapide claudebatur. * Moríſque erat vt 3.
cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem,
& refectis gregibus rurſum ſuper os putei ponerẽt.
* Dixitq; ad paſtores: Fratres, vnde eſtis? Qui re- 4.
ſponderunt: De Haran. * Quos interrogans, Num- 5.
quid, ait, noſtis Labam Filium Nachor? Dixerunt:
Nouimus. * Sanúſne eſt? inquit: Valet: inquiunt: 6.
& ecce Rachel filia eius venit cum grege ſuo. * Di- 7.
xítque Iacob: Adhuc multum diei ſupereſt, nec eſt
tempus vt reducantur ad caulas greges: date antè
potum ouibus, & ſic eas ad paſtum reducite. * Qui 8.
reſpõderunt. Non poſſumus, donec omnia pecora
congregẽtur, & amoueamus lapidem de ore putei,
vt adaquemus greges. * Adhuc loquebantur, & 9.
ecce Rachel veniebat cum ouibus patris ſui: nam
gregẽ ipſa paſcebat. * Quam cùm vidiſſet Iacob, 10.
& ſciret conſobrinam ſuam, ouéſque Laban auun-
culi ſui: amouit lapidem quo puteus claudebatur.
* Et adaquato grege, oſculatus eſt eam: & eleuata 11.
voce fleuit, * & indicauit ei quòd frater eſſet patris 12.

ſui & filius Rebeccæ:at illa feſtinans nunciauit pa-
13. tri ſuo. * Qui cùm audiſſet veniſſe Iacob filiũ ſoro-
ris ſuæ,cucurrit obuiam ei : complexúſque eum,&
in oſcula ruens,duxit in domum ſuam. Auditis au-
14. tem cauſis itineris, * reſpondit: Os meũ es,& caro
mea. Et poſtquam impleti ſunt dies menſis vnius,
15. * dixit ei: Num quia frater meus es, gratis ſeruies
16. mihi? dic quid mercedis accipias. * Habebat verò
duas filias,nomen maioris Lia, minor verò appel-
17. labatur Rachel. * Sed Lia lippis erat oculis:Rachel
18. decora facie,& venuſto aſpectu. * Quam diligens
Iacob,ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua mino-
19. re,ſeptem annis. * Reſpondit Laban. Melius eſt vt
20. tibi eandem quàm alteri viro, mane apud me. *
Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis &
videbãtur illi pauci dies præ amoris magnitudine.
21. * Dixítque ad Laban: Da mihi vxoré meam:quia
22. iam tempus impletum eſt, vt ingrediar ad illam. *
Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuiũ,
23. fecit nuptias. * Et veſpere Liam filiam ſuam intro-
24. duxit ad eum, * dans ancillam filiæ, Zelpham no-
mine. Ad quam cùm ex more Iacob fuiſſet ingreſ-
25. ſus, facto mane vidit Liam: * & dixit ad ſocerum
ſuum: Quid eſt quod facere voluiſti? nonne pro
26. Rachel ſeruiui tibi, quare impoſuiſti mihi? * Re-
ſpondit Laban: non eſt in loco noſtro cõſuetudi-
27. nis,vt minores antè tradamus ad nuptias. * Imple
hebdomadam dierum huius copulæ:& hanc quo-
que dabo tibi pro opere, quo ſeruiturus es mihi
28. ſeptem annis aliis. * Acquieuit placito: & hebdo-
29. mada tranſacta,Rachel duxit vxorem: * cui pater
30. ſeruam Balam tradiderat. * Tandémque potitus
optatis

optatis nuptiis, amorem sequentis priori prætulit
seruiens apud eum septem annis aliis. * Videns au- 31.
tem Dominus quòd despiceret Liam aperuit vul-
uam eius, sorore sterili permanente. * Quæ conce- 32.
ptum genuit filium, vocauítque nomen eius Ru-
ben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam,
nunc amabit me vir meus. * Rursúmque concepit 33.
& peperit filium, & ait: Quoniam audiuit me Do-
minus haberi cõtemptui, dedit etiam istum mihi,
vocauítque nomen eius Simeon. * Concepítque 34.
tertiò, & genuit alium filium: dixítque; Nunc quo-
que copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pe-
pererim ei tres filios: & idcirco appellauit no-
men eius, Leui. * Quartò concepit, & 35.
peperit filium, & ait: Modò confite-
bor Domino: & ob hoc vocauit
eum, Iudam: cęssauít-
que parere.



ARGVMENTVM.

Iacob peruenit in Mesopotamiam, & cum auunculo Labano paciscitur, & decipitur; fraude coactus duas sorores ducere pro quatuordecim annorum seruitio. Ex Lia quatuor filios suscipit.

1. VERS. 1. Leuare pedes suos.



ROFECTVS ERGO] Hebraismus, *leuauit pedes suos*, significat alacriter aggressum iter, & non sequitur progressum. Et fallitur Iosephus, qui cum magno comitatu profectum narrat: Sed ipsemet Iacob significat se solum domo egressum, & comitatum redire, *cap.32. vers.10. in baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior.*

Iosephi locus.

IN TERRAM ORIENTALEM] Mesopotamiam. Hebraicè & Chaldaicè habes; *in terram filiorum Orientis*: noster & L X X. explicant idiotismum; † quod Hebræi amant addere vocem *Fily*: vt cùm dicunt filios sapientiæ, filios mortis, filios Israël, filios Adam, filios Austri; pro Australibus, hominibus, Israëlitis, reis mortis, & sapientibus. Porrò Orientalis terra dicitur respectu Palæstinæ: non absolutè.

2. Filius apud Hebræos sæpè abundat.

3. Iacobi fuga.

Huius capitis mysticam expositionem, quoad singulas personas pete à Philone *lib. de Profugis*. L X X. autem hic κτῇ μετάφρασιν addiderunt sequentia; *Ad Laban ex Bathuel Syro, fratrem Rebeccæ matris Iacob & Esau.*] Nisi ex margine in illorum contextum sciolus aliquis transtulerit.

VERS. 2. PVTEVM] non valdè procul à Charris, iuxta Iosephum.

3. Greges tres & pastores.

TRES GREGES] GHEDER à radice עדר *Ghadar, ordinauit*. Grex enim nihil aliud nisi quidam ouium ordines. ALLEGORIAM Putei, & trium Gregum, de Ecclesia & tribus eius ordinibus pete à S. Augustino *super Psal.99*.

4. Puteus, & lapis eius operculum.

ACCVBANTES] pasta pecora & adæquanda. Sola moræ causa Rachel, quæ cum suo grege nondum aduenerat.

VERS. 3.

Hæc putei obturandi cura cautio fuit, vt possent greges salubriùs, puriùs & copiosiùs potari: cùm non liceret cuiquam remoto clam operculo, aquam sordidare, vel crebriùs haurire. ALLEGORIAM putei huius, lapidis, &c. Suppeditat egregiam Cyrillus *hic lib.10.* à quo Procopius mutuatur. Videndus etiam Rupertus *lib.7. à cap.26. vsque ad 34.*

VERS. 4.

5. Fratris nomen.

FRATRES] nomen amoris, officij & societatis: vt pastor pastores alloquitur, quod clariùs mox insinuat dans illis vtile & peritum consilium.

VERS. 5.

6. Filius pro descendentium quolibet.

FILIVM NACHOR] hoc est † nepotem, *Augustin. de Locution. Hebraic.* Non dixit filium Batuelis eò quod Nachor nobilior & caput familiæ. Vnde & Haram vocatur vrbs Nachor, *cap.24.10.*

SANVS

SANVS EST] integer & prosper. Nam SCALOM [illegible] significat & quandam quasi beatitudinem, complectitur corporis sanitatem, mentis integritatem, tranquillitatemque status [illegible] & prospera omnia: Vnde in epistolari limine, & quotidiana [illegible], sicut Latini *Salue*, vel, *salutem plurimam*, & Græci [illegible], sic Hebræi שלם vsurpãt: quod noster aliquando *pacẽ* aliquando *sanitatem* transtulit. Tertul. *lib. 4. cõtra Marcionẽ c. quinto* moris istius est testis his verbis; Nã & hodie Iudæi in Pacis nomine appellãt: & retro in scripturis sic salutabant.] Matth. 10. 12. CHRISTVS præcipit Apostolis hunc morẽ seruare, vbi & formula continetur, sed fuit ex quibusdã libris Græcis malè sublata, ex Theophilacto & nostro interprete reponẽda. Ipsemet à resurrectione sic Apostolos compellat, *Pax vobis. Luc. 24. v. 36.*

VERS 6. — 7. Pax, quid complectatur Hebræis Salue seu S. P.

ECCE RACHEL] æuo illo pudicitia cum simplicitate vigebat, & concordia erat castitati cum pulcritudine. puella diues, speciosa, & nubilis, sine periculo & suspicione inter pastores versabatur.

GREGE SVO] patris sui Laban. Ouis (nam hoc Rachel significat) oues ducebat. ALLEGORIAM, cur Isaac Iacob & Moysis vxores apud puteum inuentæ docet S. Augustinus *ser. 80. de temp.*

NEC EST TEMPVS] ostendit se pastoritiæ disciplinæ peritũ, & fraterno affectu curare rem ipsorum. Nam id vesperè faciendum erat. VERS. 7.

SCIRET] nam ex pastoribus audierat *v. 6.* VERS. 10.

CONSOBRINAM] Hebraicè est filiam Laban auunculi sui.

AMOVIT LAPIDEM] quia intellexerat solam expectari; & iam in futuram coniugem officiosus: quod multi simul non poterant, solus naturâ robustus, & castitate aucto robore, & à Deo adiutus, iuxta S. Chrysostomum, S. Cyrillum & Procop. ALLEGORICE iidem istud transferunt ad robur Catholicæ doctrinæ CHRISTI.

OSCVLATVS] indicauit prius quis esset; & tum iuxta Prouinciæ morem & propinqui propinquas oscularentur, fecit iuxta D. August. hic q. 87. officiosi osculi ius erat, non basiij, aut suauij. Iosephus indecorè inducit ipsam virginem vltrò in oscula ruentem. VERS. 11. — 8. Osculũ propinqui offerebant.

ET ELEVATA VOCE] Hysterologia, vt dixi quales illæ Virgilianę

---frugesque receptas,

Et terrore parant flammis, & frangere saxo. Item;

Postquam altos tetigit fluctus, & ad æthera venit.

9. Hysterologia.

FLEVIT] ex animi teneritudine, & vehementi lætitia. Iudæi fletus huius causas adeò ridiculas & fabulosas produnt: vt vehementer admirer eas Lyrano probari potuisse.

FRATER PATRIS] Nepos matruelis. FESTINANS] vt hospitalis & officiosa virgo. VERS 12.

AVDITIS AVTEM CAVSIS] breuitati noster studuit. Nã Hebræus fons, LXX. & Chaldæus disertè exprimunt, Iacobum Labano narrasse omnia verba hæc, hoc est quæcumque ipse cum Esau egerat, & iussionem parentum de vxore petenda, & periculum suum, quæ causæ aduentus sui, & quæ in itinere, & ad puteum sibi acciderant. 10. Abbreuiat aliquando vulgatus quæ fusius sunt in Hebræo.

OS MEVM ES ET CARO MEA] consanguineus meus. *vide s. Gen. 2. v. 23.* VERS. 13. — 11. Os meũ & caro mea.

2.v.23.ſenſus:cum ſis ſororis meæ filius,ſanguis meus ; non poſſum
abnuere.

Impleti svnt]poſt integrum menſem,quo illi gratis ſeruiuit.

VERS. 15. Frater] cognatus. Gratis servies mihi] præfecerat illum
cunctis gregibus ſuis,teſte Ioſepho.ait:cùm ſis conſanguineus,minus
æquum eſt me gratuitâ tuâ operâ abuti.

VERS. 17. Lippis erat ocvlis] non accipio de lippitudine propriè dictâ,
12. quæ (Hiſpanicè *Lagañosa* diceretur)eſt morbus ocularis,de quo le-
Lia quomodo lippa. gi poſſunt Celſus *lib*. 6. & Gorrhæus *in definitionibus medicis* : ſed de
quadam oculorum humidiore temperie,hoc eſt teneritudine & mol-
litie,quâ fit vt non poſſint diu irretorti obiectum intueri, & proni
ſint ad lacrymas,& pupillæ ſuis orbibus quodammodo innatare vi-
deantur. Hunc ſenſum poſcit vox Hebræa,רכות *Racoth teneri,delicati*;
deductum à רך *Rach tenerum & debile*,infer.33.12.pſal.55.21. poſcunt
LXX.qui *ἀσθενεῖς, infirmi*.Qua in re ſi ſit magnus exceſſus , non caret
iddeformitate,& ſic Seuerus Sulpitius exponit deformes,& ſic vide-
tur accipere noſter & Victorin.Martyr in Cathenâ.Si verò ſit modi-
ca mollities oculorum ad decorem formæ pertinet & *ἑλκυστικὸν illex*
cenſetur.ideo vtrumque Thargum reddidit *pulchros*. hi volunt Liam
oculis decorá,Rachel & illis & totâ & facie ſpecioſam fuiſſe. Com-
munior ſententia de Rachele conſentit,de Lia vult ſolos in eâ oculos
reprehenſibiles;ex illâ lippitudine.Nugantur qui longitudine defor-
mes cenſent, & deficere litteram aleph , vt רכות *Rachoth* poſitum ſit
pro ארכות pro *Aruchoth* , longis & deformibus. *Lia* interpretatur la-
borans. De ſpirituali lippitudine Tropologice diſſerit S. Grego-
rius *Paſtoral. p.* 1. *admon*.11.

VERS. 18. Virtus † eſt in vxore digniſſima quæ diligatur:ſed(vt ait ille) gra-
13 tior eſt pulchro veniens de corpore virtus.Sara,& Rebecca formoſæ
Iacob Rachelem an licitè magis dilexerit. & Deipara animo corporéq; decora fuit. forma Dei donum eſt. ideo
licet cæteris paribus† formoſam vxorem malle & deligere,quam de-
formem:non libidinis cauſâ , ſed vt quis ita faciliùs concupiſcentiæ
medeatur,& ab alienarum deſideriis arceatur,& vt ex pulchrâ decẽ-
14. tiores,ac ſaniores liberi procreentur. Sed de tota quæſtione an pro-
Pulchritudo vxoris cur expetenda. pter ſolam formam licitè vxor capiatur legendus hic Epiſcopus Abu-
lenſis.

Serviam tibi] Iacob inops venerat , non erat vnde donationi
propter nuptias ſatisfaceret ; aut coemeret vxorem pro pretio ſeruit
15. ſeptennium.Laban † ſordidus & iniuſtus fuit;qui cum diues eſſet in-
Labani iniustitia & ſordes. dotatam filiam extruſit,& pretium nempe ſeruitium tam diuturnum
& graue Iacobi generi comêdit. Ỉ.31. 16. Itaque hoc ſeruitio , quaſi
16. coemptione in manum† conuenerunt hæ ſorores. Nam matrimonij
Vxores coemptæ. per coemptionem vſus,non apud Græcos tantum & Romanos (*lege
Bar. Briſſonium de ritu nuptiarum*.) Sed apud Hebræos quoque fuit.
vxor virum coemebat dote, vir vxorem datis pecuniis vel muneri-
bus aliis.Ỉc.24.v.53. Eliezer nomine ſponſi dat Rebeccæ & ſoceris
munera.ad hunc ritum reſpexit Lia ca.30.16. *ad me intrabis, quia mer-*
cede

cede conduxi te, pro mandragoris. c. 34. 11. petẽs Dinam amator; *quæcumque statueritis dabo: augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis*. 1. Reg. 18. 25. negat socer sibi opus esse muneribus, sic enim sponsalia exponit Iosephus *lib. 6. antiq. cap.* 11. & 2. Reg. 3. 14. dicit Dauid se Michol sibi despondisse centum præputiis, quod optimè explicat Iosephus *lib. 7. cap.* 1. coemisse.

MANE APVD ME] suscepta gregum meorum custodiâ. VERS. 19.

PAVCI DIES] Hebrai. *vni dies*. VERS. 20.

PRÆ AMORIS MAGNITVDINE] magnus amor, non malus; vehemens, non impotens fuit. Nullus in eo excessus, vel, si quis, veniabilis, & matrimonii cancellis constrictus. Non enim Dei amori coniugis amorẽ præponebat; quod improbè solent, qui ardent vxorũ formam; vt, quãuis vxor nõ foret, cuperẽt tamẽ illâ frui. Hoc sensu nimius amator vxoris dicitur in vxore mæchari. Iacobo tẽpus ipsum longũ, si desiderium suum attenderet, omnis amanti mora mors est: sed adspectu mercedis, præ illâ labor omnis breuis & leuis, & pretium pro Rachele vile videbatur. nam spes potiundi cuncta dulcia & facilia faciebat. DIES ergo hîc ponuntur pro dierum illorum labore, vt monet SS. Hieronymus & Augustinus. ANAGOGIA. Quid igitur nos pro æterna beatitudine? *Chrysostomus hom.* 55. 17. Amor Iacob excusatus. Vxor quatenus amanda.

VXOREM] iam enim verbis de præsenti matrimonium contractũ. VERS. 21.

VT INGREDIAR] vt matrimonium consummem.

VOCATIS MVLTIS AMICORVM] omnibus viris loci illius, LXX. & Chaldæus. VERS. 22.

FECIT NVPTIAS] sic LXX. *γάμον*. Hebr. & Chaldæus, *conuiuium*, tantùm משתה *Misteh*. sed agunt de nuptiali conuiuio, ideo noster vtrumque posuit, conuiuium & nuptias. Quoad Græcam vocem notat Pollux eâ, non tantum viri & fœminæ congressum, sed etiam conuiuium nuptiale significari. 18. *γάμον*.

ET VESPERE] captauit tenebras, non fraudi tantum: sed quia sic solitum honestatis causâ, vt verecundiæ virginali consuleretur: mos iste etiam apud Spartanos ex Lycurgi lege *Plutarchus in Lycurgo*. VERS. 23. 19. Nupta in tenebris virũ adibant.

DANS ANCILLAM] omnino modica dos & quasi nulla, pro personarum conditione. vt pote data ancillula in speciem ne diceretur indotatam dedisse quare postea filiæ hanc dotem pro nullâ duxerunt *infr.* 31. 14. VERS. 24.

AD QVAM] Liam, non Zelpham. sic † in sacra Scriptura sæpe relatiuum respicit personam remotiorem. EX MORE] in tenebris & modestè. 20. Relatiuum respiciens ad remotiore loco positum.

VIDIT] noctu non cognouerat, non quod ebrius esset (facessat eum hac suâ causâ Iosephus:) sed quia tenebræ & silentium virginis, & sponsi modestia lasciuiæ & curiositatis vacua fraudi locum fecerunt vt illuxit, dies indicauit errorem. Misertus cognatæ (quæ Patris imperium prætendebat) in suam accepit, quam deintegrarat. sic consecutus consummationem consensus, matrimonium fecit, quod alioqui nullum erat. *vide Gratianum* 29. q. 1. Liam † simplicitas puellaris VERS. 25. 21. Iacob cur nocturnum agnouerit Liam.

22. Lia an peccauerit. quantulum excusat; quæ fortè credidit hac etiam in re pareti obtemperandum. Crassa nihilominus hæc ignorantia. consensit in stuprum, quia sciebat non esse maritum; adulteriũ quoq; quia sciebat alterius maritum; incestus præterea, quia sciebat sororis maritum; denique fraus mala quia nolentem adigebat, vel ducere, vel cognatam ignominiæ obiicere. Grauiùs tamen Labanus peccauit, qui filiæ tot pec-
23. Labani peccatum. catorum auctor fuit, & generum, Rachelemque filiam iure suo spoliauit. Nec consuetudo illi suffragatur, vel enim conficta fuit, quod suspicor: quia publicè nuptias celebrarat quasi daturus Rachelem; quam omnes natu minorem sciebant. Vel esto fuerit vera, non erat iusta vt pote matrimoniorum tollens libertatem; nec tali fraude conseruanda: sed priùs debuit Iacobo indicari, quàm Rachel illi promitteretur. Iacob nihil † peccauit, quia bonâ fide putabat sibi Rachelem
24. Iacob non peccauit cũ Lià traditam. ANAGOGICE duæ istæ sorores duo vitæ genera, contemplationi & actioni dedita denotant. post D. Gregorium *lib. 6. in Iob c. 28.* copiosè disserit Hamerus *hic à pag.* 188.
25. Proiicere, pro contẽnere. QVARE IMPOSVISTI MIHI] cur adeò vilem habuisti, vt dignum iudicares, quem ita deciperes רמה *Ramah* significat proiicere, quod vsurpant Hebræi pro contemnere & despicere. *sic Oleaster.* Hoc sensu Latini hominem proiectæ audaciæ vel libidinis vsurpant.
VERS. 26. CONSVETVDINIS] quam, si erat, iam violarat. *vide Tostad. q. 5.*
VERS. 27. HEBDOMADAM DIERVM] sustine per septem dies quibus nuptia-
26. Nuptiæ septem diebus durabant. rũm sollemnia durát. Nam Liæ, quam habes, turpè foret & inhumanum nouam nuptam interea superducere. hic hebdomadæ nuptialis ritus probatur Iudic. 14. v. 11. & 12. & ideò optimè S. Hieronymus *hic* & D. August. *q.* 89. docent septem diebus, non septem annis Rachelis amplexus differri. Græcis tres dies fuerunt, quorum primus προαύλια, secundus ἐπαύλια, tertius ἀπαύλια. *Pollux.* HANC QVOQVE] Rachelẽ.
Græcis tres dies nuptiales. DABO TIBI] pleno iure & vsu tibi permittam: eâ lege vt de nouo mihi septem annis aliis seruias. sic cum Hieronymo, Augustin. Alcuinus, & Abnezra, nec contextus aliud patitur, nec numerus annorum, quo Iacob in Mesopotamiâ & Rachel sterilis permansit, Lia & ancillis toties interea parientibus, & tandem nato Ioseph ante discessum à Labano. vt planè sustineri nequeat sententia Iosephi & aliorum, putantium Iacobum decimoquarto demum seruitij anno Rachelem obtinuisse. Tetragamiam istam Iacob ab omni peccati vel lasciuiæ
27. Iacobi polygamia, sine peccato. notâ liberant S. Chrysost. *hom.* 56. & Theodoretus *q.* 84. SERVIENS APVD EVM] post acceptam Rachel.
VERS. 31. DESPICERET LIAM] Hebr. Chald. & Græcè, *quod hodio haberet:* noster vertit *despiceret*, vt sciremus non fuisse positiuũm odium, sed
29. Iacob an oderit Liam. comparatione Rachelis quendam amoris defectum; quod minus illam amaret, quam Rachelem, vt pote quæ deformior, & eum deceperat; & duxerat eam miseratione magis, quàm dilectione longe maiori: minor amor comparatus potest odium dici: sicut exiguum bonũ valdè excellenti collatum, malum nominatur.
30. APERVIT VVLVAM EIVS] fæcundam reddidit: hoc enim est

aperire

aperire vuluam Hebræis. *infer.* 30.22. Vnde quia fœcunditatis maternæ, Vuluā aperire. Apertio
testis est primogenitus, Hebræis dicitur simpliciter *apertio*, Exo.13.13. st Apertio
vel cū addito *vuluæ apertio*, Exo.13.v.2.& 12.& c.34.19:n.8.16. Cōtra- vuluæ pro
rium significat *vuluam claudere*, vel simpliciter concludere, *sup.c.*16.2. primogenito
Aperuit Deus vuluam Liæ, vt quæ facie displicebat, fœcunditate pla-
ceret: vt pote ex qua oriturus Messias: omnes Patriarcharū Abrahæ, 31.
Isaac, Iacob, primariæ vxores steriles initio fuerunt natura fœcundatæ vxores Pa-
gratiâ Dei; vt moneremur genus, vnde CHRISTVS nasciturus, non tā triarcharum
concubitu, quàm diuino munere à Deo conseruatum, propagatum- cur steriles.
que *ita Theodoretus.*

STERILI] hanc Hebræi vocant עקרה *Ghachah eradicatam*, quia 32.
filios vocant parentum radices: quod in ijs parentes quasi repullu- Eradicata,
lent. sterilis Radices, liberi.

RVBEN] qua ראובן *Reuben, videte filium.* scilicet, quem mei mi- VERS 32.
sertus mihi largitus est Deus. 32.
Ruben.

HABERI CONTEMTVI] Hebraicè Chaldaicè & Græcè, vt v.31.
Quod odio ego, quod minùs diligerer, à Iacob propter causas ibi me- VERS. 33.
moratas: à sorore, quod subsedi nuptijs illius.

SIMEON] auditio, obediens, à שמע *scamagh audiuit.* 33.

LEVI] à radice לוה *Lauah*, cuius † variæ interpretationes eodē Simeon.
recidūt. ילוה *Illaueh*, Aquila exponit, *mihi applicabitur.* LXX. *apud me* VERS. 34.
erit. Noster, *copulabitur mihi.* Rabbini; *prosequetur me*, pro *amabit me*, vt 34.
Chaldæus. Oleaster cōtendit, & nō ineptè, *Lauah* idē esse, quod mu- Leui.
tuum dare. hoc sensu: adhuc istâ vice concedetur mihi à sorore ma-
ritus meus mutuò, quæ totum illum sibi deuinxit & conglutinauit.

IVDAM] יהודה *Iehudah*, idest *laudatio*. nam radix ידה *Iadah* signi-
ficat leuare seu attollere. itaque *confiteri* ponitur pro laudare. sicut in VERS. 35.
illo; *Confitebor tibi Domine pater cæli & terræ. Matth.* 11. & in psalmis; Iudas.
Confitemini Domino quoniam bonus. 36.
Confiteri, laudare.

CESSAVIT PARERE] aliquot annis intermisit. hos quatuor qua-
drienno pepererat: postea cessauit, interea dum ancillæ duæ
quatuor pariunt. Denique iterum tres peperit liberos;
Issachar, Zabulon, & Dinam. Sed de his
capite sequenti.

***



CAPVT TRIGESIMVM.




1. CErnens autem Rachel quòd infe-
cunda esset, inuidit sorori suæ &
ait marito suo: Da mihi liberos,
2. alioquin moriar. * Cui iratus re-
spondit Iacob: Num pro Deo ego
sum, qui priuauit te fructu ventris
3. tui?* At illa: Habeo, inquit, famulam Balam: ingre-
dere ad illam, vt pariat super genua mea, & habeã
4. ex illa filios. * Deditque illi Balam in coniugium:
5. quæ,* ingresso ad se viro, concepit, & peperit filiũ.
6. *Dixitque Rachel: Iudicauit mihi Dominus, & ex-
audiuit vocem meam, dans mihi filium, & idcirco
7. appellauit nomen eius, Dan: * Rursumque Bala
8. concipiens, peperit alterum,* pro quo ait Rachel:
Comparauit me Deus cum sorore mea, & in-
9. ualuit, vocauitque eum, Nepthali. * Sen-
tiens Lia quòd parere desiisset, Zelpham ancil-
10. lam suam marito tradidit. * Qua post conce-
11. ptum, edente filium,* dixit: Feliciter. & idcirco vo-
12. cauit nomen eius, Gad. * Peperit quoque Zelpha
13. alterum.* Dixitque Lia: Hoc pro beatitudine mea:
Beatam quippe me dicent mulieres. propterea ap-
14. pellauit eum, Aser.* Egressus autem Ruben tem-
pore messis triticæ in agrum, reperit mandragoras:
quas

quas matri Liæ detulit. Dixitque Rachel: Da mihi
partem de mandragoris filij tui: * Illa respondit: 15.
Parúmne tibi videtur quòd præripueris maritum
mihi, nisi etiam mandragoras filij mei tuleris? Ait
Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro mandra-
goris filij tui. * Redeuntique ad vesperam Iacob 16.
de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ad me,
inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mã-
dragoris filij mei. Dormiuitque cũ ea nocte illa. * Et 17.
exaudiuit Deus preces eius: concepitque & pepe-
rit filium quintum, * Et ait: Dedit Deus mercedem 18.
mihi quia dedi ancillam meam viro meo, appella-
uitque nomen eius, Isachar. * Rursum Lia conci- 19.
piens, peperit sextum filium. * & ait: Dotauit me 20.
Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit mari-
tus meus, eo quòd genuerim ei sex filios: & idcirco
appellauit nomen eius, Zabulon. * Post quem pe- 21.
perit filiam, nomine Dinam. * Recordatus quoque 22.
Dominus Rachelis, exaudiuit eã, & aperuit vuluam
eius. * Quæ concepit & peperit filium, dicens: 23.
Abstulit Deus opprobrium meum. * Et vocauit no- 24.
men eius, Ioseph, dicens: Addat mihi Dominus fi-
lium alterum. * Nato autem Ioseph, dixit Iacob so- 25.
cero suo: Dimitte me vt reuertar in patriam, & ad
terram meam. * Da mihi vxores, & liberos meos, 26.
pro quibus seruiui tibi, vt abeam: tu nosti seruitu-
tẽ qua seruiui tibi. * Ait illi Labam. Inueniam gra- 27.
tiam in conspectu tuo: experimento didici, quia
benedixerit mihi Deus propter te: * constitue mer- 28.
cedem tuam quam dem tibi. * At ille respondit: Tu 29.
nosti quomodo seruierim tibi, & quanta in mani-
bus meis fuerit possessio tua. * Modicum habuisti 30.

antequam venirem ad te & nunc diues effectus es:
benedixitque tibi Dominus ad introitum meum.
Iustum est igitur vt aliquando prouideam etiam
31. domui meæ, * Dixitque Laban: Quid tibi dabo?
At ille ait: nihil volo: sed si feceris quod postulo,
32. iterum pascam, & custodiam pecora tua. * Gyra
omnes greges tuos, & separa cunctas oues varias, &
sparso vellere: & quodcumque futurum, & macu-
losum, variúque fuerit, tá in ouibus quàm in capris
33. erit merces mea. * Respondebitque mihi cras iusti-
tia mea, quãdo placiti tempus aduenerit coram te:
& omnia quæ non fuerint varia, & maculosa, &
furua, tam in ouibus, quàm in cadris, furti me ar-
34. guent. * Dixitque Laban: Gratum habeo quod pe-
35. tis. * Et separauit in die illa capras, & oues, & hir-
cos, & arietes varios, atque maculosos: cunctum
autem gregem vnicolorem, id est albi & nigri vel-
36. leris, tradidit in manu filiorum suorum. * Et po-
suit spatium itineris trium dierum inter se &
37. generum, qui pascebat reliquos greges eius. *
Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, &
amygdalinas, & ex platanis, ex parte decor-
ticauit eas: detractisque corticibus, in his quæ
spoliata fuerant, candor apparuit: illa verò
quæ integra fuerant, viridia permanserunt: atque
38. in hunc modum color effectus est varius. * Po-
suítque eas in canalibus, vbi effundebatur
aqua; vt cùm venissent greges ad bibendum,
ante oculos haberent virgas, & in aspectu ea-
39. rum conciperent. * Factumque est vt in ipso
calore coitus oues intuerentur virgas, & pare-
rent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa.
*Diuisit

* Diuisitque gregem Iacob & posuit virgas in ca- 40.
nalibus ante oculos arietum: erant autem alba &
nigra quæque, Laban: cætera verò, Iacob, separa-
tis inter se gregibus. * Igitur quando primo tem- 41.
pore ascendebantur oues, ponebat Iacob virgas in
canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium,
vt in earum contemplatione conciperent.* Quan- 42.
do verò serotina admissura erat, & conceptus ex-
tremus, non ponebat eas. Factáque sunt ea quæ
erant serotina, Laban: & quæ primi temporis,
Iacob.* Ditatúsque est homo vltra modum 43.
& habuit greges multos, ancillas
& seruos, camelos,
& asinos.



ARGVMENTVM.

Contentio sororum de multiplicandis liberis cogit Iacobum duas ancillas earum, nouas vxores ducere: sic ex ancillis bis duos, ex Lia tres, ex Rachele, Iosephum gignit, & fit duodecim liberorum parens. deinde patriam cogitans, nouo pacto à socero retinetur; sed virgarum commento socerum vlciscitur.

VERS. 1. 1. Rachelis inuidia quale peccatum.



NVIDIT] ei, quòd doleret de sororis fœcunditate, & eam mallet sterilescere, lethalis culpa fuit: sin, quòd suam sortem doleret, quòd ipsa non pareret, potuit affectus iste culpâ carere, potuit etiam venialis zelotypia esse. quàm in filiabus idololatræ, & non benè educatis mirum non est dominari. *Theodoretus* 9. 85.

DIXIT] zelo ardens, & muliebri inconsideratiâ, nec potens ferre desiderij magnitudinem, erupit in verba impatientiæ, & specie blasphema.

ALIOQVIN MORIAR] an minatur sibi se violentas manus illaturam? ita videtur velle S. Chrysostomus *hom.* 56. an verò tantum dicit, vitam sibi morte acerbiorem fore?

VERS. 2. IRATVS] iure optimo ob inciuile, insipiens, & blasphemum dictum, quia petebat à viro, quod Deo reseruatum, nempe fecunditatem, *ps.* 126. 3. *ecce hereditas Domini, filij: merces, fructus ventris*, idem asseruit Platio Plato *in Sympoſio.* & pulchrè Thargum Ierosolym. *hic*.

2. Num ego pro Deo. Adag. NVM PRO DEO] 4.Reg.5.7. *Nunquid Deus ego sum, vt occidere possim & viuificare.* & infer.c.50.v.19.in Hebræo *vide Adagia sacra* 5. 66. benè hîc Chaldæus; Numquid à me tu petis filios? numquid à „ facie Domini tu debuisses petere, qui prohibuit à te generationem „ ventris tui?] ab hoc ergo precibus impetra. Illa, videns se iustè corripi; non oblóquitur, sed, memor similis facti Saræ *sup.*16. 2. cogitat, saltem ex ancillâ filium adoptiuũ habere. Hinc patet nullâ sorores hasce libidine percitas ad exoptandam sobolem. quomodo enim virum in plures vxores diuidi paterentur? sed mouebantur opinione felicitatis, quã in multitudine liberorum consistere, inde colligebant, quòd Deus benedictionis loco eam Abrahæ fuerat pollicitus *sup.* 15. 5. & inter reliquos Messiam futurum didicerant. Hoc pium mulierecularum votum noluit frustrari Iacob, quæ corporis mariti potestatem habebant. (*ita D. Augustinus d. lib.* 16. *c.* 38. *& Theodoret. d. q.*84.) nec enim rem illicitam petebant, quando licebat vni viro plures vxores habere (*sic Cassianus coll.* 17. *cap.* 19.) ex aduerso vni fœminæ plures maritos capere, grauissimas ob causas, nunquam licuit. docet id S. Augustin. *lib. de bono coniugali cap.*17. & Tostatus *hic q.* 3.

3. Sorores istæ à suspicione libidinis excusantur.

4. Iacobi etiã polygamia vindicatur à lasciuiæ suspicione.

5. Mulier plures habere maritos nũquam permissum.

VERS. 3. PARIAT SVPER GENVA MEA] vt filium, quem ipsa pepererit, ego

ego baiulem,& nascētem pro meo accipiam. Num alludit ad morem 6.
matrum filiolos super genua statuentium, dum eis blandiuntur. Isaias Genibus imponendi infantes consuetudo.
Deum sic inducit loquentem; *Ego declinabo super eam quasi fluuium pacis,& quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis: ad vbera portabimini,& super genua blandientur vobis.* cap. 66.12. & Iob. 3.12. *Quare non in vulua mortuus sum, ex vtero egressus non statim perij? Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus?* An verò (quod scribit Honchala) 7.
mos fuit, vt quæ alterius prolem volebat adoptare, puerperam gremio insidentem inter pariendum genibus fulciret, & recens natum infantulum super sua genua statueret? Adoptionis ritus.

Habeam ex illa filios] Hebraicè, *ædificabor etiam ego ex illâ.* 8.

In coniugium] in vxorem. Ædificari pro liberos habere.

Ingresso ad se] Sic honestè loquuntur. Orta phrasis, quia moris vt vir fœminæ tabernaculum ingrederetur, non fœmina viri. In nuptiis etiam fœmina prior in lecto collocabatur, vir in tenebris eam accedebat. *sup. 29. v. 23. & 24.* idem etiam apud alias getes mos fuit. Vers. 4. Vers. 5. 9.

Iudicavit mihi dominus] Iustè mecum egit. Nam vxori liberi quasi debentur, quæ ad hoc facta. *Sic Caietan.* Ingredi ad aliquam.

Dans mihi filium] saltem adoptatiuum. Vers. 6.

Dan] id est iudicium. *Hieronym.*

Comparavit me cum sorore mea deus] difficilis locus Vers. 8.
quia verè incertum est, quid significet verbum פּתל *Pathal.* Hebrai- 10.
cè habemus, נפתולי אלהים נפתלתי *Napthule Elohim Niphtalti*, quod Nephtalim vnde dictus
Aquila vertit, συνέστρεψέν με ὁ θεὸς καὶ συναπεστρέφην, *comparauit me Deus* 1.
& comparata sum. LXX. συνελάβετό μοι ὁ θεὸς, καὶ συναπεστράφην. *suscepit* 2.
seu adiuuit me Deus,& comparata sum. Caietanus; quod à suis Iudæis Versiones
didicerat; exponit, *colluctationibus colluctata quodam calliditatibus Dei* conciliatæ.
callidè egi, quod alij *subuersionibus subuersa*; alij *peruersionibus peruersa*, 3. 4.
referentes ad obliquationem corporum qua luctantes vtuntur quod 5.
Abenezræ visum, alij, *additione Dei seu con unctione Dei adiuncta sum so-* 6.
rori, alij cum Ruperto *ad dilatationem* referunt Vatablus; *vicissitudini-* 7. 8.
bus Dei paria feci cum sorore mea, Oleaster, *Inuolutionibus Dei inuoluta* 9.
sum cum sorore. Tutissimum est sequi nostrum, cum quo sensu conue- 10.
» niunt LXX. & Aquila: sed & Chaldæus satis clarè exponens; *Suscepit*
» *Deus deprecationem meam, cùm deprecata sum in oratione mea, concupiui vt*
» *esset mihi filius, sicuti sorori mea, quod vtique concessum est mihi.* Non magno labore hæ ceteræ versiones reducantur, si dicamus mentem Rachelis iuxta verborum proprietatem se precibus ad Deum fusis, & simul hoc vafro concilio suo, in hac contentione seu metaphoricâ luctâ cum sorore suâ, susceptâ de liberorum adeptione, consecutam, vt non sit censenda inferior, nec imbecillior sorore suâ. cùm iam duorum liberorum sit mater.] vides inanem mulierculæ iactantiam, quæ de duobus liberis ex ancillâ gloriatur, & se præfert veræ ac naturali quatuor liberorum matri. Nam addit.

Et invalvi] non solùm æquo sororem, sed præualeo.

Nephtali] variæ sunt nominis significationes, pro radicis va-

DDd 2 rieta

rietate. Veteres cum D. Hieronymo *comparatum*, seu *comparationem* exponunt. Iosephus dicit *Nephtalim* idem esse quod artificiosum, hoc est vafrum & callidum: quo confirmatur Oleastri sentẽtia, qui contendit *Pathal* veram significationem esse *inuoluere*: & sic *Nephtali* significaret *inuolutum*, seu *inuolucrum*: illum lege.

Vers. 10. FELICITER] indicat nomine, suum consilium prosperè excidisse.
11. Gad. גד Ex D. Hieronymo disces vocabuli גד *Gad*, duas significationes, *euentum bonum* & *procinctum*. Priorem confirmant LXX. & noster hic & Græci Patres, (ἐν τύχῃ) qui ideò disputant, quo sensu liceat nomen *fortuna* vsurpare. Posteriorem amplexus Aquila, & noster interpres infer. 49.19. *Gad accinctus*. Et hæc videtur optima expositio. Nam si cuncta sacræ Script. loca diligenter discutias, (quod fecit Oleaster) inuenies *Gad* vbique posse verti exercitum seu agmen rectè ordinatum. *Procinctus* ergo iste est exercitus pransus paratus ad præliũ. Sed
Defensa versio nostra & LXX quid hoc ad dictum *Feliciter* seu ἐτύχηκα. Respondeo: Hebraicè duplex est lectio; גד בגד *Bagad*, vt duæ voces quod Aquila exponit, *venit accinctio* seu *procinctus*, hoc est tot iam habeo liberos, vt eos in aciem queam educere. Altera lectio, vna voce, *Bagad*, vt prior syllaba sit affixum significans *in*; vt tum sit *in fortuna* h. *cum fortuna*, seu *feliciter*. Arbitror tamen veram lectionem fuisse alteram; qua, vt duæ voces, capitur: & LXX. ac nostrum attendisse ad sensum: quia re vera fœliciter cesserat Liæ, quod quasi exercitum filiorum iam esset adepta. Nam quod illa hanc duceret magnam fœlicitatem, docet sequentis filij appellatio. Igitur nomine *Gad*, propriè & primario significatur *procinctus* seu exercitus benè ordinatus; consequentia quadam ipsa fœlicitas, quam dixi.

Vers. 13. HOC PRO BEATITVDINE] non victrix modo ero, & fœlix isto
12. Aser, Beatus exercitu liberorum; sed iam sexto filio accedente, fœlicitas hæc mihi secura & diuturna, cõstánsque reddetur: iam etiam ex ancilla sorori æquor: & beata ab omnibus prædicabor. Factum id, in MARIA, quæ ex ea orta, & beata dicta ab omnibus generationibus.

Vers. 14. RVBEN] puerulus fortè quinquennis lusurus cũ æqualibus. Nota septennio Iacobũ duodecim liberos suscepisse. Quatuor ex Lia, spacio trium integrorum annorum: cæteros spacio quatuor sequentium annorũ. Vnde necesse est plures vxores vno & eodẽ anno peperisse.

13. Serotina messis. MESSIS TRITICEÆ] tempore messis serotinæ; ad differentiam messis hordeaceæ. Nam far & triticũ serotina. *Vide Exod.* 9.32. Sanè cum mandragoræ verè exeunte floreant, *Cant.* 7.13. fructum ferunt demum autumno, teste Ramberto Dodonæo.

14. Mandragoræ. MANDRAGORAS] de his, vide quæ dixi de loco *Cantic.* 7.13.

MATRI DETVLIT] admirans odorem & speciem fructus.

Vers 15. DORMIAT TECVM] Iacob partiebatur noctes vxoribus, & cùm ista competeret Racheli, ius suum sorori cedit. *D. August. d. cap.* 47. & singulis vxoribus separata erant tabernacula. ꝭ. 31. 33. Iacob interdiu versabatur in pascuis, vesperi redux solebat diuertere ad illius tabernaculum cum qua nocte illa dormiturus. Ne igitur ad Rache-

lem

lem diuerteret, Lia(vt sequitur *v. 16.*)præcucurrit.

MERCEDE CONDVXI TE] redemi operam tuam coniugalem Hebraicè, *emptione emi te*. alludit ad matrimonium per coëmptionem. Videris (ait) mihi de nouo coëmendus, adeò rarus es apud me, vt videaris pro vxore non habere. VERS. 16.

EIVS] Liæ, bono hæc animo facientis, & Deũ orare non cessantis. VERS. 17.

DEDI ANCILLAM] vt cessationis meæ defectum suppleret. VERS. 18.

ISSACHAR] quasi יש שכר *Ies Sachar*, est merces, ita LXX. Ioseph. & Hieronymus. 15. Issachar.

DOTE BONA] matrimonio, quasi dirempto, redintegrando & reconciliando, Deus mihi nouam fecunditatem, quasi dotem dedit: vt de nouo emptus maritus mihi perpetuò adhæreat. VERS. 20.

ETIAM HAC VICE] secura mihi videor, non ampliùs ei despicatui me fore.

ZABVLON] *habitaculum*, D. Hieronymo à radice זבל *Zabal cohabitare*. longè abit Iosephus, qui exponit, *pignus beneuolentiæ*. Chaldæus, vt noster, hac vice habitatio mariti mei apud me. LXX. Complutens. & Regij, *αἱρετιεῖ με. eliget me.* Scilicet, cui cohabitet. 16. Zabulon.

RECORDATVS] more humano loquitur. Nam in Deo nulla *recordatio*, cui omnia sunt præsentia, & nullus locus obliuioni. Sensus: ostendit se illius non oblitum. VERS. 22.

OPPROBRIVM MEVM] sterilitatem, quæ tum magno dedecori erat. VERS. 23.

ADDAT MIHI DOMINVS] huic nomen imponit ab euentu futuro, vocans, *augmentum*: eò quod mater alium huic addi optauerat. *D. Hieronymus.* 1. 49. 22. *filius adcrescens Ioseph.* Videtur Lipomano Rachel ignara prophetasse, quia Hebraicè putat vsam eadem voce cùm dicit, *abstulit* seu *finiuit opprobrium*, & cùm petit *addi* sibi alterum: sed fallitur. Nam priore loco est אסף, posteriore יסף *Asaph.* consumere & auferre significat, simile ferè verbo *Aphas* אפס sed *Iasaph* significat addere, vt constat. ALLEGORIAM nominum præcedentium pete à D. Cyrillo *hic lib.* 11. Procopio *hic*, & Richardo de Sancto Victore *lib. de XII. Patriarchis.* VERS. 24 17. Ioseph.

NATO AVTEM IOSEPH] Cur non antè hoc egit? Respondet Rupertus, quòd, nullâ ex Rachele prole susceptâ, metuebat, ne Laban discedenti Rachelem auferret. Puto potiùs quia septem pro illâ anni nondum erant expleti. Nam Ioseph natus anno decimoquarto aduentus Iacobi in Mesopotamiam, ætatis verò nongesimoprimo. VERS. 25.

DIMITTE] permitte, bonâ tuâ veniâ cum vxoribus & liberis me in patriam reuerti.

DA MIHI VXORES] compleui tempus seruitij debiti. Sine mecum abeant. VERS. 26.

NOSTI SERVITVTEM] scis me diligentiam & fidem, quam debui, toto tibi tempore præstitisse. De mercede verbum nullum: quia pro mercede vxores duæ erant. Si quid vltrà velit adiicere, soceri relinquit beneficentiæ S. Chrysost.

VERS. 27. INVENIAM GRATIAM] Sine te abs me exorari. fac quod peto.

18. Auibus bonis. Omine bono. Conciliatæ versiones.

EXPERIMENTO DIDICI] vocabulum ✝ נחש *Nachasc*, dubiæ significationis est primaria videtur *augurari*, vt vertunt LXX. οἰωνισάμην ἂν augurio didici. Non mirum foret augurium in homine, qui à rectâ fide in multis deuiabat, vt notant Origenes & Theodoretus. Hoc tamen loco non puto augurio vsum Laban, sed tantum phrasi seu adagio ab augurio ducto. Sicut solent Latini dicere, *bono omine* aliquid fieri, vel *bonâ alite*, aut *bonis auibus*, *augurato*, & *auspicato*, quæ omnia eodem recidunt, ducta à superstitiosis auguriis, & auspiciis, & ominibus. Sensus itaque est: ipsa experientia me docuit optimis te auibus ad me venisse: adeò mihi ab aduentu tuo feliciter cuncta processerunt.

BENEDIXERIT MIHI] me ditauerit.

VERS. 28. CONSTITVE] Hebraicè, *declara*, *æstima*. LXX. διάστειλον; *distingue partire*. Omnia eodem recidunt. q. d. tu pete quod voles, ego dabo.

MERCEDEM TVAM] Rabanus & alij putant de præterito tempore dici: magis arbitror de futuro loqui. nempe, qua mercede, velit in posterum seruire. Nam retinere volebat: & ad hanc mentem Iacob respondet, v. 31. *Iterum pascam*, &c. Id etiam suadet auaritiâ Labani, & quia de XIIII. annis ex pacto merces erant ipsæ filiæ.

VERS. 30. AD INTROITVM MEVM] Sensum Hebraismi benè expressit. לרגלי

19. Ad pedem meum. Pede fausto. Namphanio.

Leragh, *ad pedem meum*. LXX. ad verbum; ἐπὶ τῷ ποδί μου. clarè Chaldæus *propter me*. Theodoretus; pedem (ait) hîc appellat præsentiam. Sic Latini; pede fausto seu secundo adire. D. Augustinus *epist.* 44. huiusmodi bonipedis, homines, qui felicitatem adferunt, scribit à Pœnis nuncupari, *Namphaniones*.

VERS. 31. QVID TIBI DABO] vt apud me maneas in munere pastoritio.

NIHIL VOLO] nisi quod dicam, gregis partem aliquam: nempe.

VERS. 32. GYRA OMNES] Nunc explicat quam partem pro mercede deposcat. Notandum verò ab hoc versu ad finem capitis, ad Hebræa verba nostrum interpretem non æquè atque ad commodam sententiam attendisse: sed quæ in fonte videbat prolixè, & implicatè posita, & à LXX. interpretibus atque aliis adhuc intricatiùs reddita, eà censuisse sibi in compendium redigenda. Quare facta est breuitate nonnihil tenebricosa versio, potissimùm quia varias mutationes pactionum à Labano factas prætermisit, & de multis quasi de vnâ loquitur. De hac intricatione D. Hieronymus conqueritur, & post illum Tostadus & Honchala; qui suspicantur etiam menda quædam per librariorum incuriam & inscitiam irrepsisse. Conemur (Deo duce) ex ipso fonte lucem mutuari.

20. Conciliatæ versiones cū fonte.

GYRA] Hebraicè אעבר *Eghebor*. Transibo, ciracibo. LXX. παρελθέτω. q. d. simul gyremus. lustremus omnes oues cogendo illas ante nos transire.

21. Pactum primum cum Labano.

SEPARA CVNCTAS OVES] En primum pactum, quod fuit, vt sola purè alba Labano cederent: fuluum verò seu nigra vna cum variis Iacobo in ouibus: in capris autem sola varia seu maculosa essent Iacobi,

cobi, furua verò & alba Labani. Ideo Laban primò reliquit Iacobo custodiendas tantùm oues albas, capras verò purè albas & purè furuas; verisimili spe fretus, fætus omnes parentibus similes nascituros, & ita fæturam omnem sibi cessuram. Hoc enim (vt rectè Caietanus indicant Hebræa, licet Latina inter oues & capras non distinguant. Sunt autem hîc tria Hebræa vocabula valdè notanda ;חום בכשבים
נקד וטלוא וכל שה *Nakod Vetalu Vecol Sceh Chum Bachscabim*. quod vertunt, *punctatum, & maculosum, & omne pecus nigrum in agnis*.
pro quibus noster, *varium, sparso vellere, & furuum*. נקד *Nikud* † signi- 22. Sparsa pecora.
ficat punctum seu stigma coloris alterius, quod sparsum vocare possumus; Gallis *pommele*, Hispanis *rodado*. Belgis, *Gesprckelt*, quando
maculæ paruæ sunt v.g. albæ in ouibus nigris; aut nigræ in albis. טלו 23. Maculosa pecora.
Talu † maculosum quod habet valdè magnas maculas, instar scutorũ seu frustorum, quod Galli dicunt *pies*, quasi picas: vt cùm oues sunt seminigræ, vel magnam corporis partem habent continuo colore alio
aspersam, quàm partem reliquam. חום *Chum* † torridum vel adu- 24. Furua pecora.
stum significat: ideo verti potest *furuum*, seu nigrum, item pullum, & fuluum seu subrufum nigricans, Hispanis; *pardo*. tales enim lanarum, quæ fuscæ sunt. LXX. pro furuo φαιὸν, pro vario *διάλευκον subalbum* pro sparso vellere *ῥαντὸν sparsum*.

RESPONDEBITQVE MIHI CRAS IVSTITIA MEA] Quasi dicat Vers. 33.
sit pro me causæ iustitiâ: sit pro te naturæ vis & ordo. Quàm ego ti- 25. Respondebit mihi iustitia mea.
bi iustè & fideliter seruierim, futura dies, Deo contestante, declarabit. Quo pacto? quoniam confido fore, vt vel contra naturæ ordinem Deus me ditet, & tribuat, quæ tu auertere conaris. Tam enim multa mihi condicti coloris pecora nascentur, vt manifestum sit velle Deum
labores meos compensare. Hoc enim † significat *respondere*, cùm de Respondere.
bono sermo: vt cùm Maro dicit semen auari agricolæ votis respondere: & in malis, de supplicio vsurpatur, Isaiæ 59.12. *peccata nostra responderunt nobis*. Ierem. 14. 7. *Si iniquitates nostræ responderint nobis*. Hæc autem dicit firmâ fretus Iacob, & fortè Spiritu prophetico.

CRAS] tempore futuro. Sic enim sacra Scriptura *cras* pro futuro 25.
vsurpat, *heri* pro præterito, *hodie* pro præsenti. Hebræ. 13. v. 8. IESVS Cras.
CHRISTVS *heri & hodie ipse & in sæcula*. TROPOLOGIAM pete à D. Bernardo *serm. 5. de Natali Domini*.

PLACITI TEMPVS] in anni fine, quando portiones vtriusque diuidentur.

ET FVRVA] Si quid inueneris apud me, vel albarum ouium vel caprarũ furuarum aut albarum, id habe pro indicio me furatum tibi de tuis. Interpretandus noster ex Hebræo & Chaldæo iuxta distinctionem inter oues & capras *sup. v. 32* positam.

ET SEPARAVIT] Primâ vice commiserat Iacobo custodiendas Vers. 35.
oues purè albas, capras purè albas & purè nigras. Post, cùm videret id 27
Iacobo fœliciter cessisse, mutat pactum: vt sibi cedant ex ouillo & ca- Pactio secunda.
prino grege omnes mixti seu varij coloris, genero omnes purè albæ vel purè nigræ pecudes, *vt indicat cap seq. vers 8*. Ad hoc pactum se-

eundem refero quod hic inferitur: *cunctum autem gregem vnicolorem tradidit in manu filiorum suorum.* Nam hoc de filiis Laban intelligendum. hoc fecit ferè certus Iacobo ex non vnicoloribus, nullas vnicolores nascituras. Sensus ergo est: separasse Labanum, sicut fecerat primâ vice, ita quoque secundâ greges puros à maculosis: sed aliter primâ, aliter secundâ vice. Primâ filiis suis abducendas dedit omnes pecudes varicolores, secundâ verò omnes vnicolores. Hebræa videntur aliter sonare, & ad primum pactum omnia referre: sed sunt admodùm obscura, nec in iis reddendis interpretes conueniunt. Non placet contextum nostrum, vt facit Honchala, emendare alioquin minimo negotio & commodiùs quàm ipse possem, vnicâ voculâ leuiter mutatâ & traiectâ; *cunctum gregem haud vnicolorem.* Nec placet mendosum profiteri, vt censet Tostadus; qui tamen illi sanando nihil ad fert. Hebræa sonant ad verbum: *Et remouere fecit in illa die hircos & maculosos, & omnes capras punctis & fructus distinctas, omne cui candor in eo, & omne cui nigrum in agnis, & dedit in manum filiorum suorum.* העקדים

Cinctutus. *Haghakuddim* reddo virgatos, vel cinctutos, vel fasciatos; quia *Ghakad* significat cingere seu ligare: vnde *Ghakod*, est longioribus maculis fasciarum instar circumdatum.

VERS. 36. TRIVM DIERVM] necessariorum ipsis gregibus, non verò expedito pediti tantâ loci intercapedo placuit, ne ex vno ad alium gregem admissarij transirent.

VERS. 37. TOLLENS ERGO] sequitur astus & stropha Iacobi, quam, vt se-
18. quitur sequenti capite, angeli in somnis monitu, humanæ Labani pru-
Iacobi commentum de virgis, defenditur. dentiæ opposuit. In qua nihil est iniustitiæ. Licebat, iudice ad quem recurreret destituto, ius sibi dicere: & per industriam, siue dolum bonum, manifestariam iniustitiam soceri repellere, vt consequeretur mercedem laboris sui quam aliter obtinere ab homine auaro, iniquo, & violento nequibat. Cui, cùm in somnis Dei admonitio accesserit, perinde ac de Ægyptiorum spoliatione de hac vafritie nobis sentien-
19. dum; compensationem, non furtum aliquod fuisse. Sed an hic pro-
Naturale an miraculosũ sic nasci agnos varicolores. uentus varicolor, naturalis & non miraculosus fuit? Naturalem † esse facilè concedet, quisquis nouit, quanta sit fantasiæ & obiecti oculis oppositi in fœtus similitudine efficacitas, tum maximè quando semen emittitur, *qua de re multa D. Hieronymus hîc & D. Augustinus qu. 93. & plura Valesius de sacra philosophia cap. XI. nec displicitura puto quæ disserui, Magicar. Disquisition. lib. 1. cap. 3. Quæst. 3. editione vltima.* Libens fateor eam ad rem multùm preces Iacob iuuisse, & à diuinâ potissimum liberalitate tam copiosam & celerem benedictionis opulentiam manasse. Non aliud opinor voluisse, SS. Cyrillum, & Chrysost. sup. & Theodoretum *q.* 88. qui negant hæc naturaliter contigisse, scilicet planè & sine illo peculiari Dei dono seu beneficio.

VIRGAS POPVLEAS] LXX. *ῥάβδον συρακίνην χλωρὰν, καὶ καρυίνην, καὶ τοῦ πλατάνου. virgam styracinam viridem, & nuceam, & platani.* in primâ voce dissidium est, nam de secunda nuceas amygdalinas significari, etiam Chaldæus nobiscum sentit: non desunt tamen, qui *corylum* seu auella

auellanam,& *castaneam* præferant. sed & D. Hieronymus aliquando pro *plataninis* reddidit *virgas mali granati*. frustrà tempus in his teritur, nam quid Hebræa significent nomina, nescitur. Oleaster tamen ait à Laban quod est album, fit LIBNEH quod est populus arbor, sic dicta propter corticis & foliorum albedinem. LVZ videtur significare arborem à qua cortex facilè recedit. GHARMON arborem quæ facilè nudatur.

EX PARTE] ita vt pars vestita cortice furua, pars nudata seu deglubita candida maneret.

IN CANALIBVS] conchis, lintribus vel aquæductibus, quibus VERS. 38.
aqua infusa arte detinebatur ne deflueret, donec pecora bibissét. Hęc 30.
† prima Iacobi sollertia, ita virgulas variegatas disponere: interim dú Iacobi so-
feminæ bibebant mares admittere: sic maritus salientibus directę vir- lertia vt ma
garum species in aquâ iacentium, & marium ineuntium vmbræ, vnâ culosę pecu-
quasi speciem marium maculosorum oculis femellarum ingerebant. des nascerē-
Sed nonne virgæ partim virides, partim albæ? In aquâ viriditas non tur.
apparebat ita clara, sed inumbrata: ideo species se fusca ingerebat. Et quamuis aqua tam pellucida fuisset, vt etiam viror oculis se insinuaret: tamen color vellerum & pilorum certam sibique accommodam temperiem deposcit: nec in quadrupedibus illa reperitur, quæ ad colorem viridem est necessaria. Licet etiam suspicari virgis harum arborum vim aliquam inesse aptam infuscare saltem ex parte vellera: qualem multis aquis tribuunt Aristoteles *lib. 3. histor. animal.* & Ouidius lib. vlt. Metamorph.

IN IPSO CALORE COITVS] Hebraicè *Et incalescebant*, ויחמנה VERS. 39.
Vaiechammenah optimè noster. Nam D. Hieronymus ait ipsum significari momentum quo semen decidebatur, tunc enim anima vim suam maximè exserit, & imaginationis vis maxima.

DIVISITQVE GREGES] Ecce secundum stratagema Iacob. om- VERS. 40.
nia pecora recens nata in duas mandras distribuit, vnam Labani, 31.
in qua solæ pecudes vnicolores erant; alteram suam, in qua solæ vari- Iacobi secū-
colores. tum suum gregem in principiis statuebat, & faciebat præce- da stropha.
dere, & primum adaquabat spectante altero grege & adaquatum è regione gregis Laban bibentis statuebat: vt sic species & color gregis sui fantasiæ gregis Laban subsequentis & ex aduerso bibentis fortiùs imprimeretur. Apertè hæc sententia in Hebræo indicatur, vbi pro eo quod habemus in vulgatâ ex pręcedentibus repetitum. (*& posuit virgas in canalibus ante oculos arietum*) clarè continet; *dedit facies pecudum ad varium* siue *ad fasciatum* quod confirmat Chaldæus. Istâ solertiâ tantum vtebatur, quando Laban sibi paciscebatur vnicoloria seu pura. Ideo addit: *Erant autem*; scilicet quando id Iacob faciebat

NIGRA QVÆQVE] Iam enim priore pacto violato, hæc Iacobo VERS. 41.
ademerat. 32.

SEPARATIS] natarum pecudum post factam diuisionem. Admissura prima vere,
PRIMO TEMPORE] quod Virgilius cecinit oues in Italia bis quotā- Serotina au
nis parere: etiam in Syria contingebat: vel sanè quædam verno, quæ- ctumno.

dam auctumnali tempore concipiebant. *Primum tempus* vocat vernũ
33. nempe Martio mense, NISAN: *ſerotinam* admiſſuram, vocat auctum-
Iacobi tertia ſtropha. nalem Septembris. TISRI. Itaque hîc innuitur tertia induſtria. Virgas verno tempore ponebat, & tunc etiam ita greges in conſpectu ſequentium locabat, quia tunc fœtura melior, hoc eſt maior atque robuſtior, multis de cauſis. ſequitur calor æſtiuus, quo nata meliùs fouentur. matres etiam & patres tunc ad gignendũ validiores. Scio Valeſium has admiſſuras ambas in vnum diem reiicare; ſed præſtat in anni tempeſtates cum D. Hieronymo & Alcuino, Latinis quoque ceteris, & Hebræis.

34. Iacob quo pacto tam paruo tempore tam diues factus. VLTRA MODVM] multiplicato citiùs & multipliciùs quàm naturaliter pecus ſolet. Nam Deus multipliciter ad vota Iacobi concurrebat. Primò ante ſeparationem diuiſionis recens natorum, faciens vt eius coloris pleraque & meliora naſcerentur, quæ ex pacto debita Iacobo. 2. poſt diuiſionem ſeparationemque gregis, quando Iacobus dederat ſuam partem liberis & ſeruis ſuis paſcendam, ipſe verò paſcebat gregem communem, hoc eſt oues & capras Labani, & fœtus adhuc indiuiſos: tum enim Deus partem illam Iacobi valdè augebat. 3. ex ſuis pecoribus ei venditis, ſeruos, ancillas & armenta emebat; hæc quoque Deus miris incrementis benedicebat. Ita intra triennium mirè locuples euaſit. LXX. hic in fine capitis addunt, *mulos* ϰ *ἡμιόνους*: ſed deeſt in Hebræo & Chaldæo: & fortaſſis illo tempore adhuc nulli muli fuerunt.
35. Muli. ALLEGORIAM colorum & virgarum qui volet, legat D. Ambroſ. *lib.* 2. *de Iacobi cap.* 4. S. Gregorium *lib.* 20. *in Iob.* 1. & Abba. Tuitienſem. *ſup. cap.* 36.

CAP.





CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM.




OSTQVAM autem audiuit ver- 1.
ba filiorum Laban dicentium:Tu-
lit Iacob omnia quæ fuerunt patris
nostri, & de illius facultate ditatus
factus est inclitus: * animaduertit 2.
quoque faciem Laban: quòd non esset erga se si-
cut heri & nudiustertius? * maximè dicente sibi 3.
Domino:Reuertere in terram patrum tuorum, &
ad generationem tuam,eróque tecum. * Misit, & 4.
vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi pascebat
greges, * dixitque eis: Video faciem patris vestri 5
quod non sit erga me sicut heri & nudiustertius:
Deus autem patris mei fuit mecum. * Et ipsæ no- 6.
stis quod totis viribus meis seruierim patri vestro.
* Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit 7.
mercedem meam decem vicibus:& tamen non di-
misit eum Deus vt noceret mihi.* Si quando dixit 8.
variæ erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oues
varios fœtus, quando verò è contrario ait: Alba
quæque accipies pro mercede: omnes greges alba
pepererunt.*Tulitque Deus substantiam patris ve- 9.
stri,& dedit mihi. * postquam enim conceptus o- 10.
uium tempus aduenerat,leuaui oculos meos,& vi-
di in somnis ascendētes mares super fœminas, va-
rios & maculosos,& diuersorum colorum.* Dixit- 11.

que Angelus Dei ad me in somnis: Iacob? & ego
12. respondi:Adsum.*Qui ait:Leua oculos tuos,& vi-
de vniuersos masculos, ascendentes super fœmi-
nas,varios,maculosos, atque respersos. Vidi enim
13. omnia quæ fecit tibi Laban. * Ego sum Deus Be-
thel,vbi vnxisti lapidem, & votum vouisti mihi.
Nunc ergo surge, & egredere de terra hac, reuer-
14. tens in terram natiuitatis tuæ. * Responderuntque
Rachel & Lia: Numquid habemus residui quid-
quam in facultatibus, & hæreditate domus patris
15. nostri?*Nónne quasi alienas reputauit nos,& ven-
16. didit,comedítque pretium nostrum: * Sed Deus
tulit opes patris nostri,& eas tradidit nobis, ac fi-
liis nostris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus,
17. fac.* Surrexit itaque Iacob ,& impositis liberis,ac
18. coniugibus suis super camelos, abiit. * Tulitque
omnem substantiam suam,& greges, & quidquid
in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac pa-
19. trem suum in terram Chanaan.* Eo tempore ierat
Laban ab tondendas oues, & Rachel furata est
20. idola patris sui.*Noluitque Iacob confiteri socero
21. suo quòd fugeret. * Cumq; abiisset tam ipse quàm
omnia quæ iuris sui erant,& amne transmisso per-
22. geret contra montem Galaad,* nunciatum est La-
23. ban die tertio quòd fugeret Iacob.*Qui assumptis
fratribus suis,persequutus est eum diebus septem:
24. & comprehendit eum in monte Galaa.* Viditque
in somnis dicentem sibi Deum: Caue ne quidquã
25. asperè loquaris contra Iacob. * Iamque Iacob ex-
tenderat in monte tabernaculum: cumque ille cõ-
secutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem
26. Monte Galaad fixit tentorium.* Et dixit ad Iacob:
quare

quare ita egisti, vt clam me abigeres filias meas
quasi captiuas gladio? *Cur ignorâte me fugere vo- 27.
luisti, nec indicare mihi, vt prosequerer te cũ gau-
dio, & canticis, & tympanis, & citharis? * Nõ es pas- 28.
sus vt oscularer filios meos & filias: stultè operatus
es: & nunc quidem * valet manus mea reddere ti- 29.
bi malum: sed Deus patris vestri heri dixit mihi:
Caue ne loquaris contra Iacob quidquam durius.
* Esto, ad tuos ire cupiebas: & desiderio erat tibi 30.
domus patris tui: cur furatus es deos meos? * Re- 31.
spondit Iacob: Quòd inscio te profectus sum, ti-
mui ne violenter auferres filias tuas. * Quòd autem 32.
furti me arguis: apud quemcunque inueneris deos
tuos, necetur corã fratribus nostris: scrutare, quid-
quid tuorum apud me inueneris, & aufer. Hæc di-
cẽs, ignorabat, quòd Rachel furata esset idola. * In- 33.
gressus itaque Laban tabernaculum Iacob & Liæ
& vtriusque famulæ, non inuenit. Cúmque in-
trasset tentorium Rachelis: * illa festinans ab- 34.
scondit idola subter stramenta cameli, & sedit de-
super: scrutantíque omne tentorium, & nihil inue-
nienti, * ait: Ne irascatur dominus meus quòd coram 35.
te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinẽ femi-
narũ nũc accidit mihi: sic delusa solicitudo quærẽ-
tis est. * Tumẽsque Iacob, cũ iurgio ait: Quã ob cul- 36.
pã meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti
post me, * & scrutatus es omnem supellectilem 37.
meam? Quid inuenisti de cuncta substantia
domus tuæ? pone hic coram fratribus meis,
fratribus tuis, & iudicent inter me, & te. * Idcirco 38.
viginti annis fui tecum? oues tuæ & capræ steriles
non fuerunt, arietes gregis tui non comedi: * nec 39.

captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne
reddebam:quidquid furto peribat, à me exigebas:
40. * die noctúque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque
41. somnus ab oculis meis, *Sicq; per viginti annos in
domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus,
& sex pro gregibus tuis: immutasti quoque merce-
42. dem meam decem vicibus. * Nisi Deus patris mei
Abraham,& timor Isaac affuisset mihi, forsitã mo-
do nudum me dimisisses:afflictionem meam & la-
borem manuum mearũ respexit Deus, & arguit te
43. heri. * Respõdit ei Laban:Filiæ meæ & filij,& gre-
ges tui,& omnia quæ cernis,mea sunt:quid possum
44. facere filiis & nepotibus meis?* Veni ergo, & inea-
45. mus fœdus: vt sit in testimonium inter me & te.*
Tulit itaque Iacob lapidem,& erexit illum in titu-
46. lum:* dixítque fratribus suis: Afferte lapides. Qui
congregantes fecerunt tumulum, comederuntque
super eum:* quem vocauit Laban:Tumulum testis:
47. & Iacob, Acerum testimonij, vterque iuxta pro-
48. prietatem linguæ suæ:* Dixítque Laban: Tumu-
lus iste erit testis inter me & te hodie, & id-
circo appellatum est nomen eius Galaad, id est,
49. Tumulus testis. * Intueatur & iudicet Dominus
50. inter nos, quando recesserimus à nobis,* si affli-
xeris filias meas, & si introduxeris alias vxores
super eas: nullus sermonis nostri testis est ab-
51. sque Deo,qui præsens respicit.*Dixítque rursus ad
Iacob:En tumulus hic,&lapis quem erexi inter me
52. & te,* testis erit tumulus,inquam, iste & lapis sint
in testimoniũ,si aut ego transiero illum pergens ad
53. te,aut tu præterieris,malum mihi cogitans. * Deus
Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos,Deus
patris

patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem pa-
tris sui Isaac. * immolatisque victimis in monte, 54.
vocauit fratres suos vt ederent panem. Qui cùm
comedissent, manserunt ibi.* Laban verò de nocte 55.
consurgens, osculatus est filios, & filias suas, & be-
nedixit illis: reuersusque est in locum suum.

ARGVMENTVM.

Manu valida Iacobum cum suis fugientem Labanus insequitur. Rachel patris idola furata, scrutantem fallit. Gener socerque fœdus percutiunt.



DIscessus Iacobi tres causæ ponũtur, 1. mordaces calumniæ filiorum Laban. 2. ipsius odium vultu se prodens. 3. & præcipua, Dei iussio. VERS. 1.

QVÆ FVERVNT] falso iniquitatis insimulant. acquisierat enim iure, quo qui optimo. Sed solet inuidia habentes consectari. Sophocles; πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντ᾽ ὁ φθόνος ἕρπει. hæc illos adegit mentiri. Nam *tulit*, hoc loco idem quod auertit, furatus est, ex Hebræo. vide. ℑ. v. 9. 1. Inuidia mater calũniæ. sequitur dites, vultu proditur.

FACIEM LABAN] hæc solet vel inuitam inuidiam claris notis prodere, vt docet S. Basilius *orat. de inuidia.* VERS. 2. 2.

SICVT HERI & NVDIVS TERTIVS.] sicut priùs. de hac locutione, multis egi *in Adagijs sacris* §. 43. Heri & nudius tertius. adag.

DICENTE SIBI DOMINO] per Angelum in somnis. VERS. 3.

EROQ. TECVM] te à Labano & Esau, & cunctis protegam, & tua multiplicabo. Quid illi deesse queat, cui adest rerum omnium plenitudo, inquit S. Ambrosius *d. lib. 2. cap. 5.*

RACHEL] hæc præponitur, vt primaria & voluntariè sine fraude in vxorem accepta. Vnde & Ruth. 4. 11. prior nominatur, & per excellentiam Iacobi vxor vocatur *infer. cap. 46. 19.* Quod verò Liam præponit Moyses *cap. 33. 1.* facit, quia filiorum eius turma priore loco statuenda. VERS. 4. 3. Rachel præcipua vxor Iacobi.

IN AGRVM] vbi ipse tunc erat. eò aduocat, vt sine arbitris mentem suam illis pandere queat.

CIRCVMVENIT] pacta me inuito, sed non audente contradicere mutauit. VERS. 7. 4.

DECEM VICIBVS] Græci ex Syriacâ † paraphrasi exponunt, *sæpius.* sic Origenes, Eusebius Diodorus & Procopius, optimè, quia cùm de- Decem pro sæpe.

narius perfectionem significet,receptum est Hebræis eum numerum ponere pro multis,vt docet Cirillus *in Zachar.cap.*8. vide de re totâ, *Adag.sacra* §.44.

Vicibvs] numeros significat Hebræum מונים *Monim*, à מנה *Manah numerare.* Sic ergo noster sumpsit,secutus Symm. & Aquilã,
Locus LXX & fauet vtrumque Thargum.cur ergo LXX. *δέκα ἀμνῶν, decem agnu*? librarij corruperunt, cùm scribere deberent *δέκα μνῶν. decem amnis.* ad valorem fortè respicientes:*sed vide d.*§.44.

Vers.8. Omnes oves]pleræque,adeò multæ † vt vix ceterarum habenda
5. Omnis pro plerisque. ratio præ paucitate.Si omnes omnino;fraudem aliquam suspicatus foret Laban,& deprehendisset. de hac acceptione *τὸ omnis* dicam ad c.1.Isaiæ.

Vers. 9. Tvlitq.]sup.v.1.vtitur verbo לקח *Lakach* quod denotat per nefas auferre.hic & vers.16.vtitur verbo נצל *Naçal*, quod propriè significat iure auferre ab iniquo detentore. ponitur enim hoc vocabulum Exo.3.v.22.vbi noster vertit,*spoliabitis Aegyptum*: vt sit manifestum Iacobo & Israëlitis à Deo redditam mercedem, quam Labanus & Ægyptij per vim retinebant.

Vers.10. Vidiq. in somnis] probat Deum Labano abstulisse & sibi dedisse,quia in somnis illum Deus per Angelum docuit dolum bonum, quo vsus.Habeatur hæc paullò aliter in Hebræo fonte, & LXX. & Chaldæo:sed parum refert,explicanda sunt iuxta ea quæ cap. præcedenti proximè dicta.

Vers. 13. Ego svm]hoc addidit,ne putet illusionem fantasiæ, vel dæmonis astum esse.

6. Iacobi visiones duæ. Devs bethel] qui in loco,cui hoc nomen indidisti, tibi apparui.

Nvnc ergo svrge]videtur duas reuelationes cõmiscere. Prior fuit ante pactum initum;alioqui spontè suâ, non diuino consilio Iacob id fecisset:& illa visio tantum approbaret, quod ab eo priùs factum, quod Tostado minimè probatur. Posterior autem fuit in fine septennij,qua iussus redire in Chananæam.

Vers.14. Nvmqvid habemvs]nonne nos exheredes fecit. Duplex grauamen
7. Labani iniuriæ in filias. proponunt primùm,quòd in dotatæ paternâ domo & hæreditate exclusæ.Secundò quod coëmptionis pretium ad illas non peruenit, sed totum pater sibi vsurparir: quod non patris filias nuptura elocastis,sed mangonis est vendentis mãcipia,vel lenonis scorta prostituentis.Hebræum *pars & hæreditas* significat idem quod *pars hereditaria*.sicut Deutero.12.12.

Vers.15. Comeditqve]Hebraicè,*consumptione deuorauit*, hoc est celeriter vel auidè abliguriuit.

Vers. 17. Svrrexit]accinxit se ad iter.

Impositis liberis] ætas id postulabat,nam maximus natu Ruben nondum quatuordecim annos compleRat. minimus Ioseph vix sexennis. Tropolog.docemur bona possidere & quærere,quæ nobiscũ auferre possimus; ne invllo obnoxij ab aduersario detineamur. Item obortâ inuidia iusto illam declinãdam.Meliùs est enim sine lite abire,

abire,quàm cum iurgio refidere.*Sic Ambrofius fup.* ANAGOG. quàm vtile in hac vitâ exagitari aduerfis, vt maiori defiderio, ad veram patriam anhelemus.*Sic Rupertus cap.*41.

SVBSTANTIAM SVAM] in fine fexennij Iacob Labano reddiderat oues omnes quas ab ipfo pafcendas acceperat : nec potuit apud eum quidquam Labani reperiri ! quo igitur modo verum,quod fcribit Iofephus,Iacob gregis dimidium fecum abduxiffe ? Labani gregis nihil omnino fecum duxit: fuum verò gregem totum abduxit. hunc fortè vocat dimidium refpectu vtriufque fimul gregis. VERS. 18. 8. Iofephi locus.

ISAAC PATREM SVVM] hunc terminum itineri præfigebat. in viâ fermè decennium pofuit, habitando in Sichem & in Bethel. Sic Toftadus.

IERAT LABAN] hanc eius abfentiæ occafionem Iacob præftolatus. VERS.29. 9.

FVRATA] id bonâ mente feciffe vt occafionē idololatriæ parenti eriperet,volunt multi, *S.S.Bafilius prolo. commentar.in Prouer. Nazianzenus orat.de Pafcha,Theodoretus q.*89. quod probabile.Motam putem etiam,quia materia pretiofa erat, intentione dotis fuæ compenfandæ, quam iniuftè Laban detraxerat,*fup.v.*15. Furata igitur,aftutè & clanculum fubtraxit,patre inuito,fed iniuftè. Idololatriæ adhuc deditam, id fuperftitiosè feciffe volunt alij.*S.Chryfoft.hom.*57. Gennadius *in Catenâ* & Rupertus, apud quem *cap.* 42. habes allegoriam, item apud Theodoretum. Rachelis furtum excufatum.

IDOLA] *Theraphim* תרפים de his † duo mihi conftant fignificare cuiufuis generis imagines aut ftatuas,fculptas,pictas,textas : fiue hominum,fiue alterius generis; de formâ humanâ colligitur *ex* 1.*Reg.* 19 *v.*13.Vbi LXX. *Cænotaphia*,vertunt. Secundò ab his refponfa peti interdum folita,& dæmonem etiam fæpè refpondiffe , quæ primariâ fignificatio videtur *ex Ezech.*1.*v.*21 *Zachar.*10.2. & verifimile eft certas aftrorum pofitiones ad ea conficienda gentiles obferuaffe, certis etiam characteribus magicis infigniuiffe, vt Abenezra & alij Hebræi funt authores, ab his,vlteriùs nomen extenfum ad omnes figuras:& ideo Aquila vertit *μορφώματα* id eft figurationes, Chaldæus hîc *imagines*, & de hac fignificatione tantum egit D. Hieronymus *in epift. ad Marcellam.* Ratione verò ftrictæ fignificationis,& multiplicis hac in re vani cultus LXX.& nofter hîc,& Iudic.18.18.*idola*,feu *Deos*,Cuius autē hæc idola formæ fuerint Rabbini diffentiunt. Quidā putāt fuiffe caput infantis primogeniti, dæmonibus immolati, & aromatibus conditum ne putrefceret cuius linguæ imponebatur aurea lamina nomen dæmonis (quem colebant) infcripta, cui caput illud facrum, & qui per illud oracula fundebat. Alij fuiffe quædam inftrumenta ænea cognofcendis horarum partibus ad diuinandum comparata. Alij hominis integri ftatuam,quem pro domeftico lare colerent. Ceteri plures imagines etiam ferarum, ad certam aftrorum coniunctionem vel oppofitionem fabricatas, quæ fingulæ de peculiaribus rebus confulerentur; vt de Michæ Teraphim,quifquis ille Philo Anianus 10. Theraphim

nianus *in libro Hebraicarum Antiquitatum* minutim exequitur. Fusiùs ista libuit memorare; vt appareat, quàm insulsè nobis hæretici de Theraphim obiiciant, ad improbandas imagines Beatorum.

VERS. 20. NOLVITQVE CONFITERI] Iosephus scribit, priùs discedendi ve-
11. Iosephi locus. niam postulasse, sed non impetrasse, quod sacræ Scripturæ dissentaneum est. Hebraicè; *Furatus est Iacob cor Laban* qua phrasi significant
12. Hebraism. furari cor alicui. prorsus occultare vel cælare aliquem. Caietanus vult Labanum in corde suo statuisse, non pati Iacobum ex Aram auferre opes quas illic pepererat. Sanè hoc indicatur. 1. 42. *forsitan nudum dimisisses.* & quia Iacob eô clam discedens frustratus fuit hoc consilium, dici furatum cor, in quo consilium illud latebat. Clariùs Chaldæus exponit, *celandi* verbo. LXX. ἔκρυψε *abscondit.* In Latino sermone quid simile inuenio, qui pro tegere interdum furari ponit: Seneca in Agamemn. *Germane vultus veste furabor tuos.* idest abscondam. Sic κλώπιον dictum volunt quidam à κλέπτειν, quod vultum furetur. Lipomani expositio, diuitias fuisse cor Labani, & ideo quia illos clam absporrauit, dici cor furatum, conuenit Hebræo, sed non Latino textui. *vide* 1 *v.* 27.

VERS. 21. AMNE TRANSMISSO] Euphrate: qui in sacra Scriptura solet vo-
13. Flumen pro Euphrate. cari per antonomasiam *flumen* Exod. 23. 31. Iosue 24. 2. vel cum addito *magnum flumen.* sup. 15. 18. potuit transmittere, naui, sine miraculosâ desiccatione figmenti Hebraicè.

14. Galaadmõs, & vrbs. IN MONTEM GALAAD] προλῆψις. Nam hoc illi nomen postea inditum. tale illud.

---*Lauináque venit littora.*

Mons situs à tergo Phænycis & Arabiæ, ad Libanum pertingit, ideo
VERS. 22. caput seu initium Libani dictus Ieremiæ *cap.* 22. *v.* 6. & per desertum
15. Iosephi locus. longè porrigitur. in eo vrbs eiusdem nominis. *D. Hieronymus de locis Hebrais.*

DIE TERTIO] postridie, *Iosephus*, sed malè.

VERS. 23. FRATRIBVS] validâ manu cognatorum, & famulorum, & ciuium.

DIEBVS SEPTEM] computatis à discessu Labani, postquam resciuit & à caulis ouium reuersus, cœpit generum insectari.

IN MONTE] vbi quieturus tentorium fixerat. Cùm serò aduenisset, Laban illâ se nocte quietum continuit. *Iosephus.*

VERS. 24. VIDIT] speciebus in fantasiâ impressis.

16. Loqui à bono vsque ad malum. NE QVICQVAM ASPERE LOQVARIS] Hebraicè, *Ne loquaris à bono vsque ad malum.* inf. 29. *exponit, ne loquaris quicquam durius:* vbi est eadem locutio in fonte, Tantum abest vt velim te illi factis nocere, vt vetem verbis contendere, aut quidquam illi dicere, quod meritò queat displicere. Est ergo Hebraismus, pro, Caue quicquam illi lo-
VERS. 26. quaris, quod non ipse probet. Statuerat duriùs cum genero agere.

VERS. 27. DIXIT] postridie quàm eò venit.

17. Amicos discedétes pro sequendi mos. CLAM ME ABIGERES] vt homo impius & iratus digna indignis, falsa veris miscet. Paraphrasim pete à Iosepho.

VT PROSEQVERER] an iste mos discedentes amicos prosequendi.

VT CLAM] Hebraiſmus qui ſuper *& furatus es cor meum*, vt *ſup. verſ.*20. VERS.28.

FILIOS MOS] nepotes ex filiabus.

VALET MANVS MEA] Hebraicè, *manus mea eſt ad robur*, id eſt manus mea ſatis eſt robuſta, poſſem tibi magnum malum dare.

ESTO AD TVAS, &c.] Hebræa ſunt elegantia, & affectus plenâ, VERS.29.
Et nunc diſcedens diſceſſiſti, quoniam deſiderans deſiderabas domum, &c. VERS.30.
הלך הלכת *Haloch Halacta*, itē נכסף נכספתה *Nichſoph Nichſaphtah* & LXX. ἐπιθυμίαν ἐπιθυμήσας. Sic etiam Chaldæus.

FVRATVS ES DEOS MEOS] Sic etiam Hebraicè, vnde patet iſta *Teraphim* fuiſſe figuras idolorum, quæ impius colebat, & pro Diis habebat. Nos ſacras imagines, nec Deos vocamus, nec pro Deo colimus; nec coram illis Deo debitum honorem vmquam profundimus (quod hîc Catholicis calumnioſè impingit Caluinus) nullam in iis fiduciam ponimus, nihil ab illis petimus, nullam iis ineſſe diuinitatem credimus: honoramus tamen, propter prototypa, quæ noſtris oculis proponunt; non eodem cultu, quo honoramus id quod repreſentant, ſed imperfectiore; qui tamen analogiâ quodam ad ſpeciem illius reducitur, qui perſonæ repræſentatæ debetur. *Vide Nicolaum Sanderum lib. de imaginibus, & qui poſt eum Controuerſias ſcripſerunt.*

18. Imaginum ſacrarũ cultus.

FRATRIBVS NOSTRIS] filij Iacob adhuc pueri, inepti vt in iudices deligerentur: de cognatis ergo, quos Laban adduxerat, loquitur. Et iuſtus, ſe reum, Laban actorem, illos iudices deligit. VERS. 32.

APVD ME] in ſupellectile mea, vel meorum. Verſio LXX. hîc alium ordinem ſeruat, & fortè mendoſa eſt.

Hebræa inſinuant prius luſtraſſe tabernaculum ipſius Iacob, mox duarum ancillarum, deinde & Liæ, denique Rachelis noſter breuius vertit, omiſſis repetitionibus. VERS. 33.

ILLA FESTINANS] malè ſibi conſcia, ad quid parens veniret ſuſpicata. VERS.34.

SVBTER STRAMENTA] ſub ditellis.

SEDIT DESVPER] ne pater ibi quæreret.

DOMINVS MEVS] igitur Meſopotamiis patres, *domini* vocati, quod Romanis diſplicuit, vt patet ex Epigrammatibus Martialis. VERS. 35.

19. Dominus patris nomen.

IVXTA CONSVETVDINEM FEMINARVM] ægram ſe fluore menſtruo ſimulat: ne iubeat aſſurgere. hæc Hebræi vocant *muliebria* ſuper. de Sara cap. 18. 11. vel *viam mulierum* דרך נשים *Derech Naſcim, vt hic.* de hac ægritudine vide Franciſ. Valeſium *ſacra philoſophia cap.*10.

20. Via mulierum.

SIC DELVSA] quia credebat homo ſuperſtitioſus ſic affectum non auſuram Diis inſidere. (*Sic Ioſephus*) aut leuiter credidit excuſationi afflictæ, & fæmineis appropinquare immunditiis ægreſcebat. (*Sic Rupertus.*)

QVÆRENTIS] ſedulò ſcrutatum conſtat qui non credens oculis, ſingula manibus attrectarit, vt indicat verbum. משש *Maſcas.* ALLEGORIAM pete à D. Ambroſio *ſup.* & S. Gregorio *lib.* 30. *in Iob cap.* 32.

ANAGOGIAM à S. Augustinus, *sermo.80.de temp.*

VERS. 36. TVMENSQ. IACOB CVM IVRGIO AIT] Tumor internum affe-
21. ctum, iurgium externum indicat effectum. Nec miror, nam furor fit
Iacobi tumor & iurgium defensa. læsa sæpiùs patientia, & quandoque quamtumuis mites in voces asperiores erumpunt, Iratusque Chremes tumido delitigat ore. Præterea stulto fuit secundùm stultitiam suam respondendum, ne sibi sapiens videretur. Falsam tamen causam defendit, sed ignarus. LXX. *pugnam* ponunt pro iurgio, sed eam intelligunt quæ verbis non verberibus conseritur.

VERS. 37. FRATRIBVS MEIS] quos tecum adduxisti, mihi affines, tibi consanguineos.

VERS. 38. IDCIRCO] Spe talis retributionis. amara increpitatio.

NON COMEDI] vt solent mercenarij, qui se non gregem pascunt. *Rupertus.*

VERS. 39. CAPTVM A BESTIA] laniatum à bestiâ, Hebr. & sic LXX. *θηριόβρωτον.* Lex pastoritia permittebat, vt si, sine pastoris culpâ, pecus à feris necaretur, ostensa Domino parte aliquâ residuâ, noxæ pastor eximeretur. Hoc satis apertè insinuatur, & nescio vbi legerim.

QVICQVID FVRTIM PERIBAT] voluisti me non culpam tantùm, sed & casum præstare: quod iniustum fuit. Paullo post copiosior est Hebræus contextus, sed sententiæ nihil adiicitur.

VERS. 40. ÆSTV VREBAR ET GELV] Non minùs dicimur vri frigore
22. quam calore. Quare superflua quorumdam castigatio reponentium
Frigus quo pacto vrat. Contrariorum idem effectus. *vrgebar*, quamuis etiam hoc recipiat Hebræum אכלני *Acalanu* LXX. *συγκαιόμενος* combustus. Tertullianus *contra Marcionem;*

Omne quod est nimium contra cadit. vnum operantur. «
Et calor & frigus: sicut hoc, sic & illud adurit. «
Sic tenebræ visum, sic sol contrarius aufert.] ita corrigo mendosè «
excusos versus.

In quibusdam regionibus vbi dies æstuosi, noctes sunt vehementer algidæ, vt in Hungariâ pleràque cernimus. Sed quomodo idem iste effectus à causâ contraria? Vstio nihil quàm nimia est arefactio. æstu poris dilatatis humor euaporat & resoluitur. gelu cutis condensatur, pori clauduntur, & induratus humor minuitur & tandem exarescit.

23. FVGIEBATQVE SOMNVS] boni † patrisfam. est vltimum decum-
Pastoris vigilare. bere, & primum stratu surgere. pastoris boni noctu gregum custodiæ per vigilare. Diuinè Damasus *epist.*4. Si ergo sic laborat & vigi- «
lat, qui pascit oues Laban: quanto labori, quantisque vigiliis debet «
intendere, qui pascit oues Dei?] Sed hoc TROPOLOGICVM. Multa hîc Hamerus *à fol.*199.

VERS. 41. DECEM VICIBVS] quo modo mutauit? Iosephus vult eum,
24. quando iam nati erant fœtus, qui Iacobo vi pacti obtigerant, abstu-
Labani iniustitia contra generũ. lisse sibi. Si hoc semper faciebat, magna Iacobi patientia fuit, parati de nouo pacisci: mirum etiam quomodo sic ditari potuerit, cui pauciora & deteriora semper cedebant. Probabilius ergo Adamantius, Eusebius & Hieronymus tradunt, Laban cùm videret Iacobo con-
uentionem

uentionem feliciter cecidisse, pactionem in futuram commutasse, sperantem præcedenti similem fœturæ prouētum. Pro *vicibus* LXX. *ἀμνάσι*, sed benè Steuchus corrigit *μνάσι*. Nec est necesse dicere, *agnos* posuisse pro fœtura, & fœturam pro tempore futuræ, sicut Poëtæ aristas & messes pro anno ponunt.

TIMOR ISAAC] sic Isaias *cap.* 8.13. Deum † vocat terrorem & pauorem Israëlitarum; vbi timor pro religione poni potest, vt in illo Maronis 7. Æneidos, VERS. 42. 25. Timor Isaac Deus, quo sensu.

--- multósque metu seruata per annos.

vel potiùs, propriè sumpta voce, *timor Israelis*, hoc est per quem metuunt iurare, quem testem & vindicem reformidant: sic Lucanus Styga vocauit *timorem superum*, nempè (vt alter ait) Dij cuius iurare timent & fallere numen. Hebraismus frequens, quo abstractum pro concreto † ponitur, interdum passiuè, *vt hic*, & cum in Psalmis legimus, *tu es spes mea & patientia mea*, in quem spero, & propter quem patior: interdum actiuè, vt *Diligam te Domine fortitudo mea*, qui me fortem facis, & in princ. prioris ad Corinthios; *Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio*, qui nos docet, iustificat, sanctificat, redimit. 26. Abstracta pro concretis.

NVDVM] bonis liberis, vxoribus spoliatū: *vacuum* Hebraicè, Græcè, & Chaldaicè. AFFLICTIONEM] humiliationem, *ταπείνωσίν μου*.

QVID POSSVM] Deùm timebat, fingit se *φιλοστοργίας* impulsu parcere. Non patitur natura me meis vllum nocumentum inferre. VERS. 43.

VT SIT IN TESTIMONIVM] monumentum fœderis inter nos icti. VERS. 44.

TVMVLVM] aggerem seu suggestum longum latúmque, sed plana superficie. Nam fuit illis pro mensa geniali. VERS. 46.

QVEM VOCAVIT LABAN, TVMVLVM TESTIS, & IACOB ACERVVM TESTIMONII VTERQVE IVXTA PROPRIETATEM LINGVÆ SVÆ] sicut si Græcus cum Latino pactum iniret, & ille quidem *ἅγιον* nominaret, iste verò *Sanctum*, vnusquisque idem nomē significatu, sed, secundùm sonum linguæ vtriusque diuersum imponeret: eodem modo Iacob, qui Hebræus erat, tumulum vocauit Hebraicè גלעד *Galaëd*, (postea paulatim inflexa voce *Galaad*, dictus) appositiuè *tumulum testis*. Nam יגר *Gal* tumulus, *Ghed* testis. Laban verò natus in Syria, & à stirpe Heber degenerans, Syriacum nomen indidit *Iegar* שהדותא *Sahadutha*, quod interpretatur appositiuè *Aceruus testimonij*. Nam *Iegar* est aceruus, *Sahadutha testimonium*. Et in hoc conueniunt cum D. Hieronymo, Isidorus Clarius, Lipomanus, Vatablus, Oleaster, Pererius. & alij. Sed cùm sequatur; *vterque secundum proprietatem lingua sua*; quod, licet nec sit in Hebræo, nec in LXX. nec apud Chaldæū, tamen iam olim Latinè lectum, & in m.s. reperitur, & continent codices Complut. Regij & Romani: dicit quidem Glossa interlinealis, id non esse de textu; sed intelligenda de textu Hebræo. Nam de Latino est, & à nostro interprete addita explicationis causa: magna hinc oritur difficultas. Si *Sahadutha*, Syrum VERS. 47. 27. Tumulus testimonij. Galaad.

eſt,& ſignificat *aceruũ teſtimonij*:ergo non Iacob,ſed Laban Syrus hoc nomen impoſuit:& ſi *Galaad* ſignificat *tumulum teſtis* Hebraicè, ergo iſtud nomen indidit Iacob,& non Laban. Quo ergo pacto contrariũ traditur in vulgata noſtra verſione? Hic ſilent, quotquot videre me memini,commentaria:mallem alios audire, quàm ipſe meã ſententiã proponere. Duplex ratio ſoluendæ difficultatis mihi occurrit: vna Labanũ Syriacè *aceruum teſtimonij* vocaſſe,& Iacobũ Hebraicè *tumulum teſtis*:& hoc apertè habetur in fonte Hebræo,verſione LXX.& Paraphraſi Chaldæa:& indicat Latinus illa ſua additione. Sed vt in fœderibus moris fuit,vt conceptis verbis ea ferirent, & iis dicendis inuicẽ præirent. Iacobũ præeuntẽ dixiſſe *Galghed*,& id Labanũ ſubſequentẽ verba repetiſſe:ſimiliter Labanũ præiuiſſe nomen *Ieghar Sahadutha*, & id ſubſecutũ Iacob repetiiſſe:atque ita nomen ab altero impoſitum alterum mutuò confirmaſſe, & hoc noſtrum velle, cum Syrum nomen tribuit Iacobo,& Hebræum Labano. Hoc ſi minùs placeat,non habeo quod dicam aliud, quàm à librariis interpretis noſtri verba iam olim tranſpoſitis his duobus nominibus inquinata; & noſtrum vertiſſe ſcripſiſſeque: *Quem vocauit Iacob tumulum teſtis: Et Laban, Aceruum teſtimonij:* hoc enim conuenit cum eo,quod addidit, & Eccleſia ſemper recepit; *vterque iuxta proprietatem linguæ ſuæ*,& ſic conueniet interpretatio noſtra cum fonte Hebræo,& cum LXX. Nam Hebraicè habetur; *& vocauit eum Laban Ieghar Sahadutha: & Iacob vocauit eum Galghed.* LXX. καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸν Λάβαν, βουνὸς τῆς μαρτυρίας: ὁ δὲ Ιακὼβ ἐκάλεσεν αὐτὸν, βουνὸς μάρτυς. Eodem modo Chaldæus. Nec obſtat, quod ſequitur verſ. 48. Labanum vocaſſe hunc tumulum *Galghad*. Intelligendum enim ſic vocaſſe,poſtquam à Iacobo nomen impoſitum fuerat; vel potiùs *Kara* imperſonaliter accipiendum, vt noſter vertit *vocatum eſt*, & vt LXX. ἐκλήθη. Non ignoro quid D. Hieronymus *hic in quæſtionibus*,nempè hunc eſſe ſenſum,aceruum teſtimonij Syriacè à Labano vocatum *Sahadutha*, & eundem acerbum teſtimonij vocatum à Iacob Hebraicè *Galhad*: & ſic eundem aceruum ab vtroque ſuo idiomate idem ſignificantibus vocibus ſignificatum. Sed videre non poſſum quo pacto hoc, ſine vi & contorſione Latinis verbis noſtræ vulgatæ queat accommodari,in qua diſertè *tumulus* ſubauditur, & illa inter ſe opponuntur *tumulus teſtis, & aceruus teſtimonij*: & quale illud? *vocauit aceruum teſtimonij aceruum teſtimonij.* Non puto D. Hieronymum hæc dicentem ad noſtram verſionem reſpexiſſe, ſed ad fontem Hebræum.

VERS. 48. ID EST TVMVLVS TESTIS] hoc nec in Hebræo, nec in Græco, nec in Chaldæo habetur, & opus non erat explicatione ſuperiùs poſita: puto irrepſiſſe ex margine. Hebraicè eſt: אשר אמר יצף גלעד : והמצפה *Galghed: vehammiçpah aſcer amar içeph: vocauit nomen eius Galghed: & Miſpah, quia dixit: Speculetur Dominus*, &c. *Miſpah* ſignificat ſpeculam: ideò LXX. vertunt ἡ ὅρασις. *viſio.* Sen-

28 ſus: huic tumulo præter Syrum illud, duo nomina Hebræa impoſita,

MISPAH. *Galghed* & *Miſpah*: illud, quia erat tumulus, teſtis fœderis initi; hoc,

quia

quia Laban Deum testem aduocans,dixit,eum desuper hoc cernere,
& quasi speculatorem ipsis imminere, vt iudicet quomodo pacta
vtrimque sarta tecta seruentur.

NVLLVS]Cogitandum,etsi mortalium nullus adesset,Deum esse Vers. 49.
præsentem,& semper inspectorem operum & cogitationũ vtriusque, 29.
etiam post discessum, futurum : ideò addit, *qui præsens respicit* : quem Deus vbiq;
nihil vspiam potest latere. præsens.

LAPIS QVEM EREXI] hinc contra Mesopotamiam Laban, inde Vers. 51.
contra Chananæam Iacob, singuli columellam,suprà tumuli margi- 30.
nem extremum,erexerant; terminos quos ad nocendum neutri ma- Columnæ
lo transgredi animo liceret. fœderis.

SI AVT EGO] nec me, nec te transiturum. Chaldæus. Vers. 52.

DEVS NACHOR] Homo impius Deo vero falsa Numina adiun- Vers. 53.
git,Deo Abrahæ idola Nachor : sicut Alexander Mammea in larario 31.
suo Iouem & Romulum CHRISTO. Quoniam verò Thare princi- Iurandum
pio coluit solùm verum Deum,postea etiam quos Nachor,ideò pro- nobis per verum Deum,
priis, suis falsis, & verò Iacobi; communis Abaui Deos admiscet, Gentilibus
quasi patrios & hæreditarios vtrique. Iacob hos repudiat, & per so- permitti potest, vt per
lùm Deum Abrahæ & Isaac iurat. An hinc probatur, in contractu suos.
vel pacto cum idololatris inito, licere Christiano deferre idololatræ,
vt iuret per falsa sua Numina, dummodo sinat se per verum Deum
iurare?

IMMOLATISQVE VICTIMIS] Hostiis pacificis ob reconcilia- Vers. 44.
tionem cum socero: & sacrificauit Iacob Deo per quem iurauerat. 32.
Præbuit autem ipse conuiuiũ socero, vt hospiti, qui ad eum venerat. Conuiuium in fœdere.

VOCAVIT] vocare, pro inuitare †. Trita locutio. Iob 1.4. *mit-* 33.
tentes vocabant tres sorores suas. Matth.22.3. *misit vocare inuitatos ad nu-* Vocare pro
ptias. Luc.14.9. *Veniens qui te & illum vocauit.* vers.13. *cùm facis conui-* inuitare.
uium, voca pauperes : hinc inuitans, *vocator*; & inuitati, *vocati*.

DE NOCTE] Diluculo,

IN LOCVM SVVM] Haram. Vers. 55.



CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.



1. IACOB quoque abiit itinere quo
cœperat: fuerúntque ei obuiam
2. Angeli Dei. * Quos cùm vidiſſet,
ait: Caſtra Dei ſunt hæc: & ap-
pellauit nomen loci illius Maha-
3. naim,id eſt, Caſtra. * Miſit autem
& nuncios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in terram
4. Seir,in regionē Edom: * præcipítque eis, dicens:
Sic loquimini domino meo Eſau: Hæc dicit frater
tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus ſum, & fui
5. vſque in præſentem diem. * Habeo boues, & aſi-
nos, & oues, & ſeruos, & ancillas: mittóque nunc
legationem ad dominum meum,vt inueniam gra-
6. tiam in conſpectu tuo. * Reuerſíque ſunt nuncij
ad Iacob dicentes: Venimus ad Eſau fratrē tuum,
& ecce properat tibi in occurſum cum quadrin-
7. gentis viris. * Timuit Iacob valdè: & perterritus
diuiſit populum qui ſecum erat, greges quoque &
8. oues,& boues,& camelos in duas turmas,* dicens:
Si venerit Eſau ad vnam turmam, & percuſſerit
9. eam,alia turma, quæ reliqua eſt, ſaluabitur. * Di-
xítque Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus
patris mei Iſaac: Domine qui dixiſti mihi: Reuer-
tere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ,&
10. benefaciam tibi: * minor ſum cunctis miſeratio-
nibus

nibus tuis, & veritate tua quam expleuisti seruo
tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum: &
nunc cum duabus turmis regredior. * Erue me de 11.
manu fratris mei Esau, quia valdè eum timeo: ne
fortè veniens percutiat matrem cum filiis.* Tu lo- 12.
cutus es quòd benefaceres mihi,& dilatares semen
meum sicut arenam maris quæ præ multitudine
numerari non potest. Cumque dormisset ibi nocte 13.
illa, separauit de his quæ habebat, munera Esau
fratri suo,*capras ducentas,hircos viginti,oues du- 14.
centas,& arietes viginti, * camelos fœtas cum pul- 15.
lis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros vi-
ginti, asinas viginti, & pullos earum decem. * Et 16.
misit per manus seruorum suorum singulos seor-
sum greges, dixitque pueris suis: Antecedite me:
& sit spacium inter gregem & gregẽ.* Et præcepit 17.
priori, dicens: Si obuium habueris fratrem meum
Esau:& interrogauerit te,Cuius es?aut, Quo vadis?
aut, Cuius sunt ista quæ sequeris? * respondebis: 18.
Serui tui Iacob, munera misit Domino meo Esau:
ipse quoque post nos venit.* Similiter dedit man- 19.
data secundo,& tertio,& cunctis qui sequebantur
greges, dicens: Iisdem verbis loquimini ad Esau,
cùm inueneritis eum.* Et addetis: Ipse quoque ser- 20.
uus tuus Iacob iter nostrum insequitur:dixit enim,
Placabo illum muneribus quæ præcedunt, & po-
stea videbo illum, forsitam propitiabitur mihi.
* Præcesserunt itaquè munera ante eum, ipse verò 21.
mansit nocte illa in castris.*Cumque maturè surre- 22.
xisset,tulit duas vxores suas, & totidem famulas cũ
vndecim filiis,& transiuit vadum Iabboc.* Tradu- 23.
ctisque omnibus quæ ad se pertinebant, * mansit 24.

25. ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vſque mane.*
Qui cum videret quòd eum ſuperare non poſſet,
tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit.
26. * Dixitque ad eum: dimitte me: iam enim aſcendit
aurora. Reſpondit: non dimittam te niſi benedi-
27. xeris mihi.* Ait ergo: Quod nomen eſt tibi? Reſ-
28. pondit: Iacob.* At ille, Nequaquam, inquit, Iacob
appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi
contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra
29. homines præualebis? * Interrogauit eum Iacob:
Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit: Cur
quæris nomen meum? Et benedixit ei in eodem
30. loco.* Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel
dicens, Vidi Deum facie ad faciem, & ſalua facta
31. eſt anima mea, * Ortusque eſt ei ſtatim ſol, poſt-
quam tranſgreſſus eſt Phanuel, ipſe verò claudica-
32. bat pede.* Quam ob cauſam non comedunt ner-
uum filij Iſrael, qui emarcuit in femore Iacob, vſq;
in præſentem diem, eò quod tetigerit neruum fe-
moris eius, & obſtupuerit.

ARGV



ARGVMENTVM.

Iacob exercitum Angelorum cernit: fratris metu perculsus munera mittit: cum Angelo luctatur, & nominatur Israel.



ITINERE QVO CÆPERAT] à monte Galaad in Cha- VERS. 1.
nanæam tendens. ANGELI DEI] Comitatus illum fue- 1. Angeli custodes prouinciarum.
rat Angelus custos Mesopotamiæ cum suis vsque ad
confinia: nunc in Chananeæ collimitio, custos Cha-
naneæ Angelus ei obuiam procedit cum suis inferio-
rum Angelorum cohortibus. Igitur apparuit illi vtraque turma, in-
star acierum ordinatarum hinc inde auxilio eius parata. Sed quis ille
Angelus Chananææ? Diodorus Tarcensis † censet fuisse B. Michae- 2.
lem Principem populi Israel. Additur, Dei, vt sciamus bonos fuisse S. Michael.
& id Iacobum non ignorasse. Vanissimum verò est quod ex hoc lo- 3.
co Caluinus contendit, singulis hominibus, nō vnum, sed plures An- Angelum custodem
gelos præesse: vanum inquam hoc est prorsus, cùm non agatur hoc singuli homines habent.
loco de ordinariâ & perpetuâ Iacobi custodiâ, sed de prorsus extra-
ordinariâ & temporariâ. Quod autem hæreticus addit, nos hac sen-
tentiâ de proprio cuiusque Angelo, gratiam Dei extenuare malignè,
& proculdubiò hoc astu Diabolum fiduciam nostram aliquâ ex par-
te conatum minuere; id malignâ eius virulentiâ dignissimum est.
Quid opus pluribus, Si (quod non diffitetur) vnus sufficit? Liberalius
(inquit) Deus nobiscum agit. potuit fateor: tu doce voluisse. An sem-
per, quidquid potest, Deus largitur? Non dicet opinor: nec dici po-
test. Audi Rabsaces, & intellige te blasphemare. Si semper largitur,
quantum potest: ergo exhauritur eius potentia, quæ plus non potest
si non largitur quantùm potest, si quid valet argumentatio tua, iam
Deum facis illiberalem; quoties, quantum sibi videtur, & non quan-
tùm potest largitur.

CASTRA DEI] Hebraicè מחנה אלהים *Machaneh Elohim*, quia vi- VERS. 2.
derat quasi duas legiones ordinatas militiæ cælorū, à qua Deus eius 4. Castra Dei.
imperator *çabaoth* vocatur vide D. Augustinum q. 101. MAHANAIM] *Mahanaim.*
ita scribendum. Nam Hebraicè est מחנים *Machanaim.* merito no-
ster loci nomen proprium posuit, LXX. significationem nominis.
παρεμβολαὶ castra. Malè Regij libri, *Manaim* eo loco postea ciui-
tas eiusdem nominis ædificata.

MISIT AVTEM] nō sine singulari Dei prouidentiâ factum, vt, dum VERS. 3.
Iacob in Mesopotamiâ morabatur, Esau, indignatus parentum volun- 5. Esau migratio.
tatem in Iacob propensiorem, Chananæam reliquerit, & mōtana ha-
bitationi delegerit: vt sic Iacobi posteris libera cederet Chananææ
possessio. hoc indicauit Malachias. 1. 3. *Dilexi Iacob, Esau autem odio ha-
bui, & posui montes eius in solitudinem.*] hoc est montana Idumeæ, quæ
vt sibi deligeret eum induxeram. Migrationem fratris potuit Iacob,

 fido

fido aliquo Rebeccę nuncio intelligere, vt pollicita super c. 27. 45. postea mittam, & adducam te inde huc.

NVNCIOS ANTE SE] exploraturos quo in ipsum Esau esset animo. *Sulpitius Seuerus.*

6. Edom siue Idumææ situs. IN TERRAM SEIR] hoc nomen & sequens *Edom*, per prolepsim posita. Edom, siue † Idumæa terræ Chanaan versus Austrum iungitur, quà verò Sol occidit, versus Damascum porrigitur; ad Orientem in finibus superioris Bethoron, confinis est Arabiæ. Tota hæc regio

7. Seir mons, seu Edom mons. posteris Esau cessit: habet *montem Seir* in regione Gabalenâ multis oppidis habitatum, qui solet etiam *mons Edom* vocari.

VERS. 4. DOMINO MEO] non cedit primogenituræ priuilegio, nec paternâ benedictione, quę in posteris adimplenda, interea manebat suspēsa: sed vtitur hac blandâ compellatione, vt leniat hominis ferocis & superbi iracūdiam. sic etiam Seneca fratrem suum Gallimem, Dominum vocauit.

8. Fratres domini dicti aliquando. FRATER TVVS] Hebraicè עבדך *Ghabdecha seruus tuus*, & sic LXX. παῖς σου.

VSQVE IN PRÆSENTEM DIEM] q. dicat, non est, cur discessus meus, vel absentia mea tibi sit suspecta: duram tot annis seruitutem seruiui, quasi exul & mercenarius. misereri te par est, & fratrem domo non arcere.

VERS. 5. HABEO BOVES] non iactat diuitias, sed indicat fratri nec grauem nec indecorem futurum egestate; nec reditu paternas opes imminuturum.

VERS. 6. REVERSIQVE] nunciarunt Esau placatum, & honoris amorisque causâ obuiam venire.

QVADRINGENTIS VIRIS] vt sic & fratri potentiam ostentaret, & amplius honoraret: causam hanc nunciis puto indicasse. fors etiam securitatis suæ causâ, quia homo violentus, vt verisimile, multorum odia prouocarat.

VERS. 7. TIMVIT] humanâ quadam perturbatione conscius se non benè

9. Iacobi timor excusatur. de illo meritum, quæ perturbatio non pugnat cum fide promissorum. Potuit vereri, ne quam Esau, animo mutatus stragem daret, & simul adhuc credere Deum semen ex se, vel suscitatis mortuis, vel aliâ ratione conseruaturum. *vide D. Augustin. q.* 102. POPVLVM] homines vtriusque sexus.

DVAS TVRMAS] ita vt in singulis pretiosiora quæque vltimo essent loco: ideo secundæ turmæ agmen extremum Rachel & Ioseph, carissimi affectus claudebant, non verò constituebant tertiam turmam, vt quidam volunt.

VERS. 8. SALVABITVR] effugio, vel cædis saturitate. TROPOLOG. Cōfidens Deo, debet ex parte suâ nihil negligere: ne sit sicut tentans Deum. *Augustinus.* 5.

VERS. 9. DIXITQVE IACOB] sequitur oratio ad impetrandum aptissima: qua miro artificio gratiarum actio, confessioni vilitatis, fiduciæ, & obsecrationi miscetur.

PATRIS

PATRIS]aut,est Hebraismus.

MINOR SVM] nullâ vel minimâ gratiâ vel miseratione tuâ dignus VERS. 10.
Nota Hebræos † solitos præpositione מי *Mi*,quę significat *ab* vel *præ*, 10. Comparatiuū quo pacto Hebræi explicent.
positiuis adiunctá facere comparatiuum. *Lipomanus* LXX.Obscuriùs
transtulerunt, sed interpretandi ex nostro. nam ἱκανούσθω μοι, *sufficiat*
mihi, perinde est ac si dicerent plus satis & plusquàm merear in me
hactenus contulisti.sic de præteritis gratias agens, futuris se dignum
reddit. MISERATIONIBVS] δικαιοσύναις LXX. qui solent miseri-
cordiam vocare iustitiam. VERITATE]Chaldæus *beneficijs*. Sed He-
bræa fauent nostro,& LXX.Sensus est, ex parte iam expertus fidem
in promissis explendis,confido de re liquâ in futurum.

IN BACVLO MEO.]solus(sic Chald.& Iosephus) scipioni seu pedo
innixus, egenus vt pastor sine grege,dominus sine comitatu.sic Lu-
cæ 1.in Cantico Zachariæ:*seruiamus ei in sanctitate*. hoc est cum san- 11.
ctitate.ALLEGORIAM de cruce D.Augustinus *serm*.80. In, pro cū.

IORDANEM ISTVM] quem ex edito loco à longe conspicio, & te
fauente cogito transmittere.necdum ad flumen peruenerat.

PERCVTIAT MATREM CVM FILIIS]Hebraicè,*super filios* benè ex- VERS. 11.
plicuit:quasi diceret, nulli parcat, nihil sibi ad cædem reliqui faciat. 12.
videtur Adagium.*lege Adagia sacra*. §.45. Super, pro cum.

IBI]in Mahanaim. VERS. 13.

CAMELOS FOETAS]quæ recens præperant & pullos lactabant. VERS. 15.

SEORSVM]singulas species congreges simul,iusso inter gregem & VERS. 16.
gregem interuallo relinqui, vt sic diutiùs spectaculi pompâ Esau de-
tineretur,& plura ac splendidiora munera viderentur.

DIXIT ENIM] D.Augustinus *q*.103.vult hoc à Moyse inseri com-
memorante, quid secum in corde Iacob voluerit. Potuerunt etiam à
seruis ista dici mittendorum munerum rationem reddentibus. VERS. 20.

FORSITAN]id est vtique † quia vim vim habet continuandi & af-
firmandi,sicut Homericum τάχα.& Ioan.8.19.*si me sciretis, forsitan &* 13.
patrem meum sciretis. Forsitan. Pro certè.

PROPITIABITVR MIHI]vultum timore & mærore deiectum,suâ
humanitate & miseratione leuabit. *vel*, me aspicere dignabitur. He-
bręum נשא *Nasa* propriè significat leuare aut ferre.hinc ישא *Issa* fe-
ret, leuabit.

NOCTE ILLA] cuius die præcedente munera miserat: postridiè
summo mane vxores,liberos,familiam,gregesque traduxit per *Iabok*;
qua traductione diei pars melior consumpta,reliquum in Mahanaim VERS. 21.
substitit,vt animaduerteret numquid per negligentiam aut omissio-
nem retrò relictum: simul vt eâ nocte Solus quiete & ardenter Deo
supplicaret, quod dum facit in luctandi necessitatem venit. TROPO-
LOGIAM pete à D.Ambrosio *lib*. 2. *de Iacob cap*.6.

VADVM IABOC] torrentem seu fluuiolum quâ vadari facilior.Io- 14
sephus torrentem vocat. fluit inter Philadelphiam & Gerasam, duo- Iaboc.
bus fortè milliaribus ante Iordanem. Procopius vult esse fluuium
Arabiæ,& *Iambicem* vocari.

VERS.24. VIR LVCTABATVR CVM EO] Anagogia petatur à D. Ambros. 5.
15. Iacobi lucta, quid significet: & an eum Christo, aut Angelo. *cap.7.* Gregorio *lib.4. in Iob. c.40. & homil.14. in Ezechiel.* ALLEGORIA
est de CHRISTO Domino. Nam quicquid dicat, cum quibusdam,
Leo Castrius *comment. in Isaiam*; litterali sensu verus Angelus fuit iste
luctator, secundæ personæ Sanctissimæ Trinitatis personam gerens.
non ipsa secunda personâ in assumpto corpore, verùm in typo duntaxat.
sic intelligendi Patres antiqui *Iustinus Martyr Dialo. cum Triphone. Clemens Alexandrin. lib.1. pædagogi cap.7. Tertullianus, Ambrosius Cyrillus: Cassianus, Diodorus, Sulpitius. & alij.* Sirmiense conciliabulum
non moror, apud Cassiodor. *lib.5. Tripartita*: nam plenum est Arrianicis locutionibus, & reprobum. Sequor B. Dionysium Areopagitam
lib. de cælest. hierarch. Theodorum & Eusebium *in Catena*, D. Augustin.
lib.16. de ciuitate Dei cap.39. Rupertum *lib.8. cap.6.* Iosephum & alios;
quorum sententia, manifestè probatur ex Ose.12.3. de Iacob loquente; *In vtero supplantauit fratrē suū: & in fortitudine sua directus est cū Angelo, Et valuit ad Angelū, & confortatus est.*] vbi Hebraicè est nomē מלך
Malach, quod nōpotest verti *Deus*; non verò habetur, vt hîc, nomen
Elohim, quod etiā Deo cōuenit. ideo istud *Elohim* ex illo *Malach* re-
16. An Angelus bonus. stringēdum. Secundū dubium, Qualis Angelus? Iudæi volunt malum
fuisse in speciei Esau apparentem; & subindicat Fran. Georgius *Problemate 234. sect.3. to.1.* & meminit huius sententiæ Procopius. Sed, si
malus? cur Iacob petat ab eo sibi benedici? quomodo nomē illi datum,
quòd contra Deum præualuisset? quomodo locus ab hac apparitione
16. An custos Esau. dicetur Phanuel? Bonum puto fuisse. Non tamen putarim fuisse custodem Esau, volentem impedire Iacob ab ingressu terræ promissæ,
& vt redderet fratri primogenia, quod censuit idem Georgius. *Problem. 232.* Quis enim credat bonum Angelum contra Dei voluntatem tendere, vel malam causam fouere? Si tam malè affectus erga Iacobum, cur illi mox in præiudicium Esau benedicit & victoriam pol-
17. Luctæ causa. licetur? Potiùs fuit custos ipsius Iacobi: & luctæ † causa, vt hoc pacto timorem ei adimeret, & certam spem faceret fratris superandi. *S. Chrysost. hom.58. & Theodoret. q.*[illegible]*1.*

18. Lucta vera fuit. LVCTABATVR] Origenes *lib.3. de Principijs* censet tantùm fuisse
luctam spiritualem, & videtur idem velle S. Hieronymus *in epist. ad Ephes. cap.6.* Sed communior † est citatorum Patrum sententia, verè
corpoream luctam fuisse. Nam paullò post adueniente die rogat luctator Angelus Iacobum ne diutius eum detineat: contra petit Iacob
ne se deserat, durante adhuc humano illo timore. fingit Angelus sibi
decretum abire: contra hic sancta quadam audacia retentat, & victi
speciem Angelus præbet seque huc illuc iactat, vt solent Palæstritæ.
Conuincit hoc proprietas sermonis Hebræi, qui ad verbum *pulueri-*
Luctæ mos *sabatur vir.* nam אבק *Abaq* significat puluerem seu terram, vnde verbum *Abaq* quod hic habemus. Duæ causæ possunt dari, cur *Luctari*,
Puluerisandi voce cur luctari significent. exprimatur voce *puluerisandi*, vna petita ex more palæstræ Græcanicæ & Romanæ, in qua luctantes se inuicem puluere aspergebant, vt
faciliùs & firmiùs inuicem prehensos tenerent, de quo more multa
reperies

reperies in Hieronymi Mercurialis Gymnasticis,& Petri Fabri Agonysticis,& repetita nonnulla apud Martinum Roam *lib. 6. singular. c. vlt.* qui hunc locum Genesis ad more illũ retulit. Ego dubito, quia mos iste palæstræ si vnquam apud Iudæos fuit id nõ fuit ante Machabæorum tempora, quando demum palæstra pessimo à Iudæis exemplo recepta. 2. *Machabaor.* 4. fortassis tamen quod postea lege sancitũ, id naturæ ductu nonnulli ante fecerunt. Sed mihi nõ verisimile nocturnis tenebris Iacobum puluerẽ quęsisse, quo Angelũ aspergeret. Placet potius alia causa, quia luctantes crebo pedum pulsu, & motitatione celeri ac vehementi puluerem excitant, sicut apud Maronem taurus ille pedibus qui spargit arenam. LXX. vtuntur verbo simplici παλαίω vnde *palæstra* dicta, hoc est lucta. Sed Aquila & Symmachus ἐκυλίετο, *versabat & mouebat se in omnem partem.* quod luctantium proprium. Quinetiam Oleaster contendit *Abaq* non puluerem, sed habitum significare. Lucta quãdo apud Hebræos more græcanico cœperit.

Vsqve mane] voluit huc vsque luctum extendere, vt ipsâ morâ magis animus illius firmaretur.

Vers. 25. Qvi cvm videret] Angelus cernens Iacobum persistere in luctâ, & Deum non vltra secum concurrere, sed cum concursu vires subtrahere, vt à Iacobo vinceretur.

19. Tetigit] percussit seu læsit, *Nagagh*: vt Iacob † intelligeret se non suis viribus, sed peculiari Dei auxilio præualuisse Angelicæ creaturæ, & eodem auxilio fratri præualiturum. *Sic Theodoretus.* Angelus cur Iacobũ læserit.

20. Nervvm femoris] Hebræi vocant כַּף *Kaph.* quæ vox curuaturã significat. sed hoc loco curuaturæ nomine coxendix designatur. hæc enim luxata fuit, qua connectitur ischyo; sic enim vocant acetabulũ, cotylen, siue ossis illam cauitatem, in qua summa pars femoris abscõditur. Hoc caput iungitur illi acetabulo quodam tẽdine, quem noster vocat *neruum*: hunc tendinem læsit angelus, & sic coxendix loco mota. luxauit autem interius femur percussione seu collisione vehementiore, vt luctantes solent euadendi causâ, quocumque possunt modo, aduersario dolorem inferre. De neruo femoris.

Emarcvit] nimiâ luxatione & extẽsione inutilis factus fuit. וַתֵּקַע *Vatekagh* significat loco motũ fuisse, seu dissolutum à radice *Kaach.* dimouere, dissoluere. LXX. vt noster, ἐνάρκησε; pontes effectum pro causâ. Nam sic loco motus & dissolutus obstupuit & emarcuit, hoc est quasi marcidus factus; vt puto ad breue tempus

Dixitqve ad evm] Angelus ad Iacobum.

Vers. 26. Ascendit avrora] Bonus Angelus nolebat sic luctans in formâ corporeâ clarâ luce adspici, qui iussus tantum nocturnâ luctâ eius

21. fiduciam accendere. q. d. iam expleui mandatum nocturno tempore peracto. sine abire. Quæ Fran. Georgius *ex Zohara* retulit, vt pleraque scriptoris illius, plùs nouitatis, quàm soliditatis habent. Angelus cur adueniente die velit discedere.

Non dimittam te] ita loquitur præ ardẽti desiderio benedictionis obtinendæ, quam cum lacrymis petijsse insinuat Oseas *d. c.* 12. 3.

VERS.28. APPELLABITVR] Hic primò nomen *Israel* ei imponitur †: sed
22. cap.35.10.idem illi confirmatur & quasi renouatur, vt rectè Ruper-
Nominum mutatione, quid obseruandum in S.S.Canones
tus *lib.8.cap.*14.vide Pererium *in d.c.* 35.*disp.*1.*&* 2.qui post Riberam
*in Malach.c.*1.& iste post Martinũ Martinez *in libris Hypotypos.* quæ-
dam notatu digna tradiderunt, de obseruandis in nominũ impositio-
nibus;quæ conabor in certas regulas redigere.Prima regula sit:Quã-
do sacra Scriptura nouũ nomen imponit intelligenda est nõ adimere
1. prius,sed posterius addere priori, vt iam vtroque possit,& modò vno
Ieroboal. modò altero nũcupari, q.d.non tantùm Iacob,sed etiam *Israel* appella-
beris.sæpe nãque postea adhuc Iacob vocabitur.sic etiã *Gedeon.* Iud. 6.
Cephas. 32.dicitur ex eo die vocatus Ieroboal:& nihilominus pergit sacraScri-
ptura eũ nominare *Gedeonẽ*.sic *Simon* postquã à Domino vocatus *Ce-
phas*,non raro post adhuc *Simon* appellatur.Hęc regula notãda,quãdo
2. prioris nominis ita fit mẽtio quasi illud in aliud cõmutaretur.Secũda
regula : quando prioris nominis nulla mentio fit,sed simpliciter aliud
nomẽ attribuitur,sine prioris cõmutatione,v.g.pręd icitur aliquis, sic
vel sic vocandus; tunc istud nouum nomẽ significari, non tã illi actu
imponendum,ita vt sic eum compellaturi sint homines: quàm ea ab
illo gerenda,quæ hoc nomen mereantur, vt patet de multis nomini-
Emmanuel. Admirabilis & Dominus iustus noster. vir Oriens. Boanerges? Elias.
bus quæ IESV CHRISTO prophetæ tribuunt,vt Isai.7.14.*Emmanuel.*
cap.8.3.*accelera,spolia detrahere,prædari*.cap.g.3.*Admirabilis, consilia-
rius,Princeps pacis,pater futuri sæculi.*Ierem.23. 6. *Dominus iustus noster.*
Zachar.6.12.*Vir Oriens.*sic Ioannes Baptista vocatur *Elias* à Malachię;
& filij Zebedæi in Euangelio dicti *Boanerges.* Nam in nullo locorum
istorum commutatum nomen reperitur.
23. ISRAEL] huius nominis † litigiosa est etymologia. tres sunt opi-
Israel vnde dictus. an quasi rectus à Deo. an vir vidẽs Deum.
niones.prima exponentium rectus à Deo; hæc aliquando placuerat
D.Hieronymo;sed merito deseruit. nam *Ischar rectus* scribitur cum
ש scin aspero, ISRAEL cum leni.Secunda est significare idem quod
videns Deum.hæc est authorum grauissimorum.*Philonis lib.de profugis
in fine lib.de eo qui rerum diuinarum est heres,& alibi sæpe Origenis, Euse-
bij, Basilij,Nazianzeni,Chrysostomi,Hilarij & Augustini.*Quod attinet
ad D.Hieronymum,hîc in quæstionibus eam reiicit, hoc argumento
tunc deberet scribi.איש ראה אל *Isc roeh el* deinde nõ cõponi nomẽ ex
יש *is* & ראה *Raah*:sed ex *Isra & el* vt statim: verũ vt putẽ D.Hiero-
nymum non tam ex sua quàm ex aliorum sententiâ(vt solet in hoc
quæstionum opere)locutum facit, quia in plurimis locis librorum
suorum hoc etymon sequitur, *vt in ca. Isaia in* 31.*c.Ieremia,in Amos
cap.*4.*in Osea cap.*8.*in Ioel cap.vlt.in Michea cap.* 5.*in Naum c.*2.*& vbiq;
ferme.*Nec vrgent illa duo argumenta.ad primum Respondeo,nõ esse
hoc necessarium.quia solet א elidi vel omitti in nominum formatione
& sic ex איש factum יש & ראה & אל, quod est *Israhel.* Ad secun-
dum; fateri nos posse dari magis consentaneam regulis grammaticis
deriuationem(scilicet sequentem,quam D.Hieronymus insinuat:sed
posse plures esse bonas vnius nominis Hebræi etymologias licet vna
sit melior quã altera.Tertia igitur etymologia est.formari ex *Isra & el*
ישרה

שרה est futurum à verbo שרה *Sarah, dominatus fuit*, vnde & *Sar* Princeps: itaque ISRAEL significat *praualentem seu dominantem Deo.* Et quia deducitur à futuro, inest in nomine prophetia, fretum Dei auxilio cunctos hostes suos superaturum: confirmat hoc alij veteres interpretes, quos mox dabo. Hieronymi contextus hic vitiosus est: Locus D. Hieronymi.
nam scribitur: שרית *Sarith enim quod ab Israël vocabulo deriuatur, Principem sonat:* corrigerem ad verum; *Sarith a enim à quo vocabulo Israël deriuatur, Principem sonat:*] hoc est Principem fuisse significat. Confirmat ratio hic ab Angelo disertis expressa verbis; SI CONTRA DEVM FORTIS FVISTI:] id est, si præualuisti, siue Dominatus es Angelo Dei personam agenti, & in eo côueniunt vetustæ versiones nostra priores. L X X. & Theodotion; ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ. *Quoniam inualuisti cum Deo.* Aquila, ὅτι ἦρξας μετὰ θεοῦ. *Quoniam regnasti* seu *dominatus es cum Deo*, seu *ad Deum*, hoc est aduersus Deum: eodem planè sensu Symmachus, nisi quod addit in quo dominatus, nempè robore; ὅτι ἦρξω ἰσχύϊ πρὸς θεόν. Denique id astruit Oseas d. v.4. vbi omnes etymi litteræ simul ponuntur, וישר אל-מלאך *Vaiasar-el Malach, & Princeps fuit in* vel *ad Angelum.*

CONTRA HOMINES,] contra Esau & cæteros hostes.

DIC MIHI, QVO APPELLARIS NOMINE] Angelum sciebat, VERS. 29.
sed nomen quærebat, vt posset eum in periculis adiutorem aduocare. Gratitudinis etiam gratia, vt nosset benefactorem suum, eiúsque beneficium posset prædicare.

CVR QVÆRIS NOMEN MEVM] Angelo cogitatio cordis eius 24.
manifesta non erat. Propria & à naturis illorum ducta Angelorum nomina nemo mortalium nouit: nec videtur non optimo iure Deus illa velle ignorari, ne humana curiositas præceps in superstitiosos & Magicos ritus feratur, vt quotidie videmus Necromanticos & specioso nomine Cabalistas; qui fictis quibusdam, & à mendaci cacodæmonum magisterio inductis, nominibus mentium supernarum, in illicita sua Theurgia, ad impios conatus, abutûtur: & nescio quas illorũ ἀπβαρχίας, & ordines militiæ minutim exsequuntur, & (quod haud ferendum) typis diuulgant. Sacra scriptura nobis paucula indicauit, indita à ministerio quo functi, aut mysterio aliquo desumpta, & cum Dei nomine *el* coniuncta: vt sic per ipsum nomen ad Deum animus eleuetur, cui omnes Angeli seruiunt, & qui solus illis nomina vocat. ALLEGOR. verbum incarnandum repræsentans Angelus, nomen suum proprium reticet, nec verbi incarnati profert: quia mysterij propalandi nondum tempus venerat, vt ab humana natura nomen vllum indicaret; nec à diuina quoque, quia nomen יהוה Moysi demum reseruabatur. Cur ergo addit Angelus; QVOD EST MI- 25.
RABILE? nonne PHELE est nomen Dei? Responsio certa est: istum limbum assutum huic loco, & corrupta multa Latina exemplaria, in quæ qui inciderunt Patres, soli illa agnouerunt. Non habentur in Latinis melioribus, vt sunt Complutens. Regij, & Romani codices: nec in Hebræo fonte, nec apud Chaldæum, vel LXX. editionis Com-

Angelorum nomina.

Admirabilis, nomen Dei.

plutensis & Regiæ: in quædam Græca, vt in Aldina, Romana, & vt quo vsus Theodoretus; mutuò sumpta ex Iudic.13. v.18. vbi Angelus Manue illa dicit. Contendit peruicaciter Leo Castrius *Comment. in Isaiam & in Apologia*, ab Hebræis ista per Iudæorum fraudem vel negligentiam excidisse. Neutrum credo: cùm etiam absit à LXX. & Chaldæo, & Latinis melioribus, nõ est locus negligentiæ Iudæorum. Si fraude sustulerunt, cur *d.v.*18. intactum reliquerunt? Non est verisimile eo id loco non vidisse: si viderunt, tollerent vt hic: sed reliquerunt vbi erat, non sustulerunt vbi non erat.

26. EODEM LOCO] vbi cum Angelo luctatus.

Phanuel. Vers. 30. PHANVEL.] פניאל, facies dicitur PHANE, Deus EL, punctis suis Massoretæ veterem pronunciationem mutarunt, in PENIEL. LXX.
27. Nomina propria aliter hodie post Massoretas scripta quàm olim proniiciata. & D.Hieronymus, vt est in Codice vulgato pronunciabant: quod semel moneo, ne quis miretur Biblia nostra & LXX. aliter nomina propria vsurpare, quàm hodie codices Hebræi exhibent. Hic postea fuit vrbs exstructa, quam Strabo Gentilis Dei faciem appellat, *lib.*16. *Geograph.*

VIDI] manum conserui, colluctatus, pugnaui. Hebraismus est non obscurus, *videre* † pro pugnare 4.Reg.14.8. *Misit Amasias nuntios ad Ioas filium Ioachaz, filij Iehu Regis Israël dicens: veni & videamus nos:* & v.11. Ascenditque *Ioas Rex Israël, & viderunt se, &c. Percussusque est Iuda, &c.* 4.Reg.23.30. *Abijt Iosias Rex in occursum eius, & occisus est in Mageddo, cùm vidisset eum:* hoc est postquam cùm eo præliatus, occubuit. Nec obstat quod hîc additur.

29. Videre pro pugnare.

30. Iacob nõ vidit essentiã Dei. VIDI FACIE AD FACIEM] non enim aliud significat, quàm pugnaui cum eo cominùs, manum manui, pedem pedi, latus lateri contuli & conserui. Simile est illi Hispanico, *Vieronse barba à barba, llegaron mano à mano.* Quam puto loci istius Germanam expositionem. Si quis tamen vocem *videndi* malit ad oculos corporis referre dicat, *videre Deum facie ad faciẽ*, diuersimodè accipi in S. S. interdum † opponitur ei quod dicimus

31. Videre facie ad faciẽ. videre in ænigmate, & tunc significat visionem beatificam, qua Beati diuinam essentiam vident. Sic sumitur illud Apostoli, *videmus nunc*

Locus. 1. Cor. 13 12. *per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem.* 1.Cor. 13.12. interdum verò sumitur pro loqui ore ad os cum aliquo, παρὸν παρόντι, coram & præsens præsenti: tunc opponitur ei, quod est loqui per interpretem vel per litteras aut nuncium, vel etiam loqui eminùs, & ex loco remoto; & tunc significat præsentis verba clarè & distinctè, & ex propinquo sic audire, vt probè intelligas omnia, etiamsi nullam loquentis figuram vel personam videas, vt cùm dicitur *Deus locutus*

Loqui facie ad faciẽ, vel os ad os. *Hebræis facie ad faciem* in monte Sinai. *Deuter.* 5.*v.* 4. Nam τὸ, *Nobis* illic nõ capitur de solo Moyse, sed de Moyse & populo simul (vt patet ex narratione,) cui tamen populo Deum solummodo coram auditũ, in nulla tamen similitudine visum traditur *c.*4.*v.*12. *&* 15. *Deute.*

Locus Deut. 5 1. Locus Num. 12.8. quare sic etiam accipiendum quod de Moyse *Num.* 12. 8. scribitur Dominus ei *locutus ore ad os & palam & non per ænigmata.* Aliquando denique. *Videre facie ad faciem*, idem est quod videre personã in specie re

cie re

cie repræsentata, & sic accipias hoc loco pro vidi Deum in specie corporea mihi ab Angelo repræsentatum: sicut Isaias cap. 6. vers. 5. dicit *vidi Dominum exercituum oculis meis*. Quod velle referre ad essentiam Dei visam, mihi numquam visum. Cùm dico vidi Petrum facie ad faciem, certè non dico me substantiam Petri vel essentiam vidisse; sed indiuiduum illud κατὰ πρόσωπον accidentibus personalibus eius exhibitum: & cùm dico vidi Angelum facie ad faciem dicar oculis corporeis essentiam illam incorpoream vidisse? Hinc apparet quàm fragile sit eorum argumentum, qui ex hoc loco contendunt à Iacobo plus visum, quàm typum Dei, in Angelo. Quid? quod in tenebris fortè nec satis clarè assumptum corpus vidit? ideò mihi prior illa *videndi* acceptio summoperè probatur.

Locus Isaiæ 6. 5.

SALVA FACTA EST ANIMA MEA] confortatus sum, vt explicat Oseas: erepta est metu, quo vrgebatur. Nam cognoui mihi à fratre mortis periculum non imminere.

CLAVDICABAT] ex nerui illius dolore & luxatione. Gennadius Vers. 31.
vult claudum permansisse. Tostadus, non dolorem modò, sed totam 32.
claudicationẽ desiisse antequàm ab Esau postridie perueniret. Quod mihi verisimiliùs videtur: causa enim nulla erat, cur claudus permaneret.

An Iacob claudus permanserit.

33.
NON COMEDVNT] Iacob & posteri non abstinuerunt † se omni neruo, sed isto tantùm. Veruntamen, quia multi etiam non Iudæi meris neruis non vescuntur, non displicet quod Vatablus censuit, intelligi per neruum ipsum musculum, qui est propinquus acetabulo quod diximus, qui mouet & contrahit ipsum femur.

Neruo quo abstinẽt Hebræi.

EMARCVIT] sic dolore obstupuit & luxatus fuit quasi emarcuisset.

ALLEGORIAM] pete à sancto Ambrosio supr. & B. Prospero *pag. 1. Prediction. cap. 24.* TROPOLOG. à D. Gregorio *in Iob. supr. cap. 6.*

HHh 2 CA





CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM.



1. ELEVANS autem Iacob oculos
ſuos, vidit veniẽtem Eſaũ, & cum
eo quadringentos viros: diuiſitq;
filios Liæ & Rachel, ambarúm-
2. que famularũ: * & poſuit vtrám-
que ancillam, & liberos earum in
principio: Liam verò, & filios eius in ſecundo loco:
3. Rachel autem, & Ioſeph nouiſſimos. * Et ipſe pro-
grediens adorauit pronus in terram ſepties, donec
4. appropinquaret frater eius. * Currens itaque Eſau
obuiã fratri ſuo, amplexatus eſt eum: ſtringénſque
5. collum eius, & oſculans fleuit. * Leuatíſque oculis,
vidit mulieres & paruulos earum, & ait: Quid ſibi
volunt iſti? & ſi ad te pertinẽt? Reſpondit: Paruuli
6. ſunt, quos donauit mihi Deus ſeruo tuo. * Et ap-
propinquãtes ancillæ & filij earum, incuruati ſunt.
7. * Acceſſit quoque Lia cum pueris ſuis: & cùm ſi-
militer adoraſſent, extremi Ioſeph & Rachel ado-
8. rauerunt. * Dixítque Eſau: Quænã ſunt iſtæ turmæ
quas obuiã habui? Reſpondit: Vt inuenirem gratiã
9. coram domino meo. * At ille ait: Habeo plurima,
10. frater mi, ſint tua tibi. * Dixítque Iacob: Noli ita,
obſecro: ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis, accipe
munuſculũ de manibus meis: ſic enim vidi faciem
tuã, quaſi viderim vultũ Dei: eſto mihi propitius,
* & ſuſci

* & suscipe benedictionem quam attuli tibi, & 11.
quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix
fratre compellente, suscipiens,* ait: Gradiamur si- 12.
mul, eróque socius itineris tui. * Dixitque Iacob: 13.
Nosti domine mi quod paruulos habeam teneros,
& oues, & boues fœtas mecum: quas si plus in am-
bulando fecero laborare, morientur vna die cun-
cti greges: Præcedat Dominus meus ante seruum 14.
suum: & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut
videro paruulos meos posse, donec veniam ad Do-
minum meum in Seir. * Respondit Esau: Oro te, 15.
vt de populo qui mecum est, saltem socij remaneāt
viæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc vno tantùm
indigeo, vt inueniam gratiam in conspectu tuo
domine mi.* Reuersus est itaq; illo die Esau itine- 16.
re quo venerat in Seir. * Et Iacob venit in Socoth: 17.
vbi ædificata domo & fixis tentoriis appellauit
nomen loci illius Socoth, id est, tabernacula:* Trā- 18.
siuítque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in
terra Chanaan, postquam reuersus est de Mesopo-
tamia Syriæ & habitauit iuxta oppidum. * Emít- 19.
que partem agri in qua fixerat tabernacula,
à filiis Hemor patris Sichem centum
agnis. * Et erecto ibi altari, in- 20.
uocauit super illud for-
tissimum Deum
Israël.

ARGVMENTVM.

Fratres reconciliantur. Esau acceptis muneribus domum redit. Iacob habitat in Salem, & agrum illic emit.

VERS.1. IVISITQVE] Suos turmatim disposuit. Iosephus vult id fecisse animo decertandi, si cogeretur. Sed sine euidenti miraculo resistere fratri nequibat: vnde ergo hi animi? opinarer ex nocturnâ cum Angelo luctâ, & benedictione. Potius tamen ipse apparatus indicat, fuisse animi se submittentis, & quasi supplicis: qua vnâ re animus generosus frangi & vinci solet. hoc quæ sequuntur planitùs ostendunt.

VERS.2. Duæ turmæ fuerunt. Vna gregum cum seruitiis, in suos ordines aptè distributa. altera verò quæ hîc describitur, cuius tres erant ordines. Primus Zelphæ & Balæ cum suis liberis: Secúdus Liæ cum suis: tertius Rachelis & Ioseph. liberos suos matribus adiunxerat, ardentiùs pro suis affectibus deprecaturas.

IN SECVNDO LOCO] Hebraicè est, *nouissimos* אחרנים *Acharonim.* Sicut etiam in hoc eodem versu, vbi habemus; *Rachel autem & Ioseph nouissimos*, est idem vocabulum Hebræum, vt sensus sit: posuit Liam cum suis post ancillas & earum liberos, Rachel verò & Ioseph post Liam & eius filios. † Vnde apparet nouissimum in sacra Scriptura ex Hebraismo sæpè poni simpliciter pro subsequente seu posteriore: & nostrum æquiuocationem Hebræam sapienter illustrasse.

1. Nouissimus pro posteriore seu subsequente.

VERS.3. IPSE PROGREDIENS] sequens primam, secundam turmam præcedens, vt decebat Patrem familias pro carissimis pignoribus se primum periculo offerre.

2. Iacob an adorarit ipsũ Esau.

ADORAVIT PRONVS IN TERRAM] duplex est interpretatio: reuerà totum in terram procubuisse, habitu quidem Esau; sed mente Deum, qui vbique præsens, adorasse. Melior altera; genu vno in terram posito, & capite submisso ciuilem fratri, vt natu maiori, honorem exhibuisse: id fecit per modica interualla septies, donec ad fratrem perueniret.

SEPTIES] potest capi pro sæpius. *Lipomanus.* potest etiam accipi definitè.

VERS.5. QVID SIBI VOLVNT] quæ causa, vt tali ordine me excipiant? Suntne tui?

VERS.8. QVÆNAM SVNT ISTÆ TVRMÆ] primæ gregum dono missorum. audierat à pastoribus: sed iterùm rogat, vt occasionem habeat ex fratris responso, non acceptandi munus.

VT INVENIREM GRATIAM] obseruantiæ meæ contestandæ causa misi munusculum, vt digneris mihi beneuolus esse, & præteritorum obliuionem animo admittere.

SINT TVA TIBI] nec his egeo, nec opus tibi ad condonationem. placatus sum.

NOLI

Noli ita obsecro] aspernari quæ offero. Vers. 10.

Si inveni gratiam in ocvlis tvis] si bona fide mihi reconciliatus es, & ex animo condonas.

Mvnvscvlvm] Hebraicè, *munus meum.* מנחה *Mincha* significat † propriè munus, quod vel Deo, vel homini superiori, ad contestandam, eorum excellentiam, & offerentis subiectionem offertur. Sic benè Honchala *hîc.* Vnde iam intelligis cur dicat. 5.

Sic enim vidi faciem tvam, qvasi viderim vvltvm Dei] magni enim (*vt ait Chrysostomus*) obsequij gratiâ hoc dictum à iusto, vt ferocem & arrogantem demulceret. Variæ sunt loci interpretationes. Mihi † præ cæteris arridet, vt sit hyperbolica locutio, qua solent omnia, quæ excellentiora ceteris sunt, tribui Deo, vt mons Dei, paradisus Dei, cedri Dei, fluuius Dei, &c. Sensus itaque: visus est mihi vultus tuus inclytus, augustus, veneratione dignus, & quædam imago Dei. Sicut enim dici solet *Deus ex machinâ apparens*, quando subitum auxilium vel remedium adest: sic mœrore oppresso, & mortis metu anxio Iacobo, inexpectata clementia & comitas Esau, lætitiâ & consolatione animum impletat; & quasi à morte suscitarat, quod Dei proprium. Similia sunt alibi. † 2.Reg.14.20. *Tu autem Domine mi Rex sapiens es: sicut habet sapientiam Angelus Dei, vt intelligas omnia super terram.* & cap.19.27. *Tu autem mi Domine rex, sicut Angelus Dei.* Esther 15.16. *vidi te Domine, quasi angelum Dei.* Hic etiam *Elohim* potest *Angeli* exponi.

4. Facies Dei.

Hyperbolicæ locutiones.

4. Sicut Angelus Dei.

Esto mihi propitivs] ita censebo te mihi benè velle, & censebo te propitium, si à me oblata non repudies.

Benedictionem] munus de benedictione, qua Deus mihi benedixit. particulam bonorum quibus me Dominus cumulauit. Ne putes mihi pauperiem vllam ex hac donatione metuendam. Vers. 11.

Gradiamvr simvl] in terram meam Seïr. Vers. 12.

Nosti] causam reddit veram & idoneam, ne simul gradiantur. Vers. 13.

Foetas] hoc est lactantes à radice Chaval lactare inde עולת *Chaloth Lactantes.* quod, quia proprium est fœtarum, benè noster. & hanc radicem secuti sunt Chaldæus, Abenezra, & Iarrius, ipsi quoque LXX. qui non scripserunt vt quidam libri habent χωλεύονται, *quæ claudicant:* sed vt habent libri Complutenses & Regij λοχεύονται *lactantes*, seu vt vertit D. Augustinus *fœtantes.* 5. Locus LXX

Mecvm] Hebraicè, *super me.* עלי *Ghalai.* hoc est quarum cura & periculum mihi incumbit. *Sic Augustin. hîc in locutionib.* a mi cuenta, y sobre mi. Hispan. 6. Super aliquem dicitur, quod eius curæ cõmissum.

Plvs in ambvlando] si pastores eas verberibus aut impulsu coëgerint supra vires accelerare, vel longius iter progredi.

Cvncti greges] multi † vel plerique greges. Hyperbole. Sic Matth.2.3. *& omnis Ierosolyma cum eo.* 7. Omnes pro plerisque.

Seqvar pavlatim vestigia] Hebræam obscuritatem noster valdè. Luculenter dispulit. Hebr. *Ego minabo me ad suaue meum ad pedem gregis qui ante me*, &c. Suauiter pedetentim, *poco à poco seguir pu-* Vers. 14.

diceremi commod..mente andarmis reses, y mis ninos y mugeres.

AD DOMINVM MEVM IN SEIR] sic cogitabat facere, cum dixit: sed postea sententiam mutauit, veritus ne malè sarta gratia citò abrumperetur. hoc mihi cum D. Augustino *q.* 104. placet: certè in posterum se fratri nō ampliùs credidit. *ita Seuerus Sulpitius*. Mutauit ergo consilium, mentitus non fuit.

VERS. 15. DE PVLVLO] de militibus meis, qui te in Seir dirigant, solentur & in viâ defendant, dum opus fuerit. *Chaldæus.*

NON EST NECESSE] Hebr. *vt quid hoc?* למה זה *Lammah Zeh.* LXX. ἵνα τί τοῦτο? *ad quid hoc?* sic etiam Chaldæus. Noster interrogationem soluit in negationem eodem sensu.

VERS. 16. REVERSVS] eodem die, quo fratrem amplexatus, cæpit domum tendere. TROPOLOGIAM. Quo pacto mansuetæ responsiones frangant iram, *Chrysostom. hom.* 58.

VERS. 17. Hoc illi † nomen postea fuit inditum a Iacobo. LXX. Iosephus &
8. Symmachus significationem posuerunt pro vrbis nomine, σκηναί *ta-*
Socoth vrbes quatuor *bernacula.* Hebræum nomen est סכתה *Sucothah* significat rem tectam, à *Sakab tegere.* Plures hoc nomine vrbes fuerunt: duæ in tribu Iudâ. tertia, quæ prima mansio Israëlis venientis ex Ægypto. quarta hæc nostra in tribu Gad, propinqua torrenti Iaboc trans Iordanem respectu Ierusalem: sed venienti ex Mesopotamiâ citra Iordanem versus montem Galaad, in parte Scythopoleos. *Hieronym. de locis.*

9. Iacobi mora in Socoht. ÆDIFICATA DOMO] tugurio seu magali sibi & suis, ad tempus ibi mansurus. Videtur benè decennio substitisse. Nam cùm Simeon & Leui huc cum patre venerunt, vix erant annorum vndecim: mox tamen initio aduentûs Iacob in Sichem strages illa ab iis edita, vt credendum à iam viris.

FIXIS TENTORIIS] propter gregum multitudinem magno ambitu indigebat. Procopius author est habitationem extendisse à mari mortuo vsque ad Scythopolim, Dadaim, & siluam Aerabith: non quod tantum spacium tentoriis occuparit, sed iis & gregum pastione. ANAGOG. Iusti in tabernaculis vt aduenæ habitant, non habentes hîc patriam, sed futuram inquirentes. *Cyrillus & Procop.*

10. Iacobi habitatio quam lata.

VERS. 18. SALEM] sequor nostrum & LXX. qui *Salem*, non exponunt *Sa-*
11. Salem Sichimorum, Sichem. Sichar. *nus*, seu *saluus*, nempe Iacob, velut foret appellatiuum, † sed qui proprium nomen esse volunt; non quidem Hierosolymæ, sed eius, quæ ante dicta *Sichem*, postea *Salem*, denique corruptè *Sichar*. Ioan. 4. 5. *Venit in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo.* ita D. Hieronym. Rupertus & alij. שלם *Salem* significat perfectam seu integram: Sic dictam volunt Hebræi, quia cùm ad eam Iacob peruenit, à claudicatione sanatus fuit.

12. Iacob vbi sanatus à claudicatione.

HABITAVIT IVXTA OPPIDVM] ante Salem tentoria sua defixit: & habitationem, castrorum more, vallo circumdedit: hoc significat
VERS. 19. vocabulum חנה *Chanah*, vnde חן *Ichan. Castrametatus est.* LXX. παρενέβαλεν. vocat *vrbem Sichimorum*, quia Sichimitæ eius incolæ & Do-
13. Vallorum origo. mini, & dicit. QVÆ EST IN TERRA CHANAAN] non sumit Chananæam

nanæam strictè pro ea quæ est citra Iordanem ad Orientem *Numer.*
34.12, sed latius, vt comprehendit vltra Iordanem terras duorum Re- 14. Chananæa
gum Amorrhæorum Og & Basan; quæ cesserunt Rubenitis Gadditis duplex.
& dimidiæ tribui Manassis *vide Num.* 32.

EMITQVE] modũ agri non ita magnũ: eò quòd Sichimitæ non aliâ VERS. 20.
lege permittebãt suis in finibus habitare, nisi propriũ quid possideret. 15.
IN QVA] agri parte. Iacob cur
FILIIS HEMOR] Hemor princeps fuit Sichimorum: eius subditi emerit prę-
hîc vocantur *fily*: quia verus Princeps idem verus Patriæ pater. sic dium.
enim serui *patrem* vocant Dominum suum Naamã Syrum. 4.Reg.5. 16. Hemor.
13. *accesserunt ad eum serui sui & locuti sunt ei Pater & si rem grandem* 17
&c. Notat etiam Macrobius eo sensu Dominos à Romanis *Patres fa-* Filij pro sub
milia vocatos, vt seruos quasi filios tractarent, quã de re actum à me ditis, pater
Aduersarijs in Senecam. Alius est. *Hemor* & alius *Sichem*, vt & alia pro domi-
emptio de qua in actis Apostolorum B. Stephanus locutus capit. 7. v. no.
16. *vide super. cap.* 23. *v.* 20. PATRIS SICHEM] si superius τὸ *Filiis*
accipias pro subditis, hîc vocem *patris* accipe pro Rege seu Domino, & *Sichem* metonimycè pro Sichimitis: vt dicatur in genere emptio celebrata cũ Sichimitis: qui communẽ aliquem locum vendiderint. Si verò hîc τὸ *patris* propriè sumis; etiã illud *Filius* propriè sumendum, vt emptio fuerit ab hæredibus cuiusdã Hemor, cui filius Sichẽ.

CENTVM AGNIS] Hebræum קשיטה *Kesitah* sumo pro veris agnis, seu *oue*, non numismate, sed pecude lanigerâ cum Abenezrâ & Paraphraste Chaldæo: cum D. Hieronymo, qui aliquando vertit *oues*, aliquando *oues nouellas*, aliquando *agnos*. hîc Iosue 24.32. Iob. 42.11. & LXX. qui semper reddunt, ἀμνάς: neque hîc locus est emendationi Steuchi μνῶν, nam non agitur de minâ & constat *Kesitha* esse aliud quàm *Mnam*, quę Hebraicè dicitur *Maneh*. Denique quotquot legi Patres, vnanimiter de oue pecude acceperunt, vt Lyranus etiam Pagninus & Vatablus & Oleaster nec Masij & aliorum argumenta quidquam conuincunt. *videndi hîc Oleaster & Pererius.*

FORTISSIMVM DEVM] Puto inscriptionem altaris fuisse, ישראל VERS. 20.
מזבח אל אלהים *Mizbeach El Elohe Israel. Ara Dei* FORTIS *Israel.* Inscriptio-
Vt; *Vocauit Deum fortissimum*, sit idem quod inscripsit Deo fortissi- nes altariũ.
mo; seu vocauit aram Dei fortissimi Israëlis: confirmat Chaldæus, ex quo & fonte Hebræo patet, *Inuocauit* positum pro simplici *vocauit*, postquã enim illic Deo fecit, & adorauit eidem cui fecerat Deo forti
» altare consecrauit, & inscripsit. Caietanus, Nomen (inquit) altaris est
» & nominatur *Israel*. Non significatur, quod altare est Deus: sed quod
» altare illud est ad sacrificandum fortissimo iudici Dominatu in Iacob.
» Crediderim fuisse consuetudinem, vt nomine Dei, cui altare dicaba-
» tur, insigniretur altare: & propterea Moyses tali loquendi modo vti-
» tur tam hîc quàm inferiùs c.35. de altari Bethel. Meminit *El* propter
» fortitudinem, & *Elohim* propter iustitiam contra Esau, Laban &c.

ISRAEL] Israëlis, Iacob altare erigentis. TROPOLOG. de recto vsu & æstimatione diuitiarum, pete à S. Chrysost. *hom.* 59.



CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.



1. EGRESSA est autem Dina filia
Liæ vt videret mulieres regionis
2. illius.* Quam cùm vidisset Sichē
filius Hemor Heuæi, princeps
terræ illius, adamauit eam:& rapuit,& dormiuit cum illa, vi op-
3. primens virginem. * Et conglutinata est anima
4. eius cum ea,tristemq; deliniuit blanditiis. * Et pergens ad Hemor patrem suum, Accipe,inquit,mihi
5. puellam hanc coniugem. * Quod cùm audisset
Iacob absentibus filiis, & in pastu pecorum oc-
6. cupatis, siluit donec redirent.* Egresso autem He-
7. mor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob, * ecce
filij eius veniebant de agro: auditóque quod acciderat,irati sunt valdè eò quòd fœdā rē operatus esset in Israël, & violata filia Iacob, rem illicitam
8. perpetrasset.* Locutus est itaque Hemor ad eos:Sichem filij mei adhæsit anima filiæ vestræ:date eam
9. illi vxorem:*& iungamus vicissim connubia: filias
10. vestras tradite nobis,& filias nostras accipite. * Et
habitate nobiscum: terra in potestate vestra est,
11. exercete,negotiamini,& possidete eam.*Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait: Inueniam
gratiam coram vobis: & quæcumque statueritis,
dabo,

dabo:* augete dotem, & munera postulate, & li- 12.
benter tribuam quod petieritis:tantùm date mihi
puellam hanc vxorem.* Responderunt filij Iacob 13.
Sichem & patri eius in dolo,sæuientes ob stuprum
sororis: * Non possumus facere quod petitis, nec 14.
dare sororem nostram homini incircumciso:quod
illicitum & nefarium est apud nos.*Sed in hoc va- 15.
lebimus fœderari,si volueritis esse similes nostri, &
circumcidatur in vobis omne masculini sexus,*tūc 16.
dabimus & accipiemus mutuo filias vestras,ac no-
stras : & habitabimus vobiscum, eritmusque vnus
populus:*si autem circumcidi nolueritis, tollemus 17.
filiam nostram,& recedemus.* Placuit oblatio eo- 18.
rum Hemor, & Sichem filio eius:* Nec distulit 19.
adolescens quin statim quod petebatur expleret:
amabat enim puellam.valdè & ipse erat inclytus in
omni domo patris sui.* Ingressique portam vr- 20.
bis,locuti sunt ad populum:* Viri isti pacifici sunt, 21.
& volunt habitare nobiscum : negotientur in terra
& exerceant eam, quæ spaciosa & lata cultoribus
indiget filias eorum accipiemus,vxores : & nostras
illis dabimus. * Vnum est, quo differtur tantum 22.
bonum:Si circumcidamus masculos nostros,ritum
gentis imitantes.* Et substantia eorum, & pecora, 23.
& cuncta quæ possident, nostra erunt: tantum in
in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnum
efficiemus populum.* Assensique sunt omnes, cir- 24.
cumcisis cunctis maribus.* Et ecce, die tertio quā- 25.
do grauissimus vulnerum dolor est:arreptis, duo fi-
lij Iacob,Simeon & Leui fratres Dinæ, gladiis,in-
gressi sunt vrbem confidenter: interfectisque om-
nibus masculis,* Hemor & Sichem pariter neca- 26.
 uerunt,

uerũt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem
27. suam.* Quibus egressis, irruerunt super occisos cę-
teri filij Iacob: & depopulati sunt vrbem in vltio-
28. nem stupri. * oues eorum, & armenta, & asinos,
cunctaque vastantes quæ in domibus & in agris
29. erant, paruulos quoque eorum & vxores duxe-
30. runt captiuas.*Quibus patratis audacter, Iacob di-
xit ad Simeon & Leui: Turbastis me, & odiosum
fecistis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus
terræ huius. nos pauci sumus: illi congregati percu-
tient me, & delebor ego, & domus mea.
31. *Responderunt: numquid vt
scorto abuti debuere
sorore nostra?

ARGV



ARGVMENTVM.

Dina rapitur: & ultio sumitur internecione Sichimorum.



DINA] filia Iacob ex Lia, tum annorum fortè quindecim post discessū è Mesopotamia nono malè cætus publicos virgo petiit, & ideo non virgo rediit. egressam puto cum parentum consensu, mulieribus aliquot comitibus. VERS. 1. 1. Dinæ ætas & raptus.

VIDERET MVLIERES] virgines. † æquales suas. ideo Hebræ. Chald. & Græcè *filias*. curiositatis vitium *D. Bernardo tracta. de gradibus humilitatis.* REGIONIS] festum tunc fuisse vult Iosephus, ergo omnes ad festum conuenerāt. 2. Mulier pro puella seu virgine.

FILIVS EMOR HEVÆI] de stirpe Heuæi, filij Chanaan, nepotis Cham. *Genes.* 10.17. VERS. 2. 3. Heuæus.

PRINCEPS TERRÆ] hoc est filius Principis terræ. RAPVIT] quā verbis nequibat inducere, vi in domum suam abripuit. DORMIVITQ. CVM EA, VI OPPRIMENS VIRGINEM] coniunctim hoc totum cape: quia oppressit cum ea dormiens. vna voce, constuprauit. Quare nō admitto hic hysterologiam. Cauendus etiam error Procopij, qui putat puellam in stuprum consensisse: nam blanditijs deliniuit post stuprum, non ante.

CONGLVTINATA EST ANIMA EIVS] impotenter eam amauit. VERS. 3. Anima conglutinata.

TRISTEMQVE DELINIVIT BLANDITIIS] Hebraismū, *Locutus est* † *ad cor puellæ*, optimè reddidit. significat enim dicere verba grata seu consolatoria. vt explicant S. Hieronymus Procop. & Chaldæus. Isai. 40. 2. *Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eum.* Ose. 2. 14. *lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. vide Adagia sacra*, §. 175. ANAGOGIAM pete à D. Gregorio *p.* 3. *Pastoral. admonit.* 30. 4. Loqui Hebraism.

QVOD CVM AVDISSET] à comitibus Dinæ, qui effugerant; intellexisset filiæ raptum. VERS. 5.

SILVIT] modestè tulit, & dissimulauit quod corrigere non poterat; Deo totum permittens.

HEMOR PATRE SICHEM] indulget filio, qui debebat corripere. VERS. 6

VT LOQVERETVR AD IACOB] de futuris nuptijs.

ECCE FILII] hoc colloquium puto postridiè à raptu accidisse. VERS. 7.

IRATI SVNT] Hebraicè, *contristati sunt viri, & irati sunt valdè.* Nam iræ causa fuit tristitia. vnde cum dolor vel tristitia pro irâ ponitur, causa pro effectu ponitur. FOEDAM REM. Hebraicè נבלה *Nebalah abiectionem, ignominiam*, vnde Latinum *nebulo.* OPERATVS ESSET] Sichem. Nec vllum hîc verbum est vnde potuerit, vel debuerit. Procopius colligere etiam Hemor Dinam incestasse. 5. Dolor vel tristitia pro ira. 6. Nebulo vnde.

6. IN ISRAEL] contra Israel patrem Dinæ.

Sic non fiet. Hebraismus REM ILLICITAM PERPETRASSET] sapienter explicuit Hebraismum, וכן לא יעשה *Vecem lo leghasch, & sic non fiet*, quod Chaldæus exponit, sic non debuerat fieri.

VERS. 8. Anima adhæsit. ADHÆSIT ANIMA] deperit filiam vestram. sup. v. 3. dixit; conglutinatam animam. hæ phrases indicant amantis animam magis esse vbi amat, quam vbi animat.

VERS. 9. Imperatiuus pro futuro. ACCIPITE] hoc & sequentia; *habitate, exercete, negotiamini possidete*; cuncta vim habet futuri conditionati, *accipietis habitabitis*. &c. subauditur, si nobiscum consenseris.

VERS. 10. TERRA IN POTESTATE VESTRA] habitate eam, & colite arbitratu vestro.

VERS. 11. INVENIAM GRATIAM CORAM VOBIS] annuite precibus meis.

QVÆCVNQVE STATVERITIS DABO] in compensationem iniuriæ, & donationem propter nuptias.

VERS. 12. AVGETE DOTEM] licet sponsæ sit dotem sponso dare, non tamen id raptæ est. ideo ait se dotaturum illam de suo. Cedebat hoc in magnum puellæ commodum. quia dotis proprietas ei acquirebatur, mãsura soluto matrimonio. cedebat etiam in Iacobi bonum, cuius erat filiam dotare. cedebat in fratrum lucrum, quibus sic plenior hereditas paterna manebat. Tales virgines sic gratis coëmptas Græci vocabant ἀλφεσιβοίας eò quod propter formæ decus facilè sponsos inuenirent, vltro illis boues in dotem adducturos.

9. vxor coempta gratuitò ἀλφεσίβοια. Munera data sponsæ fratribus. MVNERA POSTVLATE] etiam amplissima vobis dari, vt mos sponsæ fratribus dare. *vide sup. cap. 25. v. 53.*

Hanc totam responsionem & vltionem subsecutam prçter rei gestę

VERS. 13. veritatem Iosephus narrauit, vt perfidiæ notam à maioribus suis

10. Iosephi locus. amoliatur.

IN DOLO] fraudulenter. non enim sic illos intendebant ad Dei cultum allicere, sed vulneris dolore ægros opprimere. Iacob doli fuit ignarus.

VERS. 14. NON POSSVMVS] Iacob filijs permisit, vt responderent quod ipsis videretur: illi capita contulerunt, & dolum meditati, pietatem crudelitati prætexunt.

VERS. 15. IN HOC VALEBIMVS FÆDERARI] ita demum licebit mutuis iungi connubijs.

SIMILES NOSTRI] ritum à Deo præceptum, sicut nos, imitantes.

VERS. 17. TOLLEMVS] discedentes dehonestatam abducemus, vos Deo puniendos relinquentes.

VERS. 18. PLACVIT OBLATIO] optio, seu conditio oblata.

HEMOR] qui spe lucri mouebatur, & volebat filio complacere.

VT SICHEM] cui præ amore nihil difficile.

VERS. 19. INCLYTVS IN OMNI DOMO PATRIS SVI] totius familiæ hono-

11. Inclytus. ratissimus, & princeps, præcipuus, potentissimus. sic sup. 31. 1. *factus est inclytus*, quod alibi dicit, *magnificatus est valdè* sup. 24. 35. LXX.

ἐνδοξότατος·

ἐνδοξότατος *honorabilissimus* vt sic dicam.

Portam] vbi prætorium erat, & iudicia concionesque fiebant, & forum vænalitium. Vers. 20.

Pacifici] pacificè nobiscum hactenus versati. vtitur ad persuadendum. primò necessitate communi, terræ colendæ & inhabitandæ. 2. ratione voluptuariâ connubiorum, quæ optanda Chananæis, eò quod Mesopotamiæ mulieres longè formosiores & meliùs moratæ. (*Tostatus.*) 3. lucro proposito, quia participes futuri opum Iacob. vnde pater nec Regem, nec subditos vlla pietate motos ad circumcisionem, sed illectos terrenis spebus. Vers. 21.

Vnum est] non aliter sunt consensuri, nisi circumcidamur. Vers. 22.

Nostra ervnt] non proprietate, sed comercio & communicatione ciuili. Vers. 23.

Die tertio qvando gravissimvs vvlnervm dolor] Hoc de tertio & quarto die de cũctis vulneribus verissimũ, esse docet auctoritas Hippocratis *lib. de fracturis*: rationes naturales pete à franc. Valesio *sacra philosoph. cap.* 12. & videbis inscitiam Caluini qui hanc opinionem (vt putat) solorum filiorum Iacob, ausus reprehendere. Vers. 25.

13. Dolor vulnerum verè maximus tertio & quarto die.

Dvo filii iacob] secundum S. Chrysostomum soli: secundùm alios, vt duces ceterorum intelligo non fratrum qui videntur occisioni non interfuisse; sed familiæ quam hi duo ducebant. ℣. *v.* 27. Tunc Simeon viginti vnius, Leui minor vno, annorum.

Confidenter] vt in oppressos dolore, & nihil tale suspicantes.

Omnibvs mascvlis] vincerant enim & fouerant raptorem.

Necavervnt] Hebraism. *occiderunt ad os gladij*. h, acie gladij, Sic 2. Reg. 15. 14. *percutiat ciuitatem in ore gladij*. לפי חרב *Lephi Charab.* Vers. 26.

14. Os gladij.

Tollentes dinam de domo sichem] vbi à die stupri manserat.

Qvibvs egressis] cùm Simeon & Leui sororem suam reduxissent: mox reliqui fratres (in Hebræo non habetur, *ceteri*, vt appareat etiam hos redisse statim accurrerunt amore spoliorum. Vers. 27.

Depopvlati] diripuerunt quæ placebant, cetera verò perdiderunt: permittente id Deo, quia peccatum Sichem cunctis placuerat, vt indicatur Iudith. 9. v. 1. & 3. *Deus patris mei Simeõ, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores exstiterunt in coinquinatione sua & denudauerunt femur virginis in confusionem: & dedisti mulieres illorum in prædã, & filias illorum in captiuitatem: & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt Zelum tuum*] quo loco vide doctũ & elaboratum Commentarium nostri Nicolai Serarij, de sacræ Scripturæ explicatione optimè meriti.

15. Sichimitæ cur omnes occisi vnius ob furias & noxam.

Cvncta vastanves] Hebraicè eodem sensu. *Quidquid in ciuitate, & quicquid in agro depradati sunt.* Sic etiam LXX. Vers. 28.

Parvvlos qvoqve eorvm] Hebraicè paullo pleniùs; *& omne robur* (hoc est substantiam) *eorum, & omnes paruulos* &c. & copiosius adhuc L X X. καὶ πάντα τὰ σώματα αὐτῶν, καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν, καὶ τὰς γυναῖκας, &c. *& omnia corpora eorum, & omnem su-* Vers. 29.

pellectilem eorum, *& mulieres* &c. vbi noster vitatâ prolixitate Hebræâ primum membrum præterijt, quod satis præcedenti vers. explicarat.

16. σώματα. pro seruis. Græcum τὰ σώματα D. Augustinus ad seruitia restringit. constat seruitia à Græcis σώματα vocari, ex Anthologiâ in epigramm. Σώματα πολλὰ τρέφειν, &c. & ex Epiphanio *in Ancorato.* verùm Hebræus fons non patitur illic vocem sic arctari.

CAPTIVAS] cùm cædes & deprædatio fuerint iniustæ, credendus Iacob, vt resciuit, & potuit captiuos omnes liberos dimisisse, & quæ supererant bona illis restituisse.

VERS. 30. TVRBASTIS] metu & angore.

17. Fœtere facere. ODIOSVM FECISTIS] præclarè explicat idiotismum, *me fœtere fecistis*, de quo lege Adagia sacra §. 46.


18. CHANANÆIS & PHEREZÆIS] qui sunt Heuæis vicini.

Viri numerus. Numerus. NOS PAVCI SVMVS] hæc vera explicatio gentium respectu, tam pauci vt vel puer numeret. Hebraicè, *Et ego viri numeri.* de quo loquendi modo lege Adagia sacra. §. 47.

VERS. 31. NVMQVID VT SCORTO] iratorum friuola excusatio. nam iniuria fuerat remissa & in gratiam reditum. ANAGOGIAM Pete à glossâ interlineali. videndus etiam D. Gregorius *Regesti lib.* 3. *capite* 101.

* *
*

CAPVT





CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.





NTEREA locutus est Deus ad Ia- 1.
cob: Surge,& ascende Bethel, &
habita ibi,facque altare Deo, qui
apparuit tibi quando fugiebas
Esau fratrem tuum. * Iacob verò 2.
conuocata omni domo sua, ait:
Abiicite deos alienos qui in medio vestri sunt, &
mundamini,ac mutate vestimenta vestra. * Surgi- 3.
te, & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare
Deo:qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, &
socius fuit itineris mei. * Dederunt ergo ei omnes 4.
deos alienos,quos habebant, & inaures quæ erant
in auribus eorum: at ille infodit ea subter terebin-
thum,quæ est post vrbem Sichem. * Cumq; pro- 5.
fecti essent,terror Dei inuasit omnes per circuitum
ciuitates:& non sunt ausi persequi recedentes.*Ve- 6.
nit igitur Iacob Luzam,quæ est in terra Chanaan,
cognomento Bethel: ipse & omnis populus cum
eo, * Ædificauitque ibi altare,& appellauit nomen 7.
loci illius Domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus
cùm fugeret fratrem suũ. * Eodem tempore mor- 8.
tua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad
radices Bethel subter quercum; vocatumque est
nomen loci illius, Quercus fletus. * Apparuit autẽ 9.
iterum Deus Iacob postquam reuersus est de Me-

10. ſopotamia Siriæ, benedixitque ei, * dicens: Non
vocaberis vltrà Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum.
11. Et appellauit eum Iſraël. * Dixítque ei. Ego Deus
omnipotens creſce, & multiplicare: gentes, & po-
puli nationum ex te erũt, reges de lumbis tuis egre-
12. dientur. * Terramq́; quam dedi Abraham & Iſaac,
13. dabo tibi & ſemini tuo poſt te. * Et receſſit ab eo.
14. * Ille verò erexit titulum lapideum in loco quo lo-
cutus fuerat ei Deus: libans ſuper eum libamina, &
15. effundens oleum: * vocansq́; nomen loci illius Be-
16. thel. * Egreſſus autem inde venit verno tempore
ad terram, quæ ducit Ephratam: in qua cum partu-
17. riret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cæ-
pit. Dixitq́; ei obſtetrix: Noli timere: quia & hunc
18. habebis filium. * Egrediente autem anima præ
dolore, & imminente iam morte vocauit nomen
filij ſui Benoni, id eſt, filius doloris mei: pater verò
19. appellauit eũ Beniamin: id eſt, filius dextræ.* Mor-
tua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit
20. Ephratam, hæc eſt Bethlehem. * Erexitq́; Iacob ti-
tulum ſuper ſepulchrum eius: Hic eſt titulus mo-
21. numenti Rachel, vſque in præſentẽ diem. * Egreſ-
ſus inde, fixit tabernaculum trans Turrem gregis:
22. * Cumq́; habitaret in illa regione, abiit Ruben, &
dormiuit cum Bala concubina patris ſui: quod il-
lum minimè latuit. Erant autem filij Iacob duode-
23. cim. * Filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon,
24. & Leui, & Iudas, & Iſſachar, & Zabulon. * Filij Ra-
25. chel: Ioſeph & Benjamin. * Filij Balæ ancillæ Ra-
26. chelis: Dan & Nephthali. * Filij Zelphæ ancillæ
Liæ: Gad, & Aſer: hi ſunt filij Iacob, qui nati ſunt
27. ei in Meſopotamia Syriæ. * Venit etiam ad Iſaac
patrem

patrem suum in Mambre, Ciuitatem Arbee, hæc
est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham &
Isaac. * Et completi sunt dies Isaac centum octo- 28.
ginta annorum: * Consumptusq; ætate mortuus 29.
est & appositus est populo suo senex & plenus die-
rum: & sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui.

ARGVMENTVM.

Idolis Iacob familiam expurgat, & Deo iussus altare ædificat. nomen Israëlis ei confirmatur. Debora, Rachel, Isaac sepeliuntur, nato prius Benjamino: qui lucem recipiens matri ademit.



NTERRA] dum paret Iacob accolarum incursum, Deus illi metum discutit & consolatur. *Chrysostom. hom.* 59. VERS. 1.

BETHEL] vide sup. 28. 19. Seuerus *in Histor. Sacra*, vel memoriâ lapsus, vel à librariis deprauatus *Bethleem* vocat pro *Bethel*. Seueri Sulpitij locus.

FACQVE ALTARE] vt promisisti cùm lapidem erigeres. *Iosephus*. 2.

DEO] Angelus hoc dicebat, sed Deum repræsentans. ideo ait; *locutus est Deus*. Acutè D. Augustinus odoratus est idiotismum, quo persona loquens de se, quasi de aliâ loquitur in tertiâ personâ. Num. 12. 6. *Propheta Domini*, hoc est meus. v. 7. *videt Dominum*, scilicet me. Ierem. 2. 17. *dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam.* vbi loquitur de se Deus ipse. Sic isto lòco. DEO QVI APPARVIT TIBI significat, mihi qui apparui. Non tamen nego hanc locutionem, saltem quando Deus illam de se vsurpat mysterio non vacare, de quo consule Pererium *Commentar. tom. 3. in cap. 19 num. 42.* Loquens de se in tertia persona Hebraism.

DEOS ALIENOS] non quod sint Dij, sed quod ab alienigenis quasi Dij colantur. Hoc nunc ait, quia non antè furtum Rachelis intellexerat: & ideo metuebat ne similiter ex Sichimorum præda quidpiam huiusmodi penes familiam remansisset, vt planè verisimile. *Procopius.* VERS. 2.

MVTATE VESTIMENTA] exuite sordida, induite munda, vt hoc cultu externo, munditiam animi, profiteamini. Contrarium præceptum habes Aaronis. Moysis; *Exod.* 33. 6 vbi vestes meliores iubentur deponi in pœnam. Possemus etiam hîc exponere, MVTATE VESTIMENTA, induite vos saccum ornatu deposito, vt sic per pænitentiam mundemini. Sed de consuetudine priore clarum testimonium habes. Exod. 19. v. 10. & 14. 3. Vestes mũdas inducbant Deo operaturi.

decerem commodamente andar mis reses, y mis ninos y mugeres.

Ad dominvm mevm in Seir] sic cogitabat facere, cum dixit: sed postea sententiam mutauit, veritus ne malè sarta gratia citò abrumperetur. hoc mihi cum D. Augustino *q.* 104. placet: certè in posterum se fratri nô ampliùs credidit. *ita Seuerus Sulpitius.* Mutauit ergo consilium, mentitus non fuit.

Vers. 15. De pvlvo] de militibus meis, qui te in Seir dirigant, solentur & in viâ defendant, dum opus fuerit. *Chaldæus.*

Non est necesse] Hebr. *vt quid hoc?* למה זה *Lammah Zeh.* LXX. *ἵνα τί τοῦτο? ad quid hoc?* sic etiam Chaldæus. Noster interrogationem soluit in negationem eodem sensu.

Vers. 16. Reversvs] eodem die, quo fratrem amplexatus, cæpit domum tendere. Tropologiam. Quo pacto mansuetæ responsiones frangant iram, *Chrysostom. hom.* 58.

Vers. 17. Hoc illi † nomen postea fuit inditum a Iacobo. LXX. Iosephus &

8. Symmachus significationem posuerunt pro vrbis nomine, *σκηναὶ tabernacula.* Hebræum nomen est סכתה *Sucothah* significat rem te-

Socoth vrbes quatuor ctam, à *Sakab tegere.* Plures hoc nomine vrbes fuerunt: duæ in tribu Iudâ. tertia, quæ prima mansio Israëlis venientis ex Ægypto. quarta hæc nostra in tribu Gad, propinqua torrenti Iaboc trans Iordanem respectu Ierusalem: sed venienti ex Mesopotamiâ citra Iordanem versus montem Galaad, in parte Scythopoleos. *Hieronym. de locis.*

9. Ædificata domo] tugurio seu magali sibi & suis, ad tempus

Iacobi mora in Socoht. ibi mansurus. Videtur benè decennio substitisse. Nam cùm Simeon & Leui huc cum patre venerunt, vix erant annorum vndecim: mox tamen initio aduentûs Iacob in Sichem strages illa ab iis edita, vt credendum à iam viris.

Fixis tentoriis] propter gregum multitudinem magno am-

10. Iacobi habitatio quam lata. bitu indigebat. Procopius author est habitationem extendisse à mari mortuo vsque ad Scythopolim, Dadaim, & siluam Acrabith: non quod tantum spacium tentoriis occuparit, sed iis & gregum pastione. Anagog. Iusti in tabernaculis vt aduenæ habitant, non habentes hîc patriam, sed futuram inquirentes. *Cyrillus & Procop.*

Vers. 18. Salem] sequor nostrum & LXX. qui *Salem*, non exponunt *Sa-*

11. Salem Sichimorum, Sichem. Sichar. *nus*, seu *saluus*, nempe Iacob, velut foret appellatiuum, † sed qui proprium nomen esse volunt; non quidem Hierosolymæ, sed eius, quæ ante dicta *Sichem*, postea *Salem*, denique corruptè *Sichar.* Ioan. 4. 5. *Venit in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo.* ita D. Hieronym. Rupertus & alij. שלם *Salem* si-

12. Iacob vbi sanatus à claudicatione. gnificat perfectam seu integram: Sic dictam volunt Hebræi, quia cùm ad eam Iacob peruenit, à claudicatione sanatus fuit.

Habitavit ivxta oppidvm] ante Salem tentoria sua defixit: & habitationem, castrorum more, vallo circumdedit: hoc significat

Vers. 19. vocabulum חנה *Chanah*, vnde יחן *Ichan. Castrametatus est.* LXX. *πα-*

13. Vallorum origo. *ρεμβολὴν.* vocat *vrbem Sichimorum*, quia Sichimitæ eius incolæ & Domini, & dicit. Qvæ est in terra Chanaan] non sumit Chananæam

nanæam strictè pro ea quæ est citra Iordanem ab Oriente *Numer.*
34.12, sed latiùs, vt comprehendit vltra Iordanem terras duorum Re- 14. Chananæa duplex.
gum Amorrhæorum Og & Basan; quæ cesserunt Rubenitis Gadditis
& dimidiæ tribui Manassis *vide Num. 32.*

EMITQVE] modũ agri non ita magnũ: eò quod Sichimitæ non aliâ VERS. 20.
lege permittebãt suis in finibus habitare, nisi propriũ quid possiderer. 15. Iacob cur emerit prędium.
IN QVA] agri parté.

FILIIS HEMOR] Hemor princeps fuit Sichimorum: eius subditi
hîc vocantur *filij*: quia verus Princeps idem verus Patriæ pater. sic 16. Hemor.
enim serui *patrem* vocant Dominum suum Naamã Syrum. 4.Reg.5.
13. accesserunt ad eum serui sui & locuti sunt ei Pater & si rem grandem 17 Filij pro subditis, pater pro domino.
&c. Notat etiam Macrobius eo sensu Dominos à Romanis *Patres familias* vocatos, vt seruos quasi filios tractarent: quã de re actum à me *Aduersarijs in Senecam.* Alius est. *Hemor* & alius *Sichem*, vt & alia emptio de qua in actis Apostolorum B. Stephanus locutus capit. 7. v. *16. vide super. cap. 23. v. 20.* PATRIS SICHEM] si superius τὸ *Filiis* accipias pro subditis, hîc vocem *patris* accipe pro Rege seu Domino, & *Sichem* metonimycè pro Sichimitis: vt dicatur in genere emptio celebrata cũ Sichimitis: qui communé aliquem locum vendiderint. Si verò hîc τὸ *patris* propriè sumis; etiã illud *Filiis* propriè sumendum, vt emptio fuerit ab hæredibus cuiusdã Hemor, cui filius Sichẽ.

CENTVM AGNIS] Hebræum קשיטה *Kesitah* sumo pro veris agnis, seu *oue*, non numismate, sed pecude lanigerâ cum Abenezrâ & Paraphraste Chaldæo: cum D. Hieronymo, qui aliquando vertit *oues*, aliquando *oues nouellas*, aliquando *agnos*. hîc Iosue 24.32. Iob. 42.11. & LXX. qui semper reddunt, ἀμνάς: neque hîc locus est emendationi Steuchi μνῶν, nam non agitur de minâ & constat *Kesitha* esse aliud quàm *Mnam*, quę Hebraicè dicitur *Maneh*. Denique quotquot legi Patres, vnanimiter de oue pecude acceperunt, vt Lyranus etiam Pagninus & Vatablus & Oleaster nec Masij & aliorum argumenta quidquam conuincunt. *videndi hîc Oleaster & Pererius.*

FORTISSIMVM DEVM] Puto inscriptionem altaris fuisse, ישראל משבח אל אלהים *Mizbeach El Elohe Israel. Ara Dei* FORTIS *Israel.* VERS. 20. Inscriptiones altariũ.
VT; *Vocauit Deum fortissimum*, sit idem quod inscripsit Deo fortissimo; seu vocauit aram Dei fortissimi Israelis: confirmat Chaldæus, ex quo & fonte Hebræo patet, *Inuocauit* positum pro simplici *vocauit*, postquã enim illic Deo fecit, & adorauit eidem cui fecerat Deo forti
» altare consecrauit, & inscripsit. Caietanus, Nomen (inquit) altaris est
» & nominatur *Israel*. Non significatur, quod altare est Deus: sed quod
» altare illud est ad sacrificandum fortissimo iudici Dominati in Iacob,
» credideram fuisse consuetudinem, vt nomine Dei, cui altare dicaba-
» tur, insigniretur altare: & propterea Moyses tali loquendi modo vti-
» tur tam hîc quàm inferiùs c.35. de altari Bethel. Meminit *El* propter
» fortitudinem, & *Elohim* propter iustitiam contra Esau, Laban &c.

ISRAEL] Israelis, Iacob altare erigentis. TROPOLOG. de recto vsu & æstimatione diuitiarum, pete à S. Chrysost. *hom.* 59.



CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM.



1. EGRESSA est autem Dina filia
Liæ vt videret mulieres regionis
2. illius.* Quam cùm vidisset Sichẽ
filius Hemor Heuæi, princeps
terræ illius, adamauit eam:& rapuit,
& dormiuit cum illa, vi opprimens
3. virginem. * Et conglutinata est anima
4. eius cum ea,tristemq; deliniuit blanditiis. * Et pergens
ad Hemor patrem suum, Accipe,inquit,mihi
5. puellam hanc coniugem. * Quod cùm audisset
Iacob absentibus filiis, & in pastu pecorum oc-
6. cupatis, siluit donec redirent.* Egresso autem He-
7. mor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob, * ecce
filij eius veniebant de agro: auditóque quod acciderat,
irati sunt valdè eò quòd fœdã rẽ operatus esset
in Israël, & violata filia Iacob, rem illicitam
8. perpetrasset.* Locutus est itaque Hemor ad eos:Sichem
filij mei adhæsit anima filiæ vestræ:date eam
9. illi vxorem:*& iungamus vicissim connubia: filias
10. vestras tradite nobis,& filias nostras accipite. * Et
habitate nobiscum: terra in potestate vestra est,
11. exercete,negotiamini,& possidete eam.*Sed & Sichem
ad patrem & ad fratres eius ait: Inueniam
gratiam coram vobis: & quæcumque statueritis,
dabo,

dabo:* augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis:tantùm date mihi, 12.
puellam hanc vxorem.* Responderunt filij Iacob 13.
Sichem & patri eius in dolo, sæuientes ob stuprum
sororis: * Non possumus facere quod petitis, nec 14.
dare sororem nostram homini incircumciso:quod
illicitum & nefarium est apud nos.*Sed in hoc va- 15.
lebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri, &
circumcidatur in vobis omne masculini sexus,*tūc 16.
dabimus & accipiemus mutuo filias vestras,ac no-
stras: & habitabimus vobiscum, erimusque vnus
populus:*si autem circumcidi nolueritis, tollemus 17.
filiam nostram,& recedemus.* Placuit oblatio eo- 18.
rum Hemor, & Sichem filio eius: * Nec distulit 19.
adolescens quin statim quod petebatur expleret:
amabat enim puellam valdè & ipse erat inclytus in
omni domo patris sui.* Ingressique portam vr- 20.
bis,locuti sunt ad populum:* Viri isti pacifici sunt, 21.
& volunt habitare nobiscum: negotientur in terra
& exerceant eam, quæ spaciosa & lata cultoribus
indiget filias eorum accipiemus,vxores: & nostras
illis dabimus. * Vnum est, quo differtur tantum 22.
bonum:Si circumcidamus masculos nostros,ritum
gentis imitantes.* Et substantia eorum, & pecora, 23.
& cuncta quæ possident, nostra erunt: tantum in
in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnum
efficiemus populum.* Assensique sunt omnes, cir- 24.
cumcisis cunctis maribus.* Et ecce, die tertio quā- 25.
do grauissimus vulnerum dolor est:arreptis, duo fi-
lij Iacob,Simeon & Leui fratres Dinæ, gladiis,in-
gressi sunt vrbem confidenter: interfectisque om-
nibus masculis,* Hemor & Sichem pariter neca- 26.

ARGVMENTVM.

Dina rapitur: & vltio sumitur internecione Sichimorum.


INA] filia Iacob ex Lia, tum annorum fortè quindecim VERS. 1.
post discessũ è Mesopotamia nono malè cætus publicos 1.
virgo petiit,& ideo non virgo rediit. egressam puto cum Dinæ ætas
parentum consensu, mulieribus aliquot comitibus. & raptus.
VIDERET MVLIERES] virgines. † æquales suas. ideo Hebræ. 2.
Chald.& Græcè *filias*.curiositatis vitium *D. Bernardo tracta.d. gradi-* Mulier pro
bus humilitatis. REGIONIS] festum tunc fuisse vult Iosephus,ergo puella eu
omnes ad festum conuenerãt. virgine.
FILIVS EMOR HEVÆI] de stirpe Heuæi, filij Chanaan, nepotis VERS. 2.
Cham.*Genes.10.17.* 3.
PRINCEPS TERRÆ]hoc est filius Principis terræ. RAPVIT] quã Heuæus.
verbis nequibat inducere,vi in domum suam abripuit. DORMIVITQ.
CVM EA, VI OPPRIMENS VIRGINEM] coniunctim hoc totum ca-
pe: quia oppressit cum ea dormiens.vna voce,constuprauit. Quare nõ
admitto hic hysterologiam. Cauendus etiam error Procopij, qui pu-
tat puellam in stuprum consensisse : nam blanditijs deliniuit post stu-
prum, non ante.
CONGLVTINATA EST ANIMA EIVS] impotenter eam amauit. VERS. 3.
TRISTEMQVE DELINIVIT BLANDITIIS] Hebraismũ, *Locu* Anima con-
tus est † ad cor puella, optimè reddidit. significat enim dicere verba glutinata.
grata seu consolatoria. vt explicant S.Hieronymus Procop. & Chal- 4.
dæus.Isai.40.2. *Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eum.* Ose.2.14. Loqui He-
lactabo eam,& ducam eam in solitudinem,& loquar ad cor eius.vide Ada- braism.
gia sacra,§.175.ANAGOGIAM pete à D.Gregorio *p.3.Pastoral.admo-*
nit.30.
QVOD CVM AVDISSET] à comitibus Dinæ,qui effugerant;intel- VERS. 5.
lexisset filiæ raptum.
SILVIT] modestè tulit, & dissimulauit quod corrigere non po-
terat;Deo totum permittens.
HEMOR PATRE SICHEM] indulget filio, qui debebat corripere. VERS. 6.
VT LOQVERETVR AD IACOB] de futuris nuptijs.
ECCE FILII] hoc colloquium puto postridiè à raptu accidisse. VERS. 7.
IRATI SVNT] Hebraicè,*contristati sunt viri, & irati sunt valdè.* 5. Dolor vel
Nam iræ causa fuit tristitia.vnde cum dolor vel tristitia pro irã poni- tristitia pro
tur,causa pro effectu ponitur. FOEDAM REM. Hebraicè נבלה *Ne-* ira.
balah abiectionem, ignominiam, vnde Latinum *nebulo*. OPERATVS 5.
ESSET] Sichem. Nec vllum hic verbum est vnde potuerit, vel de- Nebulo vn-
buerit. Procopius colligere etiam Hemor Dinam incestasse. de.

6. IN ISRAEL] contra Iſrael patrem Dinæ.

Sic non fiet. Hebraiſmus. REM ILLICITAM PERPETRASSET] ſapienter explicuit Hebraiſmum, וכן לא יעשה *Vecem lo legbaſeh, & ſic non fiet*, quod Chaldæus exponit, ſic non debuerat fieri.

VERS. 8. Anima adhæſit. ADHÆSIT ANIMA] deperit filiam veſtram. ſup. v. 3. dixit; conglutinatam animam. hæ phraſes indicant amantis animam magis eſſe vbi amat, quam vbi animat.

VERS. 9. Imperatiuus pro futuro. ACCIPITE] hoc & ſequentia; *habitate. exercete, negotiamini poſſidete*; cuncta vim habet futuri conditionati, *accipietis habitabitis*. &c. ſubauditur, ſi nobiſcum conſenſeris.

VERS. 10. TERRA IN POTESTATE VESTRA] habitate eam, & colite arbitratu veſtro.

VERS. 11. INVENIAM GRATIAM CORAM VOBIS] annuite precibus meis.

QVÆCVNQVE STATVERITIS DABO] in compenſationem iniuriæ, & donationem propter nuptias.

VERS. 12. AVGETE DOTEM] licet ſponſæ ſit dotem ſponſo dare, non tamen id raptæ eſt. ideo ait ſe dotaturum illam de ſuo. Cedebat hoc in magnum puellæ commodum. quia dotis proprietas ei acquirebatur, manſura ſoluto matrimonio. cedebat etiam in Iacobi bonum, cuius erat filiam dotare. cedebat in fratrum lucrum, quibus ſic plenior hereditas paterna manebat. Tales virgines ſic gratis coëmptas Græci vocabant ἀλφεσιβοίας eò quod propter formæ decus facilè ſponſos inuenirent, vltro illis boues in dotem adducturos.

9. Vxor coempta gratuitò ἀλφεσίβοια.

Munera data ſponſæ fratribus. MVNERA POSTVLATE] etiam ampliſſima vobis dari, vt mos ſponſæ fratribus dare. *vide ſup. cap. 25. v. 53.*

Hanc totam reſponſionem & vltionem ſubſecutam præter rei geſtæ

VERS. 13. veritatem Ioſephus narrauit, vt perfidiæ notam à maioribus ſuis amoliatur.

10. Ioſephi locus. IN DOLO] fraudulenter. non enim ſic illos intendebant ad Dei cultum allicere, ſed vulneris dolore ægros opprimere. Iacob doli fuit ignarus.

VERS. 14. NON POSSVMVS] Iacob filijs permiſit, vt reſponderent quod ipſis videretur: illi capita contulerunt, & dolum meditati, pietatem crudelitati prætexunt.

VERS. 15. IN HOC VALEBIMVS FÆDERARI] ita demum licebit mutuis iungi connubijs.

SIMILES NOSTRI] ritum à Deo præceptum, ſicut nos, imitantes.

VERS. 17. TOLLEMVS] diſcedentes dehoneſtatam abducemus, vos Deo puniendos relinquentes.

VERS. 18. PLACVIT OBLATIO] optio, ſeu conditio oblata.

HEMOR] qui ſpe lucri mouebatur, & volebat filio complacere.

VT SICHEM] cui præ amore nihil difficile.

VERS. 19. INCLYTVS IN OMNI DOMO PATRIS SVI] totius familiæ hono-

11. Inclytus. ratiſſimus, & princeps, præcipuus, potentiſſimus. ſic ſup. 31. 1. *factus eſt inclytus*, quod alibi dicit, *magnificatus eſt valdè* ſup. 24. 35. LXX.

ἐνδοξότατος

ἐνδοξότατος honorabilissimus vt sic dicam.

PORTAM] vbi prætorium erat, & iudicia concionesque fiebant, & forum vænalitium. VERS. 20.

PACIFICI] pacificè nobiscum hactenus versati. vtitur ad persuadendum. primò necessitate communi, terræ colendæ & inhabitandæ. 2. ratione voluptuariâ connubiorum, quæ optanda Chananæis, eò quod Mesopotamiæ mulieres longè formosiores & meliùs moratæ. (*Tostatus.*) 3. lucro proposito, quia participes futuri opum Iacob. vnde patet nec Regem, nec subditos vlla pietate motos ad circumcisionem, sed illectos terrenis spebus. VERS. 21.

VNUM EST] non aliter sunt consensuri, nisi circumcidamur. VERS. 22.

NOSTRA ERUNT] non proprietate, sed comercio & communicatione ciuili. VERS. 23.

DIE TERTIO QUANDO GRAVISSIMUS VULNERUM DOLOR] Hoc de tertio & quarto die de cūctis vulneribus verissimū, esse docet auctoritas Hippocratis *lib. de fracturis*: rationes naturales pete à franc. Valesio *sacra philosoph. cap.* 12. & videbis inscitiam Caluini qui hanc opinionem (vt putat) solorum filiorum Iacob, ausus reprehendere. VERS. 25. 13. Dolor vulnerum verè maximus tertio & quarto die.

DUO FILII IACOB] secundum S. Chrysostomum soli: secundùm alios, vt duces ceterorum intelligo non fratrum qui videntur occisioni non interfuisse; sed familiæ quam hi duo ducebant. ỹ. *v.* 27. Tunc Simeon viginti vnius, Leui minor vno, annorum.

CONFIDENTER] vt in oppressos dolore, & nihil tale suspicantes.

OMNIBUS MASCULIS] vincerant enim & fouerant raptorem.

NECAVERUNT] Hebraism. *occiderunt ad os gladij*. h, acie gladij, Sic 2. Reg. 15.14. *percutiat ciuitatem in ore gladij.* לְפִי חֶרֶב *Lephi Charab.* VERS. 26. 14. Os gladij.

TOLLENTES DINAM DE DOMO SICHEM] vbi à die stupri manserat.

QUIBUS EGRESSIS] cùm Simeon & Leui sororem suam reduxissent: mox reliqui fratres (in Hebræo non habetur, *ceteri*, vt appareat etiam hos redisse statim accurrerunt amore spoliorum. VERS. 27.

DEPOPULATI] diripuerunt quæ placebant, cetera verò perdiderunt: permittente id Deo, quia peccatum Sichem cunctis placuerat, vt indicatur Iudith. 9. v. 2. & 3. *Deus patris mei Simeō, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores exstiterunt in coinquinatione sua & denudauerunt femur virginis in confusionem: & dedisti mulieres illorum in predā, & filias illorum in captiuitatem: & omnem predam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt Zelum tuum*] quo loco vide doctū & elaboratum Commentarium nostri Nicolai Serarij, de sacræ Scripturæ explicatione optimè meriti. 15. Sichimitæ cur omnes occisi vnius ob furias & noxam.

CUNCTA VASTANTES] Hebraicè eodem sensu. *Quidquid in ciuitate, & quicquid in agro depradati sunt.* Sic etiam LXX. VERS. 28.

PARUULOS QUOQUE EORUM] Hebraicè paullo pleniùs; *& omne robur* (hoc est substantiam) *eorum, & omnes paruulos* &c. & copiosius adhuc L X X. *καὶ πάντα τὰ σώματα αὐτῶν, καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν, καὶ τὰς γυναῖκας*, &c. *& omnia corpora eorum, & omnem su-* VERS. 29.

pellectilem eorum , & mulieres &c.vbi noster vitatâ prolixitate Hebræâ primum membrum præterijt,quod satis præcedenti vers. explicarat.
16. Græcum τὰ σώματα D.Augustinus ad seruitia restringit.constat serui-
σώματα. pro seruis. tia à Græcis σώματα vocati, ex Anthologiâ in epigramm. Σώματα πολλὰ τρέφει, &c. & ex Epiphanio *in Ancorato*. verùm Hebræus fons non patitur illic vocem sic arctari.

CAPTIVAS] cùm cædes & deprædatio fuerint iniustæ, credendus Iacob,vt resciuit,& potuit captiuos omnes liberos dimisisse , & quæ supererant bona illis restituisse.

VERS. 30. TVRBASTIS] metu & angore.

17. Fœtere facere. ODIOSVM FECISTIS] præclarè explicat idiotismum,*me fœtere fecistis*,de quo lege Adagia sacra §.46.


18. CHANANÆIS & PHEREZÆIS] qui sunt Heuæis vicini.

Viri numerus. Numerus. NOS PAVCI SVMVS] hæc vera explicatio gentium respectu , tam pauci vt vel puer numeret. Hebraicè , *Et ego viri numeri*. de quo lo-
VERS. 31. quendi modo lege Adagia sacra. §.47.

NVMQVID VT SCORTO] iratorum friuola excusatio.nam iniuria fuerat remissa & in gratiam reditum. ANAGOGIAM Pete à glossâ interlineali. videndus etiam D. Gregorius *Regesti lib. 3. capite* 101.

* *
*

CAPVT





CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.





NTEREA locutus eſt Deus ad Ia- 1.
cob: Surge,& aſcende Bethel, &
habita ibi,facque altare Deo, qui
apparuit tibi quando fugiebas
Eſau fratrem tuum. * Iacob verò 2.
conuocata omni domo ſua, ait:
Abiicite deos alienos qui in medio veſtri ſunt, &
mundamini,ac mutate veſtimenta veſtra. * Surgi- 3.
te, & aſcendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare
Deo:qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, &
ſocius fuit itineris mei. * Dederunt ergo ei omnes 4.
deos alienos,quos habebant, & inaures quæ erant
in auribus eorum: at ille infodit ea ſubter terebin-
thum,quæ eſt poſt vrbem Sichem. * Cumq; pro- 5.
fecti eſſent,terror Dei inuaſit omnes per circuitum
ciuitates:& non ſunt auſi perſequi recedentes.*Ve- 6.
nit igitur Iacob Luzam,quæ eſt in terra Chanaan,
cognomento Bethel: ipſe & omnis populus cum
eo, * Ædificauitque ibi altare,& appellauit nomen 7.
loci illius Domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus
cùm fugeret fratrem ſuũ. * Eodem tempore mor- 8.
tua eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ad
radices Bethel ſubter quercum; vocatumque eſt
nomen loci illius, Quercus fletus. * Apparuit autẽ 9.
iterum Deus Iacob poſtquam reuerſus eſt de Me-

10. sopotamia Siriæ, benedixitque ei, * dicens: Non
vocaberis vltrà Iacob, sed Israël erit nomen tuum.
11. Et appellauit eum Israël. * Dixítque ei. Ego Deus
omnipotens cresce, & multiplicare: gentes, & po-
puli nationum ex te erũt, reges de lumbis tuis egre-
12. dientur. * Terramq; quam dedi Abraham & Isaac,
13. dabo tibi & semini tuo post te. * Et recessit ab eo.
14. * Ille verò erexit titulum lapideum in loco quo lo-
cutus fuerat ei Deus: libans super eum libamina, &
15. effundens oleum: * vocansq; nomen loci illius Be-
16. thel. * Egressus autem inde venit verno tempore
ad terram, quæ ducit Ephratam: in qua cum partu-
17. riret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cæ-
pit. Dixitq; ei obstetrix: Noli timere: equia & hunc
18. habebis filium. * Egrediente autem anima præ
dolore, & imminente iam morte vocauit nomen
filij sui Benoni, id est, filius doloris mei: pater verò
19. appellauit eũ Beniamin: id est, filius dextræ.* Mor-
tua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit
20. Ephratam, hæc est Bethlehem. * Erexitq; Iacob ti-
tulum super sepulchrum eius: Hic est titulus mo-
21. numenti Rachel, vsque in præsentẽ diem. * Egres-
sus inde, fixit tabernaculum trans Turrem gregis:
22. * Cumq; habitaret in illa regione, abiit Ruben, &
dormiuit cum Bala concubina patris sui: quod il-
lum minimè latuit. Erant autem filij Iacob duode-
23. cim. * Filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon,
24. & Leui, & Iudas, & Issachar, & Zabulon. * Filij Ra-
25. chel: Ioseph & Benjamin. * Filij Balæ ancillæ Ra-
26. chelis: Dan & Nephthali. * Filij Zelphæ ancillæ
Liæ: Gad, & Aser: hi sunt filij Iacob, qui nati sunt
27. ei in Mesopotamia Syriæ. * Venit etiam ad Isaac
patrem

patrem suum in Mambre, Ciuitatem Arbee, hæc
est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham &
Isaac. * Et completi sunt dies Isaac centum octo- 28.
ginta annorum: * Consumptusq; ætate mortuus 29.
est & appositus est populo suo senex & plenus die-
rum: & sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui.

ARGVMENTVM.

Idolis Iacob familiam expurgat, & Deo iussus altare ædificat. nomen Israëlis ei confirmatur. Debora, Rachel, Isaac sepeliuntur, nato prius Benjamino: qui lucem recipiens matri ademit.



INTERRA] dum paret Iacob accolarum incursum, VERS. I.
Deus illi metum discutit & consolatur. *Chrysostom.* 1.
hom. 59.

BETHEL] vide sup. 28. 19. Seuerus *in Histor. Sacra,* Seueri Sul-
vel memoriâ lapsus, vel à librariis deprauatus *Bethleem* pitij locus.
vocat pro *Bethel.*

FACQVE ALTARE] vt promisisti cùm lapidem erigeres. *Iosephus.* 2.

DEO] Angelus hoc dicebat, sed Deum repræsentans. ideo ait; *lo-* Loquens de
cutus est Deus. Acutè D. Augustinus odoratus est idiotismum, quo se in tertia
persona loquens de se, quasi de aliâ loquitur in tertiâ personâ. Num. persona He
12. 6. *Propheta Domini,* hoc est meus. v. 7. *videt Dominum,* scilicet me. braism.
Ierem. 2. 17. *dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam.* vbi loquitur de se Deus ipse. Sic isto loco. DEO QVI APPARVIT TIBI significat, mihi qui apparui. Non tamen nego hanc locutionem, saltem quando Deus illam de se vsurpat mysterio non vacare, de quo consule Pererium *Commentar. tom. 3. in cap. 19 num. 42.*

DEOS ALIENOS] non quod sint Dij, sed quod ab alienigenis quasi VERS. 2.
Dij colantur. Hoc nunc ait, quia non antè furtum Rachelis intellexerat: & ideo metuebat ne similiter ex Sichimorum præda quidpiam huiusmodi penes familiam remansisset, vt planè verisimile. *Procopius.*

MVTATE VESTIMENTA] exuite sordida, induite munda, vt hoc 3.
cultu externo, munditiam animi, profiteamini. Contrarium præce- Vestes mū-
ptum habes Aaronis. Moysis; *Exod.* 33. 6 vbi vestes meliores iuben- das indue-
tur deponi in pœnam. Possemus etiam hîc exponere, MVTATE VE- bant Deo
STIMENTA, induite vos saccum ornatu deposito, vt sic per pœniten- operaturi.
tiam mundemini. Sed de consuetudine priore clarum testimonium habes. Exod. 19. v. 10. & 14.

VERS. 3. SOCIVS FVIT] itu in Mesopotamiam, reditu in Chananæam.

VERS. 4. INAVRES] non quibus fœminæ vtebantur vsu recepto; sed mundum quo idola & idololatræ ornari solebant. D. Augustinus q. 3. vocat *phylacteria Deorum.*

INFODIT] priùs confracta ac liquefacta. Sicut fecere Moyses & Ezechias *Exod.* 32. 20. 2. *Reg.* 18. 4. Potuisset materiam in vsum sacrum conuertere (licet Tostadus neget) sed noluit: ne quod vestigium superesset profani cultus. ANAGOGIAM pete à Ruperto *cap.* 12.

4. TEREBINTHVM] אלה *Helach*, genericum † nomen est, de quauis arbore, vnde licuit nostro hîc *terebinthum*, & alibi *quercum* vertere. *Josue vlt.* 26. *Isai.* 1. 29. *&* 6. *v. vlt. vbi plura.*

VERS. 5. TERROR DEI] ingens & à Deo immissus, ne auderent insequi discedentem. vide Adagiũ, *Panicus terror.* & Adagia sacra nostra. §. 48.

VERS. 6. QVÆ EST IN TERRA CHANAAM] ad differentiã alterius. *Iudic.* 1. 26.

OMNIS POPVLVS] numerosa eius familia.

VERS. 7. APPELLAVIT] priùs inditam appellationem *sup.* 28. 19. confirma-
5. Bethel. uit. Hebraicè dicitur appellasse *El Bethel El*, *Deus domus Dei* hoc est ara Dei cui nomen Domus Dei.

VERS. 8. DEBORA] tripliciter hoc nomen libri præferunt, quidam *Delbora*,
6. Debora. quidam *Debbora*, quidam *Debora*; quod vltimum Chaldaica paraphrasis & Hebræus fons confirmant. LXX. *Deborra.* De hac suo quid S. Chrysostomus dicat: sed magis probo traditionem Hebraicam, hanc initiò cum Rebeccâ venisse in Chananæam: & mox à Rebecca missam reuocare Iacobum: interea dum redit cum Iacobo, mortuam in viâ, vt hîc refertur. ALLEGORIAM pete ab Eucherio, *libr.* 3. *in Genes. cap.* 11. & Ruperto *lib.* 8. *cap.* 13.

AD RADICES BETHEL] ad imum montis in quo Bethel.

SVBTER QVERCVM] Romana editio, *super.* hoc est *ad* seu *prope.* Ego lectionem non mutem, quæ Complut. & Regionum Hebr. est *sub quercu* תחת האלון *Tachath Haallon.* Sic LXX. ὑπὸ τὴν βάλανον. Chaldæus. *in planicie vallis.* Vnde disco, quercum hanc in plano fuisse tam. אלון quid arboris sit nescio: Ezech. 27. 6. indicatur ex ea nauium remos fieri solitos: radix videtur אלל *leue.* nescio cur S. Ambrosius verterit *lentiscum* à quo cape ALLEGORIAM *lib.* 2. *de Iacob c.* 7.

7. Quercus fletus. QVERCVS FLETVS] sic vocata propter planctum, quem ibi fecit familia Iacob.

VERS. 9. ITERVM] proximè apparuerat, quando iussit eum in Bethel ascendere: nunc, postquam eò peruenerat. Sanè LXX. docent hanc apparitionem contigisse in Luzâ.

BENEDIXITQVE] cum nominis noui confirmatione, gratiæ donis, & virtutibus animum adauxit.

VERS. 10. NON VOCABERIS VLTRA] non amplius solo nomine *Iacob*, sed etiam nouo *Israel* compellaberis. *vide sup.* 32. 28. de vtroque nomine multa Honchala *in fine cap.* 45.

VERS. 11. OMNIPOTENS] *Sadai.* vt scias posse præstare, quod promisit.

CRESCE & MVLTIPLICARE] cresces & multiplicaberis. *Gentes & natio*

& nationes vocat, tribus (si Leuiticam annumeres) tredecim, multis gentibus & nationibus numero pares.

TIBI & SEMINI TVO] tibi dabo, quia semini tuo dabo. *Et* causale. VERS. 12.

LIBAMINA] Hebraicè in singulari; vt intelligamus, vinum: quod Iudæos libasse Num. 28. docebitur. VERS. 13. 8. Libamen vini.

VOCANSQVE] Hebraicè, *vocauit*, explicandum per imperfectum, postquam vocauerat. VERS. 15.

LOCI ILLIVS] nempè Luzæ; vt benè L X X. Iosephus & Chaldæus.

VENIT VERNO TEMPORE] longum foret omnes explicationes adducere, de quibus lege Lipomanum, Oleastrum, & Pererium. Varietas orta, quia ✝ nescitur quid כברת *Chbrath*, propriè significet, & 9. à qua radice descendat, & an sit simplex vna dictio, an verò composita: noster geminatam vocem esse censuit ex כ *Chi*, *circa*, & ברה *Barah*, *cibare*; vel eligere, vt sit ad verbum, *venit circa tempus quo terra cibos adfert* vel *gignit*: quod tempus anni selectissimum est: quod D. Hieronymus aliquãdo vocat *tempus viridationis*, vt hic *in Quæstionibus*: aliquando *tempus electum*, vt 4. Reg. 5. 19. aliquando *tempus vernum*, vt hic & Genes. 48. 7. quæ cuncta in vnum sensum confluunt. *Vide Pagninum in* ברה: verni temporis meminit, vt intelligamus propter auram calidiorem, obnoxiam putrefactioni, non licuisse cadauer Hebronem vsque perferre. Mortuam Rachel volunt Hebræi anno ætatis 36. puto plus quadraginta annis vixisse. *Pererius.* VERS. 16. 10. Viridationis tempus. 11. Rachelis mors ex partu.

AD TERRAM] paulò plus milliario ab Ephrata.

FILIVS DOLORIS] laboriosi partus. Cyrillus *in Cathena*, hoc ALLEGORICE de S. Paulo accipit: qui ante conuersionem, Ecclesiæ filius doloris, postea filius fortitudinis à Deo factus. VERS. 18. 12. S. Pauli figura.

PATER VERO] Iacob, iam defuncta Rachele, vt ostenderet se forti animo hunc casum ferre, nomen auspicatius indidit: *Filium dextræ*, quia robur præcipuum in dextera. Iosephus fallitur, cùm dicit Benjamin vocatum eo quod matri causa doloris; nisi typographi pro *Ben-oni*, posuerint *Benjamin*. Certè exstat hodie & ita Ruffinus vertit; βένιαμιν ἐκάλεσε, διὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ γενομένην ὀδύνην τῇ μητρί. Propter dolorem quem parturienti matri attulit. 13. Benjamin cur dictus. 14. Iosephi locus.

VIA QVÆ DVCIT] inter Hierusalem & Bethleem. VERS. 19.

VSQVE IN PRÆSENTEM DIEM[quo hæc scribo: videtur hoc, vel diuina reuelatione vel aliorum relatu accepisse. Nam ipse ad locum non accessit, nec vidit, vt puto. VERS. 20.

TVRRIM GREGIS] עדר *Gheder*: non puto fuisse Ierosolymam: sed locum inter Hebron & Bethleem. Probatur ex ipso D. Hieron. Turris gregis vno fermè lapide sita est à Bethleem: Bethleem verò ferè sexto lapide distat à Ierusalem. Distat ergo turris gregis longiùs à Ierosolyma, quàm à Bethleem: non ergo est Ierosolyma: & apud Micheam cap. 4. Ierosolyma figuratè dicitur, *Turris gregis*. Quod dixi asserunt etiam Eucherius, Rupertus, Tostadus. VERS. 21. 15.

VERS. 22. NON LATVIT] ex tam fœdo casu doloris & tristitiæ Iacob non meminit S. S. non quòd stupidus esset aut ἀνάλγητος, sed quia pro rei grauitate sat exprimi non posse videretur. Sanè & filio post maledicit moriens *inf.cap.*49. & statim Balam deseruit, nec vmquā attigit, iuxta Abenezram & Kimchi ex c.49.4. Vbi dicit à Ruben stratum suum pollutum. Ego id potiùs arbitror, quia nolebat sibi thorum cum filio communem. Sic enim Dauid postea abstinuit concubinis, quas Absalon incestarat. 2. *Reg* 16.22. *iuncto cap.*20.*vers.*3. ALLEGORICE Ruben est figura Synagogæ, iuxta S. Isidorum, vel hæreticorum iuxta Rupertum.

VERS. 26. IN MESOPOTAMIA] quid? Benjamin in Mesopotamia? Satum illic & conceptum volunt Cyrillus, Chrysostomus & Procopius: sed dici non potest, cùm tot annis Iacob in itinere fuerit. Dic cum D. Augustino *q.* 117. cùm vndecim fuerint nati in Mesopotamia, vnius Benjamin rationem non haberi, sed à cæteris denominationem sumi. Texitur autem hoc loco Catalogus iste, vt ante mortem Isaac, iam discernat prosapiam Iacob, à posteris Esau, genus electum à reprobo, de quo acturus cap. sequenti.

VERS. 27. VENIT] primùm à reditu ex Haram, parenti decrepito exhibiturus omne obsequium.

16. CIVITATEM ARBEE] Cariathatbe.

Mors Isaac. PEREGRINATVS] sine fixo domicilio.

VERS. 28. CENTVM OCTOGINTA] post aduentum Iacob anno decimotertio, cùm esset annorum centum viginti, & Ioseph annorum viginti nouem. *Vide Tostad. hic*, & corrige calculum Iosephi, qui addit Isaaco annos quinque.

VERS. 29. CONSVMPTVSQVE] deficiente calore naturali, & exarescente
17. humido radicali quod calorem naturalem conseruat, sicut lychni
Mortis causa. flammam oleum. Quare ad vitam diuturnam, necesse est hæc duo ita temperari, vt nec calor superabundante humido exstinguatur, nec humidum caloris in ipsum agentis vi absumatur.

APPOSITVS EST POPVLO SVO] patribus in lymbo. *Vide sup. cap.*25. *vers.* 8.

PLENVS DIERVM] satur vitæ.

SEPELIERVNT] apud Rebeccam, quæ priùs obierat.

ESAV & IACOB] filiorum munus est parentum iusta curare. Nota hic latentem Prolepsin: nam Ioseph venditus fuit, cùm esset annorum sexdecim: & proinde tredecim annis ante mortem Isaac.

CAPVT



CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM.




Æ ſunt autem generationes Eſau, 1.
ipſe eſt Edom. * Eſau accepit 2.
vxores de filiabus Chanaan : Ada
filiam Elon Hethæi,& Oolibama
filiam Anæ filiæ Sebeon Heuæi:
* Baſemath quoque filiam Iſmaël 3.
ſororem Nabaioth.* Peperit autem Ada,Eliphaz: 4.
Baſemath genuit Rahuel : * Oolibama genuit Ie- 5.
hus & Ihelon & Core : hi filij Eſau qui nati ſunt ei
in terra Chanaan. * Tulit autem Eſau vxores ſuas 6.
& filios & filias, & omnem animam domus ſuæ,&
ſubſtantiam,& pecora , & cuncta quæ habere po-
terat in terra Chanaan : & abiit in alterãm regio-
nem,receſſitq́ue à fratre ſuo Iacob. * Diuites enim 7.
erant valdè , & ſimul habitare non poterant , nec
ſuſtinebat eos terra peregrinationis eorum præ
multitudine gregum. * Habitauítque Eſau in 8.
monte Seir, ipſe eſt Edom. * Hæ autem ſunt ge- 9.
nerationes Eſau patris Edom in monte Seir , * & 10.
hæc nomina filiorum eius:Eliphaz filius Ada vxo-
ris Eſau : Rahuel quoque filius Baſemath vxoris
eius. * Fuerúntque Eliphaz filij : Theman, Omar, 11.
Sepho,& Gatham,& Cenez. * Erat autẽ Tham- 12.
na , concubina Eliphaz filij Eſau : quæ peperit ei
Amalech : hi ſunt filij Ada vxoris Eſau. * Filij au- 13.

tem Rahuel: Nahath & Sara; Summa & Meza:
14. hi filij Basemath vxoris Esau: * Isti quoque erant
filij Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeō, vxoris Esau,
15. quos genuit ei Iehus & Ihelon & Core. * Hi duces
ces filiorum Esau: Filij Eliphaz primogeniti Esau:
dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez,
16. * dux Core, dux Gatham, dux Amalech: hi filij
17. Eliphaz in terra Edom, & hi filij Ada. * Hi quoque
que filij Rahuel filij Esau: dux Nahath, dux Zara,
ra, dux Samma, dux Meza: hi autē duces Rahuel
18. in terra Edom: isti filij Basemath vxoris Esau. * Hi
autem filij Oolibama vxoris Esau: dux Iehus, dux
Ihelon, dux Core: hi duces Oolibama filiæ Anæ
19. vxoris Esau. * Isti sunt filij Esau, & hi duces eorū:
20. ipse est Edom. * Isti sunt filij Seir Horræi, habita-
21. tores terræ: Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Ana, *
& Dison, & Eser & Disan: hi duces Horræi, filij
22. Seir in terra Edom. * Facti sunt autem filij Lotan:
Hori & Heman: erat autem soror Lotan, Thamna.
23. na. * Et isti filij Sobal: Aluan & Manahat & Ebal,
24. & Sepho & Onam. * Et hi filij Sebeon: Aia &
Ana. Iste est Ana qui inuenit aquas calidas in so-
25. litudine, cùm pasceret asinos Sebeon patris sui: *
26. habuítque filium Discon, & filiam Oolibama. * Et
isti filij Dison: Hamdan, & Esban, & Iethran, &
27. Charan. * Hi quoque filij Eser: Balaan, & Zauan,
28. & Acan. * Habuit autem filios Disan: Hus, &
29. Aran. * Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux
30. Sobal, dux Sebeon, dux Ana, * dux Dison, dux
Eser, dux Disan: isti duces Horræorum qui impe-
31. rauerunt in terra Seir. * Reges autem qui regnauerunt
runt in terra Edom antequam haberent regem
filij

filij Israel, fuerunt hi: * Bela filius Beor, nomenque 32.
vrbis eius Denaba.* Mortuus est autem Bela, & re- 33.
gnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Bosra.* Cumq; 34.
mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam de de
terra Themanorũ.* Hoc quoq; mortuo, regnauit 35.
pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in
regione Moab: & nomen vrbis eius Auith.* Cum- 36.
que mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla
de Masreca: * Hoc quoque mortuo regnauit pro 37.
eo Saul de fluuio Rohoboth.* Cumq; & hic obiis- 38.
set, successit in Regnum Balanan Filius Achobor.
* Isto quoq; mortuo regnauit pro eo Adar, nomen 39.
q; vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eius Mee-
tabel, filia Matred filiæ Mezaab.* Hęc ergo nomi- 40.
na ducũ Esau in cognationibus, & locis, & vocabu-
lis suis: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth,* Dux 41.
Oolibama, dux Ela, dux Phinon,* dux Cenez, dux 42.
Themam, dux Mabsar, * dux Magdiel, dux Hiram: 43.
hi duces Edom habitantes in terra
imperij sui: ipse est Esau pa-
ter Idumæorum.

LLl ARGV



ARGVMENTVM.

Continetur separatio perpetua Iacobi & Esau,& huius posteritas.

VERS. 1. ENERATIONES] hæ isto loco & 1.Paralip.1. ponuntur, vt ostendatur non irrita fuisse benedictio patris,& quia Idumæos,cum Iudæis in vnam gentem coalituros, Deus ab illis pro fratribus haberi voluit. *Deutero.* 23. 7. IPSE EST EDOM] est idem qui alio nomine Edom nuncupatur.Scitum est Hebræos,solitos habere plura nomina,vnde† magnæ tenebræ oriuntur in Genealogiis dum vno loco vnum,alio aliud ponitur:quòd non considerantes quidam desperant de conciliatione huius catalogi cũ 1.paralip.1.*à nu.35.vsque ad finem* Consuetudo ista etiam in mulieribus obtinuit,vt de Sarâ dictum,quæ & Iezka. Sequamur Cyrillum & Procopium,qui obseruant vxores Esau & earũ parentes aliis nominibus hic nuncupari,ac supra cap 26.34.&cap 28. v.9.nempe quę hic dicitur *Ada filia Elon Hethæi* illic *Iuditha filia Beeri*:& quæ illic *Basemath filia Elon,* hoc loco *Oolibama filia Anæ*; quæ hic Besameth *filia Ismahel,*illic *Mabeleth* nominata.

1. Nomina plura soliti habere Hebræi.

Locus 1. Paralip 1.a v.35.

Esau vxorum nomina.

VERS. 2. ESAV]multa hîc per recapitulationem dicta. FILIAM ANÆ FILIÆ SEBEON HEVÆI] cùm sic in plerisque membranis legatur, & Hebræa Chaldæaque suffragentur tum hîc,tum infrà v.14. & Pontificia editio hoc confirmet; corrigenda est Fran. Lucæ *Annotatio.7. in Genes.*Nec enim sensus hinc elicitur,vt satis callidè scripsit,nugax aut falsus;sed commodus iste:Oolibamam fuisse quidem filiam Anæ, sed neptem Sebeonis.Obserua mulierem hîc à patre & auo commẽdari.

VERS.6. TVLIT AVTEM ESAV] non,vt somniant Iudæi,armis Iacobi coactus,sed spontè suâ,Deo ad hoc illum permouente†:vt Iacobi posteris libera sine cæde fratrum Idumæorum maneret possessio Chananææ.Discesserat quidem prius Esau in Seir, sed non animo planè deserendi Chananæam : quare cum vniuersâ familia ad funus patris redierat,in Hebron habitaturus:sed propter gregum multitudinem & angustiam pascuorum mutatâ sententia reuertitur eô vnde venerat. *vide August.q.119.* OMNEM ANIMAM] personas omnes familiæ suæ.PECORA QVÆ HABERE POTERAT]possessionem omnem quàm acquisierat. ALTERAM]aliam ab Hebrone. hoc à nostro vt & à Chaldæo claritatis causa fuit adiectum.*altera* autem hæc est,Seir.

2. Esau cur discesserit ex Chananæa.

3. Anima pro persona

VERS.7. DIVITES &c]maior illis gregum & familiæ multitudo erat,quàm vt pacificè loca Hebroni vicina simul possent incolere. Imitatus Esau consiliũ proaui sui Abrahæ,qui eâdem de causa separatus est à Loth nepote suo:& fortè eandem optionem Iacobo proposuerat.

NEC SVSTINEBAT] id est quia non sustinebat.subauditur *enim.*

VERS.8. IPSE EST EDOM]ipse nõ mons,sed Esau.Hîc LXX.addunt Glossam de

ſam de habitatione Iacob quæ,quæ nec eſt Hebraicè nec Chaldaicè, nempè:*habitauit autem Iacob in terrâ quâ habitauit pater ſuus, in terrâ Chanaan.*

Nota eoſdē hîc poſteros Eſau repeti.primò ponũtur nudè, ſine vl- VERS.9.
lo addito.2.vt duces,3.vt Reges.4.iterũ vt duces.Cauſa eſt,quia Idu- 4.
mæi primò† ſunt amplexi ariſtocratiã,poſtea monarchiã,tertio rurſus Eſau pa-
ad ariſtocratiã redierũt.hoc enim diſcrimen inter ducs & Reges fuit: ſtorũ genea
quia duces ſinguli ſuæ tribui & toparchię præerant,ſed ex cõcilij ſen- logia.
tẽtiã regebãt.Reges verò,vnus toti Idumęæ pleno iure imperabat.Tã 5.
duces autem quàm Reges Idumæis electiui fuerunt:de Ducibus con- Idumęorũ
ſentiunt omnes; de Regibus probat Toſtadus.quia ponuntur Regni respublica
ſucceſſores,non defunctorum filij, ſed aliorum : quod argumentum & politia.
tam en non conuincit.Illud certiùs,etiam poſt Saulem, quo tempore 6.
Reges in Iudæâ fuerunt, Idumæos iterùm ſibi Reges præfeciſſe: & Duces à Re-
poſtea demum cùm in Ariſtocratiâ degerent,Iudæis iunctos. gibus in quo differrent.

Patris Edom]Idumæorum.ſicut enim ab vnó eius nomine *Seir*
monti nomen: ſic ab *Edom* altero,toti genti nomen impoſitum.Græ- Idumæi ab
ci leniùs inflectentes *Idumaos* vocarũt.Quare falſus Strabo *lib*.16.ori- Edom orti.
gine Nabathæos eſſe, & ſeditione pulſos patriâ. falſus etiam Stepha- Strabonis
nus περὶ πόλεων, eos à filio quodam Semiramidis ortos, ſicut ab alio locus.
eius filio Iudâ Iudæos. falſiſſimi verò Abenezra & Rabbini alij,qui Stephani
Romam vocant Edom,& Pontificem Romanũm monachum Edo- locus.
mæum appellant. quid vanius? In monte seir]commorantis.

Filiorvm eivs]nomine filiorum† poſta nepotes quoque com- 8.
prehendit.ſicut Matth.1.1.Christvs dicitur *filius Dauid filij Abra-* Filius pro
ham. nepote.

Thamna].1.Paralip.1.etiam eſt quidam filius Eliphaz hoc nomi- VERS.12.
ne:non conſtat an hæc fuerit fornicaria an vxor.

Filii seir horræi] iſti *Horræi* fuerunt incolæ montis Seir quos VERS 20.
Deut.2.Eſauitæ expulerunt.nominantur quia Thamna fuit ſoror Lo- 9.
thani vnius ex ducibus Horræorum.*ſic.R.Moſes in cathenâ.* Horræi.

Qvi invenit aqvas calidas]miror hic audaciã Iſidori Cla- Vers. 24.
rij quod auſus ſit aſſerere noſtrũ halucinatũ:& miror etiã alios quoſ- 10.
dã recentiores,tã pertinaciter hîc tueri,*mulos* pro aquis:eò quòd nunc Aquarum
Hebraicè legatur ימם *Iemmim*.cùm veriſſimum ſit,nec vnũ illos locũ calidarum
adducere poſſe, vbi *Iem* vel *Iã* ſignificet mulũ:vbi verò *Iam* ſignificet inuenio.
mare,loca ſint numeroſa. Punctorũ quoque ſeu pronunciationis di-
uerſitas(vt verè ſcribit Oleaſter) non eſt idonea cauſa mutandæ ſi-
gnificationis.Nec ignorauit opinionem illam de *mulis* D. Hierony-
mus,cùm retulerit, & de vocis ſignificatione, quæ poſtmodum om-
nes,vnus ipſe paucis indicarit;ſed eam non probauit.Aquas ergo cali- 11.
das retineo tantam auctoritatem ſecutus,quia quaſlibet aquarum cõ- Mulorum
gregationes Hebræi *iamim* vocant *Genes*.1.10.reperit ergo hîc aquarũ inuentio.
calidarum ſcaturiginem,in arido & deſerto loco,quod rarum.*ſic Euſebius,Diodorus,Theodoretus,& Procopius.*Noſter, *calidas* addidit,quod
non eſt in Hebræo;ſed aliquâ traditione noſter acceperat tales fuiſſe,

LLl 2 quales

quales ſulphureæ & medicatæ eſſe ſolent: vel ſanè id ex ſignificatio-
12. ne vocis Punicæ, quæ ex Hebræâ deſcendit & ſic aquas calidas vo-
Aenan. cat, & deſumpſit, quod viſum B. Hieronymo. Fortaſſis ſeptuaginta
nomen proprium ſcatutiginis expreſſerunt. *ἰαμὶν* Procopius quidem
ex Euſebio refert *Aenan* locum fuiſſe deſertum vaſtumque humano
cultu, inter Aeliam & Dioſpolim, & ibi fontem ſcaturire, apud quem
indigenæ quoddam idolum venerati. Quid Chaldæum mouerit in-
terpretari *gigantes*, niſi fortè *Enacim* legerit? Aquila & Symmachus
cum plurali numero *τοὺς ἰαμεὶν* verterunt, Hebræum nomen retinent,
& plurale ſignificatum addito articulo exprimunt. Eugubinus planè
hîc temerarius fertur, & dignus caſtigatione.

VERS. 30. IN TERRA SEIR] ante Eſau.

VERS. 31. ANTEQVAM HABERENT REGEM] propriè dictum, vnctum & à
Deo datum, Saulem: hoc autem Moyſes, vt & aliâ multa dicit pro-
phetico ſpiritu.

VERS. 32. DENABA] fortè, quæ *Damnaba* tempore D. Hieronymi, octauo
13. lapide ab Areopoli pergentibus Arnonem.
Denaba. IOBAB] idem qui Iob, exemplar patientiæ: docet hoc doctè quæ-
VERS. 33. ſtionem diſcutiens Commentariis (vt auguror & ſpero) æternis, no-
14. Iob. ſter Pineda *in c. 1. Job. v. 1. à nu. 31.* Et Pererius *hîc diſp. 2.* BOSRA] ſita
15. inter Adram & Adramam, prope torrentem Iabor.
Boſra. THEMANORVM] regionem accipio quam Ptholomæus vocat
VERS. 34. *Themorum* vbi ſinus Magorum, ſitus inter mare & Seenytin. aliud eſt
Themam. Thema. oppidum *Thema*, non procul à montibus Babyloniæ: aliud propè pe-
VERS. 36. tram Arabiæ; ex quo fors Eliphaz iſte.
16. MADIAN] vrbs à filio Cethuræ ſic vocata, à qua Regio Ma-
Madianæa. dianæa *ſic Hieronymus.* fortè alia à Madianiâ & Madianâ, vnde dicta
Madiana. Madian. regio Madian & populi Madianitæ: ideo diſcriminis gratiâ addit, *in*
Auith. *terrâ Moab*, ſignificans eam quæ Moabitis annumeratur. ANITH]
VERS. 38. quæ & Gethaim, vicina eſt Maſraca, ambo oppida Idumes.
17. SAVR DE FLVVIO ROCHOBOTH] de ciuitate Rochoboth, quæ pro-
Rochoboth pè amnem ſita. 1. *paralip.* 1. 48. amnem, intelligo Euphratem *Chaldæ.*
VERS. 39. PHAV] quæ & *Phogo*, in Idumæa.
Phau. DVCVM ESAV IN COGNATIONIBVS] filiorum Eſau, qui fuerunt
VERS. 40. duces & capita cognationum habitantium in Seir, per loca ſibi
attributa in regionibus, quas ſinguli à ſuo nomine
appellarunt. Procopius ſcribit fuiſſe to-
parchias trecentas & quin-
que, niſi liber ſit
mendo-
ſus.



CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM.





Abitauit autem Iacob in terra 1.
Chanaan, in qua pater suus pere-
grinatus est.* Et hæ sunt genera- 2.
tiones eius: Ioseph cum sedecim
esset annorũm, pascebat gregem
cum fratribus suis adhuc puer: &
erat cum filiis Balæ & Zelphæ uxorum patris sui:
accusauítque fratres suos apud patrẽ crimine pes-
simo.* Israel autem diligebat Ioseph super omnes 3.
filios suos, eò quòd in senectute genuisset eum: fe-
cítque ei tunicam polymitam.* Videntes autem 4.
fratres eius quòd à patre plus cunctis filiis amare-
tur, oderant eum, nec poterant ei quidquam paci-
ficè loqui.* Accidit quoque vt visum somnium re- 5.
ferret fratribus suis: quę causa maioris odij semina-
rium fuit.* Dixitque ad eos: Audite somnium 6.
meum quod vidi: * Putabam nos ligare manipu- 7.
los in agro: & quasi consurgere manipulum
meũ, & stare, vestrósque manipulos circũmstantes
adorare manipulum meũ.* Responderunt fratres 8.
eius: Nũquid rex noster eris? aut subiiciemur ditioni
tuæ? Hęc ergo causa somniorũ atque sermonũ, in-
uidiæ & odij fomitẽ ministrauit.* Aliud quoque vi- 9.
dit sõniũ, quod narrãs fratribus, ait: Vidi per sõniũ,
quasi Solẽ, & Lunã, & stellas vndecim adorare me.

10. *.Quod cùm patri suo,& fratribus retulisset,incre-
pauit eum pater suus, & dixit. Quid sibi vult hoc
somnium quod vidisti? num ego & mater tua, &
11. fratres tui adorabimus te super terram?* Inuidebāt
ei igitur fratres sui:pater verò rem tacitus conside-
12. rabat. * Cúmque fratres illius in pascendis gregi-
13. bus patris morarentur in Sichem. * dixit ad eum
Israël:Fratres tui pascūt oues in Sichimis:veni,mit-
14. tam te ad eos. Quo respondente:* Præsto sum, ait
ei:Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres
tuos,& pecora, & renūcia mihi quid agatur. Mis-
15. sus de Valle Hebron,venit in Sichem:* inuenítque
eum vir errātem in agro,& interrogauit quid quæ-
16. reret.* At ille respondit:Fratres meos quæro,indica
17. mihi vbi pascant greges.* Dixítque ei vir: Recesse-
runt de loco isto:audiui autem eos dicentes:Eamus
in Dothain. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos,
18. & inuenit eos in Dothain. * Qui cùm vidissent
eum procul,antequam accederet ad eos,cogitaue-
19. runt illum occidere: * & mutuo loquebantur: Ecce
20. somniator venit:*venite,occidamus eum,& mitta-
mus in cisternam veterem:dicemusq́ue,Fera pessi-
ma deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi pro-
21. sint somnia sua.* Audiens autem hoc Rubē, nite-
batur liberare eum de manibus eorum, & dicebat:
22. *Non interficiatis animam eius,nec effundatis san-
guinem:sed proiicite eum in cisternam hanc, quæ
est in solitudine, manusq́ue vestras seruate inno-
xias:hoc autem dicebat,volens eripere eum de ma-
23. nibus eorum,& reddere patri suo.* Confestim igi-
tur,vt peruenit ad fratres suos,nudauerūt eum tu-
24. nica talari, & polymita: * miseruntque eum in ci-
sternam

ſternam veterem, quæ non habebat aquam. * Et 25.
ſedentes vt comederent panem, viderũt Iſmaëlitas
viatores venire de Galaad, & camelos eorum por-
tãtes aromata, & reſinam, & ſtacten in Ægyptum.
* Dixit ergo Iudas fratribus ſuis: Quid nobis pro- 26.
deſt ſi occiderimus fratrem noſtrum, & celaueri-
mus ſanguinem ipſius? * Meliùs eſt vt venundetur 27.
Iſmaëlitis, & manus noſtræ non polluantur: frater
enim, & caro noſtra eſt. Acquieuerunt fratres ſer-
monibus illius.* Et prætereuntibus Madianitis ne- 28.
gotiatoribus, extrahentes eum de ciſterna, vendi-
derunt eum Iſmaelitis, viginti argenteis: qui duxe-
runt eum in Ægyptum.* Reuerſuſque Ruben ad 29.
ciſternam, non inuenit puerum: * & ſciſſis veſti- 30.
bus pergens ad fratres ſuos, ait Puer non comparet,
& ego quò ibo? Tulerunt autem tunicam eius, & in 31.
ſanguine hœdi, quem occiderant, tinxerunt: * mit- 32.
tentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc in-
uenimus: vide vtrum tunica filij tui ſit, an nõ.* Quã 33.
cùm agnouiſſet pater, ait: Tunica filij mei eſt, fera
peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph. * 34.
Sciſſiſque veſtibus, indutus eſt cilicio, lugens filiũ
ſuum multo tempore.* Congregatis autem cunctis 35
liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit con-
ſolationem accipere, ſed ait: Deſcendam ad filium
meum lugens in infernum. Et illo perſeuerante in
fletu,* Madianitæ vendiderunt Ioſeph in Ægypto 36.
Putiphari eunucho Pharaonis magiſtro militum.

ARGVMENTVM.

Ioseph sua narrat somnia, concitat in se fratrum odia, & ab his venditus, seruit Putiphari Aegyptio.

VERS. 1.  N QVA,] Hebron, Iosephus, & hoc additur in quibusdam libris.

1. Generatio pro gestis ab hominibus illustrẽ poris. ET HÆ SVNT GENERATIONES] hæ sunt res gestæ & euenta Iacob in generationibus seu filijs eius memoratis supra *cap.35.23*. ita generatio accipitur sup. 6.9. *Hæ sunt generationes Noe. Noe vir iustus* &c. ibi vide: hoc sensu dies crastina dicitur parere euentum, quem adducit, Prou. 27.1. *ne gloreris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies.*

VERS. 2. 2. Ioseph figura CHRISTI. Iosephi gesta qui explicarint. IOSEPH] hinc † incipit historia Iosephi, qui fuit illustrissima figura CHRISTI Domini patientis & resurgentis; de illa videndi Iosephus *ab initio lib.2. Antiquita.* Philo *lib. de vita ciuili*, Ambrosius *lib. de Sancto Ioseph*, & Chrysost. *ad homil.61.*

CVM SEDECIM] omnino expletorum, inchoato XVII. quare Hebr. Chald. LXX. & Iosephus dicunt *septendecim*. & Philo, erat circiter septendecim annorum.

3. Puer de innocẽtia vitæ. PVER] iuuenis ætate, sed vitæ innocentiâ puer. sicut de Saule dicitur, 1. *Reg.13.1. filius vnius anni erat Saul, cùm regnare cœpisset.*

ERAT CVM FILIIS BALÆ & ZELPHÆ] fortè Iacob gregum curam diuiserat, ita vt partem curarent sex filij Liæ, alteram quatuor filij ancillarum; cum quibus Iosephum iunxit, quia non tam ægrè ferebant isti, minorem natu sibi præferri. priores illi tumebant vxore primariâ, & superstite adhuc, & seniore & ingenuâ, nati.

4. Ioseph accusauit, & accusatus fuit. ACCVSAVITQVE.] hodie sic est in Hebræo & Chaldæo. & sic Aquilam vertisse, & Symmachum, & Theodotionem testatur Diodorus Tarsensis: de Aquilâ dissentit Procopius. difficultas est propter LXX. nam quidã libri & in his Complutenses & Regij habent vt noster, κατήνεγκεν *accusauit*, vt Ioseph fratres detulerit; quod etiam legit

5. LXX. cõciliati nostro. Theodorus. Contra Aldini & Romani codices habent, κατήνεγκαν *accusauerunt autem* vt ipsi fratres Iosephum detulerint, & ita legerunt Theodoretus, Diodorus, Cyrillus, Chrysostomus, & Isidorus Pelusiota. Suspicor sic LXX. vertisse, eò quod non volebant verbum verbo reddere, sed indicare allegoriam de CHRISTO qui fuit accusatus à Iudæis: quos fratres repræsentabant. Aduersabatur huic conciliationi nostræ quod allegoria ab Historia & typus dissentiat à fonte. Non dissentit, sed superaddit. Nam intelligenda recriminatio. Ioseph prior detulit; illi vicissim recriminati. sic CHRISTVS prior Iudæos maximè Pharizæos & scribas accusauit, quod essent hypocritæ, superbi, filij Diaboli, pulchra dealbata, & hæc verè: illi falsa reprehenderunt. vini potor, energumenus

menus, seditiosus, hæreticus, blasphemus. Priorem accusationem Hebræus textus, posteriorem illud *καλάκλησιν* Græcorum indicauit.

FRATRES] quibuscum versabatur, & ante fraternè admonitos. *D.Thom.2.2.q.33.a.7.ad 2.* hæc delatio fuit causa odiorum, quod filios Balæ & Zelphæ (de quibus hoc Cyrillus accepit:) cæteræ causæ magis attinent ad filios Liæ.

CRIMINE PESSIMO] Hebræum דבה *Dibbah*, à radice דבב *Dabab*, significat oblocutionem seu infamiam aliquam rumore perlatam seu acceptam: quare assentior explicantibus † Iosephum patri 6.
detulisse, quomodo & quid fratres de se murmurarent, & patri obloquerentur, & in se exasperatentur. Quod crimen meritò vocat *pessimum*, quia natum ex inuidia (vt optimè cecinit S. Orientius *in Monitis*:) quæ contraria virtuti optimæ caritati, & quidē in personas adeò coniunctas patrem & fratrem. Quæ verò de crimine contra naturam tradunt Hugo de S. Victore & S. Thomas, coniecturis parùm firmis nituntur. Hebraicè est, *de infamia mala*: sed illi carent superlatiuis. Crimē pessimum, quid hoc loco. Inuidia.

EO QVOD IN SENECTVTE] hæc vna amoris causa, quam Iosephus omisit, eò quòd phrasim hanc aliter capiebat, quàm noster. Hebraicè est, *filium Senectutum*, plurale pro singulari: quod putauit Iosephus significare † grauem, modestum, & senilibus moribus, quod secuti: Chaldæus, Theodoretus, Pelusiota, & Paulus de sancta Maria, qui vulgò Burgensis vocatur; quem hic meritò laudat veris laudibus, Eugubinus: Sed Philo Iudæus accepit vt noster, & meliùs. Nam Genes. 44. vers. 20. eadem phrasis ponitur de Benjamino; quem satis ridiculum foret dicere dilectum à patre virtutis & prudentiæ senilis gratia. Quid enim tale in eo emicuit? & clarè noster explicat, *qui in senectute eius natus est*. Vbi Chaldæus & L X X. retinent idiotismum; *filius senectutis*. Et tum quando natus, non potuit cerni an prudens futurus, necnè. Cùm hæc de Iosepho dicta; natus, sed nondum ablactatus Benjamin erat. Ioseph genitus *in senectute* patris respectu fratrum cæterorum, non respectu Benjamin. Hanc amoris causam Iacob prætexebat, vt minùs inuidiosam: etsi aliæ quoque suberant. *Lege S. Chrysostom. d.hom.61.* VERS. 4. 7. Iosephi locus. Filius senectutis, quid.

POLYMITAM] Hebræum פשים *Passim*, frustorum, filorum vel 8.
liciorum varietate distinctam. L X X. *ποικίλην variam*. Aquila *talarem ἀςραγάλωτον*, Symmachus *manicatam*. Symm. attendit ad partem formæ; Aqu. ad longitudinem: LXX. & noster ad colorem. Plinius » *lib. 8. cap. 48.* Colores diuersos picturæ intexere Babylon maximè » celebrauit, & nomen imposuit. Plurimis verò liciis texere, quæ poly» mita appellant, Alexandria instituit: scutulis diuidere, Gallia.] Sic ille, de origine falsus: quot enim sæculis recentior Iacobo Rex ipse conditor Alexādriæ? de significatione rectè. Sic *τρίμιτος trilix* Polluci. Polymita, quidā volunt Romanis *mulitia* dicta: de quibus Martialis. Polymita. Conciliatæ versiones. Plinij locus. τρίμιτος. Mulitia. VERS. 4.

ALLEGORIAM huius tunicæ Rupertus *cap.19. & 20.* 9.

Causæ odij. 1. amor iste patris. 2. delatio criminis. 3. tunica poly- Odij in Ioseph causæ.

MMm mita

mita continuè oculos lædens. 4. ſomnia. TROPOLOGIAM Caſſianus *collat.* 18. 17. *D. Gregorius lib.* 5. *in Iob cap.* 33. *&* 34.

VERS. 7. 10. Somniũ de manipulis Ioſeph. LIGARE MANIPVLOS] ſignificat ſomnium, in Ægyptum profectionem fratrum pro frumento, & eorum adorationem. *Theodoret. quæſt.* 93.

VERS. 8. Ioſephi locus. REX NOSTER] cùm ſis natu minor, te nobis in Regem præficiemus? aut an vi & armis coactos tibi nos ſubdes? Apertè hic Ioſephus fallit, tradens eos puero non indicaſſe ſuſpicionem ſuam. Rectiùs iſta referuntur à Philone.

FOMITEM] cauſa fuit inuidiæ & odij maioris.

VERS. 9. 11. Ioſephi ſomnium 2. de ſideribus. ALIVD QVOQVE] ſimiliter † à Deo immiſſum ſomnium, quod eodem tendebat & geminatione ſua præcedentis certitudinẽ aſtruebat: ſicut dicitur infer. 41. 32. *Secundò ad eandem rem pertinens ſomnium: firmitatis indicium eſt.*

STELLÆ VNDECIM] fratres vndecim: ergo iam natus Benjamin & mortua Rachel: alioquin decem tantùm forent.

VERS. 10. Ioſephi locus. INCREPAVIT EVM] nec infenſus, nec dicta vilipendens: ſed hoc pacto liuorem fratrum prudenter leniturus. Ne hæc quidẽ ſatis verè Ioſephus.

MATER TVA] verba, quæ accipienda vt ſomniũ confutantis. q. d. Non vides, quàm vanum ſit ſomnium tuum? quis credat me, patrem tuum, quem Sol videtur ſignificare; & matrem, per Lunam indicata, quæ iam ſepulta, te ſuper terram adoraturos? Nam de Rachele mortua hoc capiunt Auguſtinus, Rupertus & alij. Quo ergo pacto verũ ſomnium? dices. Putem hoc ſomnio non indicari, omnes Ioſephum actu adoraturos: ſed illum ad tantam dignitatem euehendum, vt ratione dignitatis etiam à patre & matre illi ciuilis adoratio deberetur. Certum enim, quemadmodum fratres ipſum ignotum adorarunt; ſic ſi pater & mater ad ignotum in Ægyptum veniſſent, eodem illum modo fuerint adoraturi, quod lege lata fieri Rex Pharao iuſſerat. Hac ergo lege lata ſomnium impletum puto. ALLEGORIAM pete à D. Auguſtino *ſerm.* 81. *de tempore,* & Ruperto *cap.* 22.

VERS. 11. REM TACITVS] ſuſpicans à Deo immiſſa, euentum exſpectabat.

VERS. 12. 12. Ioſeph mittitur ad fratres. IN SICHEM] Dei prouidentia fiebat, ne Sichimitæ in ſuo territorio verſantibus, quicquam damni dare auderent. Ioſephum pater domi retinuerat, vt tempus & abſentia inuidentiæ morbo mederentur. Poſt aliquot tempus iam ratus odia euanuiſſe, vt benè Philo; dixit ſequentia.

VERS. 13. Ioſephi locus. FRATRES TVI] conſcio ergo patre illic agebant, vt verè Philo; fallitur Ioſephus, qui putat ignarum.

VERS. 15. ERRANTEM IN AGRO:] ignarum vbi fratres inueniret, & palantem.

VERS. 17. Dothaim. Sichem. DOTHAIN] ad ſeptentrionem duodecimo à Sebaſte milliaria ſicut *Dothaim* defectum, *Sichem* humerum ſignificat. *Cyrillus, & Procopius.*

VERS. 18. COGITAVERVNT] animo machinati ſunt.

SOMNIA

SOMNIATOR] dedignantur vocare fratrem, vel Ioseph: sed vocant *Regem Somniorum*, hoc est in somnio Regem: vel peritum fingere somnia: utrumque significat Hebræum בעל החלמת *Baghal Hachalomoth*. Vide Adag. sacra §. 63. Blasphemias in CHRISTVM & MARIAM rabbinicas hic ponit Hamerus. Vers. 19. 13. Somniorum Baal.

CISTERNAM VETEREM] in quamdam cisternam. Hebr. *unam cisternarum*, scilicet confractam & quæ nulli usui. Vers. 20.

NITEBATVR] de facto præsenti morti eum eripuit, ut patet ex Hebræo, Græco, & Chald. Sed coniectum in cisternam cogitabat clanculum extrahere & saluum patri restituere: ut amissam incæstu gratiam, hac in fratrem tam dilectum parenti pietate, recuperaret. Sic *nitebatur* in futurum eripere. Artificiosam & valdè verisimilem Rubeni orationem ponit Iosephus. Vers. 21. 14. Rubeni conatus pro Ioseph.

INTERFICIATIS ANIMAM] Hinc Sadducæi probabant † hominis animam esse morti obnoxiam. Malè: est enim Idiotismus; *Ne feriamus eum in anima*, hoc est † ne sauciemus, vel eripiamus vitam eius. Sic † sumitur anima in sacra Scriptura: *quærere animam*, hoc est insidiari vitæ: *tangere animam*, vitam euitare: *ferre animam in manibus*, in mortis periculo versari. 15. Anima immortalis. 16. Ferire in anima. 17. Anima pro vita.

TALARI & POLYMITA] Hebraicè, *tunica sua, tunica polymita quæ super eum*: ut intelligamus duplici veste spoliatum; interiore una, quam vocat talarem; & exteriore altera, liciis varia. Sic nudum prorsus destitutum: sicut & CHRISTVS ad flagella. Puto postea iterum indutum talari, sed non varia: hanc ad patrem miserunt: illa indutum Madianitis vendiderunt. Vers. 23. 18. Iosephus duabus vestibus spoliatus.

MISERVNTQVE] Iosephus scribit à Ruben fune demissum. Vers. 24.

DE GALAAD] qua venientibus ex Arabia per Dothain in Ægyptum erat transeundum. Vers. 25.

AROMATA] vocem נכאת *Nechoth*, quidam volunt significare aromatum collectionem, alij ceram, alij varias merces.

RESINAM] non constat utrum צרי *çari*, significet *theriacam, opobalsamum, an resinam*: de resina communior & probabilior sententia est. *Vide infer. cap.* 44. 10. 19. Resina.

STACTEN] constat esse myrrhæ lacrymam. לט *Loth*, quod hic habemus d. v. 10. quidam exponunt mastychen: alij pessimè glandes aut castaneas. 20. Stacte.

DIXIT ERGO IVDAS] metuens ne tandem alij fratres eum necarent: indicabat minus malè vendi in seruitutem. *Philo*. Vers. 26. 21. Iudas auctor venditionis Ioseph.

ET CELAVERIMVS] esto patrem lateamus, Deum non poterimus: & quem ex nece fructum consequemur, cùm cogamur vindictam reticere, nec de ea liceat gloriari?

Seuerianus notat venditionis auctorem Iudam esse debuisse, quia per alium Iudam Dominus vendendus. Consilium hoc Iudæ optimè explicat Rupertus *cap.* 24. Vers. 27.

ALLEGORIAM pete ab Ambrosio *supr. cap.* 3. & Prospe-

ro *pagin. 1. de prediction, capit. 26.*

22. Manus esse in aliquem Hebraism. MANVS NOSTRÆ] Hebraismus, *nostra manus non sit in eum:* ne nos ei manus inferamus. 1.Reg.18.17. *Ne sit manus mea in eum, sed sit in eo manus Philistim:* ab his non à me occidatur, & vers.21. *Sit in eo manus Philistinorum.* Aliàs significat simpliciter affligere. Exod. 9. 3. *Manus mea erit super agros tuos,* &c.

23. Iustini historici locus. ACQVIEVERVNT FRATRES] octo qui aderant venditionis tempore: huius perfidiæ meminit Iustinus Historicus *lib.36.* sed falsa multa miscet.

VERS. 28. PRÆTEREVNTIBVS MADIANITIS] Madianitæ simul cum

24. Ioseph venditus. Ismaëlitis in eodem comitatu proficiscebantur: simul emerunt Ioseph,& simul vendiderunt. Propter hanc societatem Moyses modò Ismaëlitas,modò Madianitas vocat.

25. Argenteus pro siclo. VIGINTI ARGENTEIS] argenteos vocari siclos nihil dubito, cum Chaldæo, qua de re dixi *supr.cap.20. vers.16.* Sed dubium est de numero. Nam *triginta argent.* habent multi libri, & sic olim in breuiario Romano in Quadrages. hebdomada 3. legebatur: quidam etiam libri habent *vigintiquinque:* & valdè se torquet in hac re Martinez *lib. 6. hypotip. cap.1.* nec cogimur duplicem lectionem admittere,vt vult Leo Castrius in Apologia. Quamuis enim Origenes, Augustinus,& Beda legerint *triginta:* minùs illi proba nacti exemplaria,& moti congruentia summæ, qua CHRISTVS venditus. Sed non decuit famulum vænire,quanti Dominum. Hebraicè,Chaldaicè, & Græcè habemus *viginti,* & ita Iosephus legit (qui tamen malè *minas* exposuit:) sic etiam Latina exemplaria hic continent, Complutensia,Regia & Romana: & in breuiario,hodie iussu S.D.N. N. Clementis VIII. edito, mendum illud sublatum. Mendosè etiam LXX. *aureos* pro *argenteis* habent. Nam Hebræum, כסף *Caseph*, id non patitur, vt benè D. Hieronymus *hic & in cap. 26. Matthæi:* ita venditus Ioseph octoginta regalibus Hispanicis. ALLEGORIAM pete à D. Ambrosio & Prospero sup.

VERS. 29. REVERSVSQVE] abierat pascua quæsiturus. *Iosephus.*

SCISSIS VESTIBVS] præ tristitia, & figura Caiphæ.

VERS. 30. Orationem Rubeni disertè & patheticè Philo dilatat.

EGO QVO IBO] vt eum inueniam? Quoad venditionem ab omni culpa Rubenus liber. Fratres narrarunt viuum venditum. Sic placatus,consensit in patris deceptionem.

VERS. 31. HÆDI] additur Hebraicè nomen matris, שעיר עזים *Seghir Guizim hircum capra*, seu *caprarum:* sicut *agnos ouium*, scilicet fœtus. Sic D. August.de locution. Hebraicis, & vide infer.cap.38. 17.

26. Hædus caprarum. Hebræum שעיר significat hædum masculum: ideò potest etiam verti cum Iosepho *hircus:* sicut noster vertit Leuit. 4. & alibi. Vide infer. 38.17.

VERS. 32. Iosephi locus. MITTENTES] hæc quoque non satis sincerè narrat Iosephus, quasi Iacob ante vestis missionem gnarus fuisset infortunij Ioseph: item

item quasi fratres met tunicam detulissent. Sed dederunt perferendam alicui non conscio venditionis: postea vt ignari superuenerunt patrem consolaturi.

Fera pessima] ita credebat. primò quia tam immane scelus animum non subibat paternum. deinde quia Palæstina leonibus, vrsis & feris aliis carniuoris scatebat, 1. *Reg.* 17. 34. & 4. *Reg.* 2. 24. Sic quidam illud 2. Reg. 18. 8. *quos consumserat saltus*, exponunt quos feræ saltus deuorarant.

Vers. 33.
27.
Iacob à filiis decipitur & luget Ioseph vt mortuum.

Scissisque vestibus] indicium mæroris, vt sup. planctum Iacob eloquentiâ & arte pari Philo exsequitur.

Vers. 34.
28.
Palæstina feris scatens

Cilicium] Hebraicè שק *Sak*, LXX. σάκκον: vox omni (quam norim) linguæ communis. Sacci, quibus in luctu vtebantur, cilicini erant, ex setis equinis, vel caprinis pilis texti, Procopius Historicus ita descripsit inquiens, προκαλύμματα τὰ τραχείων τριχῶν, ἃ δὴ καλοῦσι κιλίκια. tegumenta *ex hircinis pilis, quæ vocant cilicia*. Apocal. 6. 12. μέλας ὡς σάκκος τρίχινος. vbi noster, *saccus cilicinus*. Et solet interpres, cùm de ritu lugendi aut ieiunandi agit, promiscuè saccum & cilicium vsurpare.

29.
Lugentium ritus, vestes scindere, cilicio, indui. Saccus.

Multo tempore] annis XXIII. donec ei nunciatum Ioseph in Ægypto viuere. *infr.* 45. 26. Nec ante putarim illos quidquam patri de suis insidiis narrasse: dubitem, an vel tunc.

Descendam ad filium meum lugens in infernum] Apud multos inualuit, significationem inferni propriam de sacra Scriptura, quasi proscribere: quibus tantum abest, vt assentior, vt integro opere sententiam illam refutarim. habeo penes me librum affectum planè. Nunc de hoc loco nostro. Contendo שאול *Sceol* Hebræum & ᾅδης Græcum, de inferno propriè dicto vbi erat lymbus patrum, & non de sepulchro capi debere. primò quia præter Alcuinum, omnes alij Patres ita sumunt, Augustin. Eucherius, Rupertus, Strabus, Beda & alij, item vetus Synagoga apud Hieronymum de Sancta fide *lib.* 1. *contra Iudæos*. & Genebrardum *Comment. in psal. & in Cantic. & lib.* 3. *de Trinitate*. Secundò ratione, Iacob habebat filium pro deuorato à ferâ. ergo pro sepulto, vel insepulto. Si pro insepulto, quo pacto dicit se ad sepulcrum descensurum (iuxta istorum interpretationem) vt ibi sit comes filio? Si pro sepulto habebat, ergo vult se eidem feræ deuorandum offerre, quæ filij sepulcrum. Nam de eâdem loqui oportet. in aliâ non esset comes filij. Sed quo se pacto eidem offerret, quam non nouerat? Esto nouisset, filio iam comesto & digesto, nec cadauer illic reperiret, nec animam; quam vtique confidebat ad maiorum animas accessisse, in sinum Abrahæ; quem etiam sibi reseruari sperabat. Huc ergo se descensurum dicit. Nam in inferno hic sinus. Aduersarij vt hos nodos soluant; aliò confugiunt. negant dicere se descensurum ad filium in sepulcrum; sed propter filiû ad sepulcrum descensurum, hoc est se mærore moriturum. Sed hoc Hebræo fonti non nisi violenter accommodant. Versioni LXX. aut

Vers. 35.
30.
Infernus propriè sumendus nō de sepulcro.

nostræ nullo modo: nisi vt *ad* pro *super*, & *super*, pro *propter* capiatur. Apage. an tam imbecilli & fracto animo patrem tribuum putant; Quot mulierculæ vnigenitis superstites? Parcunt etiam veritati; quia Hebraicè non est בעבור *Baghabur propter filium*, sed est על-בני *Ghel-Beni* vt & Chaldaicè, hoc est *ad filium* vel *super filium*, hoc est vt LXX. πρὸς τὸν υἱὸν, quibus includitur relatio ad locum vbi filius degebat. Quando verò על sumendum pro ideo vel propter, solet addi שם *Scem* aut quid simile. Sensus itaque est, consolationem nullam se admissurum donec Iosephum videat: quem visurus non sit iam mortuum, donec illi in communi iustorum receptaculo apponatur.

31. Eunuchus pro palatino, etiam non exsecto.

EVNVCHO] Hebræum סרים *Seris*, non exsectum modò significat, sed & quemlibet Regium ministrum, sicut docent hîc Diodorus & Gennadius, & Procopius *inf. ad cap.* 39. Nam Orientalibus (secundum nonnullos) omnes Regij cubiculi custodes, & aulici quique Regibus propinquiores, vocabantur Eunuchi, ortâ appellatione, quoniam initio Eunuchis prætiosiorum cura demandari solita. inde extensa vox ad ipsum munus. Sic inferius pincerna & pistor Pharaonis Eunuchi vocantur *cap.* 40. *in prin.* Talis iste Putiphar, qui & vxorem habuit infer. cap. 39. & à Chaldæo vocatur RABRAHAM hoc est præfectus seu Satrapa. Quare superflua sunt quæ ex Terentio & Philostrato accumulantur ad probandum Eunuchos cum mulieribus solere. Aptiùs hinc colligeretur, si veri Eunuchi forent, exsecti; falsum esse quod à Claudiano & aliis proditum Eunuchismum hûc Orphei, vel Persarum inuentum. Longè namque antiquius esset. Secundò falsum & illud Claudiani eunuchos numquam militiæ præfectos: quæ ambo ille lib. 6. in Eutropium prodidit.

32. Conciliatæ versiones.

MAGISTRO MILITVM] Hebraicè *Sar hattabachim*, quod LXX. vertunt ἀρχιμαγείρῳ, quod quidam vertunt, *Principi coquorum*: plus æquô vocem restringentes, vt etiam qui *Principi laniorum* vertunt. Nam hæ versiones non ad modum plausibiles sunt, & cum Latina nostra vix queunt in concordiam redigi. Hebræum הטבחים *Hattabachim* formatur à themate *Tabach* quod in genere significat iugulare, mactare, trucidare. Græcum quoque μαγειρεύειν teste D. Hieronymo significat vniuersim occidere: vnde coqui dicti μάγειροι, quod coquendas pecudas priùs occidant: à voce μάγις, quæ Phauorino idem quod Machæra. Sed de qua occisione loquitur? vtique de qua noster accepit. id verisimillimum fuisse magistrum militum, & custodiæ Regiæ præfectum, sicut & Nabuzardan ille 4. *Reg. vlt.* Et olim præfecto Regiæ custodiæ munus incubuit, facinorosos in carcerem compingendi, & curandi eos custodiri, vt de nostro Putiphare videbimus *infer. cap.* 40. 3. ius etiam illis damnatos occidendi. De Banaiâ (qui præfectus custodiæ Dauidis, nempe Cerethi & Phelethi cohortibus 2. *Reg.* 20. *in fine*) legimus iussum 3. *Reg.* 2. occidere Adoniam *vers.* 25. & Ioab *vers.* 30. & Semei *vers.* 46. omnes

ad ne

ad necem à Rege damnatos. idem etiam mox toti exercitui præpositus 3. *Reg.4. verſ.* 4. Talis ergo Putiphar *princeps mactantium* Hebræis & LXX. Et quia militum eſt homines partim flammâ partim ferro abſumere, & Principis iuſtitiam exequi; per metaphoram *Princeps carnificum, laniorum, coquorum* aliquo modo dici poteſt. Sulpitius Seuerus nimis obſcurè vocat *Præpoſitum & curatorem Regium.*





CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM.




1. EODEM tempore descendens Iu-
das à fratribus suis,diuertit ad vi-
rum Odollamitem, nomine Hi-
2. ram. * Viditque ibi filiam homi-
nis Chananæi, vocabulo Sue:&
accepta vxore, ingressus est ad
3. eam. * Quæ concepit,& peperit filium,& vocauit
4. nomen eius Her. * Rursumque concepto fœtu,na-
5. tum filium vocauit Onan. * Tertium quoque pe-
perit: quem appellauit Sela? quo nato, parere vl-
6. tra cessauit. * Dedit autem Iudas vxorem primo-
7. genito suo Her, nomine Thamar. * Fuit quoque
Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu
8. Domini: & ab eo occisus est. * Dixit ergo Iudas
ad Onan filium suum: Ingredere ad vxorem fra-
tris tui, & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo.
9. * Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad vxo-
rem fratris sui,semen fundebat in terram, ne libe-
10. ri fratris nomine nascerentur. * Et idcirco percussit
eum Dominus, quòd rem detestabilem faceret.
11. * Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui suæ:
Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela
filius meus: timebat enim ne & ipse moreretur, si-
cut fratres eius. Quæ abiit, & habitauit in domo
12. patris sui. * Euolutis autem multis diebus,mortua
est filia

est filia Sue vxor Iudæ:qui post luctum cōsolatio-
ne suscepta,ascēdebat ad tonsores ouiū suarū, ipse
& Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas.* 13.
Nunciatūque est Thamar quòd socer illius ascen-
deret in Thamnas ad tōdendas oues.* Quæ depo- 14.
sitis viduitatis vestibus,assumpsit theristrū:&muta-
to habitu,sedit in biuio itineris, quod ducit Thā-
nam:eò quod creuisset Sela, & non eum accepisset
maritū. * Quem cum vidisset Iudas, suspicatus est 15.
esse meretricem : operuerat enim vultum suum,ne
agnosceretur:* Ingrediensque ad eam,ait Dimitte 16.
me vt coëam tecū: nesciebat enim quòd nurus sua
esset.Qua respondente: Quid dabis mihi vt fruaris
concubitu meo? * dixit: Mittam tibi hœdum de 17.
gregibus.Rursumque illa dicente: Patiar quod vis,
si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod
polliceris.* Ait Iudas: Quid tibi vis pro arrhabone 18.
dari?Respondit:annulum tuum,& armillam,& ba-
culum quem manu tenes.Ad vnum igitur coitum
mulier concepit,* & surgens abiit:depositoque ha- 19.
bitu, quem sumpserat, induta est viduitatis ve-
stibus.* Misit autem Iudas hœdum per pasto- 20.
rem suum Odollamitem, vt reciperet pignus
quod dederat mulieri: qui cùm non inuenisset
eam,*interrogauit homines loci illius:Vbi est mu- 21.
lier quæ sedebat in biuio? Respondentibus cun-
ctis:Non fuit in loco isto meretrix?* Reuersus est 22.
ad Iudam, & dixit ei:Non inueni eam: sed & ho-
mines loci illius dixerunt mihi, numquam sedisse
ibi scortum.*Ait Iudas: Habeat sibi, certè menda- 23.
cij arguere nos non potest,ego misi hœdum quem
promiseram: & tu non inuenisti eam. * Ecce 24.
NNn autem

autem post tres menses nunciauerunt Iudæ, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas, producite
25. eam vt comburatur.* Quæ cùm duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens: de viro cuius hæc sunt: concepi cognosce cuius sit annulus, & ar-
26. milla, & baculus.* qui, agnitis muneribus, ait: Iustior me est: quia non tradidi eam Sela filio meo:
27. Attamen vltrà non cognouit eam.* Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero: atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, in qua
28. obstetrix ligauit coccinum dicens: * Iste egredie-
29. tur prior.* Illo verò retrahente manum egressus est alter: dixitque mulier: Quare diuisa est propter te maceria? & ob hanc causam vocauit nomen
30. eius Phares* postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zara.

ARGV



ARGVMENTVM.

Recenſetur concubitus Iudæ cum Thamar,& inde orta ſoboles.



POtiùs fit mentio Iudæ & poſteritatis eius, quàm aliorũ fratrum,quia ex Iudâ de Thamar CHRISTVS naſciturus.præterea in hoc concubitu multa myſterij plena:& expediebat narrari, ne Iudæi gentiles deſpicerent, cũ tribus nobiliſſima ex Chananæis deſcẽderet.*Gennadius.* VERS. 1.

EODEM TEMPORE]Iudas valdè iuuenis eodem anno ſtatim poſt venditum Ioſephum vxorem duxit:in anni fine ſuſcepit Her:anno primo ſequente natus Onam, ſecundo ſequente Sela. Her cùm eſſet XVII.annorum Thamaram duxit, anno poſt patris coniugium decimo octauo, ſequenti anno decimonono, ætatis ſuæ decimo octauo Onam accepit vxorem fratris demortui,& eodẽ ipſe anno à Deo occiſus. debebatur Sela iam ſeptemdecim & ampliùs annorum Thamaræ:ſed Iudas differebat.illa ſterilitatis impatiẽs fortè biennio poſt mortuum Onam,Iudæ coniugij anno viceſimoprimo Iudam decepit, & ex eo concepit,& anno viceſimo ſecũdo geminos peperit.demum anno viceſimotertio Iudæ coniugij, Iacob cum liberis & nepotibus ingreſſus eſt Ægyptum. DESCENDENS] ex Dothaim terrâ magis 1.
Aquilonari, & ideo altiore, in Odollam magis Auſtralem.ſic 1.Reg. Odolla.
22.1.parentes Dauid ex Bethleem dicuntur in Odollam deſcendere.

A FRATRIBVS] fors improperantibus illi,quòd cauſa venditionis fraternæ foret.

NOMINE HIRA.]*Hira* interpretatur vidẽs fratrem. *Odollamites*,teſtimonium in aqua.ALLEGORICE CHRISTVS verus Iudas deſcendit ad Iordanem & à Ioanne baptizaretur,& accepit vxorem filiam Chananæi,ſynagogã filiam Diaboli;quæ genuit illi tres filios, hoc eſt tres Apoſtolorum quaterniones,& poſt deſiit parere.*vide Lipoman.hîc.* Hira.

VIDIT]concupiuit.CHANANÆI] vox Hebræa† ſignificat aliquãdo mercatorem Prou.31.24.*cingulum tradidit Chananæo.*Hîc malo capere de gente. Nam hoc imputat Iudæ Moyſes, de gente tam inuiſâ maioribus ſuis vxorem duxiſſe. SVE] ſic ſcribendum cum Seuero Sulpitio.hodie aliis punctis *ſuagh.*Non eſt nomen filiæ, ſed patris eius ſoceri Iudæ:nam Hebraicè additur pronomen maſculinum;& probatur ex V.12.infer.& 1.Paralip.2.2. VERS. 2. 2. Chananæus quid. VERS.3.

VXORE] explicandi gratiâ hoc noſter addidit. VERS.4.

VOCAVIT] ipſe Iudas pater. Hebraicè;ויקרא *Vaikra* VERS.5.

VOCAVIT] mater.nam Hebraicè,ותקרא *Vatikra.* 3.

APPELLAVIT] mater.ex Hebræo. Hinc patet † promiſcuè patrem & matrem filiis nomen impoſuiſſe: penes patrem tamẽ ius mutandi Nomen filio etiam mater imponebat.

tandi, vt s. de Beniamin, & indicat Euangelista S. Lucas cap. 1. de Ioanne.

4. Mentiri & mendacium Hebraismus pro defectu. ·PARERE VLTRA CESSAVIT] Hebreis *mentiri* & *mendacium*, Genericum est ad omnem defectum veritatis, spei, rerumque. כזב *Cazab*, mētiri & deficere, hinc *Chezib*, hoc loco noster meliùs reddidit, quàm LXX. vel Chaldæus, vel recentiores, qui accepetunt quasi proprium loci nomē, vbi illâ Iudæ hos filios pepererit *vide hîc D. Hiero. & Oleastrum.* Aquila, vt noster; *stetit partus eius*; seu vt alij citant eum, *& factū est vt mentiretur in partu*: seruatò Hebraismo, eodem sensu. sic sumitur *mentiri*. Abacuc. 2. 17. *mentietur opus oliuæ*. 4. Reg. 4. 16. *Noli mentiri ancillæ tuæ*. psal. 4. 23. *vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Isai. 58. 11. *fons cuius non deficient aquæ*. Hebraicè, *non mentientur*. sic dicitur *iniquitas sibi mentita*, hoc est non satisfecisse spei datæ.

VERS 9. THAMAR] Philo *lib. de Nobilitate*, scribit fuisse Palæstinam.

5. Thamar palæstina. HER] corruptus est liber Seueri Sulpitij, habens *Heth*. Hebraicè ער. Græcè ἤρ.

VERS. 7. NEQVAM IN CONSPECTV DOMINI] πονηρὸς ἐναντίον κυρίε. LXX.

6. Nequam in conspectu Domini. verè & intolerabiliter nequam, indignus cui Deus parceret. Her & Onan fratrum, Hebræi & Christiani quoque censent idem fuisse peccatū, nempè immunditiæ; eo quod in actu matrimonij se retraherent, & sic semine extra vas debitum fuso generationem impedirent.

7. Her & Onan peccatum. diuerso tamen fine ambo. Her, ne puerperia & liberorum lactatio de pulchritudine coniugis, quam deperibat, quidquam decerperet. Onan ne fratri suo filios gigneret. in hoc inuidiâ, in illo libido dominabatur, in vtroque summa sceleris atrocitas quantum in ipsis, & naturæ iura violabant, & hominem perdebant, & humani generis, quam texuerat Deus, telam graui flagitio abscindebāt. Nec immeritò sacra Scriptura subiungit, *rem detestabilem operatos*. Martialis; aliàs impurus scriptor, & in multis indignus lectu, in hoc dignus laude, quod acerbissimè perstringat *lib. 9.* fœdum quendam masturbatorem, Ponticum, & concludat homicidam esse hoc ipso nomine, quia mollis: initium epigrāmatis est: *Hoc nihil esse putas? scelus est mihi crede, sed ingens, Quantum vix animo concipis ipse tuo &c.*

8. Her & Onan à quo occisi. OCCISVS EST] vt † & frater plagâ insolitâ, sed tali quâ manifestum esset hominibus propter scelus aliquod atrox interemptos opinor ministerio Angeli mali, quo solet Deus vti in vltione exigendâ, *ps. 77. v. 49. immissiones per Angelos malos.* fortè hîc Asmodeus fuit, necator libidinosorum maritorum Saræ. *Tobiæ 3. 7.*

VERS. 8. INGREDERE] iam ego in more positum, quod postea lege sancitum, vt fratris sine liberis relictam frater duceret, *Deutero. 25. 5. Ruth. vlt. 10.*

9. Fratris relictam sine liberis, frater ducebat. NON NASCI SIBI FILIOS] primogenitum, censendum fratris filium. Nam ceteri filij ipsi gignenti nascebantur, & dicendi filij

VERS. 9. Onan. vides inuidiam, ne fratri luceret, sibi ipsi lucernam exstin-

10. Enallage numeri. guebat. pluralis ergo per enallagen pro singulari. Et nota TROPO-

LOG.

LOC. supplicium istorum fratrum confessarijs vtile memoratu hoc æuo omnium inquinatissimo. VERS. 11.

ESTO VIDVA]Moris hunc videtur fuisse, † vt quæ in familiam vnã nupserat, illius familiæ addicta maneret, quãdiu aliquis superesset cõsanguineus, qui defuncto semen suscitare vellet. Iuxta hunc morem, sine soceri consensu, non licebat Thamaræ, aliunde sibi conditionem quærere. Iudas autem; timens, ne Selæ simile quid ac fratribus accideret; vanis promissis viduam frustrari statuerat, donec ipsa, moræ pertæsa, peteret ab eo licentiam alteri nubendi. Quod illam non latebat, sed nolebat ex aliâ stirpe, quàm Abrahami prolem: & simul sterilitatis improperium oderat: quam obrem stropham commenta, quam in caput Iudæ, vel cum vitæ periculo, verteret. 11 Viduæ pernupsẽ manebant in familia in qua nupserant.

MVLTIS DIEBVS] biennio fortè post Onani obitum. VERS. 12. 12.

TONSORES OVIVM] Iudæi non vellebant lanam, sed tondebant. hinc patet in Oriente antiquiorem fuisse tonsionem. Plinius lib. 8. videtur indicare vulsionem antiquiorem: sed Latinis. nam vellus à vellendo. Præterea † vides morem celebrandi conuiuij quando oues tondebantur. 1. *Reg*. 25. de Nabal, & 2. *Reg*. 13. de Absalone. Tondere an vellere antiquius. 13. Cõuiuiũ celebrabatur die tõsionis gregum.

HIRAS OPILIO]rectè. is de quo supra v. 1. vt patet ex LXX. D. Hieronymus legit רֹעֵה *Rogheh*, *pastor*. non רֵעֵה *Regheh*, amicus, vt hodie. LXX. fauent D. Hieronymo.

THAMNAS] locus tonsionis ouium, qui tempore D. Hieronymi ingens vicus, dubium an tribus Iuda, an Dan. illud verisimilius, & diuersum à Thamnata Samsonis *Iudic*. 14. *v*. 1. VERS. 13. Thamnas. Thamnata.

VIDVITATIS VESTIBVS]peculiares ergo fuere viduis. patet etiam ex libro Iudith, vbi de hoc plura. *cap*. 10. 2. VERS. 14. Viduitatis & vestes.

„ ASSVMPSIT THERISTRVM] peplo se obduxit & celauit. de The-
„ ristro. in hunc modum Lipomanus; Est autem צָעִיף *Zaiph* genus ve- 15. Theristrũ.
„ stis, quo mulieres operiunt caput seu faciem pepolum videlicet, sin-
„ don amictusque lineus, ac velum æstiuale, propterea que ab æstate no-
„ men sortitur apud Græcos. ducitur enim ἀπὸ τοῦ θέρους & dicitur *theristrũ*. Eratque is ornatus fœminæ, quæ nullo in mœrore esset.]hæc verissima. *vide sup*. 24. *v*. 65.

SEDIT IN BIVIO ITINERIS] Sic olim scorta solita, vnde & *mœchæ Semitariæ* Latinis dictæ, quod in Semitis prostarent, maximè vbi plures semitæ iungerentur, nam ibi plures aduentores. D. Hieronymus cõstanter in Quæstionibus, & in locis *Hebraicis* affirmat, עֵינַיִם *Ghenaim* significare *biuiũ*, vbi diligentiùs viator debet aspicere quod iter deligat ratio addita ostendit sensu id potiùs, quàm vocis significatu obtinere. putarem, cùm propriè significat *oculos*, posse etiam verti, *sedit in oculis itineris*, hoc est iter facientium, loco vbi ab omnibus transeuntibus aspiceretur, quo sensu etiam capio illud, Ezech. 16. 15. *exposuisti fornicationẽ tuã omni trãseunti*, & 25. *diuisisti pedes tuos omni trãseunti*. Quod ad nostrũ locũ attinet, puto fuisse biuium, seu viarũ duarum diuisionẽ, 16. Semitariæ mœchæ. 17. Scorta olim in biuijs. Locus Ezech. 16. v. 15. & 25.

 qua

qua iter erat ad duos fonres, quos in æſtu viarores perere ſoliti:& ſic etiã locus libidinis illex erat.id auté puro,quia Hebraicè ad verbũ; *& manſit in oſtio Ghenaim*, quod cùm ſit duale ſignificat duos fontes vel duos oculos.ideo noſter *biuiũ*.LXX.*πρὸς τὰς πύλας Ἐναν ad oſtia Enan.* Chaldæus,*in ſeparatione* עינן *Ghanin* rerentâ ambiguitate vocis. Viarores cùm ad biuium perueniunr.ſubſiſtunt, & de electione viæ deliberabundi oculis,qui in vnã hactenus viam intenti,quaſi oſtium pandunr in duas,quas circumſpiciant,donec alteram præferant.

VERS 15. NE AGNOSCERETVR]additum à noſtro & LXX.

VERS.16. INGREDIENSQVE AD EAM] non accipirur vt ſolet, ſed propriè.
18. Ingredi. nam ante congreſſum multa adhuc verba inrerpoſita:ſed ſignificat cũ
ea locutum, & in locum aliquem ab arbirris remotiorem ſeceſſiſſe.
quis enim credat palam in biuio ſcortatos?

VERS.17. HOEDVM DE GREGIBVS]Hebraicè;*hedum caprarum*,ponitur plu-
19. -rale pro ſingulari. *hoedum capra filium*.conſtat hac phaſi ſignificari te-
Hoedus caprarum. nerum fuiſſe,& qui adhnc matrem ſequeretur, nondum ab vberibus
auulſus. Quando enim Hebræi nomini pecudis addunr genitiuum †
20. Hebraiſm. pluralem fæminarum eiuſdem generis, indicanr illud animal adhuc
quo genus nouellum & quaſi rumans eſſe.Sic ſup. 27. 9. vbi noſter vertir *hoedos*
idem in ge- *optimos*,& v.16.vbi ſimpliciter vertir *hædorũ*,Hebraicè habes *hædos ca-*
nitiuo addi *prarum*.Sic ſup.37.31.dixir,*ſanguinem hædi*, Hebraicè, *hirci caprarum*,
tur precudi. hoc eſt hœduli.ſic pſ.113.4.*colles exultant ſicut agni ouium*. hoc eſt *ſicut*
21. Locus Da- *agnelli petulci*. & Daniel. 8. 5.Alexander Magnus Metaphoricè voca-
niel.8.5. tur,*hircus caprarum*;& non ſimpliciter, *hircus*, eo quòd Monarchiam
inuaſit adhuc luxurianre iuuentâ.

VERS.18. ARRHABONEM] vides vocem merè Hebræam; ערבון *Gherrabon*.
22. LXX.vocem retinent *ἀῤῥαβῶνα* Chald.explicat pignus.Hoc planè ſi-
Arrhabo. gnificat,& ſolitum meretricibus dari, in anteceſſum, patet ex Plauti *Truculento*,vbi adoleſcens ruſticus ſyllabam priorem, ſermonis imperitiâ,detruncat:ſed acutiſſimè.S.tene hoc tibi,Rabonem habero, mecum vt hanc noctem ſies.

As.Perij.Rabonem?quam eſſe dicam hanc beluam?
Quin tu Arabonem dicis?S.at facio lucri,
vt Praneſiinis conia,eſt ciconia.

VERS.19.
23. ANNVLVM]ſigillum.vide quàm dementarus œſtro cupidinis, qui
Annulis ſignatorijs Iudæi vſi. pro vno hœdulo talia pignori opponar.
ARMILLAM]Hebraicè פתיל *Pethil*,incertum quid ſignificet:puto
24. fuiſſe armillã aureis & ſericeis filis inrẽtam,LXX. *ὁρμίσκον* monile ſeu
ArmillisIudæi viri vſi, torquẽ.alij *taniam* vertunt,Chaldęus *palliolum*.Notãt Cyrillus & Pro-
& torquibus. copius,priſcos Chaldæos patrio more torques collo & manu geſſiſſe:
ipſos quoque capillos coronare ſolitos:idque fortitudinis & nobilita-
25. tis inrer illos ſignum fuiſſe.
Pedum ſeu baculus iter facientium. BACVLVM]Procopius vulr hunc fuiſſe quaſi ſceptrum Iudæ, in ſi-
gnum regni ex eo prodituri, quaſi verò Iudas id tum ſciuerir. Potiùs
ex more

ex more iter facientium baculum pro scipione, seu pedo ferebat, quod de Arabibus testatur Strabo *lib.* 16. de Iacob patriarchâ habuimus *sup.* 32. 10. In baculo meo transiui Iordanem.

AD VNVM IGITVR] noster, vt intelligi facile prætermisit, *Et dedi ei*, scilicet petita: quod tamen est Hebraicè, Græcè, & Chaldaicè. Reliqua explicuit optimè.

MERETRIX] huiusmodi pestis adolescentiæ vocatur ab Hebræis הקדשה *Hakkedescah.* separata. Græcis *πόρνη*. VERS. 21.

26. Separata.

MENDACII ARGVERE] Hebraicè, *Ne & nos simus contempti.* Ne res publicetur; & iactet illa se mecum congressam, neque me pactis stetisse. Chald. & LXX. *ne simus derisui.* idem est sensus, noster rem explicuit VERS. 22.

PRODVCITE EAM VT COMBVRATVR] Si vt Iudex fert sententiâ, præceps fuit, reâ nô audita: si, nô vt Iudex, sed vt eam apud côuentû, vbi iudicia solebât exerceri, accusaturus de adulterio; minùs peccat, & loquitur quasi de notorio crimine, quod nequeat inficiari; certus non esse grauidam ex Sela qui sponsus eius. Communior opinio est Iudam, vt patrem familias, in nurum sententiam tulisse, iudicis auctoritate: & tum adulterij pœnam, ignis fuisse. Puto illud *producite*, exponendum, de domo in carcerem, vt illic asseruetur donec pepererit, & postea comburatur. VERS. 24.

AD POENAM] non statim subeundam, sed post partum.

MISIT AD SOCERVM] palàm, vt constaret omnibus, eam ex socero grauidam: & ideò vel vtrumque plectendum, vel vtrumque absoluendum. VERS. 25.

IVSTIOR ME EST] Hebraicè, *Iustificata est ex me.* hoc est præ me potest iusta censeri. Non quòd minùs peccarit: sciens enim adulterium & incæstum commisit Thamar: Iudas verò solam scortationem committere voluit. sed si finem solum spectes, minùs mala Thamar, quoniam solus amor prolis eam impulit, Iudam sola libido. Prętereatotius mali prima Iudas causa. Nam iniustè illam marito priuarat: ipsa Iudam decepit: sed in vltionem. Iniustior itaque ille, qui iniurius non prouocatus. Itaque *Iustior* hîc significat minùs iniustam. Porro quod † Francisus Georgius *Problema.* 265. *sect.* 4. negat Thamaram peccasse, quia mysteriosè id egit: erroneum est. nec iuuat eû ratio illa. Nam si quidquam valeret; cùm in veteri testamento cuncta illis in figuram contigerint; liceret eodê modo Aman incæstû, Dauidis adulteriû, Absoloni perduellionem à peccato absoluere. D. Chrysost. *hom.* 62. hac in re tam Iudam, quàm Thamar videtur velle excusare; sed vt opinor, dumtaxat istam ab affectione libidinis, illum ab ipsa inçestus & adulterij deformitate, quoniam illam non nouerat. Sic etiam intelligendi S. Ambrosius *in Lucam* & Theodoretus *q.* 94. Numquam negarent isti Sancti Iudam fornicatum, & Thamar adulterium incæstuosum commisisse. Nam S. Chrysost. *hom.* 1. & 3. *in Matthæ.* apertè eis hæc crimina adscribit, vt & S. Hieron. *hic in Quæstionibus.* & D. Augustinus *lib.* 22. *contra Faustum*, egregiè docens diuinam prouidentiam ex apertè malis clara

27. Iustificari ex aliquo. Thamar grauius peccauit quàm Iudas. Thamar quo pacto iustior Iuda. 28. Fran Georgij error. 29. Sancti Patres conciliantur.

bona elicere. verùm non ideo omnia facta probanda, ex quibus bona sequuntur, aut per quæ futura bona significantur. Grauius etiam labi-
30. Franc Georgij alius error. tur † Fran. Georgius *Problema.* 267. vbi addit fornicationem tunc nondum fuisse prohibitam. si loquitur de lege Mosaica *Deutero.* 23, 17. ineptum hoc: nam sufficit iure naturali ac diuino prohibitã, quá semper fornicatio mortale peccatum fuit. Quod si non fateatur, videant eius defensores quo pacto hunc errorem excusent, ab errore Græco-
31. Thamar absoluta, vidua remãsit. rum: qui damnatus. QVIA NON TRADIDI] subaudi, idcirco, hoc fecit. ATTAMEN VLTRA] dimissa ergo illi pœna: Iudâ absoluente, & Sellâ iniuriam remittente: Vel si Iudas tantum accusator erat, ipso, vt correo criminis, actionem deserente: ac, vt fieri solet, quando priuatæ iniuriæ nullus vindictam prosequitur, iudicibus publicam iniuriam dissimulantibus. Postea Thamaram nec Iudas attigit, vt pote cum filijs nuptam; nec Sella quoque, quia cum patre suo rem habuerat: nec ipsa cuiquam nubere voluit, contenta ex Abrahę filijs stirpem habere. *S. Ambrosius & Theodoretus.* ŝ. Sella verò aliam duxit, ex qua liberos suscepit *patet. Num.* 26. *v.* 19.

VERS. 27. 32. Coccini fili alligatio. APPARVERVNT] obstetrix meam ad vterũ admotã cognouit duos intus motitari, & quasi luctari quis prior exiret. COCCINVM] duplicatum filium coccineum, vt constaret vter esset primogenitus, si duos simul effunderet, *ita Diodorus.* magis arridet filium fuisse coccibis tincti, seu dibaphi. Hoc suadet Hebræum שני *Scani* à radice שנה *Scanach* duplicare. Cur alligauit? causam dixi ex Diodoro. cur coccinum potius, quàm alterius coloris? an quia non alius tam ad manũ? an quià vetus superstitio (passim hodie viget in Silesiâ, Morauiâ, & alijs Germaniæ locis) putare huiusmodi coloris licio vel tæniâ fascinũ arceri? *lege D. Chrysost. hom.* 12. *in* 1. *ad Corinth.* Mouerit hoc mulierculã, quæ inscia mysterio cooperabatur. nam isto filo significabatur CHRISTVM mundi saluatorem ex hoc partu nasciturum.

VERS 29. RETRAHENTE] cuncta hæc præternaturalia, mysterij significandi causâ accidisse docet S. Chryso. *hom.* 62.

EGRESSVS EST] Phares, ex quo nasciturus IESVS Dominus.

DIXITQVE MVLIER] obstetrix ægrè ferens, se deceptam: metuens ètiam, ne violenta, hæc eruptio matri aut gemellis noceret.

33. Secundinæ vocantur maceria. QVARE DIVISA EST PROPTER TE MACERIA] pro maceriâ, *diuisionem* Aqu. & Symm. transtulerunt. LXX. *διεκόπη διὰ σὲ φραγμός.* *quid propter diuisa est sepes*? Sensũ puto. Quare frater tuus primus egredi volens secundinas quibus eratis in vtero inuoluti disrupit? an vt tibi viam præpararet, vti prior exires? eodem sensu Hebræa, *quare super te diuisa est diuisio*] super ponitur pro propter, & diuisionẽ vocãt id quod
34. Phares. diuisum. PHAREZ] significat † separationẽ siue diuisionẽ vt exponit Daniel c. 4. 28. PHAREZ. *diuisum est regnũ tuũ, & datũ est Persis & Medis.* ALLEGOR. Nũ Pharez CHRISTVS, qui venit diuidere affectus carissimos, & Ecclesiã quæ ante tantũ erat Iudæorum, in Iudæos & gentes?

VERS. 30. POSTEA EGRESSVS] Seuerus Sulpitius, Censet postero die natum: crediderim cum aliis, minus interuallum intercessisse.

ZARA

ZARA] Orientem significat זרח quod vnum ex nominibus CHRISTI: potest autem diuersis rationibus vterque gemellus CHRISTI figura allegoricè esse. *de quo lege D.Ireneum lib. 4. cap. 42. Chrysost. & Theodore. sup. S. Ambrosium lib. 3 in Lucam. paullo ante medium D. August. lib. 22 contra Faustum cap. 63. & 64.* 35. Zaraph.

CAPVT TRIGESIMVM NONVM.



EGITVR Ioseph ductus est in Ægy- 1.
ptum, emitque eum Putiphar eunuchus
Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægy-
ptius; de manu Ismaëlitarum, à quibus
perductus erat, * Fuitq; Dominus cum eo, & erat 2.
vir in cunctis prosperè agens: habitauitq; in domo
Domini sui, * qui optimè nouerat Dominum esse 3.
cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in ma-
nu illius. * Inuenitq; Ioseph gratiam coram domi- 4.
no suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omni-
bus gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa
quæ ei tradita fuerant. * benedixitq; Dominus do- 5.
mui Ægyptij propter Ioseph: & multiplicauit tam
in ædibus quàm in agris cunctam eius substan-
tiam: * nec quidquam aliud nouerat; nisi panem 6.
quo vescebatur. Erat autem Ioseph pulchra facie,
& decorus aspectu: * Post multos itaque dies in- 7.
iecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait: Dor-
mi mecum. * Qui nequaquam acquiescens operi 8.
nefario, dixit ad eam: Ecce Dominus meus, omni-
bus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo
sua: * nec quidquam est quod non in mea sit po- 9.
testate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor

eius es: quomodo ergo possum hoc malum face-
10. re,& peccare in Deum meum?* Huiuscemodi ver-
bis per singulos dies & mulier molesta erat adolef-
11. centi: & ille recusabat stuprum. * Accidit autem
quadam die vt intraret Ioseph domum, & operis
12. quippiá absque arbitris faceret.* & illa, apprehen-
sa lacinia vestimenti eius diceret: Dormi mecum:
Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus
13. est foras. * Cumq; vidisset mulier vestem in mani-
14. bus suis,& se esse contemptam, * vocauit ad se ho-
mines domus suæ, & ait ad eos: En introduxit vi-
rum Hebræum, vt illuderet nobis: ingressus est ad
me, vt coiret mecum, cumque ego succlamassem,
15. * & audisset vocem meam, reliquit pallium quod
16. tenebam, & fugit foras. * In argumentum ergo fi-
dei retentum pallium ostendit marito reuertenti
17. domum, * & ait: Ingressus est ad me seruus He-
18. bræus quem adduxisti vt illuderet mihi:* cúmque
audisset me clamare, reliquit pallium quod tene-
19. bam,& fugit foras.* His auditis dominus,& nimiũ
20. credulus verbis coniugis, iratus est valde: * tradi-
ditq; Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custo-
21. diebantur, & erat ibi clausus. * Fuit autem Domi-
nus cum Ioseph, & misertus illius dedit ei gratiam
22. in conspectu principis carceris. * Qui tradidit in
manu illius vniuersos vinctos qui in custodia te-
nebantur: & quidquid fiebat, sub ipso erat.
23. * Nec nouerat aliquid cunctis ei cre-
ditis: Dominus enim erat cum
illo, & omnia opera
eius dirigebat.

ARG.

ARGVMENTVM.

Deus Ioseph gratiosum reddit hero, diabolus amabilem heræ; quæ à casto iuuene reiecta, accusat innoxium: sed clausus in carcere gratiam apud commentariensem inuenit.



IGITVR] intermissa cap. 37. narratio nunc continuatur. Causa ordinationis interrupti, quòd Rubeni primogenituræ commoda diuidenda erant, inter Iudam, & Ioseph. priùs actum de Iudâ cap. 38. nunc de Ioseph. VERS. 1.

A QVIBVS] qui illum in Palæstinâ emerant à fratribus, iidem nunc in Ægypto vendiderunt Putiphari. bis tantùm venditus fuit, semel à fratribus, iterum ab Ismaëlitis. 1. Ioseph bis venditus.

FVITQVE DOMINVS CVM EO] semper eum diuina gratia comitabatur, omnia illi expediens, & omnibus gratum reddens. *Sic Chrysostom sup.* VERS. 2.

VIR IN CVNCTIS PROSPERE AGENS] Vir non ætate, sed prudentiâ & maturitate, cui cuncta prosperè cedebant. 2. Vir prudentia.

HABITAVITQ.] Inter famulos domesticos & vrbanos, non in agris cum rusticâ familia.

QVI OPTIME NOVERAT] vnde nouerat? putem ipsâ experientiâ, qua videbat omnia illi quasi in manibus crescere, & (vt sic dicam) quicquid calcabat rosas fieri, quicquid tangeret auro refulgere. D. Hieronymus refert quandam Hebræorum Traditionem, & sequitur illam Rupertus: Putipharem id inde collegisse, quòd cùm formâ Iosephi illectus, flagitium cogitaret obiicere, subitò diuinâ percussum vltione; vt, qui vir erat antea, iam arefactis virilibus, nihil ampliùs cum fœminis posset: & ideo creatum postea Sacerdotem Heliopoleos, & quam ante cladem susceperat, filiam Aseneth, ipsi Iosepho coniugem datam. infer. cap. 41. *& v.* 50. Sic cognouisse Ioseph Deo dilectum. Facilè apparet commentum. nam nec Moyses rem tantam silentio inuoluisset: & hos Putiphares, nõn vnum sed duos fuisse docent Chrysostom. *hom.* 63. & Augustinus *q.* 136. & insinuant Philo & Iosephus. Sanè herus iste Iosephi scribitur. פוטיפר *Potiphar* & fuit Pharaonis Protospatarius: ille autem Hierophanta scribitur פוטיפרע *Potipheragh* vide infer. c. 41. 45. VERS. 3. 3. Fabella Iudaica refutatur. 4. Aseneth. 5. Putiphares duo.

DIRIGI] prosperari, fortunari † sic solet sumi, vt infer. v. vlt. *Dominus erat cum illo & omnia opera eius dirigebat.* psal. 5. 9. *propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.* psal. 100. 7. *qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.* Prou. 28. 13. *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.* Osee. 12. 3. *in fortitudine suâ directus est cum Angelo.* 6. Dirigere pro prosperare. VERS. 4. 7. Iustini locus ex Trogo.

A QVO PRÆPOSITVS] addit Iosephus herum iussisse vt & artibus liberalibus operam daret, & victu quàm cæteri serui meliore Ioseph non fuit Magus.

vereretur. Quod autem Trogus Pompeius apud Iustinum *lib.* 36. narrat magicis artibus imbutum, id vel mendacium est apertum, vel de Sapientiâ Ægyptiorum intelligendum.

CREDITAM SIBI DOMINVM] totam domum, & negotia familiæ sibi credita curabat.

VERS. 5. 8. BENEDIXITQ.] in Hebræo, Græco, & Chaldæo quædam hîc præcedunt, quæ vt non necessariò repetita noster interpres prætermisit, nempe : *Et factum est ab eo tempore, quo constituit eum in domo sua, & super omnia quæ habebat.* Vnde notandus canon, hoc ipso capite sæpius † & passim alibi, Solere vulgatum interpretem, multa in Hebræo posita verba præterire, quando nihil subest mysterij, nec sensui perfectionis quidquam addentia, ad nudum idiotismum Israëliticæ linguæ spectant, quæ Latinis auribus Tantologismum sonarent. Quòd cùm semper accommodatissimè faciat, id non sine Spiritussancti afflatu factum crediderim.

Canon vulgati interpretis omittere quæ nihil ad sensus perfectionem faciunt.

IN ÆDIBVS QVAM IN AGRIS] domi forisque.

VERS. 6. 9. NEC QVIDQVAM ALIVD, &c.] Adagialis istius locutionis duæ sunt explicationes. Vna illud NOVERAT ad Iosephum refert, hoc sensu : licet Iosephus in potestate haberet omnia bona Domini sui, nihil tamen inde sibi vsurpauit, aut in vsus suos conuertit, præter solum panem cibarium, seu demensum suum, more cæterorum seruorum. Mira abstinentia. Posterior est Philonis & D. Ambrosij, qui τὸ NOVERAT referunt ad ipsum Putipharem, cui fauet, quod eadem phrasis habeatur mox de carceris custode v. 23. *Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis :* vbi locus vix est huic expositioni. Quare malo explicare vtrobique tantam fidem Iosepho ab hero habitam, vt nihil suarum rerum satagens, in vtramque aurem dormiret, nec rationes vllas accepti vel expensi exigeret, Sollicitus dumtaxat mensæ accumbere, & frui iis quæ Iosephi arbitrio apponerentur. *Vide Adagia Sacra* §. 50. ALLEGORIAM & TROPOLOGIAM pete à S. Ambrosio s. & Hrabano *hic*.

Nosse nihil præter panem quem comedit.

Nihil domi nosse.

VERS. 7. 10. POST MVLTOS DIES] annum captiuitatis decimum vel vndecimum fuisse, patet inde ; quòd qui de carcere liberatus anno ætatis trigesimo, in Ægyptum abductus anno decimoseptimo : post accusationem autem è vestigio in carcerem compactus fuit, vbi non multis vltra biennium diebus egit. Nec putandum mulierem œstro amoris percitam, flammam sinu diu occultasse, quin in apertum incendium erumperet.

Iosephi chronographia.

INIECIT OCVLOS] non, vt solita, in culpatos, sed lasciuos, & flagitium spirantes. Non ille se ostentauit, nec cæpit in cautam : sed illa „ retia misit, & indagine suâ capta est. Prima adulteræ tela sunt oculo- „ rum : secunda verborum. Discant viri cauere oculos fæminarum. „ adamantur enim, & qui nolunt amari] hæc & plura ad mores Am- „ brosius, diuinè admodùm, vt solet vir planè diuinus, & dius flos Galliæ Cisalpinæ.

DORMI MECVM] sat rusticatim & sine velo. an quod furenti amor

amor, (vt assolet, concepta verba excusserat? an quod mulier vbi contempti pudoris frena semel abiecerit, captæ mentis, modum vllum habere vllum nesciunt?

QVI NEQVAQVAM] notanda Iosephi castitas, temperantia, modestiaque. VERS. 8.

ACQVIESCENS OPERI NEFARIO] Amator Dei (dilectissimi)
» amore mulieris non vincitur: castum animum incitans adolescentia
» non permouet, nec diligentis auctoritas.] *D. Ambrosius.*

OMNIBVS MIHI TRADITIS] solida mihi rerum suarum cura demandata, omnem ipse deposuit.

NECQVICQVAM], ferè ad verbum Hebraica sonant, *Non est ipse* (Putiphar) *maior me in domo hac: nisi quod tu mihi prohibita es:* cuncta mihi, te vna excepta, subiecit: te sibi reseruans soli, à me submouit. VERS. 9.

QVO MODO ERGO POSSVM] ita se res habet: quem amas verè, nequis velle offensum: Si fert animus vel leuiter offendere velle, verè non amas: cernis Iosephi gratitudinem & iustitiam.

HOC MALVM] tam benefico hero, talem inurere maculam.

ET PECCARE IN DEVM MEVM] esto, sustinerem animo tam ingratum me in hominem præstare; nec vellem nec possem in Deũ; qui in omnes tam bonus, quem amo, quem timeo, quem nequeo latere. Vtinam sic nos semper cõtra omnia nequissimi tela clypeem[illegible] TROPOLOG. pete à D.Gregorio *lib.30. Moral.cap.18.*

PER SINGVLOS] nullam occasionem colloquij malesuadi, & pellacis elabi sibi patiebatur. VERS. 10. 11.

STVPRVM] Catachresis, pro adulterio: sicut in lege Iulia de adulteriis, & alibi sumitur. Stuprũ pro adulterio.

ACCIDIT AVTEM QVADAM DIE] graphicè castitatis & luxurię duellum flos Celtiberiæ Prudentius *in Psychomach.* describit: sed vt scholæ loquuntur in actu signato: in exercito autem hic certamen cernitur, quod egregiè descripsit Philo Iudæus *lib.de Ioseph*, vbi notandum id quod ait adulteris supplicium mortis iam tum præfixum apud Iudæos, in genere intelligendum de capitali supplicio, vt confirmatur cap. præcedẽti de Thamar: sed Moyses postea genus ipsum & telum definiuit quo necandi, nempè lapidationem. VERS. 11. 12. Adulterij pœna mortis id olim. Philonis locus.

QVADAM DIE] Hebr. *& fuit secundum diem hanc:* accidit post hoc tempus, interea dum hæc dipsas occasionem captabat, & sollicitare castum pectus non desistebat.

VT INTRARET IOSEPH DOMVM] eam partem domus, in qua tunc Domina sola degebat. Cur huc pedem intulit? cogebant Domini negotia quæ religio deserere. Chaldæus exprimit causam, ingressum vt scripturas ratiociniorum inuestigaret. D.Ambrosius, Qui 13. Ioseph an periculo se temerè exposuerit.
» aduersari sibi Domini sui videbat vxorem, neglecti etiam officij à
» Domino cauere debebat offensam: simul adhuc sermonis, non com-
» prehensionis putabat audaciam: excusatur itaque quod ingressus,
» laudatur quod elapsus est.] Præterea Hebræus textus indicat, neminem solitum illo in loco versari, & ideò Ioseph meritò nihil suspica- Iosephi locus.

tus de latente illic excetra. Suspectum mihi de mendacio, quod de confiſto ab illa morbo & die festo solemni, quo familia reliqua Ægyptiorum aberat, ingeniosiùs quàm veriùs videtur Iosephus commemorare. Si nullos illa in domo putabat, quare clamauit? si omnes à domo aberant, vnde ad clamorem repentè accurrerunt?

VERS. 12. 14. Ioseph, cur pallium reliquerit.

LACINIA] extrema fimbria, seu oricula. Tertium telum, vis: non solum petulans, procàxque, sed etiam audax est libido.

EGRESSVS EST FORAS] potuisset robustus adolescens mulierculæ pallium de manibus violenter extorquere: sed nec vim vllam facere Dominæ (vide reuerentiam) voluit: Nec contactam impuræ lupæ manibus vestem vltrà gestare sustinuit: Sic etiam Senecæ Hippolytus clamat in re simili.

--- hic

Contactus ensis deserat castum latus.

Libido fugiendo vincitur.

Hippolyti vers. 711. in quo nota puritatem animi virginalem: in fuga verò prudentiam. Nam libidinis pugna fugiendo vincitur optimè: hæc Tropologica, de quo consule D. Ambros. *sup. cap. 5.* & D. August. *serm. 250. de tempore*, qui est de cauta familiaritate mulierum. ALLEGORIAM pete à Ruperto *cap. 34.*

VERS. 13. 15. Fœminarũ furor & audacia cùm deprehensę.

VIDISSET MVLIER] si iuxta vetus dictum,

Aut amat, aut odit mulier: nihil est tertium; «

facilis ex amore in odium migratio. Accedit, quòd nihil est audacius illis Deprehensis. Vires omnes de crimine sumunt: sic furens ista « consilium animo agitat, quod Phædra illa tentatrix ex amore, & de repulsa calumniatrix *Hippol. 716.* inquit;

Deprensa culpa est, anime quid segnis stupes? «
Regeramus ipsa crimen, atque vltrò impiam «
Venerem arguamus: scelere velandum est scelus. «
Tutissimum est inferre, cùm timeas, gradum. «
Ausæ priores simus, an passa nefas, «
Secreta cùm sit culpa, quis testis sciet? «

Hæc animo meditata meretrix Pharia, & stimulis iræ propter contemptum incitata, iniustam innocenti iuueni necem apparat: benè Satyricus,

--- mulier sæuissima tunc est.
Cùm stimulos odio pudor admouet.

VOCAVIT AD SE] quiritans, adeste familiares, opem ferte prehendite noxium. Vide D. Prosperum *pag. 1. prædiction. cap. 27.*

16. Illudere.

VT ILLVDERET] contemptim & contumeliosè me tractaret. Et vide, vt scelesta etiam in maritum culpam aggeret, quasi ipse auctor iniuriæ: vt ita cogat acriùs in Iosephum sæuire.

VERS. 19. 17. Putipharis stultitia & iniquitas.

NIMIVM CREDVLVS] excæcante Zelotypia grauiter impegit: quia nec potestatem fecit se expurgandi, nec ipse sedulò inquisiuit: sed subitò damnauit innocentem. Deinde non aduertit mulus hanc ipsam vestem indiciũ esse violentię à muliere profectæ, & adolescentis reuerentiæ. Nam si (quod sapienter Philo) vim Dominæ voluisset inferre,

inferre, facilè viribus melior amiculum retinuiſſet : nunc corpus ſubtrahens pallio ſpoliatus, quia illud neglexit. Notum quàm læſi thalami ſit in matiri animo vehemens excandeſcentia : & quàm induſtrium ſit genus muliebre verba & fraudes componere.

Hoc vnum didicit fœmina ſemper opus.

IN CARCEREM] Hebraicè, *In domum carceris.* Oleaſter inquit; VERS. 20.
» *Sahar* rotundum ſignificat. Vnde videtur, quòd domus carceris illo 18.
» tempore eſſent rotundæ : & hoc probatur etiam capite ſequenti, vbi Carceres rotundi, &
» *puteus* vocatur. Nam & hi rotundi : & Cant. 7.verſ.2. *Vmbilicus tuus* ideò putei
» *crater* (*Haſâhar*) *rotundus.*] De hac re Dauid, *humiliauerunt in compedibus pedes eius : ferrum pertranſiit animam eius.* Pſal.104.18.ſcilicet ſtatim initio quo in malam manſionem detruſus. Nam poſtea fuit ſicut inter vinctos liber. vocati. 19. Ioſeph an vinctus compede.

VBI VINCTI REGIS] quorum curatio ipſi incumbebar.

DEDIT ILLI GRATIAM] commentarienſi earum & gratioſum fecit.

TRADIDIT IN MANV] curæ & poteſtati eius permiſit. VERS. 21.

QVICQVID FIEBAT SVB IPSO ERAT] quicquid vinctis faciendum Ioſeph imperabat, & omnis illorum cura ei demandata. VERS. 22. VERS. 23.

NEC NOVERAT ALIQVID] non Ioſeph, ſed commentarienſis, qui munus omne ſuum Ioſepho crediderat. *Vide ſup. v.6.* 20. Cum aliquo eſſe.

CVM ILLO] fauebat illi.

DIRIGEBAT] fortunabat. *ſupr. verſ.* 3. ALLEGORIAM pete ab Ambroſio, Ruperto, & Proſpero *ſup.* TROPOLOG. à Gregorio *lib.*2. *in Iob cap.* 31. 21. Dirigere.





CAPVT QVADRAGESIMVM.



1. HIs ita gestis, accidit vt peccarent
duo eunuchi, pincerna Regis
Ægypti, & pistor, domino suo.
2. * Iratúsque contra eos Pharao
(nam alter pincernis pręerat, alter
3. pistoribus) * misit eos in carcerem
4. principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph. *
At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & mi-
nistrabat eis: aliquantulum temporis fluxerat, &
5. illi in custodia tenebantur. * Viderúntque ambo
somnium nocte vna iuxta interpretationem con-
6. gruam sibi: * ad quos cùm introisset Ioseph mane,
7. & vidisset eos tristes, * sciscitatus est eos dicens:
8. Cur tristior est hodie solito facies vestra? * Qui
responderunt: Somnium vidimus, & non est, qui
interpretetur nobis. Dixitq; ad eos Ioseph: Num-
quid non Dei est interpretatio? referre mihi quid
9. videritis. * Narrauit prior, præpositus pincernarũ,
10. somnium suum: Videbam coram me vitem, * in
qua erant tres propagines, crescere paulatim in
11. gemmas, & post flores vuas maturescere: * cali-
cémque Pharaonis in manu mea: tuli ergo vuas,
& expressi in calicem quem tenebam, & tradidi
12. poculum Pharaoni. * Respondit Ioseph: Hæc est
interpretatio somnij: Tres propagines, tres adhuc
dies

dies sunt.* post quos recordabitur Pharao ministe- 13.
rij tui,& restituet te in gradum pristinum: dabis-
que ei calicem iuxta officium tuum, sicut antè fa-
cere consueueras.* Tantum memento mei, cùm 14.
bene tibi fuerit,& facias mecum misericordiam: vt
suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere.
*quia furto sublatus sum de terra Hebræorum, & 15.
hic innocens in lacum missus sum.* Videns pisto- 16.
rum magister quòd prudenter somnium dissoluis-
set ait.Et ego vidi somnium,quod tria canistra fa-
rinæ haberem super caput meum:* & in vno cani- 17.
stro quod erat excelsius, portare me omnes cibos,
qui fiunt arte pistoria, auesque comedere ex eo.
*Respondit Ioseph:Hæc est interpretatio somnij: 18.
Tria canistra, tres adhuc dies sunt:* post quos 19.
auferet Pharao caput tuum,ac suspendet te in cru-
ce & lacerabunt volucres carnes tuas.* Exinde dies 20.
tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens gran-
de conuiuiũ pueris suis,recordatus est inter epulas
magistri pincernarũ,& pistorum principis.* Resti- 21.
tuitque alterũ in locum suum, vt porrigeret ei po-
culum:*alterum suspendit in patibulo, vt conie- 22.
ctoris veritas probaretur.*Et tamen succe- 23.
dentibus prosperis, præpositus pin-
cernarum oblitus est
interpretis
sui.

ARGVMENTVM.

Ioseph duobus vinctis somnia explicat: explicationem probat euentus.



VERS. 1. 1. Capti duo Eunuchi Pharaonis cur? HIS ITAQVE] accusato & in carcerem misso Ioseph. VT PECCARENT] contra Ægypti Regem, fortè furantes de annonâ. Philo scribit non rectè functos suis muneribus. EVNVCHI] hoc loco id nec in Hebræo est, nec in Græco, nec apud Chaldæum: sed sumptum ex v.7. vbi id Hebraicè exstat. commodam huius capitis paraphrasim petas à Iosepho.

VERS. 2. NAM ALTER] In fonte clarior sententia connexa cum præcedenti: *Iratus aduersus alterum, qui pincernis præerat, & aduersus alterum, qui pistoribus.*

VERS. 3. PRINCIPIS MILITVM] heri Ioseph putipharis, de quo præcedenti cap.39.v.20. conuincit textus Hebræus qui infer.v.7. habet: *Et interrogauit Eunuchos Paroh, qui erant secum in custodiâ domus Domini sui.* hoc est Putipharis.

VINCTVS] captiuus. iam enim illi vincula adempta. *sic Iosephus.*
CVSTOS CARCERIS] ergastularius seu clauicularius, vt eum vocat D.Ambrosius. ALLEGORIAM pete à D.Prospero. *p.1. prædict. cap.* 28.
TRADIDIT] seruandos & curandos.

2. Dies absolutè pro anno Hebraismus. ALIQVANTVLVM TEMPORIS FLVXERAT] Hebraicè, *fuerũt per dies in custodia*: significatur vnus annus retineat phrasim LXX. Quãdo annum†integrum volunt significare, solent Hebræi absolutè dicere dies. vt Leuit 25.29. Hebraicè *diebus erit redemptio eius*, noster explicat. *donec vnus impleatur annus*: lege id docentem multis exemplis Francisc. Riberam *in Amos* 4.4. *nu.* 8. Igitur vno anno ante somnia Ioseph in carcerem † compactus, biennio post somniorum expositionem mansit, vt

3. Ioseph captus triennio. sic post triennium iussu Pharaonis eductus figura esset CHRISTI DOMINI qui post triduum resurrexit, & annus pro die foret, sicut dicitur Numero.14.34.

VERS. 5. IVXTA INTERPRETATIONEM CONGRVAM SIBI] vnusquisq; vidit somnium congruum functioni suæ, & indicans quid singulis euẽturum.

VERS. 6. TRISTES] facie mutatâ.

VERS. 7. CVR TRISTIOR] turbatione mœrorem animi satis indicans.

VERS. 8. 4. Somniorum interpretes Ægyptij Plinij lous. Iustini lous. NON EST] quia sumus in carcere, nec facultas est adeundi coniectores. iam igitur tum erant in Ægypto oniropolæ, somniorum interpretes. quare fallunt†Plinius & Iustinus. ille cum inuentum onirocrysticæ tribuit cuidam Amphictyoni: hic cum scribit Iosephum primum intelligentiam somniorum condidisse: nam ante ipsum solitos alios patebit ex sequ.cap.v.24.

NVM

NVMQVID NON DEI EST INTERPRETATIO] promitto vobis, nec non ex me confictūrum expositionem (en humilitatem) : nam Dei hoc munus est. si quid rectè, is mihi reuelauit. (vide Chrysosto. hom. 63.) si rectè coniecero, colligite me Deo amicum, & veri Dei cultorem. nec *enim* aliis ille reuelat. De somniorum interpretatione quæ dicenda videbantur scripsi in Magicis Disquisitionibus *lib. 4. cap. 3. quæst. 6.*

TRES PROPAGINES] tres palmites seu tria flagella vitium. שריגים *Scarigim*. vide D. Hieron. *hic in quæstionibus.* VERS. 10.

5. Somnium pincernæ.

CRESCERE PAVLATIM IN GEMMAS] in Hebræo est; *eratque ipsa* (vitis) *sicut florescens, & erumpebat flos & percoxerunt botri eius racemos*. Sensus; ipsa quidem florere, & flores hiare, & ad maturitatem racemi videbantur perduci. Erant ergo Iosephus & Philo, dum scribunt momento statim grandes & maturos botros apparuisse.

TVLIT ERGO VVAS] vidit in somnis sibi portendi munus reddendum. cur hoc dicitur? Respondetur, quia omnis humana dignitas nil nisi somnium. *D. Ambros. S. cap. 6.* ALLEGORIAM pete à glossâ Interlineali. VERS. 11.

TRES ADHVC DIES SVNT] *sunt* pro significant, de quo Diuus VERS. 12.
" Augustinus *de locutionib. Hebraicis*, ita scribit: Multùm hæc locutio no- 6.
" tanda est, vbi aliqua significantia, earum rerum quas significant nomi- Esse pro significare.
" nibus appellatur. Inde autem est, quod ait Apostolus, *Petra autem erat*
" CHRISTVS. non ait, *Petra autem* significabat CHRISTVM, quod ta-
" men intelligi volebat.)

POST QVOS] Hebraicè, *& dum adhuc tres dies*: quod potest significare, tam intra tres dies, quam post tres dies. ideo interpretor, post tertium inchoatum. VERS. 13.

7. Caput leuare vel tollere.

RECORDABITVR PHARAO MINISTERII TVI] Hebraicè, *eleuabit Pharao caput tuum*. Leuare caput hîc est restituere pristinæ dignitati, de hac phrasi vide Adag. sacra 5.51.

RESTITVET TE] Chaldæus, ad ministerium pristinum. *vide Iosephum.*

TANTVM MEMENTO] non posco pretium tam fausti nuncij: tantum peto, vt, sicut ego tibi nunc lætitiæ tuæ causâ fui, & sicut mei memor es in aduersis; etiam recorderis tempore prosperitatis tuæ. FACIES MECVM MISERICORDIAM] misereberis afflictionis meæ.

FVRTIM] plagio fratrum venditus. nec dicit à quibus venditus, nec adulteram accusat, sed suam tantùm innocentiam profitetur: quod D. Chrysostomus S. ponderat ALLEGORIAM pete à S. Isidoro. VERS. 14.

DE TERRA HEBRAEORVM] de terrâ Chanaan, in qua pater & fratres qui Hebræi degebant. VERS. 15.

IN LACVM] Oleaster, in puteum. *vide cap. 39.18.*

VIDENS] ex interpretatione præcedentis somnij spe bonâ plenus *sic Philo & Iosephus.* VERS. 16.

PRVDENTER] magnâ verisimilitudine. TRIA CANISTRA tres cophinos.

FARINÆ]Chaldæum כור *Chiuar* altum vel candidũ ſignificat hinc
8. Somnium piſtoris. Hebræis חרי *Chori* candida ſeu alba. quidam cenſent cophinos albos
vocari propter viminum decorticationem. ſed LXX. qui χονδριτῶν
τρία κανᾶ tria caniſtra panum farinaceorum, item Chaldæus, noſter &
D. Auguſtin. q. 131. referunt ad contentum in caniſtris, nempe panem
ex farinâ candidâ. Senſus: viſum ſibi ſe capite ſuſtinere tria ca-
niſtrâ inuicem ſuperpoſita, in quorum imo & medio ſoli panes erant:
in ſupremo autem omne genus cibi piſtorij, etiam paſtæ, artocreæ lu-
cunculi & huiuſmodi alia, ad quæ aues carniuolæ aduolabant. ſic in-
tellige quod de carnibus ſcribit Ioſephus.

VERS. 19. POST QVOS]inchoatos. Nam ipſo tertio die durante id accidit.
9. idcirco ex tertio caniſtro volucres prædam petunt. idem confirmat
Caput auferre. Ioſephus. AVFERET CAPVT TVVM]Hebraicè *caput auferre*† pro-
10. priè ſignificat *recenſere* ſicut vſurpatum *ſup. v.* 7. ſed tollendæ ambi-
Piſtoris ſupplicium. guitatis gratiâ, hîc additur *à te*. Noſter meritò prætermiſit quia in La-
tinis verbis hæc obſcuritas non ineſt; & ſequitur, *& ſuſpendet ſe*: vnde
manifeſtum eſt; *Caput* hîc pro vita ſumi, Philo † vult priùs decolla-
tum & poſtea ſuſpenſum in cruce, quòd cùm fiebat, tum caput altio-
ri crucis ſtipiti infigebatur. Sed Hebræa mihi potius indicant tantum
fuiſſe appenſum patibulo: ſicut etiam CHRISTVS dominus dixit ſe
exaltandum.

11. Crucifixorũ cadauera Gentiles in gabalis relinquebant Iudæi tollebant. LACERABVNT VOLVCRES] nam † gentiles crucifixorum cada-
uera ſinebant in patibulis computreſcere, vt patet ex dicto Theodo-
ri apud Valeriũ Maximũ *lib. 6. c. 2.* Iudæi eodem die depoſita ſepelie-
bant iuxta legem *Deutero. 21. v. 23.* Porro ex hoc v. 19. & ſequenti ſa-
ris luculentum eſt, interpretem noſtrum *patibuli* & *crucis* nomina pro
iiſdem ſumpſiſſe in veteri teſtamento: nam in nouo nunquam patibu-
li vocem vſurpauit. Strictè loquendo, *crux* eſt genus comprehendens
12. Crux & patibulum an idem ſignificent in S. S. omnem ſtipitem, cui quis adfigitur vel infigitur: *patibulum*, crucis ſpe-
cies in qua appenſus brachia expandit. vnde vocabulum. Lege Iuſtum
Lipſium *commentar. in Tacitum, & in lib. de Cruce.*

RECORDATVS EST INTER EPVLAS] Hebraicè *eleuauit caput*
VERS. 20. *Principis &c.* vnum ſcilicet ad honorem priſtinum, alterum in crucem
Quidam vertunt: *Numerauit caput.* q. d. nomenclaturam ſeruorum
ſuorum recēſenti, horum duorum memoriam ſubiiſſe. Noſter (vt vi-
des) præclarè ſenſum reddidit.

VERS. 22. VT CONIECTORIS VERITAS]Hebraicè: *ſicut illis interpretatus fuerat*
13. Vt conſecutiuum. *Ioſephus.* Vt, non denotat cauſam, ſed conſecutionem quod aiunt.
Non enim Pharaoni cauſa faciendi fuit, vt quod neſciebat in ſomniũ
& explicationem eius confirmaret: ſed, faciendo quod portendeba-
tur, oſtendit vera fuiſſe, & non inania. ALLEGORIAM pete à Ru-
perto *lib. 8. cap. 37. & 38.*

CAP.



CAPVT QVADRAGESIMVM PRIMVM.



POſt duos annos vidit Pharao ſom- 1.
nium. Putabat ſe ſtare ſuper fluuiũ
* de quo aſcendebãt ſeptem bo- 2.
ues,pulchræ & craſſæ nimis:& pa-
ſcebãtur in locis paluſtribus.*Aliæ 3.
quoque ſeptem emergebãt de flu-
mine,fœdæ,confectæque macie:& paſcebantur in
ipſa amnis ripa in locis virentibus:* deuorauerunt- 4.
que eas,quarum mira ſpecies, & habitudo corpo-
rum erat.Expergefactus Pharao, *Rurſum dormi- 5.
uit.& vidit alterum ſomnium:Septem ſpicæ pullu-
labant in culmo vno plenæ atque formoſæ : * aliæ 6.
quoque totidem ſpicæ tenues, & percuſſæ vredi-
ne oriebantur, * deuorantes omnem priorũ pul- 7.
chritudinem.Euigilans Pharao poſt quietẽ,& * fa- 8.
cto mane,pauore perterritus,miſit ad omnes con-
iectores Ægypti,cunctóſque ſapientes : & accerſi-
tis narrauit ſomnium,nec erat qui interpretaretur.
* Tunc demum reminiſcens pincernarũ magiſter, 9.
ait:Confiteor peccatum meum.* Iratus rex ſeruis 10.
ſuis, me & magiſtrum piſtorũ retrudi iuſſit in car-
cerem principis militum:* vbi vna nocte vterque 11.
vidimus ſomnium præſagum futurorum. * Erat ibi 12.
puer Hebræus,eiuſdem ducis militum famulus:cui
narrantes ſomnia, * Audiuimus quidquid poſtea 13.

rei probauit euentus.ego enim redditus sum of-
14. ficio meo: & ille suspensus est in cruce.* Protinus:
ad regis imperium eductum de carcere Ioseph to-
15. tonderũt:ac veste mutata,obtulerũt ei.*Cui ille ait:
Vidi somnia,nec est qui edisserat:quæ audiui te sa-
16. pientissimè cõiicere.* Respõdit Ioseph:Absque me
17. Deus respõdebit prospera Pharaoni.*Narrauit ergo
Pharao quod viderat: Putabam me stare super ri-
18. pam fluminis,*& septem boues de amne conscen-
dere,pulchras nimis,& obesis carnibus: quæ in pa-
19. stu paludis virecta carpebant.* & ecce, has seque-
bantur aliæ septem boues in tantum deformes &
macilentæ, vt numquam tales in terra Ægypti vi-
20. derim:* quæ, deuoratis & consumptis prioribus,
21. * nullũ saturitatis dedere vestigium :sed simili ma-
cie & squalore torpebant.Euigilans, rursus sopore
22. depressus,* vidi somnium:Septé spicæ pullulabant
23. in culmo vno plenæ atque pulcherrimæ. * Aliæ
quoque septem tenues & percussæ vredine, orie-
24. bantur è stipula:* quæ priorum pulchritudinem
deuorauerunt.Narraui coniectoribus somnium,&
25. nemo est qui edisserat.* Respondit Ioseph: Som-
nium regis vnum est:quæ facturus est Deus,osten-
26. dit Pharaoni.* Septem boues pulchræ: & septem
spicæ plenæ septem vbertatis anni sunt: eandem-
27. que vim somnij comprehendunt. * Septem quo-
que boues tenues atque macilentæ, quæ ascen-
derunt post eas, & septem spicæ tenues, & vento
28. vrente percussæ:septem anni venturæ sunt famis. *
29. Qui hoc ordine complebuntur.* Ecce septem an-
ni venient fertilitatis magnæ in vniuersa terra Æ-
30. gypti:* quos sequentur septem anni alij tantæ ste-
rilitatis,

rilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abun-
dantia: consumptura est enim fames omnem ter-
ram,* & vbertatis magnitudinem perditura est 31.
inopiæ magnitudo* Quod autem vidisti secundo 32.
ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis in-
dicium est, eo quòd fiat sermo Dei, & velocius im-
pleatur.* Nunc ergo prouideat rex virum sapien- 33.
tem & industrium, & præficiat eum Terrę Ægypti:
* Qui constituat præpositos per cunctas regiones: 34.
& quintam partem fructuum per septem annos
fertilitatis,* qui iam nunc futuri sunt, congreget 35.
in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis po-
testate condatur, seruetur que in vrbibus.* Et præ- 36.
paretur futura septem annorum fami, quæ oppres-
sura est Aegyptum, & non consumetur terra ino-
pia.* Placuit Pharaoni consilium & cunctis mini- 37.
stris eius: * locutúsque est ad eos: Num inuenire 38.
poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit.
* Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostendit tibi Deus 39.
omnia quæ locutus es, numquid sapientiorem &
consimilem tui inuenire potero?* Tu eris super do 40.
mum meam, & ad tui oris imperium cunctus po-
pulus obediet: vno tantum regni solio te præcedã.
* Dixitque rursus Pharao ad Ioseph Ecce, consti- 41.
tui te super vniuersam terram Aegypti.* Tulitque 42.
annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius:
vestiuítque eum stola byssina, & collo torquem
auream circumposuit.* Fecítque eum ascendere 43.
super currum suum secundum, clamante præcone
vt omnes coram eo genu flecterent, & præposi-
tum esse scirent vniuersæ Terræ Aegypti: * Dixit 44.
quoque rex ad Ioseph: Ego sum Pharao: absque

tuo imperio nō mouebit quisquā manum aut pe-
45. dem in omni terra Aegypti. * Vertítque nomen
eius,& vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluato-
rem mundi: Dedítque illi vxorem Aseneth filiam
Putiphare sacerdotis Heliopoleos. Egressus est ita-
46. que Ioseph ad terram Ægypti.* (triginta autē an-
norum erat quando stetit in conspectu regis Pha-
47. raonis)& circuiuit omnes regiones Ægypti.* Ve-
nítque fertilitas septem annorum: & in manipulos
redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægy-
48. pti. * Omnis etiam frugum abundantia in singu-
49. lis vrbibus condita est. * Tantaque fuit abundan-
tia tritici,vt arenæ maris coæquaretur,&copia mē-
50. suram excederet.*Nati sunt autem Ioseph filij duo
antequam veniret fames: quos peperit ei Aseneth
51. filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos.*Vocauitq;
nomē primogeniti, Manasses,dicēs: Obliuisci me
fecit Deus omniū laborum meorū,& domus patris
52. mei.* Nomen quoque secūdi:appellauit Ephraim,
53. dicēs,Crescere me fecit Deus in terra paupertatis
meæ.*Igitur trāsactis septē vbertatis annis,qui fue-
54. rāt in Aegypto:*cæperūt venire septē anni inopiæ:
quos prædixerat Ioseph: & in vniuerso orbe fames
prçualuit, in cuncta autē terra Aegypti panis erat.
55. *Qua esuriente,clamauit populus ad Pharaonem,
alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Io-
56. seph, & quidquid ipse vobis dixerit, facite.* Cre-
scebat autem quotidie fames in omni terra: ape-
ruítque Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Ae-
57. gyptijs:nam & illos oppresserat fames.* Omnesque
prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent
escas,& malum inopiæ temperarent.

ARGVMENTVM.

Ioseph duo somnia Pharaonis explicat, Aegypto præficitur, & ab ea septennem famem arcet industria sua.



POST DVOS ANNOS] exacto secundo anno à liberatione principis pincernarum: dixi, *exacto*: quia Hebraicè est; *in fine annorum dierum*. Sic etiam LXX. ἰδὲν ἡμερῶν. *Annos dierum*, retinent idiotismum: quem noster & Chaldæus optimè explicant. Nam illis *annus dierum*, idem quod integer & exactus. *Vide sup. cap. 40. v. 4.* Quidam censent *annos dierum* vocari annos communes: *annum annorum*, iubilæi annũ. Prius non placet, posterius alibi discutiam. Deus permisit † tamdiu pincernam sui interpretis obliuisci, vt ita Ioseph fornace afflictionis elueret leuia aliqua peccata, quibus nec sancti viri carere solẽt. *S. Augustinus serm. 82. de temp.* Voluit etiam Deus in hoc tempus liberationem incidere, quo per somnij interpretationem, à Rege exaltandus erat: *ita Chrysost. hom. 63.* Nec † permisit Deus quicquam de filij statu Iacobo innotescere: ne liberatione eius aliter procurata, descensus eius in Ægyptum, & quæ secuta fuerunt, impedirentur. *Vide Theodoretum quæst. 99.*

VERS. 1. 1. Annus dierũ Hebr. 2. Annus annorum. 3. Ioseph, cur tamdiu in carcere. 4. Iacobũ, cur Deus noluit de filio ante resciscere.

STARE SVPER FLVVIVM] super ripa, pone alueum fluminis. Notat † D. August. *quæst. 132.* solitam S. S. *super* aliquo id dicere, quod ei contiguum est in loco editiore.

FLVVIVM] Nilum.

LOCIS PALVSTRIBVS] paulò remotius à Nilo, pratis tamen humidioribus, & proinde plenis gramine. Ab אחות *Achoth* quod significat sororem, deducitur אחו *Achu* pratũ, vel gramen, eo quòd eiusdem prati gramina, quasi sororient colore & altitudine. LXX. videntur in codicem mendosum incidisse, qui iod pro vaf continebat, & ideò verterunt ἐν ἄχι, perinde ac si nomen proprium foret. *Lege D. Hieronymum hic in Quæstion.*

5. Super aliquo, quod propè in loco editiore. 6. LXX. defensi. Somnium Pharaonis.

IN IPSA AMNIS RIPA] Hebraicè, *super labium fluminis*. Nam † littus maris, vocant *labium maris*, ripam fluminis verò *labium eius*.

VERS. 3. 7. Labium fluminis, maris, littus.

Fertilitas Ægypti dépẽdet à Nili exundatione: ideò pingues vaccæ visæ pasci remotius. Steriles anni sunt, quando flumen maligne solam viciniam irrigat: propterea macræ in ipsa ripa pascuntur. Vide aurem mihi vanitatem Astramosychi oneirocritici, qui fortè ad hoc somnium malè alludens, de bobus in somnio visis, simpliciter ait rem malam portendere;

Ægypti fertilitas est, sterilitas vnde.

Βοᾶς θεωρεῖν, εἰς κακὴν πρᾶξιν φέρει.

Hoc de viuis: nam de bobus mortuis subdit famis tempora significare, Νεκροὶ βόες δηλοῦσι τοὺς λιμοῦ χρόνους. Bellum hoc æuum, quo tam bella nugamenta superstitiosæ nugacitatis passim in lucem prodeunt.

VERS. 4. DEVORAVERVNTQVE] postquam ad illas accesserant:. hoc dicitur, quia sterilibus annis omnis fertilium annorũ copia fuit absumpta.

VERS. 5. 8. Secundum somniũ Pharaonis. ALTERVM] quo igitur pacto infr. num. 25. vocat *vnum* somnium? vnum fuit significatione prophetica: duo verò tempore, & modo significandi.

VERS. 6 Vredo, seu rubellio. VREDINE] vento vrente, Euro desiccante: hoc malum segetis, quidam vocant *rubellionem.*

VERS. 7. EVIGILANS PHARAO] Hebraicè; *Euigilauit Pharao, & ecce somnium* scilicet ei iugiter obuersabatur. q. d. postquam experrectus, non potuit aliud quàm de somnio cogitare. Deus hunc illi aculeum infixerat, ne vanum esse somnium cogitaret, aut contemnendum: sicut cernimus in somnio Nabuchodonosori, Daniel. cap. 2. Vbi tamen ille oblitus somnij: vnde Iosephus transtulit ad hoc somnium Pharaonis, cui vult à Deo explicationem quoque somnij reuelatam, sed mane oblitum, quod vnde accepit? Dan. *cap.* 4. 2. dicit, *somnium vidi, quod perterruit me, & cogitationes meæ in strato meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me.*

(Iosephi locus.)

VERS. 8. 9. CONIECTORES] חרטמי *Chartummei* ariolos significat: & ita vocat vt distinguat à Ioseph, qui verè Propheta, & etiam à philosophis veræ sapientiæ deditis.

NEC ERAT QVI INTERPRETARETVR] aptè & sapienter, ita vt Regi satisfaceret.

ALLEGORIAM pete à D. Isidoro.

VERS. 9. CONFITEOR PECCATVM MEVM] superbo regi videtur ingrata fore commemoratio crudelitatis eius in ministros suos, nec satis congrua huic aulicæ vulpi veteranæ: ideò potest intelligi non tam de culpa obliuionis erga Ioseph; quàm de confessione pristinæ suæ culpæ, vt sit quasi præfatio quædam dicendorũ, qua fateatur se olim meritò in neruum coniectum, & mera Regis clementia honori pristino restitutum.

VERS. 11. PRÆSAGIVM] somniauimus vterque verum somnium, quod vtrumque euentus comprobauit: hæc vis Hebraismi; *vir secundum solutionem somnij sui somniauimus.* Singulorum somnium ita explicuit, quemadmodum singulis accidit.

VERS. 12. PVER] adolescens.

10. Iosephi locus. HEBRÆVS] Fl. Iosephus laciniam assuit de sua & non adolescentis vanitate; nempè tum illis iactasse de parentum & generis splendore. Quod nec fundatum est, nec verisimile.

VERS. 13. SVSPENSVS EST] D. Ambrosius *supr. cap.* 6. suggerit insignem TROPOLOGIAM de gratia fluxa Principum, & mundanæ prosperitatis incerto.

VERS. 14. 11. Ioseph humilitas. ABSQVE ME] benè Chaldæus; Non à sapientia mea, sed à facie Domini, respondebitur Pax Pharaoni.] Quod clariùs adhuc vertit « Symmachus, *Non ego sed Deus respondebit.* &c. Credebat Rex Iosephum humana fretum sapientia explicare somnia: hunc errorem nunc

nunc eximit Regi, gloriam Deo adſcribens.

PROSPERA] puto vaticinium potiùs hoc eſſe, quàm benè precandi formulam. Nam ſicut Danieli *d. cap.* 2. ſic Ioſepho hic Deus ſomnium cum expoſitione reuelarat: ideò iam nunc proſperum euentum illi ſpondet.

VNVM EST] Nili exundatio tantummodò ſupplet pluuiæ & ſtercorationis defectum: quantumuis tamen exundet, & fimo inſuper terram pinguefacias niſi culturæ labor accedat, & ſparſio ſeminis, numquam metes. Bona enim agricolatio (quam denotant craſſæ boues, teſte Ioſepho) & boni ſeminis ſementis (quam denotant ſpicæ pulchræ & plenæ) vel in ipſa Ægypto, eſt adæquata & proxima fertilitatis. Ita defectus ſeminis & culturę, duplex ibidem & proxima cauſa & adæquata ſterilitatis cauſa debet cenſeri: poſteriorem boues maciæ confectæ, priorem ſpicæ Euro exuſtæ deſignant. VERS. 25. 12. Nili exundatio ad quid vtilis. 13. Somnij Pharaonis explicatio.

OSTENTIT DEVS] falſum ergo Ciceronis illud *lib. 2. de Diuinat.* nulla Deum mortalibus immittere ſomnia. 13. Locus Ciceronis.

OMNEM TERRAM] Ægypti & circumiacentium regionum. VERS. 30.

FIRMITATIS INDICIVM] vult non eſſe conditionatum, ſed Dei decretum abſolutum. Dicitur autem *firmitatis indicium* reſpectu noſtri; qui promiſſa geminata cenſemus firmiora: non reſpectu Dei, cuius vna promiſſio tam firma quàm mille. Hebraicè: *quia firmatum verbum à Deo, & feſtinans Deus ad faciendum illud.* Firmum ſeu paratum verbum † vocant, quod eſt omnino implendum; & geminatur ſomnium, vt ſciat ſtatim implendum. In ſacris enim † litteris, repetitio primò indicat certitudinem (*ſic S. Auguſtin. in Pſalm. 74. verſ. 1.*) Deinde implementi velocitatem. Ezech. 7. 2. *Finis venit, venit finis*: & ſæpè poſtea. Sic Sophon. 1. ſæpiſſimè iterantur, *congregans* & *diſperdam.* VERS. 32. 14. Verbum paratum ſeu firmatum. 15. Geminationis vis in S. S.

QVINTAM PARTEM] cùm ſint totidem anni fertilitatis & ſterilitatis, cur non mediam? ſufficiebat quinta. 1. Quia famis tempore parciore homines victu contenti. 2. Quòd de fertilioribus annis multorum horrea plena. 3. Quia ſemper propè Nilum aliquid ſeri poterat: quod quia valdè parum, propter exiguas eius exundationes, id pro nihilo fere reputabatur: adeò vt idcirco dicatur inferiùs. 45. 6. *nec arari, nec ſeri* potuiſſe. VERS. 34. 16. Quinta pars cur ſeruata.

PER SEPTEM ANNOS] quibus ſeruari fruges poterunt: tum, quia quæ ſingulis annis collecta, ſeorſim reponebantur, vt quæ primo fertilitatis anno erant repoſita, primò ſterilitatis anno diſtribuerentur; quæ ſeptimo, ſeptimo: Sic nulla vltra ſeptennium aſſeruata: tum etiam quia repoſuit non excuſſa neque triturata, frumenta, ſed culmis inhærentia, & manipulatim in aceruos congeſta: quod cur fieri debuerit, Philo quinque rationes reddit. 17. Septem annorũ meſſes cur collectæ.

CONGREGET IN HORREA] per ſingulas vrbes diuiſa.

OMNE FRVMENTVM] quintæ illius partis, quam fertilitatis tempore coacti fuerunt Regi, congruo in præſens pretio, diuendere:

reliquæ quatuor partes permissæ fuerunt Dominis ad necessarium, familiæ vsum, & ad sationem, & ad commercia. Tostadus vult, durante isto septennio fertili, licuisse indigenis vendere, non exteris: Quicquid autem indigenis supererat, Iosephum Regi coëmisse.

VERS. 40. AD TVI ORIS IMPERIVM CVNCTVS POPVLVS OBEDIET] propter ambiguitatem verbi ישק *Issaq*, variæ sunt huius loci explicationes. Nam radicem נשק *Nasaq*, quidam exponunt *armare:* & iuxta hos sententia *foret, te iubente cunctus populus meus armabitur:* hi restringunt vocem, vt explicent qua in re pariturí: quod minùs necessarium. Quidam volunt significare *obediet*, vel *gubernabitur:* ita noster & L X X. & Chaldæus omnium optimè, nec repugnant, qui, *osculabitur:* & hi vertunt; *super os tuum osculabitur omnis populus meus*; metaphorica locutione, cuius sensus; omnis populus vnanimiter obseruabit, & venerabitur omne mandatum ex ore tuo egrediens. Simile quid exstat Psalm. 2. vers. 12. Vbi noster, *apprehendite disciplinam*, L X X. vertunt *osculamini filium*, de quo ibi plura. Nunc sufficit duo genera osculandi, signa venerationis fuisse, vnum quo quis propriam manum osculabatur, de quo alibi: quod erat cultus diuini 2. *Reg*. 19. 18. alterum quo quis eius quem venerabatur caput, & hoc duplex vnum ciuile, vt cum Saulem à se Regem vnctum Samuel osculatur. 1. *Reg*. 10. 1. Quem in India suo æuo morem fuisse, scribit Abenezra: & huc refertur à D. Hieronymo illud Daniel. 3. 7. *Cadent omnes populi:* aliud ad cultum religiosum seu diuinum pertinens, quo respexerunt forrassis L X X. vertentes, *osculamini filium* d. vers. 12. Sic etiam Catholici Sanctorum imagines osculamur cultu religioso; non quidem Latriæ, vt nos calumniatur Ioan. Drusus Caluinianus; sed minore, quem Duliæ dicimus.

18. Osculari pro venerari & obedire. Locus Psal. 2. 12. Osculum genus honoris

VERS. 42. ANNVLVM] signatorium ad sanciendà decreta.

19. Annulus Regius. Stola byssina.

STOLA BYSSINA] quæ tunc Satraparum & Principum in Ægypto propria. Iosephus vult purpuream fuisse: si natiua, candida byssus. Nam fucari potuisse non nego. Sed quid byssus? Hebraicè שש *Ses*. Latini vocem à Græcis mutuati, de bombycino, serico, & bysso differui *commentario in Senecæ Hippolytum vers*. 386. Diu post prodiit disputatio Petri Hieronymi Prado, viri doctissimi, & de sacris Litteris, si quis alius docendo, scribendo, quàm optimè meriti, *in Ezechiel*. Vbi magno conatu contendit *byssum* veterum, esse gossypium nostrum. Sed *gossipium* etiam Plinio & antiquis notum, qui pro diuersis hæc habuerunt. Vtrumque constat lini speciem esse: vtrumque in Ægypto magno in pretio habitum: de *gossipio* ita Plinius; Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant plures Xylon, & ideò lina inde facta Xylina. Paruus est, similémque barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec

20. Byssus quid. Gossipium.

» Nec vlla sunt eis in candore, mollitiéve præferenda. Vestes inde
» sacerdotibus Ægypti gratissimæ.] *lib. 19. Natiuit. histor. capit. 1.* Sed
idem mox, vt de re longe diuersa: Ergo huic lino (*asbestino*) prin-
» cipatus in toto orbe proximus byssino mulierum maximè deliciis in
» Achaiâ circa Elim genito: quaternis denariis scripula eius permutata
» quondam, vt auri, reperio.] quis vmquam gossipio tantum tribuit?
Nec tamen *Sericum* fuit idem cum *bysso.* distinguit Ezechiel cap.16.v. Sericum.
11. si conferas cum Hebræo. & apertius ibidem. cap. 27.*byssum,& sericum, & chod eorum proposuerunt in mercatu tuo.* Sericum ex foliis palmæ minoris conficiebatur; veteres depexione lanuginis censuerunt: sed recentiores refellunt,& docent folia decerpi, & expurgari, & in fila tenuissima deduci solita. *describit Eduardus Lopesius in Descriptione Africa.* tale vix vllum hodie in Europâ. Bombycina sunt, quæ nos serica vocamus;ex bombyce vermiculo à quo fila istanentur. *Byssus* nō vermiculi partus est,sed terræ seu plantæ;quale illud Bengalense,cuius mentio apud Hugonem Lindescotum *in sua Nauigatione*: quæ videtur byssus Plinij, & Q. Curtij Carbasus Indica. Nobis in Europâ nihil bysso similius, quàm lina Samarobrina seu Cametacensia.l.16.§. species tit.2.lib.34. Digestorum,video distingui,byssina,bombycina, & serica.nam metaxa pro bombycinis sumi confirmat etiam l. . tit. 8.lib.11.Cod.

Bombycinū Byssus.

TORQVEM] catenam auream.

CVRRVM SVVM SECVNDVM] quo vehi solitus qui secundus à Rege. Iosephus videtur confundere cum sella curuli Romanorum. VERS.43.

VT OMNES CORAM EO GENV FLECTERENT] pro his omnibus 21.
Hebraicè vna vox habetur, אברך *Abrech*, de qua dubium † Hebræáne sit an Ægyptia: illud suadet, quod hæc Hebræis à Moyse scripta. Tamen, quia refert quid ab Ægyptiis Iosepho acclamatum inclinor vt putem Ægyptiacam,& significare,*Flecte genua*,quod visum Aquilæ,& refert etiam Elias *in Thisbi* vel sanè, *tener pater,* quod sequitur S. Hieronymus *in Tradition.* vel *pater Regis*,quod voluit Thargumæus,& confirmat Lipomanus. Arbitror duo acclamasse præconem. ipsum nomen *Abrech*,quicquid hoc significet: & deinde nominis huius rationem,scilicet sic honorari, quia præpositus sit toti Ægypto.

Acclamatio Ægypti.

EGO SVM PHARAO] q.d.iuro tibi per me ipsum, qui sum Rex supremus. omnes enim Ægyptij Reges † dicti Pharaones, annis fermè mille & quadringentis à primo cui hoc nomen. Postea Reges Alexandrini, omnes dicti Ptolomæi. *lege Iosephum lib. 8. antiquita. cap.2.* VERS.44.
22.

Pharaones. Ptolomæi.

NON MOVEBIT QVISQVAM MANVM AVT PEDEM] *manum*, vt feriat; *pedem*, vt equum conscendat. Locutionis sententia est, nihil momenti alicuius fiet sine consensu tuo. videtur adagium. 23.

Non leuare manum nec pedem.

LINGVA ÆGYPTIACA] id nec in Hebræo, nec Chaldæo, nec Græco contextu habetur:additum à nostro,ne cruciemur, cuius linguæ vocabulum sit. Et cur Pharao vteretur nomine Hebraico? Mutari nomen eius patitur Deus †, ne vel à fratribus, vel quoquam alio VERS.45.
24.

Iosephi nomẽ in Ægypto mutatū.

 Iose

Iosephus ex pristino nomine agnosceretur, vsque ad præstitutum tempus, quo se ipse proderet.

25. Saluator mũdi. SALVATOREM MVNDI] D. Hieronymus legit *Zaphanath Phaanecha*, hodie scriptum צפנת פענה *çaphnath Paghaneach*. nescio an D. Hieronymus aut alij sic inflexerint ad vsum vocum Hebræarum; an verò dictus, vt habent LXX. ψονθομφανήχ. Nec illud liquet, quid Ægyptiis hæ voces significarint. Iosephus, Philo, Chrysostomus, Theodoretus, Chaldæus Paraphrastes, & omnes Rabbini censent significare arcanorum reuelatorem: sed hi omnes ad radices Hebræas attendunt: quod (si vox Ægyptia) non videtur faciendum. Non infrequens est diuersarum linguarum voculas in syllabis conuenire, quæ tamen significatione discrepent, vt πᾶν Græcum & *pan* Hispanum: *bellè* Latium, *belle* Flandricum, & innumera talia. Quare quod

Procopij locus. Philonis locus. Philo dicit, vernaculâ linguâ significare ὀνειροκρίτην, id non est capiendum de Ægyptia, vt male Procopius; sed de Hebræa sumendum. Quamobrem cùm D. Hieronymus tam longo tempore in Ægypto habitarit, & harum rerum diligentissimus fuerit indagator, cur illi non credamus, Ægyptiacè significare *Saluatorem mundi*, & sic dictum eò quod orbem ab imminente famis exitio liberarit?

26. Aseneth. AZENETH] hanc Ioseph duxit idololatriæ renunciantem: hoc enim mihi dumtaxat verisimile visum in prolixâ illâ narratione, de huius virginis educatione, nuptiis ex libro Enoch apocrypho ponit Vincentius Belluacensis *lib.* 1. *Speculi Historialis*.

27. Herapolis seu On. SACERDOTIS] vox כהן *Cohen* tam significat Sacerdotem quàm Principem: & hunc Sacerdotem fuisse confirmant LXX. Philo, & Iosephus. quia Heliopolis. Sacerdotum ciuitas fuit, quæ & ON dicta און vt hîc retinent LXX. & in Bibliis Complutensibus Exod. 1. v. 11. vbi addunt καὶ ὢν ἥ ἐστιν ἡλιούπολις, *& On, quæ est Heliopolis* de qua vide Strabonem *lib.* 17. Geograph. Ptolomæo dicta *Onion*. Hieronymo libro 11. in Ezechiel. *Auen*, sed locus mendosus ex און Hebræo. Perpe-

28. Tanis. ram quoque Chaldæus vocat *Tanis*, in Ezechiel: nam *Tanis* Hebræis vocatur *Soan*, vt alibi idem vertit: de qua psal. 79. *in campo Taneos*. Meritò autem additur hæc dignitas ne cum Putiphar Iosephi emptore confundas, vt multi faciunt. Nam ille militiæ Princeps sup. c. 39. 1. hîc

VERS. 46. Sacerdos, & proinde à militiâ immunis. ille degebat in vrbe Regiâ, hîc Heliopoli. vide sup. 39. 3.

29. Stare in cõspectu. Stare ad pedes. Circumpes. STETIT IN CONSPECTV] Hebræis, *stare in conspectu Domini*, est seruire seu ministrare. Daniel. 1. 19. *steterunt in conspectu Regis*. 1. Reg. 16. 21. *stetit coram eo*. Romani dicerent, stare ad pedes, & huiusmodi vocabãt *seruos à pedibus*: vel vnico vocabulo, *circumpedes*, vt docet Agretius.

VERS. 47 IN MANIPVLOS] tanta fuit abundantia vt cuncta horrea manipu-

VERS. 49 lorum aceruis implerentur.

30. Hyperbole. VT ARENÆ MARIS] est Hyperbole, inquit D. Augustin. *q.* 137.

MENSVRAM] annorum præcedentium etiam fertilissimorum.

VERS. 51. MANASSES] interpretatum est *faciens obliuisci*. *à* נשה *Nascah*

31. Manasses. oblitus. ALLEGORIAM pete à Procopio *hîc fol.* 193.

EPHRAIM]

Ephraim] fructificationes significat. à פרה *Parah* fructificauit. Vers.52.
In etymo Iosephus aberrat, volens significare *redditum*, quia redditus Ephraim.
libertati maiorum suorum.

Pavpertatis] humiliationis & afflictionis. 52.
Pauper tas pro humiliatione.

In vniverso orbe] magnâ mundi parte, scilicet Ægypto, Syriâ, & Chananæâ. Nouum non est † sic *orbis* vocabulum accipi Luc. 2.1. *describeretur vniuersus orbis*, de solo Romano imperio dicitur. Sic Apuleius *lib.* 1. *Floridorum*, ait, vniuerso orbi suo Alexandrum edixisse. quota mundi pars Romanis aut Alexandro parebat? Sic statim v.56. *omni terra*. de qua phrasi vide D. Fulgentium *lib. de incarnatione & gratiâ* Iesv Christi *cap. vlt.* Vers.54.
33. Orbis pro certa mundi parte. Omnis terra, pro quadam parte.

Omnesqve provinciæ] vicinæ seu proximæ. Nam cæteris vix ad pauculos menses Iosephi horrea suffecissent.

Allegoriam totius capitis proponunt S. Ambrosius 5. cap. 7. B. Prosper lib. 1. prædiction. cap. 29. Eucherius in Genes. lib. 3. cap. 23. & 24. Rupertus d. lib. 8. cap. 39. & seqq. Vers.57.





CAPVT QVADRAGESIMVM· SECVNDVM.



1. AVDIENS autem Iacob quòd ali-
menta venderentur in Ægypto,
dixit filiis suis. Quare negligitis?
2. * audiui quòd triticum venunde-
tur in Ægypto:descendite,& emi-
te nobis necessaria, vt possimus
3. viuere,&non consumamur inopia.* Descendentes
igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta
4. in Ægypto,* Benjamin domi retento à Iacob,qui
dixerat fratribus eius: Ne forte in itinere quidquã
5. patiatur mali: * ingressi sunt terram Ægypti cum
aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fa-
6. mes in terra Chanaan.* Et Ioseph erat princeps in
terra Ægypti, atque ad eius nutum frumenta po-
pulis vendebantur. Cumque adorassent eum fra-
7. tres sui,* & agnouisset eos, quasi ad alienos durius
loquebatur, interrogans eos: Vnde venistis? Qui
responderunt: De terra Chanaan, vt emamus vi-
8. ctui necessaria.* Et tamen fratres ipse cognoscens,
9. non est cognitus ab eis.* Recordatúsq; somniorũ,
quæ aliquando viderat: ait ad eos: Exploratores
estis:vt videatis infirmiora terræ venistis.* Qui di-
10. xerũt:Non est ita,domine,sed serui tui venerunt vt
11. emerent cibos.* Omnes filij vnius viri sumus:paci-
fici venimus,nec quidquã famuli tui machinantur
12. mali. * Quibus ille respondit:Aliter est: immunita

terræ

terræ huius considerare venistis. *At illi: Duodecim,inquiunt,serui tui,fratres sumus,filij viri vnius 13.
in terra Chanaan: minimus cum patre nostro est,
alius non est super.*Hoc est,ait, quod locutus sum 14.
Exploratores estis. * Iam nunc experimentum ve- 15.
stri capiam per salutem Pharaonis nō egrediemini
hinc,donec veniat frater vester minimus. * Mitti- 16.
te ex vobis vnum,& adducat eum :vos autem eritis
in vinculis , donec probentur quæ dixistis vtrum
vera an falsa sint: alioquin per salutem Pharaonis
exploratores estis. * Tradidit ergo illos custodiæ 17.
tribus diebus:*Die autem tertio eductis de carcere 18.
ait:Facite quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo.
* Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in car- 19.
cere: vos autem abite, & ferte fruméta quæ emistis
in domos vestras, * & fratrem vestrum minimum 20.
ad me adducite, vt possim vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt vt dixerat, * & 21.
locuti sunt ad inuicem:Merito hæc patimur, quia
peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiā
animæ illius dum deprecaretur nos: & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. * E 22.
quibus vnus Ruben,ait:Numquid non dixi vobis:
Nolite peccare in puerum: & non audistis me? en
sanguis eius exquiritur. * nesciebant autem quod 23.
intelligeret Ioseph:eo quod per interpretē loqueretur ad eos. * Auertitq; se parúper,& fleuit:& reuer- 24.
sus locutus est ad eos.* Tollensq; Simeon & ligans 25.
illis præsentib. iussit ministris vt implerét cotū saccos tritico,& reponerét pecunias singulorū in sacculis suis,datis supra cibarijs in viā:qui fecerūt ita.* At 26.
illi portátes fruméta in asinis suis,profecti sūt.* aper 27.

tóque vnus ſacco, vt daret iumento pabulum in
diuerſorio, contemplatus pecuniam in ore ſacculi,
28. * dixit fratribus ſuis: Reddita eſt mihi pecunia, en
habetur in ſacco & obſtupefacti, turbatique mu-
tuo dixerunt: quidnam eſt hoc quod fecit nobis
29. Deus?* Veneruntque ad Iacob patrem ſuum in
terram Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ
30. accidiſſent ſibi dicentes: *Locutus eſt nobis Domi-
nus terrę durè, & putauit nos exploratores eſſe pro-
31. uinciæ. * Cui reſpondimus Pacifici ſumus, Nec
32. vllas molimur inſidias. *Duodecim fratres vno pa-
tre geniti ſumus: vnus non eſt ſuper, minimus cum
33. patre noſtro eſt in terra Chanaan.* Qui ait nobis:
Sic probabo quod pacifici ſitis: Fratrem veſtrum
vnũ dimittite apud me, & cibaria domibus veſtris
34. neceſſaria ſumite & abite, *fratrēq; veſtrũ minimũ
adducite ad me, vt ſciam quod non ſitis explorato-
res: & iſtum qui tenetur in vinculis, recipere poſſi-
tis: ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licen-
35. tiam.* His dictis, cum frumenta effunderent: ſin-
guli repererunt in ore ſaccorum ligatas pecunias:
36. exterritisque ſimul omnibus, * dixit pater Iacob:
Abſque liberis me eſſe feciſtis, Ioſeph nõ eſt ſuper,
Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis:
37. in me hæc omnia mala reciderunt. * Qui reſpon-
dit Ruben: duos filios meos interfice, ſi non redu-
xero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego
38. eum tibi reſtituam. *At ille: Non deſcendet, inquit,
filius meus vobiſcum: frater eius mortuus eſt, & ip-
ſe ſolus remanſit: ſi quid ei aduerſi acciderit in ter-
ra ad quam pergitis deducetis canos meos cum
dolore ad inferos.

ARGV

ARGVMENTVM.

Ioseph fratres suos, in Aegyptum coëmendi frumenti causa venientes, durè accipit, & retento Simeone domum abire permittit, ea lege vt redirent, & Beniaminum secum adducerent.



AVDIENS] benè explicat Hebræum *videns*. Nam videre† vsurpant pro functione auditus & olfactus, de auditu docebo in Esaiâ: de olfactu, sup. cap. 17. v. 27. *vide odorem filij mei.* hoc est olfac. Exo. 5. 21. *fœtere fecistis odorem nostrum in oculis.* hoc est in naribus, vt est Hebraicè. VERS. 1. 1. Videre pro audire et olfacere.

QVOD ALIMENTA VENDERENTVR IN ÆGYPTO] Hebraicè, *quod esset diuisio seu fractio in Ægypto*, hoc est quod in Ægypto cuiq; diuideretur cibi, nam שבר *Scabar frangere*, vsurpant Hebræi pro diuidere seu partiri. Sicut in illis, *Frange esurienti panem*, & in Threnis dicuntur paruuli petere panem, & non esse qui frangat illis: vbi de hoc plura. 2. Frangere pro distribuere.

QVARE NEGLIGITIS] Hebraicè, *quare vos ipsi aspicitis.* quid ociosi inuicem intuemini, nec fami vrgenti remedium facto quæritis. Sic solent pigri cùm aliquid agendum, mutuò se aspicere, & quisque expectare, dum alter rem expediat. TROPOLOG. pete à D. Ambrosio c. 8. VERS. 4.

QVICQVAM PATIATVR MALI] Hebraicè, *ei mors occurrat.* ne moriatur & ipse, sicut frater eius Ioseph. nam qui loquitur, mortuum putabat.

VENDEBANTVR] Hebraicè, *diuidebantur.*

ADORASSENT] more Regio (sic Sulpitius & Rupertus) nempe vultu profundè ad terram inclinato (sic Hebræ. Chaldæ. & LXX.) Hoc euentu somnium comprobatum notant Philo & Procopius. VERS. 6. 3. Adoratio quę regibus solita exhiberi.

QVASI AD ALIENOS] Hebraicè, *ostendit se alienum seu ignotum ad eos* h. offensi personam assumens, indignanti similis, similisq; minanti, eos obiurgatoriè alloquitur, & minimè familiariter. VERS. 7.

NON EST COGNITVS AB EIS] quia iam ætas adultior, barbitium, & lineamentorum mutatio notam formam obduxerant. VERS. 8.

RECORDATVSQVE] ex ipsa illâ adoratione, non vt vltionem propriam exigeret. VERS. 9.

EXPLORATORES ESTIS] nihil laboro, vt hanc insimulationem mēdacij notâ liberem. Sciebat eos non esse exploratores. Sed hoc crimen impingit, vt adigat illos sibi de statu in quo pater versaretur, & quid de Beniamino fratre vterino actum, vera narrare. Non tamen iniustus fuit sic insimulando, cùm enim personam publicam gereret; licebat à reis, quos sciebat affines parricidij & plagij fraterni, reipub. nomine pœnam exigere, delicta enim non locis, sed personis adhærent. Quanto minorem exigit, quàm commeriti? Sed id facit, quia non 4. Iosephi mēdacium.

publico iudicio, sed priuatâ quadam correctione vtebatur: quod possunt, qui Regis personam in cognoscendo gerunt. Restat, vt officiosum magis, quàm perniciosum mendacium fateamur; vel cum D. Augustino, dicamus non mentitum, quia iocosâ simulatione & non seriâ id dixit. *hic quæstion.* 145. *habes in cap. quod autem.* 22. *q.* 2. Si seriò potuit (vt dixi), nonne magis ioco?

5. Ægyptus munitissima. IN FIRMIORA TERRÆ] Hebraicè *nuditatem terra* loca minùs arte munita. Nam Ægyptus naturæ situ tota munitissima, vt docent Lucanus *lib.* 8. & Iosephus *lib.* 4. *de bello Iudaico.*

VERS. 11. PACIFICI] *kenim* recti, sinceri, veraces. id postea non semel repetitur.

VERS. 13. SERVI TVI] fratres sumus (ne miretur tot simul venisse) hoc est fuimus. Nam Iosephum mortuum ducebant. ideo addunt: *alius non est super.* Hebraicè *vnus non ipse.* fuit, deuixit.

VERS. 14. HOC EST, AIT] ex eo quod fingitis vos alium fratrē habere, qui nō adest, colligo cetera quoq; falsa: & me vobis meritò crimen intentasse. hoc agit, vt illum adducant, ne, quod ipse expertus, præ liuore durius aliquid in puerum designent. *Chrysost. homil.* 64. *& Hrabanus hîc.*

VERS. 15. EXPERIMENTVM VESTRI CAPIAM] in hoc probabimini.

6. Viuit Rex formula iuramenti. Viuit Deus. PER SALVTEM PHARAONIS] benè expressit sensū formulæ iuratoriæ *viuit Pharao.* hoc est ita viuat, vt verū dico, vel vt hoc faciā μὰ τὴν ὑγείαν LXX. & sic etiā Chaldæus, *Per vitā Pharaonis.* Ita Hebræi soliti iurare. *Viuit Dominus.* Sed alio sensu. Nā sic Deo tribuunt vitæ principium, q. d. ita verum est, ac verum est Deum semper viuere: cùm verò de homine dicitur. *Viuit Rex*, est præcarium, q. d. ita viuat &c. Nec mendacium hoc iureiurando Ioseph astruit. nam dixerat ad omnes: *Non egrediemini donec* &c. Et hoc verum, quia remansit Simeon, & ita non omnes egressi. deinde quod ait *exploratores estis*, non sic capiendum, q. d. eos reuera tales, sed habendos pro talibus nisi fratrem minimum adduxerint. EGREDIEMINI] scilicet vt ingressi simul omnes.

VERS. 16. MITTITE] hæc omnia disertissimè, sed non verissimè Philo exsequitur.

7. Esse pro reputari. EXPLORATORES ESTIS] Hebraicè non habetur *estis*, sed solum, *quia exploratores vos.* sub. habebimini. & nostra versio porest ita accipi, q. d. estis iudicandi. sensus, subeunda vobis exploratorum pœna. sic 3. Reg. 18. 24. ipse sit Deus, hoc est habeatur pro Deo. est D. Augustini q. 139.

VERS. 17. TRIBVS DIEBVS] vt ita luerent triplex crimen, mortis intentatæ, proiectionis in cisternam, venditionis: & vt sicut ipse triennio fuerat in carcere, sic illi triduo. TROPOLOGIA. vt intelligas omnis correctionis tres esse debere fines, commonitionem, pænam, & exemplum, νουθεσίαν, τιμωρίαν, παράδειγμα: de quibus nisi fallor Gellius *lib.* 6. *noctium Atticarum.*

DEVM ENIM TIMEO] vobis opto clemens esse, vt & mihi summus ille.

illc,ô vtinam hoc cogitent, qui apud Reges regnant! VERS. 18.

Quicquid à vobis minor expauescit.
Maior hoc vobis Dominus minatur:
Omne sub regno grauiore regnum est.

VT POSSIM VESTROS PROBARE SERMONES] vt verba vestra verificentur. VERS. 20.

MERITO HÆC PATIMVR] vocabulum אשם *Asscam* significat *desolare*, & אבל *Abal verè*. Hebræa sonat verbotenus; *Verè nos desolati* (meritò nunc soli & omni sumus auxilio destituti) *propter fratrem nostrum*, (quia contemsimus desolationem nostri fratris), *qui vidimus* (quia sustinuimus duri videre) *angustiam animæ eius, quando se nobis miserum exhibebat*) quando nos miser cum lacrymis deprecabatur) *& non audiuimus*. hoc est non acquieuimus precanti, vt eius misereti, puero parceremus. TROPOLOGICE non intelligitur peccati grauitas, nisi postquam consummatum, graphicè Chrysostomus. 5. VERS. 21.

EN SANGVIS EIVS EXQVIRITVR] moriendum nobis, quia fratrem occidimus. nam mortuum credebant. VERS. 22.

QVOD INTELLIGERET] fuerat eos per interpretem allocutus: post discessum interpretis, se nec à Ioseph, nec alio quoquam intelligi putabant. Præterea submissa hæc voce dicebant, vt ait Philo: sanè Hebraicè est, *quod audiret Ioseph*: sed ratio, quæ subiungitur, indicat, *audire* positum pro intelligere. Deutero. 28. 49. *cuius linguam intelligere non possis*. Hebraicè, audire. Ierem. 5. 15. *Gens cuius ignorabis linguam, nec audies quid loquatur.* VERS. 23. 9. Audire pro intelligere.

ET FLEVIT] naturali affectu simulationis artificium vincente. VERS. 24.

SIMEON] hunc eximit ad pœnam. quia cùm esset natu proximus Rubeno, si se illi adiunxisset, quia Iudas etiam in Iosephum propendebat, facilè ceteros auctoritate sua coercuisset. ideo præcipuam culpam Simeoni Philo, Theodoretus, & Gennadius ascribunt. VERS. 25. 10. Simeon cur captus.

ILLIS PRÆSENTIBVS] vt eos ampliùs terreret. *Procop.*

DATIS SVPRA CIBARIIS IN VIAM] dato insuper viatico. idest addita annonæ emptæ tanta panum & pabuli quantitate, quanta per iter ipsis & iumentis eorum sufficeret: vt quod coemerant integrum sine deminutione domum referrent. *Philo*. vides vt iniuriam, si quam intulit, largè compensarit.

APERTOQVE VNVS SACCO] vult Philo ceteros in diuersorio saccos suos nō aperuisse, sed visa vnius pecunia, metu cōsternatos, nequis eos consecutus retraheret, quam celerrimè potuerunt, continuato labore domum contendisse. Sed repugnat quod sequitur, *quod fecit nobis Deus*: & apertius c. sequ. v. 21. *cum venissemus ad diuersorium, aperuimus saccos nostros, & inuenimus pecuniam in ore saccorum*. vnus ergo primò mox ceteri aperuerunt, vt benè Tostadus; & Honchala. Nec ob- VERS. 27. 11. Philonis locus.

ſtat quod dicitur inf.v.35.alium enim habet ſenſum, vt ſtatim dicam.

PABVLVM] hordeum vel auenam.

VERS. 28. OBSTVPEFACTI] Hebraicè *Egreſſum eſt cor illorum*,hoc eſt veriti
12. ſtrui ſibi inſidias & calumniam conſui,deſponderunt animum.

Hebraiſm. cor egreſſum. NARRAVERVNT] vltrò,ne anxius animi penderet, vbi Simeon. In caſibus inopinatis (ait Philo) leuior eſt cognitio, quàm dubitatio. " Nam re cognitâ,poteſt inueniri ad ſalutem aditus:hæſitatio nihil ex- " pedit.] Verè Tragicus, Iners malorum remedium ignorantia eſt.

VERS. 33. DIMITTITE APVD ME] Hebraicè,*requieſcere facite mecum*. q. d. non ero ei durus. benè tractabitur. Vides mendacium. nam coram ipſis vinxerat.

VERS. 35. SINGVLI REPERERVNT] In Hebræo fronte,*Et viderunt ligamina pecuniarum ſuarum, ipſi, & eorum pater: & timuerunt*. Vnde pater iſtud,*repererunt* & *viderunt*, potiſſimùm dici propter Iacobum & ad filios quidem,ſed ſimul cum patre, referendum. filij ſciebant pecunias ineſſe,ſed pater neſciebat. gerebant illi ſe quaſi ignari, ne increparentur,cur,cùm in itinere pecunias in ſaccis inueniſſent, non rectâ rediſſent retuliſſéntque viderunt illi ſinguli ſecundò, ſed cum Iacobo primùm. Timuerunt illi iam ante concepto vel ficto timore: Iacob & nouo & vero:ne quid propterea Simeoni,ſi non rediret;ipſis, ſi redirent, mali contingeret.

VERS. 36. ABSQVE LIBERIS] orbum feciſtis. IN ME HÆC OMNIA] ſolus omnia luo, qui ſic in liberis diſcerpor.

VERS. 37. DVOS FILIOS MEOS INTERFICE]auus nepotes? ſciebat non fore. ſed hyperbolica locutio eſt, ſignificans certò certiùs ſe reducturum.

VERS. 38. CANOS MEOS] me iam decrepitum. CVM DOLORE AD INFE-
13. ROS] Corpus in ſepulcro collocatur non anima,ſed corpus mortuum
Infernus propriè. nec dolet,nec angitur: animæ paſſiones iſtæ,cùm eſt ſeparata, & ad inferos abijt. שאול *Sceol*.igitur non ſepulcrum hîc nec foſſam, ſed locũ apud inferos ſignificat, vbi tum erat patriarcharum receptaculum.Sic exponunt D.Auguſtin.q.142.Eucherius,Rupertus, Strabus & reliqui. ALLEGORIAM totius capitis pete à Ruperto *lib.9.in Geneſ. à cap.2.*& Proſpero *lib.1. Prædict.cap.*30.

CAP.



CAPVT QVADRAGESI-
MVM TERTIVM.




Nterim fames omnem terram 1.
vehementer premebat. * Con- 2.
ſumptisque cibis, quos ex Ægy-
pto detulerant, dixit Iacob ad fi-
lios ſuos: Reuertimini, & emite
nobis pauxillum eſcarum. * Re- 3.
ſpondit Iudas: Denunciauit nobis vir ille ſub at-
teſtatione iuriſiurandi, dicens: Non videbitis fa-
ciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum ad-
duxeritis vobiſcum. * Si ergo vis eum mittere no- 4.
biſcum,pergemus pariter,& ememus tibi neceſſa-
ria:*ſin autem non vis,non ibimus:vir enim,vt ſæ- 5.
pè diximus, denunciauit nobis, dicens: Non vi-
debitis faciem meam abſque fratre veſtro mini-
mo. * Dixit eis Iſrael: In meam hoc feciſtis miſe- 6.
riam,vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem.
* At illi reſponderunt: Interrogauit nos homo per 7.
ordinem noſtrã progeniem: ſi pater viueret:ſi ha-
beremus fratrem:& nos reſpondimus ei conſequẽ-
ter iuxta id quod fuerat ſciſcitatus:Numquid ſcire
poteramus quod dicturus eſſet: Adducite fratrem
veſtrum vobiſcum?* Iudas quoque dixit patri ſuo: 8.
Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſſi-
mus viuere: ne moriamur nos & paruuli noſtri.* 9.
Ego ſuſcipio puerum:de manu mea require illum:

nisi reduxero,& reddidero eũ tibi,ero peccati reus
10. in te omni tempore.* Si non intercessisset dilatio,
11. iam vice altera venissemus.* Igitur Israel pater eo-
rum dixit ad eos:Si sic necesse est, facite quod vul-
tis: sumite de optimis terræ fructibus in vasis ve-
stris,& deferte viro munera, modicum resinæ, &
mellis,& storacis,stactes,& terebinthi,& amygda-
12. larum.* Pecuniam quoque duplicem ferte vobi-
scum:& illam,quam inuenistis in sacculis,reporta-
13. te,ne fortè errore factum sit:* sed & fratrem vestrũ
14. tollite,& ite ad virum. * Deus autem meus omni-
potens faciat vobis eum placabilem : & remittat
vobiscum fratrem vestrum quem tenet, & hunc
Beniamin:ego autem quasi orbatus absque liberis
15. ero.* Tulerunt ergo viri munera,& pecuniam du-
plicem, & Beniamin: descenderuntque in Aegy-
16. ptum,& steterunt coram Ioseph.* Quos cum ille
vidisset,& Beniamin simul, præcepit dispensatori
domus suæ,dicens: Introduc viros domum, & oc-
cide victimas,& instrue conuiuium:quoniam me-
17. cum sunt comesturi meridie.* Fecit ille quod sibi
18. fuerat imperatum, & introduxit viros domum.*
Ibíque exterriti,dixerunt mutuo:Propter pecuniã,
quam retulimus prius in saccis nostris, introducti
sumus:vt deuoluat in nos calumniam,& violenter
19. subiiciat seruituti,& nos,& asinos nostros.*Quam-
obrem in ipsis foribus accedentes ad dispensa-
20. torem domus.*locuti sunt:Oramus domine vt au-
dias nos,Iam ante descendimus vt emeremus escas:
21. * quibus emptis,cùm venissemus ad diuersorium,
aperuimus saccos nostros,& inuenimus pecuniam
in ore saccorum: quam nunc eodem pondere re-
portaui

portauimus. * Sed & aliud attulimus argentum, vt 22.
emamus quæ nobis necessaria sunt: non est in no-
stra conscientia quis posuerit eam in marsupiis no-
stris. * At ille respondit: Pax vobiscum, nolite ti- 23.
mere: Deus vester, & Deus patris vestri dedit vobis
thesauros in saccis vestris, nam pecuniam, quam
dedistis mihi, probatam ego habeo. Eduxitque ad
eos Simeon. * Et introductis domum, attulit aquã, 24.
& lauerunt pedes suos, deditq; pabulum asinis eo-
rum. * Illi verò parabant munera, donec ingre- 25.
deretur Ioseph meridie: audierant enim quòd ibi
comesturi essent panem. * Igitur ingressus est Io- 26.
seph domum suam, obtuleruntque ei munera, te-
nentes in manibus suis: & adorauerunt proni in
terram. * At ille, clementer resalutatis eis, interro- 27.
gauit eos dicens: Saluus ne est pater vester senex, de
quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? * Qui responde- 28.
runt: Sospes est seruus tuus pater noster, adhuc vi-
uit. Et incuruati, adorauerunt eum. * Attollens au- 29.
tem Ioseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum
vterinum, & ait: Iste est frater vester paruulus, de
quo dixeratis mihi? Et rursum: Deus, inquit, mi-
sereatur tui, fili mi. * Festinauitq; quia commota 30.
fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant
lacrymæ: & introiens cubiculum fleuit. * Rursum- 31.
que lota facie egressus, continuit se, & ait: Ponite
panes. * Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seor- 32.
sum fratribus, Ægyptiis quoque qui vescebantur
simul, seorsum (illicitum est enim Ægyptiis come-
dere cũ Hebræis, & profanum putant huiuscemo-
di conuiuium) * sederunt coram eo, primogeni- 33.
tus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta æta-

34. tem suam. Et mirabantur nimis, * sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorque pars venit Benjamin, ita vt quinque partibus excederet. Biberuntque & inebriati sunt cum eo.

ARGVMENTVM.

Secunda filiorum Iacob in AEgyptum profectio cum Benjamino: educitur è carcere Simeon; & fratres omnes epulantur.



VERS. 1. INTERIM] dum differt pater Benjaminum in Ægyptum mittere, secundo iam famis grassantis anno.

VERS. 2. CONSVMPTISQVE] non prorsus, sed propè. PAVXILLVM ESCARVM] quod huius anni inediæ depellendæ sufficiat: nesciebat adhuc quinquenniũ superesse.

VERS. 3. 1. *Iudas cur solus cum patre audeat, & impetret.* IVDAS] cur iste magis quam alij? Philo respondet, quia fratres inter animo, prudentiâ, facundiâ, & authoritate excellebat. Iosephus verò quia vir naturæ vehementioris in patris liberiorem increpationem erupit. SVB ATTESTATIONE IVRISIVRANDI] Hebraicè, *contestando contestatus.* hoc est adhibito sacramento sanctè pollicitus.

NON VIDEBITIS FACIEM MEAM] nullus vobis ad me patebit accessus tutus. nam si audeatis coram me vos sistere, puniam velut exploratores.

VERS. 4. TIBI] cui totius alendæ familiæ cura incumbit. Nos enim de tuo victitamus.

VERS. 5. NON IBIMVS] nolumus frustra iter ingredi.

VERS. 6. IN MEAM HOC FECISTIS MISERIAM] Hebraicè; *Cur tam iniquè mecum egistis?* Verène hoc dictum, an vt ab afflicto & dolente exaggeranter? Sic visum nonnullis. mihi verè locutus videtur, etsi nihil minùs quàm hoc filij intenderint. Euentum enim facti, non facientium voluntatem Iacob aspexit. Canon in sacra Scriptura diligenter notandus est, id † quod nuda occasio fuit, pro verâ rei causâ ponere; eò quòd ita soleant homines ex euentu iudicare: qua de re doctè, vt solet, Ribera noster *ad Amos cap. 2. num. 19.*

2. *Occasio & euentus pro vera causa ponuntur.*

VERS. 7. 3. *Iudas an mentitus?* INTERROGAVIT] primò insimularat eos explorationis. deinde causantibus se XII. esse fratres vnius patris filios, cæpit de patre & fratre absente percunctari. Verè de fratre quoque, *infr.* 44.19. Nihil ergo Iudas mentitur, sed de ordine quo Ioseph interrogarat, dissimulauit: ne pater deprehẽderet ipsos interrogationi occasionem dedisse.

VERS. 8. ET MORIAMVR] expedit vnum filium Benjamin incerto vitæ periculo exponi; quã simul illum tecũ & nobiscum certâ fame perire.

SVSCI

SVSCIPIO] vel tibi illum redditurus, vel ipse in Ægypto pro illo capur periculo, vel humeros seruituti obiecturus. Quanto iustior, honestior, prudentior ista ratio, quam alia Rubeni *sup.* 42.37. VERS. 9.

PVERVM] Sic vocatur respectu fratrum, qui multò seniores. Nam erat annorum fermè vigintiquinque, liberorum iam aliquor pater; qui nominantur infra. 47. 21. qui an omnes eius filij, an quidam nepotes examinandum alibi. *ibi, vel* 1. *Paralip. c.* 7. DE MANV MEA] fideiubeo pro illo. ERO PECCATI REVS] quamdiu viuam, iure poteris mihi eius mortem improperare, & quam voles à me pœnam exposcere. 4. Benjamini ætas.

VICE ALTERA] secundò iam rediissemus, & nunc tertiò possemus abire. VERS. 10.

IGITVR ISRAEL] Iudæ rationes admittens.

DE OPTIMIS TERRÆ FRVCTIBVS] זמר *Zamar* significat laudare seu canere. hinc זמרת *Zimrath* res præstans & laude digna. Hebraicè itaque קחו מזמרת הארץ. *Kehum Mizimrath Haaretz*, *sumite de cantatione terræ*, seu *de laudabili*, est idiotismus, quem luculenter exposuit interpres, vt & Chaldæus, *Tollite de optimis terræ*. MVNERA] ad promerendam viri gratiam, vt citiùs Simeonem libereris, & explorationis suspicionem à vobis amoliamini. *Philo*. RESINÆ] quod VERS. 11. 5. Cantationes seu laudes terræ Hebraism.

„ Rabbani צרי *Cari* faciunt theriacam, faciunt eo iure, quo pictoribus 6. Resina.

„ atque Poëtis. Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Nam aliquid esse consolidandis vulneribus aptum paret ex Ierem. *cap.* 8. *v.* 22. *Numquid* צרי *non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix populi mei*? cicatrices obducere meliùs conuenit resinæ, quàm theriacæ. deinde agitur de terræ fructibus seu simplicibus, non de arte medicâ concinnatis electuariis. Difficile tamen dictu, de qua resinâ loquatur, cùm plures sint arbores resiniferæ: de quibus Dioscorides *lib.* 1. *à cap.* 74. Plinius *lib.* 14. *cap.* 20. agit de resinâ Syriacâ & Iudaicâ. Tostadus hîc de galbano exponit, cui suffragatur Plinius *lib.* 12. *cap.* 25. *in fine*. Fl. Iosephus, pro, *resinâ & storace*, ponit *balanihum* vnguentum βαλάνινον μύρον: quod longè aliud, scripserat forrè γαλβάνη, vide sup. 37. 25. Iosephi locus.

STORACIS] vocis significatio est incerta, נכאת *Necoth* noster aliquando vertit vniuersim *aromata*. LXX. *thymiama*, quidam *opobalsamum*. Aquila *Storacem*. Sed quid Storax? lacrymam recentiores esse volunt Styracis arboris de qua Dioscorides *lib.* 1. *c.* 68. Plinius *lib.* 12. *cap.* 25. Galenus, Oribasiusque. Storacis mentio fit etiam à poëtis: 7. Storax.

„ Valerius in Cyri; Non storace Idæo flagrantes picta capillos. Vnde paret vnguentum styracinum capillis cum odore flauedinem conciliasse.

STACTIS] noster consueuit *guttam* vocare, psal. 44. 9. *Myrrha, & gutta & casia à vestimentis tuis*. quo loco D. Basilius docet, *stacten* esse liquorem myrrhæ renuissimum. Nam ex myrrhâ contusâ & expressâ, quod cohæsit liquidum, id in *stacten* separari; quod restat crassius, *myrrha* nomen retinere. 8. Stacte, Gutta.

9. Terebinthi ſuccus. TEREBINTHI] vſurpat pro arboris ipſius ſucco ſeu reſinâ, qui vulgò *termentina*. Hinc pater reſinam ſuperius memoratam de aliâ quàm terebinthi debere exponi, vt puta de reſina ferulæ, lentiſci, aut galbani, quod præfero. Terebinthinæ laus apud Theophraſt. *lib.* 3. *de Hiſtor. plantar. cap.* 15. & Dioſcorid. *lib.* 1. *cap.* 76. Ex Hebræo non poteſt certò colligi hîc *terebinthi* mentionem fieri: nam multi *pineas* vertunt. Hebraicè eſt בטנים *Batnim*, quod vt noſter vertunt LXX. & Chaldæus.

10. Nuces pro amygdalis. AMYGDALARVM] Sic Aqu. & Symmachus. Nec repugnant LXX. qui *καὶ κάρυα, & nuces*. nam genus pro ſpecie ponunt.

VERS. 12. ERRORE] famulorum incuriâ, non domini voluntate.

VERS. 14. QVASI ORBATVS ABSQVE LIBERIS ERO] interea dum vos omnes abſentes eritis, tot ſuperſtitum pater liberorum, me geram vt orbum: Sic me animo comparabo, tamquam cunctis orbandus: vt primùm Ioſepho, mox Simeone, nunc Beniamino, ceteris neſcio quando. Hebraicè eſt pathetica geminatio. שכלתי שכלתי *Scacoltes Scacalti, orbatus ſum, ah! orbatus*. LXX. *ἠτέκνωμαι, ἠτέκνωμαι*. Quædam verò hîc de ſuo Ioſephus infarcit.

VERS. 16. VIDISSET] non fuit allocutus, ſed diſtuliſt in conuiuium: properans mane ad negotia publica.

VICTIMAS] *occide occiſionem* eſt Hebraicè וטבח טבח *Vtboah Tebah*.

11. Victimæ pro occiſione animaliũ & hominũ. noſter, more ſuo, *victimas* reddidit, pro animalibus † diligenter & in copiâ iugulatis, etiam ad prophanum conuiuium. 1. Reg. 25. 11. ſimili modo Hebræum *Tebah* capitur: *Tollam ergo panes meos, & aquas meas & carnes pecorum* (Hebraicè *Tibchathi* victimam meam) *quas mactaui tonſoribus meis*. Et extenditur ad exercitus à Deo addictos internecioni. Iſai. 34. 6. *Gladius Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe, de ſanguine hircorum & agnorum, de ſanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Boſra, & interfectio magna in terrâ Edom.*] Ezech. 26. 10. *Gladius, gladius exacutus eſt, & limatus. vt cædat victimas exacutus eſt*. & cap. 39. 17. *Dic omni volucri, & vniuerſis auibus, & cunctis beſtiis agri. Concurrite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis: victimam grandem ſuper montes Iſraël: vt comedatis carnem, & bibatis ſanguinem.*] Hoc noſtro loco intellige victimas, non ouium, hircorum, aut taurorum: nam hæc pro Diis colunt Ægyptij: Sed volarilium piſciumque quibus communiter Ægyptij & Hebræi poterant veſci.

VERS. 21. AD DIVERSORIVM] Ioſephus malè, *ad domum*. Nam loquitur de publico diuerſorio: quod illis paratum.

VERS. 22. NON EST IN NOSTRA CONSCIENTIA] non ſumus conſcij, neſcimus.

IN MARSVPIIS] in ſacciperiis, quæ in ore ſacci cuiuſque.

VERS. 23. PAX VOBISCVM] ſecuros eſſe iubeo.

DEDIT VOBIS] per me, cui id Deo inſpirante iuſſit Ioſeph.

THESAVROS] pecuniam arcanam, quæ vos latebat.

PROBA

PROBATAM EGO HABEO] Hebraicè, *pecunia vestra venit ad me.* sensus est: ego illam acceptam fero, fateor me accepisse. D. Augustinus *q.*143. ad mysticum sensum confugit. EDVXITQVE] iam liberum & vinculis exsolutum.

PRONI IN TERRAM] flexo poplite. VERS. 16.

SERVVS TVVS] LXX. *παῖς, puer tuus.* D. Ambros. 5.c.10. Ille *se-* VERS. 18.
„ *niorem* dixit, vt honoraret: illi, *puerum* nominauerunt, vt deferrent 12.
„ humilitatis obsequium: quòd senectus honoratæ sit dignitatis; pue- Puer pro
„ ritia autẽ subiecta videatur, & proprior verecundiæ quàm superbiæ] seruo.
Ego *puerum* pro famulo accipio.

VIDIT BENIAMIN] priùs dissimularat se vidisse: nũc ex professo VERS. 29.
in eum oculos intendit, & alloquitur. FRATREM VTERINVM] 13.
Hebr. *Filium matris suæ,* est idiotismus. Sic sup. de nepte, 20.12. *Verè* Filius ma-
soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ. DEVS INQVIT] Io- tris suæ.
sephus alia quædam ponit. MISEREATVR] faueat tibi.

FESTINAVITQVE] quasi ad aliud negocium (*Philo*) in cubiculũ VERS. 30.
interius, quærens locum vbi sine arbitris lacrymaretur.

COMMOTA FVERANT VISCERA] efferbuerat fraternus amor. Hebraicè, *incaluerant miserationes eius.* ERVMPEBANT] parũ abfuit quin palàm lacrymaretur. FLEVIT] vt amoris pij æstum lacrymis mitigaret, dolorémque minueret egerendo. *Sic S. Chrysost. hom.*64.

CONTINVIT SE] animo confirmato fletum repressit. APHAK, VERS. 31.
r. borauit, firmauit vultum. VERS. 32.

SEORSVM IOSEPH.] Non ergo Benjamin Iosepho assedit, vt vult 14.
Procop. Sed tres, vt minimũ mensæ. In prima solus Ioseph, vt regno Procopij lo-
præpositus; in secunda, vndecim fratres; in tertia, proceres Ægyptij cus.
ad conuiuium vocati. Conuiuium Ioseph.

SIMVL VESCEBANTVR] non eadem in mensa, sed eodem tri- 15.
clinio & tempore, non postea cum vulgo famulorum. ILLICITVM Ægyptij
EST ENIM] primò quia homines sibi placentes, & suprà modum cur non con
superstitiosi, pastores & pecuarios, (quales erant Hebræi) immundos uiuẽtur cum
iudicabant. 2. Quia quibus vescebantur Hebræi, oues, hirei, tauri, Hebræis.
Ægyptiorum erant numina. *Exod.*8. Non quidem ista nunc Hebræis apposita: Sed sciebant iis vesci solitos.

SEDERVNT] sic Hebraicè ישבו *Iasebu.* LXX. ἐκάθισαν; nondum VERS. 33.
enim mos accumbendi in vsu, qui recentior Troianis temporibus: 16.
vt patet ex Homero, Philone *hic*, & Seruio *in Virgilium.* Sederunt au- Sedendi in
tem sicuti † fuerant domi soliti considere (*Iosephus*): quem † fuisse mensa mos
Iudæorum morem, in conuiuiis ætatis ordinem in discubitu seruare, antiquissi-
Philo testatur. Verùm hoc ita, nisi conuiuæ dignitate valdè impares: mus.
tunc enim honoratiori prior locus assignatus, vt patet ex Euangelio, Sedebant se
& docebitur alibi. IVXTA PRIMOGENITA] loco primo qui iure niores ante
primogenituræ ipsi debitus: hoc est primus Ruben, cũ fratribus suis eos qui æta-
Liæ filiis; postea Dan & Nephtalim; Deinde Gad & Aser; vltimo re minores.
omnium loco Benjamin: hoc enim sequitur, MINIMVS IVXTA ÆTATEM] vltimo loco prout ætas postulabat. MIRABANTVR

NIMIS] non enim ipſi ſic ſpontè ſua conſederant: ſed ita ab œconomo ſeu Tricliniarcha fuèrant collocati: & præterea propter exceſſum miſſus Benjaminij, vt ſequitur.

VERS. 34. SVMPTIS PARTIBVS] ſententiam reddit. Hebraicè eſt: *Et ele-*
17. Cõuiuatori *uauit eleuationes à faciebus ſuis ad eos.* Vnde patet conſuetudo: Nam ci-
cibi appone bi primò apponebantur Ioſepho, ille verò diſtribuebat conuiuis cæ-
bãtur, & ille teris; miſit itaque miſſus æquales cæteris fratribus, Benjamino ſoli
transſmitte- multiplicius. Quod indicarunt LXX. ἦραν δὲ μερίδας παρ' αὐτοῦ πρὸς
bat ad alios. αὐτούς. *Tulerunt autem partes ab eo ad illos.* Hebræis *miſſus*, vocantur
18. Eleuationes *eleuationes*, † quia, honoris cauſſa eleuatis in altum manibus, deferebantur. *A faciebus ſuis*, hoc eſt de cibis coram eo poſitis.

19. ITA VT QVINQVE PARTIBVS EXCEDERET] ſiue Hebræa,
Benjamini ſiue Græca, ſiue Chaldæa diſcutias, ſenſus vnus rectè rimâti ſe offert:
portio quæ. pro vna (vt ſic dicam) cæterorum vncia Benjaminum quinque accepiſſe, quæ fuit ſententia Alexandri Polyhiſtoris apud Euſebium *lib. 9. de Præparat. cap. vlt.* & perſpicuè id Chaldæus ſuggeſſit. Miſit autem tam affluenter Benjamino, non quod indigeret, aut poſſet abſumere; ſed vt eum ſic præ cæteris honoraret, & peculiari à ſe affectu diligi oſtenderet. Non placet Ioſephi & Toſtadi expoſitio, ſingulis miſſos quinque miſſus, ſed Benjamino ſingulorum duplum: Nec aliorum; portionem Benjamin quinta parte maioré fuiſſe: vix enim exceſſum
20. hunc aduertiſſent, & fortuitus videri potuiſſet. INEBRIATI vox
Inebriari. שכר *Scachar*, mediæ † ſignificationis eſt, aliquando ſumitur in malam partem, pro tanto exceſſu, vt quis vſu rationis priuetur: non minùs in bonam, pro bibere, quantum volunt, & ſatiari, atque exhilarari, citrà peccatum tamen: quo pacto hic accipi docent S. Hieron. *in Tradition.* & D. Auguſt. *qu.* 144. & patet, quia Ioſeph vir ſanctus comiſſationem criminoſam non permiſiſſet. Sic Deuteron. 32. 42. *Inebriabo ſagittas meas ſanguine.* Nam loquitur Deus. Pſal. 64. 10. *Viſitaſti terram & inebriaſti eam.* Aggæi. 1. 6. *comediſtis & non eſtis ſatiati: bibiſtis, & non eſtis inebriati*: ſic *ebrium* pro *ſaturo* promiſcuè vſurpant profani. Theocritus dixit *plagis ebrium*, πληγαῖς μεθύων. Plautus, *cœnam ebriam* pro copioſa & referta. Varro, *Scholica dape aures ebrias:* alij *veſtes murice ebrias.* Lege Turnebum lib. 3. aduerſ. cap. 6.

ALLEGORIAM capitis petite à D. Ambroſio *lib. de Ioſeph. c. 9. & 10.* Proſpero *ſup. c. 31.* & Ruperto *ſup. c. 6. cum duobus ſequentibus.*

CAPVT



CAPVT QVADRAGESIMVM QVARTVM.



PRÆCEPIT autem Ioſeph diſpen- 1.
ſatori domus ſuæ, dicens: Imple
ſaccos eorum frumento, quantum
poſſunt capere: & pone pecuniam
ſingulorum in ſummitate ſacci.* 2.
Scyphum autem meum argenteum,& pretiũ quod
dedit tritici,pone in ore ſacci iunioris. Factúmque
eſt ita.* Et orto mane,dimiſſi ſunt cum aſinis ſuis. 3.
* Iamque vrbem exierant,& proceſſerant paululũ: 4.
tunc Ioſeph accerſito diſpenſatore domus; Surge,
inquit, & perſequere viros: & apprehenſis dicito:
Quare reddidiſtis malum pro bono? * Scyphus, 5.
quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus
meus,& in quo augurari ſolet: peſſimam rem feci-
ſtis. * Fecit ille vt iuſſerat. Et apprehenſis per ordi- 6.
nem locutus eſt. * Qui reſponderunt: Quare ſic 7.
loquitur dominus noſter, vt ſerui tui tantũ flagitij
commiſerint? * Pecuniam quam inuenimus in 8.
ſummitate ſaccorum, reportauimus ad te de terra
Chanaan:& quomodo cõſequẽs eſt vt furati ſimus
de domo domini tui aurum vel argentum?* Apud 9.
quemcumque fuerit inuentum ſeruorum tuorum
quod quæris, moriatur,& nos erimus ſerui domini
noſtri. * Qui dixit eis: Fiat iuxta veſtram ſenten- 10.
tiam: apud quemcumque fuerit inuentum, ipſe

11. sit seruus meus, vos autem eritis innoxij. * Itaque
festinato deponentes in terram saccos, aperuerunt
12. singuli. * Quos scrutatus, incipiens à maiore vsque
ad minimũ, inuenit scyphum in sacco Benjamin.
13. * At illi, scissis vestibus, oneratísque rursum asinis,
14. reuersi sunt in oppidum. * Primúsque Iudas cum
fratribus ingressus est ad Ioseph (necdum enim de
loco abierat) omnésque ante eum pariter in terram
15. corruerunt. * Quibus ille ait: Cur sic agere voluistis?
an ignoratis quod non sit similis mei in au-
16. gurandi scientia? * Cui Iudas: Quid respondebimus,
inquit, domino meo? vel quid loquemur, aut
iustè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem
seruorum tuorum: en omnes serui sumus
domini mei, & nos, & apud quem inuentus est scy-
17. phus. * Respondit Ioseph: Absit à me vt sic agam:
qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus: vos
18. autem abite liberi ad patrem vestrum. * Accedens
autem propius Iudas, confidenter ait: Oro domine
mi, loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis,
& ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharao-
19. nẽ * dominus meus. Interrogasti prius seruos tuos.
20. Habetis patrem, aut fratrem? * & nos respondimus
tibi domino meo: Est nobis pater senex, & puer
paruulus, qui in senectute illius natus est; cuius
vterinus frater mortuus est: & ipsum solum habet
21. mater sua, pater verò tenerè diligit eum. * Dixistíque
seruis tuis: Adducite eum ad me, & ponam
22. oculos meos super illum. * Suggessimus domino
meo: Non potest puer relinquere patrem suum:
23. si enim illum dimiserit, morietur. * Et dixisti
seruis tuis: Nisi venerit frater vester minimus vo-
biscum,

biſcum,non videbitis ampliùs faciem meam.*Cum 24.
ergo aſcendiſſemus ad famulum tuum patrem no-
ſtrum, narrauimus ei omnia quæ locutus eſt do-
minus meus.* Et dixit pater noſter: Reuertimini, 25.
& emite nobis parum tritici.*cui diximus:Ire non 26.
poſſumus:ſi frater noſter minimus deſcenderit no-
biſcum proficiſcemur ſimul:alioquin illo abſente,
non audemus videre faciem viri.* Ad quæ ille 27.
reſpondit:Vos ſcitis quod duos genuerit mihi vxor
mea.*Egreſſus eſt vnus,& dixiſtis:Beſtia deuorauit 28.
eum:& hucuſque non comparet.*ſi tuleritis & iſtũ, 29.
& aliquid ei in via contigerit, deducetis canos
meos cum mœrore ad inferos. * Igitur ſi intrauero 30.
ad ſeruum tuum patrem noſtrum, & puer defuerit,
(cum anima illius ex huius anima pendeat) * vi- 31.
deritq́ue eum non eſſe nobiſcum, morietur, & de-
ducent famuli tui canos eius cum dolore ad infe-
ros.* Ego propriè ſeruus tuus ſim,qui in meam hũc 32.
recepi fidem, & ſpopondi, dicens: Niſi reduxero
eum,peccati reus ero in patrem meum omni tem-
pore.*Manebo itaque ſeruus tuus pro puero in mi- 33.
niſterio domini mei,& puer aſcendat cum fratri-
bus ſuis. * Non enim poſſum redire ad patrem 34.
meum, abſente puero:ne calamitatis,quæ
oppreſſura eſt patrem meum,
teſtis aſſiſtam.

ARGVMENTVM.

Scyphus in sacco Beniamin deprehenditur. furti manifestum quasi in seruitutem Ioseph vindicat, sed se illi succedaneum Iudas animosè offert.

VERS. 1. RÆCEPIT] post cænam illic dormientibus (*Iosephus*) sub diluculum (*ait Philo.*)

DISPENSATORI] quo ad hanc stropham vt prudenti & fideli vtebatur conscio.

VERS. 2. SCIPHO] quo præcipuè delector. (*Iosephus*) LXX. *κόνδυ poculum*, Aquila *scyphum*, Symmach. *phialam*. illud melius est. Nam Hebræum, גביע *Ghebbiagh* significat poculum colliculi modo eleuatum fuisse, vel signis altioribus asperum, Hisp. *releuãdo*.

IVNIORIS] duplici de causâ, animi eorum explorandi, & vterini sui penes se retinendi, dum pater adueniret. fecit enim vt sic experiretur, quo animo in Beniamin fratres forent, & an aliqua illos inuidia afflasset propter portionum inæqualitatem. indicio fore anxietatem pro capto, vel neglectum *ita Philo, Iosephus, Chrysosto. & Theodoret. quæst.* 105.

VERS. 3. DIMISSI] inopinato discessu læti, ac doli ignari. Philo hæc lautè narrat.

PERSEQVERE] cum equitũ turmâ, (*Iosephus*) ex cohorte domesticorum, iuxta Philonem. vt celeriter assecuti, vel ab inuitis Beniaminum abducerent.

VERS. 5. MALVM PRO BONO] quod extremæ ingratitudinis. Licebat Iosepho

1. Iosephi dolus in Beniamin an iustus. ceteros fratres sic affligere dolore & metu concepto ex insimulatione fratris verè innocentis; quia vero scelere innocentem fratrem vendiderãt. Vt punirentur, exhibẽda fuit improbis asperitas in speciem, charitate intrinsecus seruatâ: vt ostensio illa delinquẽtes coerceret, & amor internus mansuetudinem conseruaret. *Lege S. Gregorij hom. 21. in Ezechiel.* Beniamino calumniam struendi & vexandi ius nullum habebat: sed hanc quæ modici temporis fuit, iniuriam, mox maiore lætitiâ & honore statuerat compensare. Mendacij aliquid intercessit, sed iocosi: Calumniæ nonnihil, sed sine animo nocendi. D. Augustinus *q.* 145. censendus non tam ab omni prorsus mẽdacio illum velle liberare, quàm à serio & strictè sumpto mendacio, quod formale in scolis dicitur. Posset etiam ex reuelatione id Ioseph fecisse spiritu prophetico: quia omnium tribuum bellicosissima & rapacissima fuit Beniaminia, *vt dicetur cap.* 49.

2. Auguratus an Ioseph. IN QVO AVGVRARI SOLET] subaudio quando auguratur. & colligo ex Hebræo; *in quo augurãdo auguratur* נחש ינחש *Naschesc Ienachesc* allusionem exprimunt, LXX. *οἰωνισμῷ οἰωνίζεται augurio auguratur*. sensus:

ſus: quando auguriis vacat, hoc ſcypho vtitur. quod dicens non diſertè aſſerit illum augurari, ſed diſſimulatione quadam vult, hoc illos opinari. vt in quotidiano ſermone, ſi dicat quis, quando in acié procedo, primo pedato ſic haſtam vibro, ſecundò ſic gladium ſtringo &c. Ambiguus itaque ſermo, non mendax, etiamſi numquam auguratus Ioſeph. Poteſt etiam dici, verbo; *ſolet* vſum noſtrum interpretem, propriè & hoc finxiſſe famulum ſolitum fieri, quod tunc tantum fiebat, idque etiam vocis ambiguitate ludentem. Nam *Nachaſc* ſignificat experimentum capere, & augurari. vult ergo audientes accipere de augurio ſuperſtitioſo cui mirè dediti Ægyptij, de quo egi Magicar. diſquiſit. *lib. 4. c. 2. q. 7. ſect. 2.* & ideo ſibi exprobari fatuitaté quod conati tam perito diuinationis ſurripere, & ſperare latere. Ipſe verò priore ſignificatu capiebat, q. d. nunc ſollerter hoc ſcypho animũ veſtrum explorat, & experitur, inquirendo inquirit, tentando tentat, rimando rimatur, hoc eſt diligẽter & ſedulo (vt ſolet) rimatur: ita verbum *Nachaſc* ſumunt hoc loco Chaldæus & quidam Hebræi Latina etiam vox *augurandi* pro quauis ſuſpicione aut cõiectatione ſumi poteſt, ſicur & nomen diuinationis. Ne quid diſſimulem prima expoſitio mihi placet.

PER ORDINEM] ſigillatim & ordine à ſeniore inchoans. VERS. 6.

QVI RESPONDERVNT] in eandem omnes ſententiam, quia ſingulis idem obiiciebatur. VERS. 7.

VT SERVI TVI] Hebraicè *turpitudo foret ſeruis tuis hanc rem facere.*

QVOMODO CONSEQVENS EST] ſi pecuniæ alienæ cupidi fuiſſemus: quod licebat clam retinere, non ſponte retuliſſemus, cum verò retulerimus, cur credis nos alieni appetentes? Hic Ioſephus & Philo certant eloquentiâ proponendâ paraphraſi luculentâ Iudæ in cauſâ deplorata. meo ſententia decoro vincit Philo artificiô flauius. VERS. 8.

APVD QVEMCVMQVE] mutat mortis pœnam in ſeruitutẽ, & noxios ab innoxiis ſeparat; leniens dictum illorum, qui & mortis & ſeruitutis pœnam, & noxios innoxioſque iuxta comprehenderant. VERS. 10.

INNOXII] Hebr. mundi à peccato.

A MAIORE] norat ex conuiuiali ſeſſione ſingulorum ætatem: hoc autem ordine procedit, vt melius lateant inſidiæ ſtructæ Beniamino. VERS. 12.

SCISSIS VESTIBVS] vt ſoliti in mærore, vt audita quauis re moleſta valde. VERS. 13.

3. Veſtes ſcindendi mos.

REVERSI] nihil Beniamino improperantes, nihil pro illo cauſantes, ſed ab Ægyptiis captum ſecuti, parati vel veniam impetrare, vel ſimul ſeruitutem ſeruire. Nimirum, Paruæ curæ loquuntur, ingentes ſtupent.

PRIMVSQ. IVDAS] omnes in patrem pietas ſtimulabat, & amor in fratré accẽdebat, quem animo innoxium credebant, nec oculis ſatis fidebat: memores etiam ſibi, ignaris, pecunias in ſaccis incluſas. Ceteris nimio pauore conſternatis, Iudas animi & linguæ promptior, fors & præſumpta morte ferocior, præit exemplo & ſermone, memor promiſſi ſui. VERS. 14.

NECDVM ENIM] illos operiebatur cupidus se prodere.

VERS. 15. QVOD NON SIT SIMILIS MEI IN AVGVRANDI SCIENTIA] luculentissimè reddidit, quod in fonte est admodùm obscurum, nam Hebraicè est; *Quod factum hoc quod fecistis? nonne nouistis, quod augurando augurabitur vir, qui sicut ego?* sic etiam LXX. q. d. par erat vos recogitare, quemlibet tam peritum ariolandi statim arte suâ furti auctorem inuenturum: quantò magis me, quem Pharao & omnes eo nomine præ ceteris honorant. Insinuat coniectationem somniorum, & eam extendit ad omne genus inuestigandi, latè sumpta voce *augurandi*, vt sup. v. 5. Atque ita exposuit Isidorus Clarius, hisce verbis; An nescitis „ quod vir augurandi gnarus, qualis ego sum, augurari potest, si quip- „ piam amiserit, vt mihi nunc contigit? Et hæc quidem dicebant, non „ quod augurio vteretur; sed quæ ad propositam rem faciebant loque- „ batur.

VERS. 16. AVT IVSTE POTERIMVS OSTENDERE] Hebr. Chald. & Græcè, *aut quo iustificabimur?* quid poterimus causari, quo culpam amoliamur. licèt enim nos conscientia huius criminis non redarguat, palam tamen vt noxij deprehensi sumus. Et fieri non potest, quin iusto Dei iudicio propter aliquod occultum crimen nostrum, cuius noxam satisfactione nōdum luimus, nunc hac calamitate obruamur. Respicit ad peccatum in Ioseph commissum.

DEVS INVENIT] hoc facto ostendit se memorem iniquitatis nostræ. nos fratrem in seruitutem vendidimus: nunc iustæ subdimur seruituti.

5. Iniquitas pro pœnâ. INIQVITATEM] potest etiam sumi pro pœna iniquitatis.

OMNES SERVI SVMVS] plus offert, quàm debebat, vt oblatione tot innoxiorum, vni, qui insimulabatur, veniam obtineat.

VERS. 17. ABSIT A ME] flagitiosum hoc facere & tyrannicum.

VERS 18. ORO DOMINE] Hebr. *In me mi Domine.* Intende mihi, aduerte mētem ad ea quæ dicturus.

VERS. 19. POST PHARAONEM DOMINVS MEVS] plura in Hebræo continentur: nam additur. *quia sicut tu, sic Paroh.* hoc est sic te veneror, & venerabundus alloquor, sicut Pharaonem. quod satis iam expressum erat.

VERS. 20. QVI IN SENECTVTE] Hebrai. puer senectutum. *v. sup.* 37. 3.

6. Puer senectutū. SOLVM HABET MATER SVA] solus ex matre superest. sic Hebraicè, *remansit solus matris suæ*, quod etiam de mortuâ dici potest.

VERS. 21. PONAM OCVLOS MEOS SVPER ILLVM] beneuolus ei sum futurus fauebo & iuuabo illum. sic sumitur idiotismus. Ierem. 39. 12.

7. Oculos super aliquem ponere. Oculus pro fauore. *Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias.* nam in sacra Scriptura. *oculus* pro fauore sumitur. 1. Esd. 5. 5. *oculus autem Dei eorum factus est super senes eorum.* hinc nata phrasis Latina, *respice me*, pro faue mihi.

VERS. 26. IRE NON POSSVMVS] scilicet sine Beniamin.

VERS. 27. VXOR MEA] sic vocat Rachelem, quia hanc solam propriâ electione duxerat.

DIXI

Dixistis] Hebraicè, *dixi*. vtrumque verum. priùs filij dixerunt, post & ipse pater.

Anima illivs]vita. Hebraicè, ***anima eius colligata est cum anima ipsius***. optimè hic noster explicat: nam Hebraismus ambiguus est, & propriè videatur sonare aliud, nempe magnitudinem amoris, quare retinuit phrasim noster 1. Reg. 18. 1. ***anima Ionatha conglutinata est anima Dauid***. simile habes sup. Genes. 34. 8. **Vers. 30.** **8.** **Anima pro vita.** **Anima conglutinata animæ alterius, Hebraism.**

Proprie]peculiaris tibi seruus sim, qui & aptior futurus: nam robore, & rerum vsu sum potior puero. **Vers. 32.**

In meam hvnc] prædem me pro illo dedi. spopondi me reducturum.

Ne calamitatis] Hebr. ***nisi fortè velim videre malum, quod inueniet patrem meum***. Nisi oculatus testis esse sustineam præproperæ mortis patri meo, mea illi promissione acceleratæ. Allegoriam capitis dabunt D. Ambrosius *sup. capite* 11. & Rupertus *superius capite* 9. & 10. **Vers. 34.**

TTt 3 CAP.





CAPVT QVADRAGESIMVM QVINTVM.



1. NOn ſe poterat vltrà cohibere Io-
ſeph multis coram aſtantibus: vn-
de præcepit vt egrederentur cun-
cti foras, & nullus intereſſet alie-
2. nus agnitioni mutuæ.* Eleuauít-
que vocem cum fletu: quam audierunt Ægyptij.
3. omniſque Domus Pharaonis. * Et dixit fratribus
ſuis: Ego ſum Ioſeph:adhuc pater meus viuit?Non
poterant reſpondere fratres nimio terrore per-
4. territi.* Ad quos ille clementer: Accedite, inquit,
ad me.Et cùm acceſſiſſent propè, Ego ſum,ait,Io-
ſeph,frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum.
5. * Nolite pauere,neque vobis durum eſſe videatur
quòd vendidiſtis me in his regionibus: pro ſa-
lute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægy-
6. ptum.* Biennium eſt enim quòd cœpit fames
eſſe in terra:& adhuc quinque anni reſtant, qui-
7. bus nec arari poterit, nec meti. * Præmiſitque
me Deus vt reſeruemini ſuper terram, & eſcas
8. ad viuendum habere poſſitis. * Non veſtro con-
ſilio: ſed Dei voluntate huc miſſus ſum: qui fe-
cit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum vni-
uerſæ domus eius, ac principem in omni terra Æ-
9. gypti. * Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum,
& dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioſeph: Deus
fecit

fecit me dominum vniuersæ terræ Ægypti : de-
scende ad me, ne moreris, * & habitabis in terra 10.
Gessen:erísque iuxta me tu, & filij tui, & filiorum
tuorum, oues tuæ,& armenta tua, & vniuersa quæ
possides,* Ibíque te pascam (adhuc enim quinque 11.
anni residui sunt famis) ne & tu pereas, & domus
tua,& omnia quæ possides,* En oculi vestri, & 12.
oculi fratris mei Beniamin vident quòd os meum
loquatur ad vos.* Nunciate patri meo vniuersam 13.
gloriam meam, & cuncta quæ vidistis in Æ-
gypto: festinate, & adducite eum ad me. * Cum- 14.
que amplexatus recidisset in collum Beniamin fra-
tris sui, fleuit, illo quoque similiter flente super
collum eius. * Osculatusque est Ioseph omnes 15.
fratres suos, & plorauit super singulos: post quæ
ausi sunt loqui ad eum. * Auditumque est, & 16.
celebri sermone vulgatum in aula regis: Vene-
runt fratres Ioseph: & gauisus est Pharao, at-
que omnis familia eius.* Dixítque ad Ioseph vt 17.
imperaret fratribus suis, dicens: Onerantes iu-
menta,ite in terram Chanaan,* & tollite inde pa- 18.
trem vestrum & cognationem,& venite ad me: &
ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt come-
datis medullam terræ. * Præcipe etiam vt tol- 19.
lant plaustra de terra Aegypti, ad subuectionem
paruulorum suorum ac coniugum:& dicito,Tolli-
te patrem vestrum, & properate quantocyus ve-
nientes.* Nec dimittatis quidquam de supellectili 20.
vestra: quia omnes opes Aegypti, vestræ erunt: * 21.
Feceruntque filij Israel vt eis mandatum fuerat.
Quibus dedit Ioseph plaustra,secundùm Pharao-
nis imperium:& cibaria in itinere.* Singulis quo- 22.

que proferri iussit binas stolas: Beniamim verò de-
dit trecentos argenteos cum quinque stolis opti-
23. mis:* tantundem pecuniæ & vestium mittens pa-
tri suo:addens & asinosdecem,qui subueherent ex
omnibus diuitiis Aegypti:& totidem asinas, triti-
24. cum in itinere,panesque portantes. * Dimisit ergo
fratres suos, & proficiscentibus ait: Ne irascamini
25. in via. * Qui ascendentes, ex Aegypto, venerunt
26. in terram Chanaan ad patrem suum Iacob. * Et
nunciauerunt ei,dicentes: Ioseph filius tuus viuit:
& ipse dominatur in omni terra Aegypti.Quo au-
dito Iacob,quasi de graui somno euigilans, tamen
27. non credebat eis.*Illi è contra referebant omnem
ordinem rei:Cumque vidisset plaustra, & vniuersa
28. quæ miserat,reuixit spiritus eius.* & ait:Suf-
ficit mihi si adhuc Ioseph filius meus
viuit: vadam, & videbo il-
lum antequam
moriar.

ARGV

ARGVMENTVM.

Ioseph se fratribus aperit, & remissos cum muneribus, hortatur vt patrem in Aegyptum adducant: ille lætus filio obtemperat.



On se poterat] non valebat vltrà irati personam præferre, (*sic Ioseph:*) vel inuito coram cunctis lacrymæ erumpebant: ideò, ne cæteri aduerterent hanc affectus teneritudinem, clamauit; *foras egrediantur cuncti*, &c. Vers. 1.

Elevavitqve vocem] fletu vox fuerat repressa, ideò maiore conatu altiùs dixit: *Ego sum*, &c. Ita proximi cubiculo potuerunt inaudire, & ab his rumor ad omnes domesticos permanauit. Vers. 2.

Accedite] mira fides & constantia Ioseph fuit, in celando fratrum scelere: ideò iubet propiùs accedere, ne delictum alienus, quis auribus acciperet: *ita Philo.* Vers. 4.

Vendidistis in Ægyptvm] scilicet abducendum mercatoribus in Ægyptum tendentibus.

Pavere] ne animo molestum sit, ne angustiemini. אל תעצבו *Al Theghasbu*, Hebr. Vers. 5.

Neqve vobis dvrvm esse videatvr] Hebraicè: *Ne sit indignatio in oculis vestris.* Ne vobisinetipsis propter hoc factum irascamini: contrariam phrasim habes infer. v.16. Vbi noster explicuit, *gauisus fuit Pharao*, quod est Hebraicè, *fuit bonum in oculis Pharaonis.* 1. Indignatio in oculis Hebraism.

Pro salvte enim] vt victu suppeditato vitam vestram conseruarem: hoc significat Hebraismus, *pro viuificatione.* Nam *viuificare*, pro sustentare vsurpant. Psal.137.7. *Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me.* Vide Eman. Saa in Phrasib. verbo *viuificare.* 2. Viuificare, & viuificatio.

Misit me devs] q.d. æquanimi estote. Non tam est damnanda vestra iniquitas, quàm diuinæ sapientiæ prouidentia & misericordia prædicanda. *Sic S. Chrysostom. hom.* 64. Allegoriam pete à D. Augustino *quæst.* 148.

Nec arari poterit] nisi paucissimis locis ad Nili ripam: cæteris regionibus sterilitas erat ob pluuiæ defectum, Ægypto quia Nilus non exundabat. Vers. 6.

Vt reservemini svper terram] Hebr. *ad ponendum vobis residuum in terra.* Hebraismum retinent L X X. cuius sensus est, vt possitis viuere & posteritas, ac memoria vestra conseruetur. Vers. 7. 3. Reseruari super terrā.

Et escas ad vivendvm habere possitis.] Hebraicè est, *& vt viuificarem vos euasione magna.* Sensus est vt non sinerem fame interire, sed ex euidenti illius periculo, mirabiliter vos eriperem. Hic *viuificare* idem est, quod non sinere interire. *Vide sup. nu.* 2. LXX. longè aliter; *Vt relinquerentur vobis reliquiæ super terram, & enutrire vobis re*

bis reliquias magnas. Pro iisdem accipientes שארית *Sceerith*, quod reddunt καλάλειμμα, & פליטה *Phelitah*, quod reddunt κατάλειψιν. magis ad rem, quam verba spectantes: nam vox posterior *euasionem* significat, sed ipsi *euasionem* indicant poni pro liberatis seu ereptis periculo, qui futuri seminarium magnarum tribuum, vt sit quasi prophetia futuri.

VERS. 8. NON VESTRO CONSILIO] vos conabamini somniorũ meorũ euentum frustrari: sed Deus in bonum vestrum illa fecit effectum sortiri.

4. Pater pro moderatore. QVASI PATREM] rectorem, instructorem, consiliarium. Nam pater Hebræis sæpè ponitur, pro moderatore & consiliario: vt 2. Paralip. 2.13. *Misi tibi virum scientem & prudentissimum, Hiram patrẽ meum.*

5. Quasi, ocio sum. Vide Saa in Phrasibus. Hic vox *quasi*, abundat, vel ponitur vt affirmans, non vt minuens: nec est in Hebræo vel Chaldæo. L X X. addiderunt, quia non erat naturalis pater, sed curam Pharaonis gerebat quasi eum genuisset, & Pharao illum vt filius venerabatur.

VERS. 9. MANDAT] pro, *dicit*, positum, vt est Hebraicè *Amar* λέγει Græcè: nec enim filium patri iubere decet: *Mandat* ergo, hoc est significat,

6. Mandare pro dicere. indicat: vt inf. c. 50.16. *mandauerunt ei dicentes*, &c. Exod. 18.6. *Mandauit Moysi dicens: Ego Iethro, cognatus tuus*, &c.

NE MORERIS] ne restes, *ne stes*, vt est Hebraicè.

VERS. 10. GESSEN] Hebraicè sine punctis גשן L X X. legerunt cum Mem, γέσεμ; nisi sit typographorum vitium. Hebræi, *Gosen*. cum Cholem,

7. Gessen seu Gosen. & sic Chaldæus: olim tempore D. Hieronymi in Græco, τῆς ἀραβίας addebatur, quasi Gosen vel Gessen Arabiæ foret, quod benè refellit Eugubinus: Sed hodie illa additiuncula nõ est in libris Regiis, Complutensibúsque, licet sit in Aldinis & aliis. Falluntur etiam Rabbini, qui putant Thebaidem esse. Nam Thebais est in superiore Ægypti parte, in confiniis Æthyopum, & immodico æstu torretur: Gosen verò est in inferiore Ægypto, terra multis fossis irrigua: propè Delta; & pecoribus pascendis apta, quare à Iosepho deligitur.

IVXTA ME] non procul ab vrbe vbi domicilium meum.

VERS. 11. IBIQVE TE PASCAM] te tuósque nutriam demenso copioso viritim attributo.

8. Depauperari pro perire. NE ET TV PEREAS] Hebraicè, *ne depaupereris*. Quod Chaldæus explicat, *ne* fortè penuriam patiaris effectum noster & LXX. considerarunt, qui erat mors ex inedia. Hebræi vocem *depauperandi* latè pro quouis damno, sicut I.C. *pauperiem*. Titu. si quadrupes pauperiẽ fecerit. OMNIS DOMVS] domestici, tota familia, *vt sup. vers. 2.*

VERS. 12. QVOD OS MEVM LOQVATVR AD VOS] videtis me ipsum illum esse: patrium sermonem nostis, vultum agnoscitis & vocem. Ore ad os vobiscum & non per interpretem ago. *Sic Chaldæus.*

VERS. 14. AMPLEXATVS] nunc Zelo iustitiæ, miscet benignam comitatem, quam iusta lance appendit D. Augustinus *serm. 83. de temp.*

VERS. 15. AVSI SVNT] addit Iosephus mox adhibitos mensæ communi, non vt antè seorsim positæ.

9. Aulæ inuidia. GAVISVS] non ideò mirum de Pharaone, nam maior non inuidet

minori:

minori: sed mirum de aulicis quibus ingenitum alienæ felicitati inuidere: ergo Iosephum mira propensio faciebat, vt eius honori gratularentur: *ita Chrysost.* Fors sibi gaudebant non vilem aliquem, sed nobilem de Abrahæ stirpe sibi præesse. *Sic Procopius.* Fors Pharao ex animo, aulici externis tantùm signis gaudebant.

OMNIA BONA ÆGYPTI] optimam & vbertrimam Ægypti regionem. VERS. 19.

10. Medulla.

MEDVLLAM TERRÆ] Hebr. *adipem* seu *sumen terræ*. Sic vocant quod in quaque re optimum. *Vide Adagia sacra* §.52.

NEC DIMITTATIS QVICQVAM] exprimit clarè Hebraismum, qui est: *oculus vester non parcat super vasa vestra* sensus: quæ poteritis vobiscũ asportare, tollite: quę non potestis vendite, non graue sit, aut molestum illa contemnere, & si necesse confringere ac perdere: hoc enim Hebræis est *non parcat, oculus*, nulla te subeat miseratio, nullus amor inflectat. Habes, ne prolixus sim; verba geminando, Deutero. 7.16. & 13.8. 1. Reg. 15.3. Iudith. 2.6. Isai. 13.18. & Ezech. 5.11. Vbi similis locus, *confringam & non parcet oculus meus*. VERS. 20.

11. Oculus non parcat.

OMNES OPES ÆGYPTI] Hebraicè *Bonum omne Ægypti*. hoc est, vt rectè Chaldæus, optima totius terræ, non de fructibus tantum quos tellus edit, sed de cæteris quoque bonis loquitur: ideò noster *opes* posuit.

BINAS STOLAS] Hebraicè: *mutationes vestium*, seu vestes mutatorias. חלפות שמלת *Chalipboth Semaloth*. LXX. *duplices stolas* διασὰς στόλας: idem est sensus: duas dedisse vnam viliorem, quam domi ferrent: alteram pretiosiorem, quâ in publicum prodirent amicti: de mutatoriis Ribera *in Zachar. cap. 3. num. 13.* VERS. 22.

12. Mutatoria.

BENIAMIN VERO] maioris effectus causa, quia germanus: & quia immerentem ad modicum contristarat.

ARGENTEOS] mille ducenta regalia Hispanica. Nam, quicquid dicant Budæus & Alciatus, argenteus, stater, siclus idem valent, nempè tetradrachmum Atticum, & drachmum Iudaicum, seu viginti obolos. *Lege Iosephum lib. 3. Antiqu. & D. Hieron. in cap. 4. & 45. Ezechiel, & quæ nos sup. cap. 20. 16.*

13. Argenteus pro siclo.

EX OMNIBVS DIVITIIS] ex rebus quibusque pretiosioribus & selectioribus Ægypti. VERS. 23.

PANESQVE PORTANTES] vt essent patri venturo in viaticum. *LXX. & Chald.*

NE IRASCAMINI IN VIA] Hebr. *ne rixemini*: nempè crimen in me commissum inuicem improperantes, vt iam Ruben fecerat sup. cap. præced. *ita S. Chrysost. & Rupert.* VERS. 24.

ASCENDENTES] *Tropologiam* eleganter notat & adornat Origenes *hom. 15.* notans in S. S. accedentes ad loca prophana, dici *descendere*; ad sacratiora verò accedentes, dici *ascendere*. Rectissimè, quia vt hi cælo, sic illi fiunt Tartaro viciniores. Mundanæ ergo dignitates descensus potiùs quàm ascensus: religiosa humilitas & abiectio, ascensus non descensus. VERS. 25.

14. Ascendere vel descendere tropologicè.

VVu 2. QVA

Vers. 26. QVASI DE GRAVI SOMNO EVIGILANS] attonitus & stupens, ad intelligendum ineptus, ad respondendum habes. *Sic Rupertus.* Noster similitudine rem explicuit: tales enim qui subitò euigilant. Hebraicè tantùm est, *cor eius elanguit*.q.d.præ lætitia animo linquitur.

NON CREDEBAT] nam, poëta teste, rara solet magnis rebus adesse fides: quod verissimum in miseris, quorum mens eo magis incredula, quo tenaciùs animo infixerunt, se malis illi liberari non posse; dum quod metuunt nimis, Numquam amoueri posse aut tolli putant. Falsi itaque Philo & Iosephus dum scribunt facilè Iacobum credidisse.

Philo lapsus Iosephus lapsus.

Vers 27. REVIXIT SPIRITVS EIVS] sibi quasi redditus fuit, cuius cor priùs elanguerat tam inopinatæ & incredibilis rei admiratione.

Vers. 28. SVFFICIT MIHI] Hebr. *multum est mihi.* Superat vota, spes meas vincit.

Multum est mihi.

26. VADAM ET VIDEBO] proficiscar vt videam. Hebraismus & pro vt. Vide Saa *in Phrasibus.* ALLEGORICE caput totum explicant D.Ambrosius sup.cap.12.& 13. & Rupertus sup.cap.11. cum tribus sequentibus.

Vadam & videbo. & pro vt.

CAPVT





CAPVT QVADRAGESIMVM SEXTVM.



PRofectvsqve Iſraël cum omni- 1.
bus quæ habebat, venit ad puteum
iuramenti, & mactatis ibi victimis
Deo patris ſui Iſaac, * audiuit 2.
eum per viſionem noctis vocan-
tem ſe, & dicentem ſibi: Iacob, Iacob: cui reſpon-
dit: Ecce adſum. * Ait illi Deus: Ego ſum fortiſſi- 3.
mus Deus patris tui: noli timere, deſcende in Ægy-
ptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. * Ego 4.
deſcendam tecum illuc, & ego inde adducam te
reuertentem: Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſu-
per oculos tuos. * Surrexit autem Iacob à puteo 5.
iuramenti: tuleruntque eum filij cum paruulis &
vxoribus ſuis in plauſtris quæ miſerat Pharao ad
portandū ſenem, * & omnia quæ poſſederat in ter- 6.
ra Chanaan: venitque in Ægyptum cum omni
ſemine ſuo, * filij eius, & nepotes, filiæ, & cuncta 7.
ſimul progenies. * Hæc ſunt autē nomina filiorum 8.
Iſraël, qui ingreſſi ſunt in Ægyptum, ipſe cū liberis
ſuis. Primogenitus Ruben. * Filij Ruben: Henoch 9.
& Phallu, & Heſron & Charmi. * Filij Simeon: Ia- 10.
muel & Iamin & Ahod, & Iachin & Sohar, & Saul
filius Chanaanitidis. * Filij Leui: Gerſon & Caat 11.
& Merari. * Filij Iuda: Her & Onan & Sela & 12.
Phares & Zara, mortui ſunt autem Her & Onan in
terra Chanaan. Natique ſunt filij Phares: & Heſ-

13. ron & Hamul. * Filij Issacar: Thola & Phua &
14. Iob & Semron. * Filij Zabulon: Sared & Elon &
15. Iahelel: * Hi filij Liæ quos genuit in Mesopota-
mia Syriæ cum Dina filia sua: omnes animæ filio-
16. rum eius & filiarum, triginta tres. * Filij Gad: Se-
phion & Haggi & Suni & Esebon & Heri & Aro-
17. di & Areli. * Filij Aser: Iamne & Iesua & Iessui &
Beria, Sara quoque soror eorum. Filij Beria: He-
18. ber & Melchiel. * hi filij Zelphæ, quam dedit La-
ban Liæ filiæ suæ: & hos genuit Iacob sedecim
19. animas. * Filij Rachel vxoris Iacob: Ioseph & Ben-
20. jamin. * Natíque sunt Ioseph filij in Terra Ægy-
pti, quos genuit ei Aseneth filia Putiphare sacer-
21. dotis Heliopoleos: Manasses & Ephraim. * Filij
Benjamin: Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naa-
mã & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared.
22. * hi filij Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ,
23. quatuordecim, * Filij Dan: Husin. * Filij Neph-
24. thali: Iasiel & Guni & Ieser & Sallem. * Hi filij Ba-
25. læ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ: & hos ge-
26. nuit Iacob: omnes animæ, septem. * Cunctæ ani-
mæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum,
& egressæ sunt de femore illius, absque vxoribus
27. filiorum eius, sexaginta sex. * Filij autem Ioseph,
qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ. Om-
nes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in
28. Ægyptum, fuere septuaginta. * Misit autem Iu-
dam ante se ad Ioseph, vt nunciaret ei, & occurre-
29. ret in Gessen. * Quò cùm peruenisset, juncto Io-
seph curru suo, ascendit obuiam patri suo ad eun-
dem locum: vidensque eum, irruit super collum
30. eius: & inter amplexus fleuit. * Dixítque pater ad
Ioseph

Ioſeph:Iam lætus moriar, quia vidi faciẽ tuã, & ſu-
perſtitẽ te relinquo. * At ille locutus eſt ad fratres 31.
ſuos, & ad omnẽ domũ patris ſui:Aſcendã & nun-
ciabo Pharaoni, dicamq; ei: Fratres mei,& domus
patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt
ad me: * & ſunt viri paſtores ouium, curamque 32.
habent alendorum gregum, pecora ſua:& armen-
ta,& omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt
ſecum. * Cumq; vocauerit vos,& dixerit:Quod eſt 33.
opus veſtrum? * Reſpondebitis: Viri paſtores ſu- 34.
mus ſerui tui, ab infantia noſtra vſque in præſens,
& nos & patres noſtri. Hæc autem dicetis,vt
habitare poſſitis in Terra Geſſen: quia
deteſtantur Ægyptij omnes
paſtores ouium.

***



ARGVMENTVM.

Iacob in Ægyptum proficiſcitur. Genealogia poſterorum cum eo proficiſcentium, & Ioſephi occurſus deſcribitur.

VERS. 3.  N[OLI] TIMERE] eximit metum, quo teneri poterat multis ex cauſis. 1. ne liberi idolorum cultu & aliis Ægyptiorum vitiis imbuerentur. 2. ne poſteri illecti fertilitate & amænitate Ægypti in Chananæam redire nollent, & Dei promiſſa negligerent. 3. ne quid aduerſi pateretur, ſi Deo inconſulto hoc iter ſuſciperet. 4. ne moreretur in viâ priuſquam filium cerneret.

FACIAM TE IN GENTEM MAGNAM IBI] ſemen tuum in gentis magnæ numerum multiplicabo.

VERS. 4. DESCENDAM TECVM] adero & fauebo tibi eunti, & ſemini tuo redeunti.

INDE ADDVCAM TE REVERTENTEM] poſteros tuos, qui oſſa tua ſecum ex Ægypto aſportantes illa ſepelient in terrâ ipſis danda vt promiſi. Hebræa obſcura ſunt: *Et ego aſcendere te faciam* (ex Ægypto in Chanaan, è quâ nunc deſcendes) *etiam aſcendendo*, præſens tibi & quaſi comes viæ. LXX. *& ego reducam te in finem*, nunc ducam, poſtea tandem reducam.

1. Morientiũ oculos ſillandi ritus. IOSEPH QVOQVE] faxo illum videas, iſque tibi morienti ſillet oculos. Mos † igitur Hebræis adeo antiquus vt morientium oculos cariſſimi clauderent: ab his Græci & Romani mutuati; qua de re conſuli poteſt Commentar. noſter in Troades *ad verſ.* 372.

VERS. 7. 2. Enallage numeri. FILIÆ] Dina, & filiorum vxores. Si *nurus* addis, nihil neceſſe enallagen cauſari pluralis pro ſingulari: alioqui frequens hoc eſſe in ſacra Scriptura conſtat, & ſi cui non conſtet legat Martinezium *lib.* 6. *hypotyp. cap.* 4.

VERS. 8. HÆC SVNT NOMINA] recenſentur, vt in exitu ab Ægypto manifeſtum ſit quantoperè fuerint multiplicati tam paucis annis. *Theodoretus & Procop.*

QVI INGRESSI] qui, quando Iacob in Ægyptum ingreſſus, ſuperſtites erant. quod fallit in filiis Iudæ, de quib. v. 12. fatetur eos in Chanaan mortuos.

VERS. 10. Iamuel & Namuel. IAMVEL] Num. 26. 13. vocatur *Namuel*, factum ex ſimilitudine Iod & Num. י & נ.

Iamin, Iaminæi. IAMIN] à quo Iaminæi, dicit Procopius.

3. Ahod, & de eius poſteris. AHOD] iſte citò mortuus, vel nullam prolem reliquit, vel omnes eius poſteri in fornicatione cum filiabus Moab & Madian interierunt. quia Num. 26. 12. vbi numerantur filij Simeon, qui terram promiſſionis ingreſſi, nullus de familiâ Ahod nominatur, vt nec 1. Paralip. 4. v. 24.

4. Sohar vel SOHAR] Num. 26. 13. vocatur Zare. Sed 1. paralip. 4. 26. ponitur quidam

quidam *Sarib*,qui fortè est Iachin. Zare.
FILIVS CHANANITIDIS] apage commentum Iudaicum de Dina, Sarib, Ia-
Simeoni nuptâ:hoc enim incredibile:& Moses loquitur de aliquâ ve- chin.
5.
râ Chananitide. Dina an nu-
HER ET ONAN] hos duos addit in Chananæâ mortuos, ne il- pta Simeo-
los descendentibus in Ægyptum annumeremus. *Lege sup. cap.38. à* ni.
VERS. 12.
vers.6.
6.
HESRON ET HAMVL] friuolum videtur quod tradit Chroni- Her&Onan
con Hebræorum,Phares anno ætatis nono filium Hesronem genuis- non nume-
se.Hoc confinxerunt,vt eum includerent catalogo descendentium in randi cum
Ægyptum. connumerandi quidem Hesron & Hamul descendenti- euntibus in Ægyptum.
bus,non quod ante ingressum nati, & pedibus (quod dici solet) suis 7.
profecti, sed quia in ipsâ Ægypto nati, (quod calculationes To- Phares non
stadi conuincunt) & videntur in locum Her & Onan successisse : & genuit anno
quia ex Hezron Reges Iudâ &Beniamin & Messias ipse descende- ætatis nono.
8.
runt. Sicut postea filij Beniamin numerantur , etiam qui in Hesron , &
Ægypto certò nati.Quare nomine *ingressus*,dicendum tempus omne Hamul cur
contineri quod ab ingressu Iacob vsque ad mortem Ioseph decurrit: numerandi
vt docet S.Augustin.*hic q.vlt.& lib.16.de ciuita. Dei cap.40.* in hoc catalogo.
9.
IOB] Num.26.vocatur *Iasub.*
HI FILII LIÆ] de sex propriè dictis filiis intelligit, non de nepo- Ingressus
tibus quoque. latè sumptû tempus.
OMNES ANIMÆ FILIORVM EIVS] hîc *animæ* pro personis; VERS. 13.
filij pro omnibus descendentibus accipiendi, vt Hesron & Hamul 10.
comprehendantur. Iob, Iasub.
11.
TRIGINTA TRES] exclusis Her & Onan: inclusâ Dinâ. sed cum
adhuc tantum inuenias triginta duos. Quare quidam Hebræorum Filij propriè
annumerant Iochabeth filiam Leui, matrem Moysis, diu post in Ae- & impropriè
gypto natam. Alij cum Iosepho & D. Hieronymo pro illâ Iacobum sumpti eodem textu.
ipsum,eò quòd summa sit colligenda à v.8.5.vbi Iacob ponitur simul VERS. 15.
cum filiis. quod magis probo. 12.
HARODI ET HARELI] hinc Haroiles & Arieles duo pagi Palæ- Iochabeth.
stinæ Procopio. VERS. 16. Harodi.
IESSVA] periit huius stirps in Aegypto ante egressum Moysis,pa- Hareli.
ret quia num.26.v.44.prætermissa. 13.
BERIA] d.v.44.vocatur *Beri.* Iessua.
SARA] fortè nominatur in honorem nominis quod ei commune Beria. VERS. 17.
cum Sara Abrahæ.
MANASSES ET EPHRAIM] LXX.addunt hîc nomina nepotum VERS. 20.
Ioseph, sed ea in Hebræo non habentur : vera tamen esse patet ex 1.
Paralip. 7. à numer. 14. vnde huc infarta, noster fontem secu-
tus.
FILII BENIAMIN] Numer. 26. 38. quædam familiæ VERS. 21.
nominantur ; sed non cunctorum filiorum , vt appareat mul- 14.
torum stirpem interiisse. Quidam alio nomine insigniuntur , vn- Beniamin
de patet binomios fuisse. Illic dicuntur Hopham & *Supham*, posteri.

qui hîc *Mophim & Ophim*: & 1. Paralip. d. 2. habes, *Nohaa* & *Rapha*. Porro isti decem, partim sunt filij, partim nepotes, vt patet ex LXX. itaque noster, *filios*, latè pro liberis sumpsit, *sicut* 5. *v.* 15. Nepotes verò filiis miscet, eo quòd, licet illi nondum nati viuo Iacob, iam tamen erant in patris sui lumbis, sicut Leui dicitur in Abrahæ lumbis decimatus. *ita D. Augusti. q.* 151.

15. Romanorum origo. ROS] Theodoretus in cate. & Procopius volunt ab hoc Romanos descendere, quod non est verisimile. Nam Romani à Romulo dicti.

16. Aradij. ARED] ab hoc Aradij Procopio.

HVZIM] in Numeris vocatur *Subam*, à quo familia Subamitarum.

VERS. 23. 17. Dan cur vnicum filium habuerit. Sed cur Dan vnicum filium Deus dedit? Respondent scolia Græca & Procopius, quia serpentis filios non decuit multiplicari: responsio obscura & allegorica ex c. 49. 17. adspicit ad Antichristum ex hac tribu nasciturum.

VERS. 26. 18. De femore egredi. Hebraismus & ratio phrasis. EGRESSÆ SVNT DE FEMORE] ex eo orti sunt. vtuntur hac phrasi Hebræi, vel quia femur ponunt pro † partibus quæ inter femora: vel quia re ipsâ in femore tres venæ sunt, quæ, ortæ ex venis lumborum, priusquam, in crura descendant, viris per femora in scrotum; feminis in vterum recurrunt, & fecundi seminis materiam generationi sufficiunt: ideo cùm de generatione agitur femora nominari in sacris libris censuit Franc. Valesius *de sacrâ philosophiâ cap.* 13. vt infer. 49. 10. *Non auferetur sceptrum de Iudâ, & dux de femore eius*, vbi tamen Hebraicè non est *femur*, sed subindicatur. Num. 5. 22. inter maledictiones moechæ; *vtero putrescente putrescat femur*.

19. Numerus posterorum Iacob. SEXAGINTA SEX] In hoc numero nunc non comprehendo Iacobum, quia Iacob ex suo femore non egressus. vt sint LXVI. debet tolli Iacob, Ioseph, & duo filij Ioseph: nam forent cum his LXX. Tollitur Iacob, quia (vt dixi) non fuit à se genitus; Ioseph, & filij, quia cum Iacobo in Ægyptum non descenderunt.

VERS. 27. ANIMÆ personæ. sic Lucanus

20. Animæ pro personis. *Vos quoque qui fortes animas belloque peremptas:*

hoc est viros strennuos bello cæsos.

21. Septuaginta animæ domus Iacob. INGRESSÆ] censentur ingressæ, etiamsi ante Iacobum, vt Ioseph & licet post ingressum Iacob natę vt nonnulli nepotũ, viuo tamen Iosepho nati, qui omnes cum Iacob dicuntur LXX. *hîc & Exo.* 1. *v.* 5. *Deutero.* 10. 22. LXVI. quas posui v. 26. & pręterea duo filij Ioseph cum patre & auo. Iacobum enim annumerandum volunt Iosephus, S. Hieronymus & D. Augustinus: & textus confirmat, quia domus Iacob

LXX. interpretum defensio. prima persona est ipse Iacob. Grauis hîc oritur quæstio quo igitur pacto verũ quod LXX. hîc transferũt *ἑβδομήκονταπέντε septuaginta quinque*. cùm Hebraicè & Chald. tantũ sint *septuaginta*, & sic ipsimet LXX. verterunt Deutero. 10. 22? Quid dicemus? Eugubinum Melchiori Cano *lib. 2. de locis Theologicis* iure quo optimo vapulare. Sed nodum

Locus Act. 7. 14. relinquit Canus insolutum, qui me quidem sollicitat, cur D. Lucas Act. 7. 14. maluerit sequi LXX. interpretes in locis quibus reddiderunt *ἑβδομήκονταπέντε* vel *πέντε καὶ ἑβδομήκοντα* quàm in d. v. 22. vbi

cum

cum Hebręo fonte cõſentiunt? item cur LXX. nterptetes vno loco ſe-
cuti ſint Hebræũ fontẽ, duobus aliis eũ deſeruerint? Non çõquieſco, ſi
dicas in LXXV. contineri LXX. Verũ hoc eſt, ſed cur nõ LXXV. ſẽper
verterunt? & cur B. Stephanus potius id ſecutus, quod in ſpeciem pu-
gnat cum Hebræo fonte? ſanè Fl. Ioſephus vtebatur verſione LXX.
interpretum, & nihilominus *libro 2. Antiq. cap.* 4. ait; *ἦσαν δὲ οἱ πάντες*
ἑβδομήκοντα erant autem omnes LXX. & ſic vertit Ruffinus, nec men-
doſus eſt locus, cũ exactè mox calculũ nominib. ſingulorum expreſ- 22.
ſis Flauius ſubducat. Sed ſi calculum illum perpendas, facile appare- Ioſephi lo-
bit; Ioſephum non numerare nepotes ex Ioſeph: & ideo quando Grę- cus.
ci vertunt *ſeptuaginta*, hos eos prætermittere; ſicut & Hebræus fons 23.
& verſio noſtra prætermittit. Quando verò vertunt LXXV, tunc vt Septuaginta
paraphraſtas per prolepſim ſeu anticipationem (vt benè D. Hierony- quinque
mus) ponere pro ingreſſis, qui ex ingreſſis orituri, & non actu ſed quomodo.
potentiâ in lumbis maiorum ingrediebantur. Ioſeph enim patri ob-
uius cum filiis ſuis, etiam ipſe patrem ducens ingreſſus cum patre ad
Pharaonem: in Ioſephi verò filiis cenſentur ingreſſi etiam poſteri illo- 24.
rum, quos quinque conſtat fuiſſe. Nempe Ephraimi filios Sutalaam, & D. Auguſti-
Iaam, & Sutalaami filium Edem: (*Ecce tres*) & Manaſſis filium Machir, nus expli-
& ex Machir nepotem Galaad. (ecce alios duos) hi quinque nati vi- catus.
uo adhuc Ioſeph, quia Ioſeph vidit tertiam generationem ſuam, vt
habes Geneſ. 50. 22. ſic igitur ſequor & explico ſententiam D. Augu-
ſtini, qui *lib. 16. de Ciuita. Dei. cap.* 40. docet ingreſſum intelligi debere;
non pro die tantùm quo Iacob Ægyptum ingreſſus; ſed pro toto tem-
pore ab illo die vſque ad mortem Ioſeph. Nempe hoc pertinere dico
ad numerum *ſeptuaginta quinque*, quem ponũt LXX. & S. Stephanus:
nam quoad LXX. animas, quas ponunt verſio noſtra, fons Hebræus 25.
& Ioſephus, poſſumus de ipſomet ingreſſus die intelligere, quo Ioſe- Ingreſſus dies quis.
phus Patrem ſuum ad Pharaonem introduxit, nec enim plenè ingreſ-
ſus, donec in Ægypto domicilium ſeu habitationis locum accepit,
qui terminus itineris ſeu ingreſſus iſtius fuit. Nec nobis tunc opus
vllâ recapitulatione, quam neceſſariam cenſuit Canus: quia non agi-
mus de primo Ioſeph ingreſſu, ſed de ingreſſu Iacobi cum Io-
ſeph, & poſteris ſuis. Nec obſtant nobis argumenta Martinezij 26.
libr. 6. hypotypoſ. capite primo. quia non dicimus Ioſeph nepotes na LXX. cur
tos viuente Iacob, ſed viuente Ioſeph. Duo manent ſcrupuli. cur† er- diuerſimodè idẽ ver-
go Septuaginta diuerſimodè verterunt? Caluin⁹. & Beza volunt loca terint.
Geneſ. & Exodi mendoſa eſſe, & mendoſa quoque D. Stephani verba:
ſed hoc dignum ipſis, nempe hereticis audaciſſimis. Omnes enim li-
bri, Noui teſtamenti, Latini, Græci Syriaci conſentiunt in LXXV. In
Geneſi quoque, & Exodo, ſic legerunt D. Hieronymus, Auguſtinus
& alij veteres: Ioſephus non locum Geneſis vel Exodi. ſed locum
Deuteronomij ſecutus fuit. Malo igitur dicere ſpiritum ſanctum ita
calamum illorum direxiſſe, vt vno loco ponerent actu cum Iacobo
ingreſſos, alio vero loco adderent etiam potentia (vt dixi) ingreſſos.
Itaque conciliatio verſionis vtriuſque clara eſt: LXX. hîc ponere etiã

eos, qui in lumbis patris ingressi: nostrum cum fonte tantum qui die ingressus nati erant, & actu intererant. Alter †est, cur in hoc Catalo-

27. Iosephi nepotū cur hîc magis habita ratio quā nepotum ex aliis patriarchis.

go potiùs habita ratio posterorum ex Ioseph, quàm ex fratribus eius oriundorum? D. Augustinus videtur reddere rationem, quia Ioseph fuit causa ingressus in Aegyptum. Addo & aliam, non minùs plausibilem, sicut à Moyse computati fuere nepotes Iudæ, eo quòd in illis mansit regnum duarum tribuum; sic etiam LXX. & B. Luca numeratos nepotes Ioseph, quia ex illis oriturum regnum decem tribuum in Ieroboam: & quia primogenituræ priuilegium Rubeno ademptum, in Iudam & Ioseph diuisum fuit.

VERS. 28. MISIT AVTEM IVDAM] vt prudentiorem, & Iosepho acceptiorem. ita Procopius post Fl. Iosephum.


IN GESSEN] ad Heroopolim, ita LXX. & Philo.

PASTORES OVIVM] ideo Manethon solet Iudæos vocare opiliones, teste Procopio.

VERS. 34. DETESTANTVR ÆGYPTII] quia pastores armentorum & gregum mactatorum carnibus vesci soliti. Boues autem, hirci, & oues, sunt Aegyptiorum nomina. ALLEGORIAM Capitis pete à D. Ambrosio *lib. de Ioseph. cap. vlt.*

* * *

CAP.





CAPVT QVADRAGESI-MVM SEPTIMVM.



INgreſſus ergo Ioſeph nunciauit 1.
Pharaoni, dicens: Pater meus &
fratres,oues eorum,& armenta,&
cuncta quæ poſſident, venerunt
de Terra Chanaan:& ecce conſi-
ſtunt in Terra Geſſen: * Extremos 2.
quoque fratrum ſuorum quinque viros conſtituit
coram rege: quos ille interrogauit: Quid habetis 3.
operis? Reſponderunt: Paſtores ouium ſumus ſerui
tui,& nos,& patres noſtri.* Ad peregrinandum in 4.
terra tua venimus: quoniam non eſt herba gregi-
bus ſeruorum tuorum,ingraueſcente fame in terra
Chanaan: petimuſque vt eſſe nos iubeas ſeruos
tuos in Terra Geſſen.* Dixit itaque rex ad Ioſeph: 5.
Pater tuus & fratres tui venerunt ad te.* Terra Ae- 6.
gypti in conſpectu tuo eſt:in optimo loco fac eos
habitare,& trade eis Terram Geſſen. Quòd ſi no-
ſti in eis eſſe viros induſtrios, conſtitue illos magi-
ſtros pecorum meorum.* Poſt hæc introduxit Io- 7.
ſeph patrem ſuum ad Regem, & ſtatuit eum co-
ram eo, qui benedicens illi, * & interrogatus ab 8.
eo: Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ?* Reſpon- 9.
dit:Dies peregrinationis meæ centum triginta an-
norũ ſunt,parui & mali,& non peruenerunt vſque
ad dies patrum meorum quibus peregrinati ſunt.

10. * Et benedicto rege, egressus est foras.* Ioseph ve-
11. rò patri & fratribus suis dedit possessionem in Ae-
gypto in optimo terræ loco, Ramesses, vt præcepe-
12. perat Pharao.* Et alebat eos, omnemque domum
13. patris sui, præbens cibaria singulis.* In toto enim
orbe panis deerat, & oppresserat fames terram ma-
14. ximè Aegypti & Chanaan,* E quibus omnem pe-
cuniam congregauit pro venditione frumenti, &
15. intulit eam in ærarium regis: * Cumque defecisset
emptoribus pretium, venit cũcta Aegyptus ad Io-
seph dicens: Da nobis panes quare morimur corã
16. te, deficiente pecunia?* Quibus ille respondit: Ad-
ducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si
17. pretium non habetis.* Quæ cùm adduxissent, de-
dit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, &
asinis, sustentauitque eos illo anno pro commuta-
18. tione pecorum.* Venerunt quoque anno secundo,
& dixerunt ei: Non celabimus dominum nostrum
quòd deficiente pecunia, pecora simul defecerunt:
nec clam te est, quòd absque corporibus & terra
19. nihil habeamus.* Cur ergo moriemur te vidente?
& nos & terra nostra tui erimus? eme nos in serui-
tutem regiam, & præbe semina, ne pereunte culto-
20. re redigatur terra in solitudinem.* Emit igitur Io-
seph omnem terram Aegypti, vendentibus singu-
lis possessiones suas præ magnitudine famis. Subie-
21. citque eam Pharaoni,* & cunctos populos eius à
nouissimis terminis Aegypti vsque ad extremos
22. fines eius.* præter terram sacerdotum, quæ à rege
tradita fuerat eis: quibus & statuta cibaria ex hor-
reis publicis præbebantur, & idcirco non sunt
23. compulsi vendere possessiones suas.* Dixit ergo
Ioseph

Ioſeph ad populos: En vt cernitis, & vos & terram
veſtram Pharao poſſidet: accipite ſemina, & ſerite
agros.* vt fruges habere poſſitis. Quintam partem 24.
regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſe-
mentem, & in cibum familiis & liberis veſtris.* Qui 25.
reſponderunt : Salus noſtra in manu tua eſt:
reſpiciat nos tantùm dominus noſter ? & læti
ſeruiemus regi. * Ex eo tempore vſque in præ- 26.
ſentem diem in vniuerſa terra Ægypti regibus
quinta pars ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem,
abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac condi-
tione fuit.* Habitauit ergo Iſrael in Ægypto, id 27.
eſt, in Terra Geſſen, & poſſedit eam, auctuſque eſt,
& multiplicatus nimis.* Et vixit in ea decem, & ſe- 28.
ptem annis: factique ſunt omnes dies vitæ illius
centum quadraginta ſeptem annorum.* Cumque 29.
appropinquare cerneret diem mortis ſuæ, vocauit
filium ſuum Ioſeph, & dixit ad eum, Si inueni gra-
tiam in conſpectu tuo, pone manum tuam ſub fe-
more meo: & facies mihi miſericordiam & verita-
tem, vt non ſepelias me in Aegypto: *ſed dormiam 30.
cum patribus meis, & auferas me de terra hac, con-
daſque in ſepulchro maiorum meorum ? Cui re-
ſpondit Ioſeph, Ego faciam quod iuſſiſti. * Et ille: 31.
Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Iſrael
Deum, conuerſus ad lectuli caput.

ARGVMENTVM.

Ioseph Pharaoni patrem & fratres sistit: datur eis terra Gessen. Iacob Iosephum de ossium suorum sepultura adiurat.

VERS. 1. VNCVPAVIT PHARAONI] reuerentiæ in Regem id fuit, & fors metu ne animo mutatus. ideò non rectà introduxit.

CONSISTVNT] iussa tua præstolantes.

VERS. 2. 1. Extremi qui. EXTREMOS QVOQVE] dubium quos sic appellet. puto extremos dici, residuos seu abstractos à totâ summâ: seu ex toto numero. Sicut capi potest, *Iudic.* 18. *v.* 2. *ex cognatione sua quinque viros de extremitate sua:* quod videntur velle LXX. *vide Adagia sacra* §. 53. Communior receptiorque expositio est, Iosephum hoc ordine progressum, priore loco solū ingressum, & indicasse Pharaoni adesse patrem fratresque, deinde illos introduxisse, ita vt primi essent quinque fratres, qui aspectu contemptibiliores & inbecilliores videbantur, ne qua lubido Pharaoni incideret eos in militiam vel palatina ministeria legendi: postremo verò loco senex ingrederetur.

VERS. 4. 2. Ægypti paludū natura. NON EST HERBA GREGIBVS] si defectus ex siccitate, cur non in Ægypto totâ vt in Chananæâ? D. Augustinus *quæst.* 160. Ægyptiacas paludes eius indolis esse, vt quo Nilus minùs exundat, magis illę gramine luxurient: quo ille copiosiùs Aegyptū inundat, hoc istæ parcius gramina suppeditent. Potest etiam responderi, Chananæam esse altiorem Ægypto, Gessen verò humiliorem Ægypti partem, fossis multis irriguam ex Nilo & alijs amnibus exiguas ductis. *vide Tostadum.*

VERS. 6. 3. In cōspectu tuo est terra. IN CONSPECTV TVO EST] elige quam voles partem. idem significat, quod coram te est. *vide sup. cap.* 13. *v.* 9.

IN LOCO] Hebraicè, *in benefica terra,* hoc est fertili.

4. Fortis, pro idoneo. VIROS INDVSTRIOS] Hebr. *viros fortes.* Fortis Hebræis significat strennum & idoneum. *hombres de pecho y hecho.* Sic Prou. vlt. *Mulierem fortem,* &c.

5. Ægyptiorū armenta & greges. CONSTITVE ILLOS MAGISTROS PECORVM] ita factum Philo & Iosephus testantur. habebant autem Aegyptij camelos, asinos, equos magna copia: boues, capras, oues, longè minore numero, eò quòd illis essent sacræ, & quasi sepositæ ab omni vsu.

VERS. 7. 6. Benedicere pro bona precari. BENEDICENS ILLI] Salutans & fausta precatus Regi, forte dicens, *viuat Rex,* aut *Rex in æternum viue.* Nam differt benedictio qua minor maiori benedicit, ab ea qua maior minori.

VERS. 9. PEREGRINATIONIS MEÆ] Sanctis, quorum in cælo patria est, hæc vita, non nisi via & peregrinatio videtur. *ita Rupertus.* Ipsa quoque Iacobi vita verè continua peregrinatio & profectio fuit.

7. Parui pro paucis. PARVI] Hebraicè pauci hoc est multo breuiore tempore vixi, quàm maiores mei.

MALI]

MALI] pleni ærumnis & infelices. Vide Adagia sacra §.54. *dies pau-* 8.
ci & mali. Dies paucis & mali, adagium.

BENEDICTO REGE] postquam Regi valedixit. despues de hecho
el deuido acatamiento, se dispidio del Rey. ita Martinus Roa *lib* 1. *sin-* VERS. 10.
gular. cap. 9. cui assentior ita sumi. 2. Reg. 14. 22. *Cadensq; Ioab super fa-* 7.
ciem suam in terram, adorauit & benedixit Regi. Sequitur enim statim Benedicere
abiisse. Non assentior de accusatione Nabal, & dicto vxoris Iobi: de pro valedi-
quibus suo loco. cere.

POSSESSIONEM] alibi soler vertere partem, portionem, funi- VERS. 11.
culum. 8.

RAMESSES] non ergo in ipsâ Heliopoli, vt vult Iosephus; sed haut Ramesse.
procul ab eâ, in regione illâ prouinciæ Gessen, vbi postea Ramesse
oppidum exstructum ab Israëlitis. *Sic S. Hieron. lib. de locis.*

PRÆBENS CIBARIA SINGVLIS] singulis κατὰ σῶμα vt LXX. VERS. 12.
viritim seu capitatim, etiam minimis, quantùm volebant. hæc est
vis Hebraismi † *ad os paruuli.* paruulus pro minimo familiæ, & *os* pro 9.
lubito seu voluntate, desiderioque † Sup. 24. 57. Hebraice, *quæramus* Ad os par-
os eius, hoc est eius voluntatem. Osee. 10. 12. *metite in ore misericordiæ,* uuli.
hoc est copiosissimè quantum beneficentia opter. Num. 21. 24. *per-* Os pro lu-
cussus est in ore gladij, hoc est secundùm aliquos, vsque ad satietatem bito.
gladij, *vide Adagia sacra* §. 55.

TOTO ORBE] magnâ orbis parte, Hyperbole. VERS. 13.

TERRAM] incolas terræ, *Sic Augustin.* est meronymia.

E QVIBVS] Aegyptiis & Chananæis. VERS. 14.

INTVLIT EAM IN AERARIVM] nihil inde sibi reseruans, ait Phi-
lo. tam alienus erat à nostri æui peculatu.

TOTA AEGYPT.] omnium Aegypti locorum procuratores. VERS. 15.

PANES] triticum.

QVARE MORIMVR] cur cùm nos fame perire videas, non po-
stulemus à te tam benè erga rempub. affecto, mali remedium? adspi-
cis, non despicies.

ADDVCITE PECORA VESTRA] molestissimâ pecorum tali tem- VERS. 17.
pore alendorum curâ eos liberat. *Sic Procopius.*

ANNO SECVNDO] à datis pecoribus, qui fuit quinctus vel sextus VERS. 18.
ab inchoatâ fame.

NON CELAMVS] indicamus tibi paupertatem & nuditatem no- 16.
stram vt subuenias. כחד *Chahad.* celare, item exstirpare significat. Conciliatæ
priorem significationem noster & Chaldæus, posteriorem secuti versiones.
LXX. *ne forte deleamur* μήποτε ἐκτριβῶμεν.

EME NOS IN SERVITVTEM] fuimus tantum vassalli, parati sumus VERS. 19.
mancipia fieri. famis vitandæ causâ non se tantum, sed liberos quo-
que potest quis vendere.

PRAEBE SEMINA] an ergo aliquid quibusdam locis seri pote-
rat? an semina posuit, pro annonâ? prius mihi placet. quia sic v. 23.
accipite semina.

VERS.20. OMNEM TERRAM AEGYPTI] parti quæ iam possessione & do-
11. minio Regis erat, singulorum possessorum partes addidit.

Ægyptijne-quam & seditiosi. SVBIECIT QVE] vniuersam regionem, ipsos quoque incolas consentientes, & re verâ indignos libertate, naturâ pronos in omne malum, seditiosos nisi seruitio promerentur. *lege Iosephum contra Apionem, & Originem hom.16.*

12. Fieri alicui, Hebraism. EAM PHARAONI] hoc est in vtilitatem seu proprietatem Pharaonis redegit. psal.118. *Hac facta est mihi*, hoc est in meam versa vtilitatem. *vide D. Augustin. in locutionibus hic.* Hebraicè, *& facta terra fuit Pharaoni.*

13. Seditionum vitandarum optimum remedium. A NOVISSIMIS TERMINIS] vt scirent se nihil amplius in Aegypto possidere, incolas transtulit, de vnâ in aliam remotissimam ciuitatem. Vnicum remedium obuiandi rebellionibus: quo vsus Carolus Magnus, quando Saxones in Flandriam, & Flandros in Saxoniam traduxit. vnde linguæ similitudo. Hebræa hîc apertissima sunt: *& populum transire fecit ad ciuitates de vnâ extremitate termini Ægypti, vsque ad extremitatem eius.* Explicat Chaldæus; populum transtulit de ciuitate in ciuitatem, scilicet hos illuc, & illos huc vicissim transmigrare faciendo; vt mutarent domicilia. LXX. totum hoc intactum reliquerunt, solummodò causam, quæ hîc ponitur reddentes: *& populum subiecit sibi in seruos.*

VERS.22. TERRAM SACERDOTVM] sequitur locus insignis pro † immuni-
14. Immunitas Ecclesiasticorum bonorum. tate bonorum Sacerdotalium, vt ponderauit Theodoretus *q.106.* & S.Chrysost.5. *vide Hamerum hic à fol.260.* TROPOLOGICA sunt quæ adfert Origines docens, Dei Sacerdotes accipere partem in cælis, terrenam repudiare: Pharaonis (h. diaboli) Sacerdotes suam recipere & retinere in terra.

15. pn Statutū, demensum. NON SVNT COMPVLSI] quia nullâ pressi penuriâ, accipiebât enim Alimenta gratuita à Rege iuxta demensum cuiusque. nam certa singulis portio præstituta. Hebraicè statutum, חק *Choq.* LXX. *δόματα*

δόμα. δόσις. & *δόσιν*, & à quibus *δόμα* positum *ἀντὶ δώρου*. nam hîc de dono gratuito mentio est: & *δόσις* non pro remuneratione, sed pro munere, seu congiario, vt veteres aliquando vsurparunt.

VERS.23. DIXIT ERGO IOSEPH] anno famis septimo, & vltimo, spe futuræ fertilitatis adfulgente. *Sic Philo & Iosephus.*

ACCIPITE] vt seminetis in annum futurum, qui votis responsurus.

VERS.24. QVATVOR RELIQVAS] satis magna liberalitas & indulgentia etiam iudice D. Chrysostomo *hom.65.* Tostatus vult iustè dimidiam pacisci potuisse. assentior, quoad primum annum: non quoad cæteros, quibus semina non præbitutus. Hebraicè est, *quatuor manus erit vobis.* solent *manum* ponere pro parte, quia manu partimur.

16. Manus pro parte Hebraism. IN SEMENTEM] vt congruam partem sementi impenderent. Vult Philo speculatores positos, qui viderent vt sationi ea pars impenderetur.

SALVS

Salvs nostra] tu nos in hac vitâ conseruasti, per te salui sumus VERS. 26.
futuri. Hebraicè, *viuificasti nos*. LXX. *σέσωκας ἡμᾶς. seruasti nos*. Su- 17.
baudi, quare par est voluntati tuæ nos permittamus. Si videatur; be- Quinta Regibus Ægyptiis pendi solita.
neficij loco nobis erit, seruire Regi.

Vsqve in præsentem diem] quo hac scribo.

Qvasi in legem] id quod tunc Ioseph constituerat, vim per- *Quasi, tamquam* veritatis indices sæpe.
petuæ legis accepit. Sic sumitur, *quasi tamquam*, & similia, Num. 14. 15.
tamquam virum vnum, plane omnes ad vnum. Daniel 10. v. 16. & 18.
tamquam similitudo, hoc est vera species & similitudo. Hoc sanè lo-
cò Hebraicè, Græcè, & Chaldaicè, simpliciter dicitur hanc legem à
Iosepho in perpetuum latam.

Israel] Iacob. VERS. 27

Misericordiam et veritatem] duæ sunt explicationes. VERS. 28.
vna quæ copulat ambo, vt sit sensus; beneficium certum, seu bonâ 18.
fide. altera quæ disiungit; *misericordiam*, promittendo non necessitate Misericordiam & veritatem facere.
sed mei miseratione; *& veritatem*, quod verbis promiseris, in rem de-
ducendo.

Vt non sepelias] cur non † voluerit in Ægypto sepeliri, sed 19.
mortuus in Chanaan ex portari, causa quam Tostadus reddidit, non Iacob cur voluerit ossa sua ex Ægypto auferri.
est solida; quam D. Augustinus *q.* 161. est allegorica. Veram puto &
litteralem Theodoreti *q.* 107. & Chrysostom. *66. hom.* Sic voluisse
firmam spem posteris facere, & ostendere se diuinis promissis cre-
dere, de reditu & liberatione ex Ægypto, & possessione Chananææ.
idem spectat Ioseph *infer. cap.* 50.

In sepvlchro maiorvm] in speluncâ duplici Hebronis.
s. 23. 17.

Ivra ergo] non diffidit filio, sed præbet excusationis postmo- VERS. 31.
dùm coram Pharaone causam. 20.

Conversvs] ad orientem, siue ad terram promissionis. Conciliati LXX & noster.

Ad lectvli capvt] Hebræum מטה puncta diuersa recipit.
Si subscribas Chirik & Cames, erit מטה *Mittah*, & *lectum* significa-
bit: Si verò subscritas patah & çegol, erit מטה *Matteh*, & significa-
bit *virgam* seu baculum. Radix est נטה *Natah*, extendere, quia le-
ctulus & baculus sunt quid extensum. Priori modo legerunt noster,
Aquila, & Symmachus: posteriore LXX. Arbitror vtramque le-
ctionem & versionem à Spiritusancto esse, & neutram reiici posse.
Vtrumque enim verum est, & ambiguæ lectionis voce indicatam. Lectuli caput.
Vtrumque amplexa Ecclesia. *Lectulum* hîc in vulgatâ, & sic etiam
verterunt ipsi LXX. *mox initio cap. seq. & 3. Reg. 1. 47. vbi similia habes*
de Dauide: sequuntur Chaldæus, & Hierosolymitan. Paraphrastæ,
Augustin. *q.* 161. Rabanus, Beda, Rupertus. *Virgam* retinent hîc
LXX. & Apostolus *ad Hebræos*. 11. 21. & ibi vulgata, & plerique DD.
à me citati *in Panegyri Marianâ secundâ*. Gerebat Ioseph sceptrum,
vt Pro rege; Iacob, audito filij iureiurando, filij sceptrum manu ac- Iosephi virga adorata.
cepit, & conuertit se ad lectuli caput, & inclinauit paululùm ceruí-

cem ac corpus, vt ſedens potuit, & ſceptrum fortè oſculatus, hac demiſſione corporis Deo gratias egit, & filium honorauit, vt Ægypti moderatorem, magis tamen ipſum Deum, à quo filio dignitas attributa. De ſceptro Ioſephi capiunt Chryſoſtom. *hom.66.* Theodoretus *q.108.* Leontius & Hadrianus Papa *in actis 2. Synodi Nicenæ*, D. Auguſtin. *ſ.* Procopius & Eucherius *hic.* de Iacobimet ſcipione Diodorus & Gennadius. Mihi placet Chryſoſtomi ſententia, quia Iacob iacens in lectulo ſcipione non indigebat: & credo in ſceptro Ioſephi etiam præfiguratum & honoratum regnum ex Ephraim, non tam temporale illud Samariæ, quàm ſpirituale & æternum CHRISTI veri Samaritani; ſenſu allegorico. Videtis autem quàm temerè Steuchus & Lipomanus ſcripſerint, hoc de virgâ non intelligibile eſſe.


CAPVT





CAPVT QVADRAGESIMVM OCTAVVM.




Is ita transactis nunciatum est 1.
Ioseph quòd ægrotaret pater
suus: qui assumptis duobus filiis
Manasse & Ephraim, ire perrexit.
* Dictúmque est seni: Ecce filius 2.
tuus Ioseph venit ad te. Qui con-
fortatus sedit in lectulo.* Et ingresso ad se ait: Deus 3.
omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in ter-
ra Chanaan: Benedixítque mihi, * & ait: Ego te 4.
augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas po-
pulorum: dabóque tibi terram hanc, & semini tuo
post te in possessionem sempiternam. * Duo ergo 5.
filij tui, qui nati sunt tibi in terra Ægypti ante-
quam huc venirem ad te, mei erunt: Ephraim &
Manasses, sicut Ruben & Simeon reputabuntur
mihi. * Reliquos autem quos genueris post eos, 6.
tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur
in possessionibus suis. * Mihi enim, quando venie- 7.
bam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra
Chanaan in ipso itinere, erátque vernum tempus:
& ingrediebar Ephratam, & sepeliui eam iuxta
viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Beth-
lehem. * Videns autem filios eius dixit ad eum: 8.
Qui sunt isti? * Respondit: filij mei sunt, quos 9.
donauit mihi Deus in hoc loco. Adhuc, inquit,

10. eos ad me, vt benedicam illis. * Oculi enim Iſraël
caligabant præ nimia ſenectute, & clarè videre
non poterat. Applicitóſque ad ſe, deoſculatus &
11. circumplexus eos, * dixit ad filium ſuum: Non
ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi
12. Deus ſemen tuum. * Cumque tuliſſet eos Ioſeph
13. de gremio patris, adorauit pronus in terram. * Et
poſuit Ephraim ad dexteram ſuam, id eſt, ad ſiniſtram
Iſraël: Manaſſen verò in ſiniſtra ſua, ad dexteram
ſcilicet patris, applicuítque ambos ad eum.
14. * Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper
caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtram autem
ſuper caput Manaſſe, qui maior natu erat, commu-
15. tans manus. * Benedixítque Iacob filiis Ioſeph, &
ait: Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres
mei Abraham, & Iſaac, Deus qui paſcit me ab
16. adoleſcentia mea vſque in præſentē diem: * An-
gelus, qui eruit me de cūctis malis, benedicat pue-
ris iſtis: & inuocetur ſuper eos nomen meum, no-
mina quoque patrum meorum Abraham, & Iſaac,
17. & creſcant in multitudinem ſuper terram. * Videns
autem Ioſeph: quòd poſuiſſet pater ſuus dexteram
manum ſuper caput Ephraim, grauiter accepit: &
apprehenſam manum patris leuare conatus eſt de
capite Ephraim, & transferre ſuper caput Manaſſe.
18. * Dixítque ad patrem: Non ita conuenit, pater,
quia hic eſt primogenitus, pone dexterá tuam ſu-
19. per caput eius. * Qui renuens, ait: Scio fili mi, ſcio,
& iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur:
ſed frater eius minor, maior erit illo: & ſemen illius
20. creſcet in gentes. * benedixítque eis in tempore
illo, dicens: In te benedicetur Iſraël, atque dicetur:
Faciat

Faciat tibi Deus ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſe.
Conſtituítque Ephraim ante Manaſſen. * Et ait ad 21.
Ioſeph filium ſuum: En ego morior, & erit Deus
vobiſcum, reducétque vos ad terram patrum ve-
ſtrorum. * Do tibi partem vnam extra fratres tuos, 22.
quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu
meo.

ARGVMENTVM.

Iacob Ioſepho & filiis eius ſeorſim benedicit, filios adoptat, & Ioſepho partem vnam hæreditariam ſegregat.



QVOD ÆGROTARET] langueret ſenio, paulatímque deficeret. VERS. 1.

CONFORTATVS] gaudio quaſi roboratus ob cariſſimi filij conſpectum, & ſimul ſpiritu prophetico eum implente. *Rupertus cap. 22.* VERS. 2.

SEDIT IN LECTVLO] ante iacebat, nunc reſedit, ita vt crura dependerent à ſpondâ.

ET AIT] iſta commemorat, vt, qui præſentes, intelligerent ius ipſi competere, diuidendæ terræ Chanaan, & filios Ioſephi adoptatos in partem hæreditatis adſciſcendi. VERS. 4.

POSSESSIONEM SEMPITERNAM] longo tempore duraturam; id enim ſignificat Hebraiſmus, *in poſſeſſionem ſeculi.* אחזת עולם *Achuzath Gholam.* 1. Hebraiſm. poſſeſſio ſeculi.

MEI ERVNT] adoptati ſortem ſortientur non minùs quàm Ruben & Simeon. VERS. 5.

QVOS GENVERIS] ſi quos genueris. Nec legimus vllos poſtea genuiſſe, nec eſt veriſimile. Nam Ephraim & Manaſſes iam excedebant 22. annum. VERS. 6.

NOMINE FRATRVM SVORVM VOCABVNTVR] quando diuidetur terra Chanaan, non accipient funiculum proprium tanquam capita tribuum, ſed ſub Manaſſe & Ephraim comprehendentur: *ita Hieron. & Procopius.*

MIHI ENIM] hæc dicit ne Ioſeph miretur eum tantoperè ſollicitum, vt in Mambre ſeu Hebron ſepeliatur, cùm vxorem ſuam dilectiſſimam Ioſephi matrem ipſemet in Ephratâ ſepelierit: docet ſe id non ſponte, ſed neceſſitate feciſſe. VERS. 7.

QVANDO VENIEBAM DE MESOPOTAMIA] facit mentionem primi termini à quo, non verò proximi.

semper huius tribus numerus fuit, quàm Manassæ; tum quod penes
eam decem tribuum, hoc est quasi gentium, fuit imperium. Hebraicè 10.
Manasses dicitur *futuris in populum*: Ephraim verò futurus *plenitudo* Plenitudo
gentium, hoc est futurus in gentes plenas & numerosas. Sic sumitur gētium, do-
plenitudo domus Num. 24. 13. *pugilli* Exo. 9. 8. Maris, seminis, staturę &c. mus, pugilli, maris &c.
IN TE BENEDICETVR ISRAEL] quando Israëlitæ volent alicui VERS. 20.
benè precari dicent: Sic multiplicet te Deus, sicut multiplicauit
Ephraim & Manassem. clarè hoc ex Hebræo colligitur.

EXTRA FRATRES TVOS] futuræ diuisioni eximens, iam nunc tibi VERS. 22.
illam cōcedo, vt eximiam. Hebraicè pro *partem* est שכם *Scichem* quod
partem. significat, & est etiam loci nomen. vnde LXX *σίκιμα*, & *pro*
vnam ἐξαίρετον: vt hæc pars eximia sit ipsa *Sichem*, quæ in sorte filiorum Ioseph ponitur in Iosue Historia *cap.* 17.

DE MANV,] ab Emor, quem latè sumpto vocabulo vocat Amorrhæum, cùm Heuæus fuerit: sic vocat; quia bellicorum instrumentorum meminit, Amorrhæi verò fuerunt Chananæorum bellicosissimi.

IN GLADIO ET ARCV] Non malè Chaldæus exponit in oratio-
ne & deprecatione ad Deum. Malo tamen cum Caietano exponere 12. Amorrhæus
prôpriè, de bellica virtute. Vt Iacob intelligatur primò quidē agrum latèsumitur.
hunc pecuniâ emisse, pôst discessum verò agrum, iterum ab Amor- 13.
rhæis occupatum, sed à Iacobo armis recuperatum, Deo videlicet po- Gladio &
pulis illis incutiente terrorem. Solent arcus & gladij nomine omnia arcu.
bellica instrumenta significari, vt ps. 43. 7. *non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me.* item militaris disciplina, 2. Reg. 1. 18. *præcepit vt docerent filios Iuda arcum.* Pro *tuli in arcu*. Hebraicè est paranomasia, quæ ceteris linguis nequit reddi, לקחתי בקשתי *Lakachti Bekaschti* inter קשת *Keseth* sex punctorum quod significat arcum, & קשט *Kazat* tulit comparauit, vnde fit *Kesitah*, nummus. plura dicam in Adagiis sacris §. 57. ALLEGORIAM pete à D. Ambrosio lib. de benedictionibus patriarch. c. 1. & D. Aug. li. 16. de ciuita. Dei cap. 42.

***

ZZz CAP.



CAPVT QVADRAGESIMVM NONVM.




1. VOcauit autem Iacob filios suos
& ait eis, Gongregamini, vt an-
2. nunciem quæ ventura sunt vobis
in diebus nouissimis. * Congre-
3. gamini,& audite filij Iacob, audi-
te Israel patrem vestrum: * Ru-
ben primogenitus meus, tu fortitudo mea,& prin-
cipium doloris mei:prior in donis,maior in impe-
4. rio.* Effusus es sicut aqua,non crescas: quia ascen-
disti cubile patris tui , & maculasti stratum eius.
5. *Simeon & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia.
6. * In consilium eorum non veniat anima mea, & in
cœtu illorum non sit gloria mea : quia in furore
suo occiderunt virum,& in voluntate sua suffode-
7. runt murũ:* Maledictus furor eorũ : quia pertinax
& indignatio eorũ,quia dura: diuidã eos in Iacob,
8. & dispergã eos in Israel:* Iuda te laudabunt fratres
tui:manus tua in ceruicibus inimicorũ tuorũ, ado-
9. rabunt te filij patris tui : * Catulus leonis Iuda, ad
prædã fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt
10. leo,& quasi leæna,:quis suscitabit eum? * NON AV-
FERETVR sceptrum de Iuda,& dux de femore eius,
donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expe-
11. ctatio gentium.*Ligans ad vineã pullũ suum,& ad
vitem,ô fili mi,asinam suam.Lauabit in vino sto-
12. lam suam,& in sanguine vuæ pallium suum,* Pul-
chrio

chriores sunt oculi eius vino & dentes eius lacte
candidiores.* Zabulon in littore maris habitabit & 13.
in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem.
* Issachar asinus fortis accubans inter terminos. 14.
* Vidit requiem quòd esset bona: & terram quod 15.
optima: & supposuit humerum suum ad portan-
dum, factusque est tributis seruiens.* Dan iudica- 16.
bit populum suum sicut & alia tribus in Israel.* Fiat 17.
Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vn-
gulas equi, vt cadat ascensor eius retro. * SALVTA- 18.
RE tuum expectabo Domine.* Gad, accinctus prę- 19.
liabitur ante eum: & ipse accingetur retrorsum.* 20.
Aser, pinguis panis eius, & præbebit delicias regi-
bus.* Nepthali, ceruus emissus & dans eloquia pul- 21.
chritudinis.* Filius accrescens Ioseph filius accres- 22.
cens, & decorus aspectu: filię discurrerũt super mu-
rũ.* sed exasperauerũt eum, & iurgati sunt, inuide- 23.
runtq; illi habẽtes iacula. * Sedit in forti arcus eius, 24.
& dissoluta sunt vincula brachiorum: & manuũ il-
lius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus
est lapis Israel.* Deus patris tui erit adiutor tuus & 25.
omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli
desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum?
benedictionibus vberum & vuluæ. * Benedi- 26.
ctiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus
patrum eius: donec veniret desiderium collium æ-
ternorum fiant in capite Ioseph, & in vertice Na-
zaræi inter fratres suos. * Beniamin lupus ra- 27.
pax, manè comedet prædam &. vesperè diuidet
spolia. * Omnes hi in tribubus Israel duodecim: 28.
hæc locutus est eis pater suus, benedixitque sin-
gulis benedictionibus propriis.* Et præcepit eis, di- 29.

cens: Ego congregor ad populum meum: sepelite
me cum patribus meis in spelunca duplici quæ est
30. in agro Ephron Hethæi,* contra Mambre in terra
Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab
31. Ephron Hethæo in possessionem sepulchri.* Ibi se-
pelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi sepul-
pultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi &
32. Lia condita iacet.* Finitisque mandatis qui-
bus filios instruebat, collegit pedes
suos super lectulum, & obiit:
appositusque est ad po-
pulum suum.

* * *

ARGV



ARGVMENTVM.

Iacob conuocatis filijs prophetizat quæ posteris bona malaque euentura, & singulis benedicit, & migrat ad vitam meliorem.



Priusquam capitis auspicet enarrationem, nonnulla (Lector) monita cape. Primo ex Origine *hom.* 17. Iacob priùs filijs quædam annunciasse, post singulis benè precatum; non verò è contrà, vt insinuat Iosephus. Secundò prophetiam rerum futurarũ expressè & copiosè commemorari, benedictionẽ verò reticeri: quare hoc caput non satis propriè à multis vocari *Benedictiones Patriarcharũ*, cùm rectiùs dicatur Prophetia Iacob de tribubus duodecim (*ita D. Ambrosius &c.* 2. *& Theodoret. q.* 109. *in princ.*) eo enim præcipuè differt à Moysis vaticinio *Deuter.* 33. quod Moyses benedictionem cum prophetia sic miscuerit, vt ægrè discernantur. Tertiò fore paris vtilitatis & iucunditatis hoc caput seriò conferre cum d. cap. 33. & Cantico Deboræ *cap.* 5. *Iudic.* & reuocare in memoriam, quæ de nominibus Patriarcharum dixi *cap.* 29. *&* 30. vnde manifestum erit nominibus, non sine numinis afflatu inditis, euenta optimè respondisse. Denique ea quæ hîc prædicuntur non eodem cuncta tempore impleta fuisse: sed quædam pertinere ad tempus paullo post subsecutum; vt quod Rubeni posteritas minus multiplicaretur, quàm ceterorum, quædam ad tempus sortitionis terræ Chanaan: quædam ad tempora Iosue sub aliis iudicibus: quædam, & quidem præcipua, ad æuum Messiæ Saluatoris nostri IESV CHRISTI: quædam etiam ad tempus Antichristi. Mos iste sacræ Scripturæ est, vt quod personæ alicui pollicitum, id non ipsi, sed posteris præstitum ostendere. *Notant morem S. Chrysost. hom.* 8. *in c.* 2. *Matthæi & ibi Euthymius.*

1. Prophetia præcedit benedictionem.

2. Inscriptio capitis huius non benedictiones sed prophetia.

3. Prophetiæ similes.

4. Promissiones factæ vni in posteris implentur.

VOCAVIT] factum, postquam filiis Ioseph benedixerat; alia vice. Mos † Hebræorum fuit filios, vel alios curæ suæ commissos, morte imminente conuocare, & salutaria monita dare, ac bene precari, & interdum futura prædicere. Sic faciunt Moyses *Deutero. c.* 31. *& seqq.* Iosue, *historia sua c. vlt.* Samuel. 1. *Reg.* 12. Tobias *hist. suæ cap.* 3. Mathatias 1. *Machab.* 2. 48. & CHRISTVS *Ioan.* 14. *&* 15. Idem memoriæ proditum fecisse duodecim Patriarchas, quorum testamentum exstat *tomo* 3. *Bibliotheca Margarini*, in quo multa continẽtur idonea explicationi huius capitis, quibus tamen abstineo: quia mihi semper visum opus, non apochryphum modò, quod certum; sed etiam ab aliquo non probè catholico conscriptum.

VERS. 1.

5. Benedicendi mos cum morituri.

Liberdictus Testamentum Patriarcharum, suspectus.

IN NOVISSIMIS DIEBVS] futuris temporibus, in posterum. Sic sumuntur in sacra Scriptura *dies nouissimi* & *tempora nouissima*. *docent allatis exemplis Franc. Ribera ad Michea c.* 4. *v.* 1. & Pererius *hic num.* 8.

6. Nouissimi dies vel tempora.

VERS 3. PRIMOGENITVS] Secundùm carnem. nam iura primogenituræ il-
7. li iure adempta, vt impio in patrem. Miratur Origenes, cur sacra Scri-
Catalogus filiorum Iacob, cur non eodem ordine varijs locis referatur. ptura texens catalogum filiorum Iacob, eos solita sit diuerso ordine
recensere, miratur, & causam prætermittit *hom. 17. in princip.* nec mihi
vacat illam inquirere.

FORTITVDO MEA] quem cum adhuc robustus & viridis ætate
essem genui, vel in cuius generatione orsus sum virum.

8. INITIVM DOLORIS] Hebraicè ראשית אוני *Resculh oni.* Non benè
Principium doloris dicitur primogenitus, & cur. recentiores *initium roboris.* LXX. *principium filiorum.* noster ad verbum
optimè: illi phrasim explicant, sicut † fecit noster Deuteron. 21. 17. &
hoc loco Abenezra appellationis causa, quia nati liberi multum an-
xietatis, laboris, sollicitudinis parentibus adferunt, vt docet Demea
Terentianus, *in Adelphis.*

PRIOR IN DONIS, MAIOR IN IMPERIO] Aquila, *abundans ela-
tione & abundans potentia.* Symmachus, *ad capiendum excellentia & præ-
ter modum.* LXX. *durus ad ferendum, & durus peruicax.* σκληρὸς φέρεσθαι
καὶ σκληρὸς αὐθάδης. Chaldæa metaphrasis luculenta est: *tu accepturus
eras partes tres, primogenituram scilicet, Sacerdotium, & regnum.* in
qua illud vnum de sacerdotio, intelligendum de familiæ sacerdotio,
quod primogenituræ annexum: non de postea instituto Leuitico. Pa-
tet autem ex eo, quàm sapienter noster interpres hunc locum reddi-
derit, primùm seruata ellipsi, quæ est in Hebræo, vt sicut in illo, sic in
Latino subaudiatur, futurus eras, nisi scelere demeruisses. Hebræa
IETHER SEETH, VEIETHER GHAZ sonat, vel, *excellentia extollendi, &*
9. *excellentia fortis,* iuxta Vatablum; vel *excellens dignitate & excellens for-*
יתר pro residuo sumi docet Oleastre. *titudine,* iuxta Pagninum; vel *præcipuus ferendo & præcipuus ro-
bore,* iuxta Leonem: vel, *residuum eleuatio, & residuum potentia,* quod
Oleastrio visum, & mihi magis arridet. hoc sensu: in te reliqua siue
hereditaria manere debebat tum dignitas, tum potentia mea. Tu fra-
tribus, & dignitate, & opibus debebas antistare. posuerunt autem He-
bræi abstractum pro concreto, & positiuum pro comparatiuo, quasi
dicerent, tu potentior & ditior futurus eras.

10. PRIOR IN DONIS] nam primogenito duplex debebatur portio
Primogenituræ prærogatiuæ. hæreditatis Deutero. 21. 17. *agnoscet primogenitum, dabitque ei de his quæ
habuerit omnia duplicia.* hoc ius in Iosephum fuit translatum. nam duæ
sortes eius posteris attributæ seu duæ tribus, ager etiam eximius ex-
tra sortem *cap. præcedenti.*

MAIOR IN IMPERIO] quia primogenito fratres debebant sub-
esse, fraterna quadam, & quasi paterna subiectione. hoc quoad duas
Locus 1. Paral. 5. 1. tribus in Iuda, quoad decem diu in Ephraim permansit. Et quia vtra-
que prærogatiua cernitur in familia Ioseph, ideo 1. Paralip. 5. 1. dicitur
VERS. 4. Ioseph potitus primogenitura Rubeni.
11. EFFVSVS ES SICVT AQVA] præceps in scelus ruisti. Vtuntur
Effundi sicut aqua. † hac locutione Hebræi, cùm significare volunt ardorem inconti-
nen

nentiæ, effusis habenis in peccata ruentem. sicut enim cùm aqua effunditur, nihil eius in phiala manet residuum, non color, non odor, non sapor: ita luxuriæ profusio quicquid in homine rectæ rationis repperit, totum abripit, & eripit, iudicium, sapientiam, boni exempli curam. Iosue 7.5. *pertimuit cor populi, & instar aquæ liquefactum est*. vide Adagia sacra §. 58.

NON CRESCAS] non cresces. nam est prophetia. phrasim notat D. Augustin. *lib. 12. contra Faustum cap.* 33. benè hic Aquila apud Procopium: *Non eris abundantior*. Sensus, Tribus tua minùs multiplicabitur, quàm tribus fratrum tuorum; Non interibit, sed erit exigua numero. Deutero. 33. *Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero*. Falluntur Eusebius & alij Græci, qui putant esse Diras, sed à Moyse reuocari. 11. Imperatiuus profuturo. Rubenitæ pauci.

CVBILE PATRIS TVI] incæstasti nouercam. *sup. c.* 35. 22. de hac re & Ruben pænitentia mira narrat apocryphus liber, *Testamenti Patriarcharum cap.* 1. Rubeni pænitentia.

MACVLASTI STRATVM EIVS] Hebraicè: *tunc fœdasti, stratum meum ascendit*. Sensus ô Ruben, quando cubile patris ascendisti, tunc me, nouercam, te, totamque prosapiam maculasti. & mox auertens ab eo sermonem ad fratres, ait admirabundus, *stratum meum ascendit*. tam audax fuit, & impius, vt meum thalamum non fuerit veritus violare. adhuc vehementius foret, si notam patheticam legendo adiungas, *stratum meum ascendit*! maximè quia nec verbum addit, quasi indignitate rei per aposiopesin obmutescens. TROPOLOGICE Ruben denotat hæreticos, vt docet Rupertus. ALLEGORIAM huius prophetiæ de Ruben pete à D. Ambrosio *sup. c.* 2. Ruperto *sup. cap.* 26. Procopio *hic*, Eucherio *lib. 3. cap.* 38. & 39. Origine *hom. vlt. in Genes.*

PROPHETIA DE SIMEON & LEVI.

FRATRES] non tantum germani natura, sed simillimi & coniunctissimi dolo, furore, crudelitate, & præ ceteris ob sororis dedecus exardescentes in vltionem *sup.* 34. 25. VERS. 5. 13. Fratres scelere.

VASA INIQVITATIS BELLANTIA.] armis ad iniquam cædem & exitium aliorum abutentes. Hebraismus, *vasa iniquitatis* pro instrumentis iniquis, aut receptaculis & quasi thesauris iniquitatis, vt vas indicet copiam; *bellantia* verò non esse ociosam aut inertem iniquitatem, sed promptam & strennuam in flagitium exequendum. pro BELLANTIA Hebraicè est, מכרתהם *Mecherothehem*, in cuius explicatione non conueniunt versiones. LXX. paraphrasticè, *consummauerunt iniquitatem propositi sui*; maluerunt patrati quàm concepti tantùm criminis esse rei. Chaldæus vertit in laudem, quod haut dubiè ex sequ. vers. patet, in detestationem positum fuisse: ideo nos hîc non iuuat, recentiores quisque quod lubet. incerta est significatio vocis *Mecherah*. Eugubinus cupat eos, qui vertunt *machæra eorum*: contra hoc vnicè placuit Ariæ Montano, & Oleastrio. Eugubinus probat 14. Vasa iniquitatis.

habitacula eorum:id Oleaster improbat. Ego, si ad verbum verterem
sequerer Montanum. nam Rabbini dissentiunt, vt patet ex Pagnino
in מכבך & Græci videntur hac significatione vocem amplexi: & lin-
guam Hebræam constat esse aliarum matricem. Noster diuersimodè
solet reddere prout sententia videtur exigere vocibus latè patentibus
Sanè vas belli est machæra.

VERS. 6. IN CONSILIVM EORVM] duæ bonæ explicationes occurrunt. vna
Oleastrij, eorum fidei aut consultationi honorem vitamue non credi-
derim. Altera communior patrum, absit à me, vt vel nunc approbem
eorum consilium de perdendis Sichimitis: vel vt glorier hoc filiorum
meorum facinore. olim detestatus sum, & nunc auersor atque abomi-
nor. Constat sceleris authores & concinnatores fuisse Simeonem &
Leui. Istud de consilio, puto sensu allegorico, sed præcipuè intento,
15. Scribæ & legis periti posteri Simeonis. pertinere ad conciliū quod contrà CHRISTVM scribæ & legis periti,
(qui teste Hippolyto Martyre descendebant à Simeone) itē Pōtifi-
ces & Sacerdotes qui ex Leui posteris inierunt. *Matth.* 26.4. Cùm sit
Prophetia, necesse est aliquid, saltē mystico sensu, futurū annūciet.
16. Iecur pro desiderio & gloria. GLORIA MEA] sic in Hebræo ad verbum. nec mirum quod LXX:
non contendant iecora mea. Nam כבך *Chabed* etiam significat iecur.
Idem (inquit Lipomanus) est sensus. Quomodo? an quod *iecur* soleat
significare amorem & desiderium vtpote sedes eorum? quid autem
homini carius esset solet gloria & honore?

ALLEGORICE, Gloriam, desiderium & amorem suum vocat IE-
SVM Seruatorem nostrum: me (ait) consentiente non credet se illis.

IN FVRORE SVO] furentes ira.

IN VOLVNTATE SVA] affectui suo vehementer indulgentes. ἐν τῇ
ἐπιθυμίᾳ. *in concupiscentia* LXX. Hoc & sequentia. Historicè tantum
pertinent ad Hemor & Sichem: quia criminis pœna, quæ subditur,
nempe dispersio harum duarum tribuum, CHRISTI mortem præces-
sit: ea verò dispersio, quæ subsecuta mortem CHRISTI, non magis ha-
rum, quàm ceterarum fuit tribuum.

17. Enallage. Murus ciuitatis, pro Principe. OCCIDERVNT VIRVM] Enallage, singulare † pro plu-
rali, *viros*; vt complectamur omnem populum masculini sexus. Sic
Murum expono muros, quorum nomine capio Hemor & Sichem
populi Principes, hac sententia; non tantùm vulgus masculi sexus, sed
& Principes populi nefariè iugularunt. Procopius: per muros intelli- "
gi possunt principes; qui potentia pollebant in illâ vrbe, eamque con- "
seruabant, & tuebantur instar muri munitissimi.] hac Metaphorâ vsos "
Græcos Latinosque docui Aduersar. & Commentar. in Senecæ
Troades *v*.124. nūc addo & sacræ Scripturæ phrasim esse, 1. Reg. 25.16.
pro muro erant nobis tam in nocte, quàm in die. Prou. 18.11. *Substātia diuitis,
vrbs roboris & eius, & quasi murus validus circumdans eum*. Cant. 8. 10.
18. Vir quid significet. *Ego murus, & vbera mea, sicut turris*. Ierem. 15.20. *& dabo te populo huic,
in murum æreum, fortem*. Viri autem significatio, quia multifaria, debet
peti ab adiunctis. si *vir* opponitur populo, accipitur pro principe seu
præcipuo: si opponitur præstantiori, capitur pro plebeculâ seu vulgo,
vt

vt hoc loco. Si petas, cur noster *murum suffoderunt*, L X X. verò *subneruauerunt taurum* verterint, ἐν ἀρεσκόντων ταῦρον, respõdeo, cùm עקר *Ghakar*, significet vtrumque suffodere seu eneruare; ambos id amplexos, quod eorum instituto visum oportunius. L X X. enim legerunt שור *Scor*, quod Taurum significat, intelligentes Metaphoricè ipsum Sichem, tum quia libidinosus & more tauri in fœminas ruẽs: tum quia ipse inclytus, & præcipuus in domo patris sui, notúmque *tauri* nomine speciosos, robustos, validósque indicari. Psalm. 21. 13. *tauri pingues obsederunt me*. Psal. 67. 31. *congregatio taurorum in vaccis populorum*. Deut. 33. 17. *quasi primogeniti tauri pulchritudo eius*. Noster autem legit שור *Scur*, quod murum significat: ideò etiam L X X. verterunt *subneruare*, quod tauro; noster *suffodere*, quod muro conuenit. Sanè *murus suffossus* corruit, quando progenies Hemor & Sichem interiit. Defensi L X X. Taurus, cur dictus Sichem.

Maledictvs] hæc maledictio prophetica in fratres istos temporaria, & conditionalis fuit, nisi scelus nouis meritis expirarent: ideò propter Zelum Phinees Moses eam à Leuitis sustulit: propter crimen verò Zamri principis tribus Simeon, remansit in tribu; cui propterea soli ex tribubus Moyses non benedixit, Deuter. 33. *ita Procopius hic*. Qua de re nonnihil ambigo: ibi videbo. Vers 7.

Qvia pertinax] excusari possent, si subitò impetu excanduissent: inexcusabiles fuerunt, quòd iracũdia tenax, vindictæ amor insatiabilis, & flecti nescia fuit indignatio. Laudantur à Iuditha *c. 9. 3.* quoniam Zelum Dei Zelauerint: quia iustum fuit odium raptus: iustum studium non sinendi, tam atrox flagitium impunitum. Non laudantur ob odium tectum, neque ob modum vel tempus vltionis sumendæ: in his perfidia, & crudelitas fuit. Locus in Iudith. 9. 3.

Dividam] aptissima pœna malos † consultores disgregandi, & conspirationem disturbandi, ne rursus in aliorum perniciem capita conferant. In Simeon id impletum, quando data ei sorte portio in medio tribus Iudà, *Iosue* 19. 2. & 9. quæ portio exigua fuit, & ita factũ, vt cùm Simeonis tribus hominibus facta esset numerosior, exierint in desertum ad quærendas sibi sedes, pars in Gador, pars in montem Seir. *Vide* 1. *Paral* 4. *v.* 27. 39. & 41. In Leui impleta, quia Leuitis nulla sors obtigit propria, sed per omnes tribus dispersi. *Iosue* 18. *v.* 7. *S. Hieron. hic.* Allegoriam promas ex penu D. Ambrosij *sup. cap.* 3. Ruperti *sup. cap.* 23. 19. Simeon & Leui quo modo diuisi

PROPHETIA DE IVDA.

Prophetia de Iuda.

Tribum Iuda commendat à prærogatiua, nominis, victoriarum, primogenituræ, sceptri Regij Salvatoris ex ea nasci turi; cum cuius laudibus finitur prophetia vers. 12.

Ivda te lavdabvnt] Hebræis verbis elegans allusio ad nomen continetur. Vocarat eum mater (*sup.* 29. *vlt.*) Iudam quoniam laudandi Dei causam habebat maximam: nunc pater addit Vers. 8. 20. Iudas vnde dictus.

AAaa aliam

aliam nominis rationem, eo quòd ipsa tribus (ad hanc enim præcipuè prophetia pertinet) à fratribus sit laudanda: ait אתה יהודה יודוך אחיך *Iehudah attah ioducha achecha, confessio tu* (S. Vocaris) *confitebuntur tibi fratres tui.* Meritò tibi nomen *Iuda* fuit inditum, quia cunctæ tribus te laudibus efferent. Sicut Iudas ipse fratribus suis, 1. *Paral.* 5. 2. Sic eius tribus cæterorum tribubus fortior & animosior fuit. Prima Moysen ausa sequi per mare rubrum: &, mortuo Iosue, Israël iussu Dei sibi in ducem delegit: ex hac ortus Rex Dauid, cui cunctæ tribus regnum detulerunt, cuius tot triumphi: ex eadem Zorobabel qui populi ex captiuitate redeuntis dux: ex hac denique SALVATOR mundi CHRISTVS.

Tribus Iuda laudes.

21. MANVS TVÆ IN CERVICIBVS] laudationis rationes subiungit: hac locutione significat hostium victricem hanc tribum fore, in fugam vertendos, & in seruitutem abducendos. Chaldæus: manus tua præualebit contra inimicos tuos. Sic Psalm. 17.41. *inimicos meos dedisti mihi dorsum* potest etiam verti, ceruicem. *Vide Adag. sacra* §. 59. Impleta prædictio præcipuè in Dauide, Aza, Iosaphat, Ezechia. 2. Reg. passim, & 3. Reg. 15. & 4. Reg. 19.

Manus in ceruicibus hostium.

22. ADORABVNT] in Rege ex ea nasciturο. Hebraicè *incuruabunt se tibi.* LXX. προσκυνήσουσί σε. Chaldæus, *præuenient te salutantes:* de ciuili honore regibus exhibendo accipiens. Non exigua difficultas posita est in explicando ritu & differentiis adorationis Iudæorum, quare visum est mihi semel eam hoc loco discutere, quoad externi cultus exhibitionem. Hebræi explicandæ adorationi quatuor vocabula habent, in quibus omnibus reperitur incuruatio corporis. (Incuruatio dico, non ignominiosa ad stuprum spectans, (de qua apud Iobum,) sed incuruatio honoris causa exhibita.

Adorādi ritus, species & nomina Hebræa.

Primum vocabulum est ברך *Barach* adorare cum genu flexione. Nam inde deducitur *Berech* sex punctorum quod significat genu: habes super. 41.43.

Secundum est כרע *Caragh*, quod est adorare cum incuruatione genuum & reliqui corporis: habes Isai. 45. 23. & 2. Paralip. 29.29. his vt plurimum significatur nuda geniculatio γονυκλισία, non religiosæ modò adorationis, sed ciuilis quoque & prophanæ, quam iusserat Assuerus Hamano exhiberi non nudam, sed cum totius corporis prostratione coniunctam, vt textus Hebræus declarat *Esther.* 3.2. *cum sequentibus.* Vbi non ponitur solùm verbum *Karagh*, sed & aliud simul nempè *Scachah*, de quo statim dicemus; & vtrumque Haman exigebat, Mardochæus autem id recusabat: quia sciebat cum exigere honorem religiosum Diis exhiberi solitum, vt benè D. Thomas. 2.2. quæst. 84. a. 1. ad. 1. Constat enim Assuerum iussisse, exhiberi honorem qui sibi exhibebatur: constat etiam Persarum Reges sibi diuinos honores vindicasse, vt Gentilium scriptores testantur, quorum & nomina, & verba habes apud beatum Brissonium *in Persicis*, & Nicolaum Serrarium, in commentar. illis elaboratis & eruditis *ad Esther. cap. 3. quæst. tertia.* Geniculatio ista facta vtroque genu, si quoti

Locus Esther. 3. 2.

quotidiana, & sine noua quapiam causa fieret, religioso cultui ascribebatur, velut Deo, cui semper debita, impensa: *Quòd patet ex* 3. *Reg*. 8. 54. 2. *Paralip*. 6. 13. & 1. *Esdr*. 9. 5. Si verò rarò, & ex vrgente quapiam occasione id fiebat, tunc ciuilis cultus censebatur, & ita reperitur exhibita Heliæ à tertio quinquagenario, qui mortem deprecabatur, quam lapso cælitus igne cæteri perpessi. 4. *Reg*. 1. 13. quamquam istud ad religiosum duliæ cultum non malè referretur; propter miraculum quo supplex iste pauefactus.

Tertium Hebræorum vocabulum est סגד *Sagad*, *Isaiæ* 44. *vers*. 15. 17. & 19. & *cap*. 46. 6. *Daniel*. 2. 46. & 3. 5. Quod significat venerationis causa toto corpore procidere: istud non inuenio tributum ciuili, sed dumtaxat cultui religioso. Et, si vllum Hebræum vocabulum significat propriè incuruationem iunctam prostrationi in solum, putarim istud esse. 24. Incuruatio cum prostratione.

Quartum & frequentissimum est, שחה *Scachah*, quod sæpissimè in tertia & quarta coniugatione positum, & solet verti supplicare seu adorare, vnde vocatur השתחוה *Hischtachauah*; quod Mercerus, Fursterus, & alij volūt propriè significare adorationem cum prostratione in solum. Quibus tamen vix assentior: cur enim illi Hebræo adderetur aliquando vox significans ipsam prostrationem? vt Isai. 44. 15. qui propheta obseruantissimus est proprietatis vocabulorum. Deinde hæc vox habetur *Genes*. 47. *vers*. *vlt*. vbi constat Iacobum in lectulo iacentem, vel sedentem, se toto corpore non prostrauisse super lectuli ceruical. Multis etiam locis vbi hoc vocabulum positum erat, adhuc expressè adiicitur, facie in terram cecidisse. *Iosue* 5. 15. 2. *Reg*. 14. *vers*. 4. & 22. & 33. & 4. *Reg*. 4. 37. Puto itaque hanc vocem שחה esse genericam, de omni supplicatione siue adoratione cum aliqua corporis incuruatione coniuncta: idcirco enim noster interpres aliquando vertit simpliciter adorare, aliquando adorare pronum in terram, aliquando adorare procidendo in terram: sicut & LXX. modò προσεκύνησεν, vt hîc; modò προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, modò προσεκύνησεν κύψας *incuruatus*, vel præterea πεσὼν *procidens*. Etenim hæc addunt, quia vox sua natura nihil horum complectitur. Qualis verò † iste prostrationis cultus? Vulgò respondent omnem semper indifferentem fuisse, nec quidquam ad λατρείαν pertinere: contra Rabanus & alij in altero extremo, volunt semper fuisse & esse Latriæ, vt hinc argumentum ducant ad cultum humanitatis CHRISTI DOMINI. Media via tutior, quam cum Caietano noster Gabriel Vazquius ingressus *lib*. 1. *de adoratione disp*. 5. *cap*. 3. hanc adorationem ordinario ritu, siue (vt loquitur Tertullianus) passiuitùs exhibitam, pertinere ad cultum qui soli debitus Deo: Ex magna tamen occasione aliqua, & incidenter (vt sic dicam) aliquando creaturis licitè exhiberi potuisse (vt de genuflexione dictum) hominibus ciuili, Angelis religioso. Sed Duliæ cultu: & hoc sensu capienda loca, quibus dicitur hanc adorationem soli Deo reseruatam *Exod*. 20. *vers*. 5. *Exod*. 24. 14. *Num*. 25. 2. *Deuteron*. 4. 19. 4. *Reg*. 17. 16. *Psal*. 80. 10. & hoc

25. Generale vocabulū de omni veneratione.

† 25. Prostratio an cultus religiosi tantum.

AAaa 2 modo

modo timebat Mardochæus ne ordinarium hunc honorem exhibens homini, Deo debitum honorem auerteret, *Esther.* 13.14. Vbi id sua versione LXX. astruunt. Confirmantur ista non inualidè, quoniam

חוה שׁחה solum positum. חוה שׁחה cum verbo incuruandi.

ex S. S. constat vocem שׁחוה aliquando solitariè vsurpari & ἁπλῶς nullo addito; & tunc sumi vel de cultu ciuili tantùm, *vt Gen.* 23.7.& *cap.* 27.29. *cap.* 37.9. *cap.* 49.8. vel de cultu religioso, *vt* 1. *Reg.* 1.3. *Exod.* 11.8.& 24.1. 4. *Reg.* 19. *vlt. Psal.* 5.8. *Ezech.* 8.16.& 42.2. Aliquando illi

26. Incuruatio capitis, seu faciei.

additur verbum significans incuruationem, vt כרע *Karagh, Genes.* 24.26. *Exod.* 12.27. & sumitur de cultu Latriæ. Aliquando significatur hæc incuruatio facta tantùm capite seu facie, ne putetur fuisse genuflexio: hæc vel ciuilis cultus est, vel religiosi pertinens ad dulian,

Locus Num. 22.31.

quam Balam exhibuit Angelo *Num.* 22.31. nec enim ibi in Hebræo significatur de iumento descendisse, sed solummodò facie demissa adorasse, vt à stante vel sedente solet fieri. Quare illic nostram versionem ex fonte Hebræo interpretor: talem etiam puto illam incuruationem Iacobi *Gen.* 47. *vlt.* quoad inclinationē capitis; nam quoad cultum, Latriæ fuit. Ista igitur erat cōmunis Deo & creaturæ, sed intentio adorantis discrimen faciebat. Nonnunquam plus additur, †

27. Incuruatio totius corporis vsque ad solum.

nempè incuruationem toto corpore vsque ad solum factam: & hæc quoque communis. Nam tribuitur cultui ciuili hominum, *Genes.* 33.3. & 43.26. 2. *Reg. vlt.* 21. item cultui religioso Angelorum. *Genes.* 18.2. & *cap.* 19.2. quo etiam refero locum 4. *Reg.* 2.15. Nam ibi exhibetur hæc veneratio Helizæo, vt sancto prophetæ & duplicem Dei spiritu habenti. De hac dubitari potest, vtrum solita fieri, facie valde ferè vsque in solum demissa, genuflexo; an verò perfecta in terram prostratione? vtrumque solitum fieri non dubito: sed an inter hæc duo discrimen aliquod, quoad venerationem, id non satis scio. Si ista duo distinguas, quatuor genera huius adorationis forent, iuxta quatuor illos modos interpretationum vulgatæ & LXX. Nempè genuflexio-

28. Adorationū externarum tria genera.

nis, demissionis faciei, vtriusque iunctæ, & prostrationis. Si verò pro eodem sumas, quod nunc mihi probabilius videtur; tunc ista, & præcedens corporis incuruatio, referendæ ad supremū venerandi ritum,

29. Prostratio seu cernuatio, cuius cultus.

quem mox adiiciam: & tria tantum futura præcipua adorationis externæ genera: genuflexio, capitis demissio, & cernuatio siue prostratio: hoc tertium clarè significatur, cùm additur cadere facie vel corpore in terram: de hac etiam statuo, quod de præcedentibus; ordinariam seu quotidianam, quæ non fiebat ex subita quapiam occasione vel necessitate, propriè religiosam fuisse, & Deo κατ' λατρείαν exhibitam, vt *Iob* 1.20.2. *Paralip.* 7.3. *Psalm.* 94.6. ideò hunc honorem tres socij Danielis aureæ statuæ noluerunt exhibere *Daniel.* 3. *vers.* 10.11.18. Huc refero quod in nostra versione habemus hunc ho-

Locus Daniel. 2.46.

norem exhibitum à Rege, *Daniel.* 2.46. cùm enim eidem, coram quo se Rex prostrauit, etiam libamen seu sacrificium obtulerit, manifesta erat intentio Regis; & certum est, Danielem id minimè passurum sibi fieri; sed recusaturum fuisse. Quare necessariò, cum D. Hieron. & Theodoreto, intelligimus corā Daniele, sed Deo honorem exhibi

exhibitum : & d.v.46. Nomen Danielis positum, pro Deo Danielis; quem coram Daniele, vt eius interprete seu propheta, ità Rex adorauit : Daniel verò, quia tam ipse, quàm adstates id satis intelligebant, fieri permisit. Eundem Latriæ honorem tres Magi CHRISTO puero exhibuerunt *Math.*2.11. & quia sibi illum præstari à CHRISTO diabolus, postulabat, tam acriter repulsus. *Matth.*4.9. Ideo licet Ioan. 9.38. locus.
Ioan.9.38. Græcè tantum sit προσεκύνησεν; quia tamen de veneranda diuinitate agebatur, optimè noster interpres transtulit, *procidens adorauit.* Ideo Act.10.26. Petrus, qua fuit humilitate, ignarus an Centurio sibi vt ciuilem, àn vt religiosum honorem exhiberet, & an aliquid in se diuini suspicaretur, hoc eum facere vetuit, *iux. D.Hieronymum contra vigilantium.* Ideo Apocal. 22. 8. cùm caderet Ioannes ante pedes Angeli, vt eum adoraret; quia tàlis Angelus apparuerat, & talia dixerat, vt posset verbum incarnatum putari; meritò vereri Angelus potuit, ne Ioannes in personâ erraret, eumque pro CHRISTO honoraret : alioquin licebat, etiam de mente Ioannes securo, honorem reiicere ex modestiâ, vt fieri solet; & vicissim mentis suæ conscio Euangelistæ licuit, semel recusanti, iterum aliâ vice eundem honorem, offerre. Planè contra Hrabanum multò verisimilius est, hunc prostrationis ritum solitum etiam creaturis exhiberi, sed κατ' δουλίαν. Sic enim Iosue Angelum honorat *cap.*5.15. & Saul Samuelis animam suscitatam 1.*Reg.*28.14. & B.Virgini Deiparæ hunc honorem potiore adhuc iure tribuendum docet S.Bernardus *serm.super signum magnum* : seque illum SS.Martyribus impendisse Prudentius *carm.de S. Hippolyto, & alibi in lib.de coronis* profitetur.

Act.10.26. Apoc. 22.8.

Quin etiam non raro fuit cultus tantùm ciuilis, maximè supplicum qui vel à suo vel ab alieno capite periculum amoliri nitebantur; eorum quoque, qui cùm magnum aliquid impetrassent, humiliter gratias agebant. Gratias agentium exempla sunt *Ruth.*2.10.2.*Reg.*14.22. & 33. & 4.*Reg.* 4.37. Supplicum pro se. 2.*Reg.*19. 18. 3.*Reg.*18.7. *Matth.*18.*v.*26. & 29. pro alio, 1.*Reg.*25. 23.2.*Reg.*14 4. Hæc de adorationis ritu, quoad potui, clarè, ac distinctè : quæ non recuso comparari, cum iis quæ ab aliis non satis enucleatè scripta sunt. ALLEGORIA. IESVS est verus *Iehuda* quia assiduè Deum laudauit, *Confiteor tibi Pater,* &c. Luc 16. 21. & ipsum confessi fratres, sancti martyres omnes: *Qui me confessus fuerit coram hominibus : confitebor & ego eum coram patre meo.* Matth.10.32. *Manus eius in ceruicibus* : dæmonis, mundi, carnis, peccati, quæ debellauit. *Adorant eum filij patris*, veri filij Dei, non filij matris, hoc est carnis ex fornicatione cum diabolo nati. Illis data potestas, filios Dei fieri.

FILII PATRIS] non dicit, *& matris*; quia fratres Iudæ ex diuersis matribus fuêre : & Iacob de omnibus fratribus eius loquebatur. VERS. 9. 30.

CATVLVS LEONIS IVDA] Hebraismus; *Catulus leo.* גור אריה יהודה *Gur Arieh Iehuda.* in quo primum rectus significat patrium casum: deinde nota similitudinis (sicut, vt, quemadmodum) ex naturâ idiotismi subauditur, pro; sicut catulus Leonis es ô Iuda ita Sophon.2.9. Hebraism. in quo nota comparationis reticetur.

propterea viuo ego propterea ſicut ego vitâ viuo, ſic fiet,&c. Zachar.7. 12. *cor ſuum poſuerunt vt adamantem.* Hebraicè tantum, *cor ſuum poſuerunt adamantem.* ita loci noſtri ſenſus eſt: ſicut leo fortiſſimus animalium ad nullius pauet occurſum, *prouerb.* 30. 30. ita Iudas fortiſſimus fratrum, in bellis futurus impauidus. 1. *paral.*5. 2. de totâ tribu verum, hiſtorico ſenſu de Dauide veriſſimum; qui non ſolùm quando iam vir (hoc eſt leo,) ſed etiam quando adhuc puer (h. catulus) Leones, vrſos, gigantes occidebat. Latini de leone duas habent voces Leo,&

31. Leunculus: Hebræis multa ſunt nomina, de quibus ita opinor. אריה *Arieh* videtur eſſe nomen generis, nam ſolent illi nomina ſexûs; aut ætatis adiungi. Sexûs *vt Nahum* 2.12. אריה לבי *Arieh Labi, leo mas:* ætatis, vt hoc loco *Gur Arieh.* deinde ad ipſas ætates indicandas Hebræi & Græci habent nomina propria. גור *Gur* ſeu catulus generale nomen eſt, infantiam (vt ita loquar) & adoleſcentiam complectens. ideo aliquando dicitur de leone puſillo planè, qui per ætatem nondum aptus prædari, *Nahum* 2. *verſ.* 12. & 13. *Ierem.*51.38. Græcis dicitur σκύμνος & λεοντιδεὺς: aliquando de catulo, qui iam incipit roboraſcere & prædas agere, vt hoc loco poſuit Moyſes: qui Græcis propriè λεοντίσκος Hebræis כפיר *Chephir*, poſſumus vocare *leunculum*, quaſi iam grandiuſculum catulum, ſed paruum leonem. *Chephir* apertè diſtinguitur à *Gur Arieh,* Nahum 2. v. 13. & 14. vbi maior Leo dicitur catulis ſuis (*Gorothai*) prædam adferre: *Chephirim,* verò dicuntur rugire, vtpote iam maiuſculi & ferocientes, *Ierem.*51. *v.*38. Et Ezechiel. *cap.*19. 2. apertè כפרים *Chephirim* ſeparat à catulis, cùm dicit leænam in medio leunculorum (*Chephirim*) multiplicaſſe catulos גוריה (*Guriah*) Iob etiam 4. *v.* 10. ſcribitur *Chephirim* euulſos dentes, qui iam ante prædas egerint. Quod aut S. Hieronymus & Sanctes interdum vertant *catulos*, fit Latinæ linguæ inopiâ. Poſtquam verò catulus ſtatum robur adtigit, communi nomine vocatur *Ari* vel אריה *Arieh.* 2. *Reg.*17.10. vbi vir fortis comparatur cordi leonis: nobis Leo, Græcis λέων. In hoc robore planè confirmatus, & iam ſeneſcens, dicitur *Laiſc*, quaſi annoſus, ſed exercitus & virens adhuc veteranus; qui Iob. 4. 11. Significatur eſſe pater leunculorum. *Prou.* 30. 30. *Leo fortiſſimus* ליש (*Laiſc*) *beſtiarum.* Græcis dicitur λῖς, ab Hebræo. Vidi, qui inter *Lais & Arieh* mediam quandam ætatem inſereret, cui nomen לביא Labi; volunt hunc adultiorem eſſe *Arieh*, & hanc ætatis, ſtationem nuncupari χάρων. Hi rentur *Lais* decrepitum eſſe & ἰσχνογέροντα. quo igitur pacto Salomon *Lais* vocat fortiſſimum. Crediderim *Labi* eſſe idem quod *Arieh*; hoc tamen diſcrimine, quod *Labi* propriè cum ætate ſexum denotet, nempe leonem maſculum ſtatæ ætatis, catulorum parentem; cui cor perfectum & integrum, deducto nomine à *Leb*, quod cor ſignificat: nomen exſtat Iob. 4. 6. fœmininum eſt *Lebia*, & in plurali לבות *Lebaoth Ezechiel* 19. 2. *Nahum.* 2. 12. ſignificat leænam robuſtam, adultam, & iam matrem. Quod verò *Iohel.* 2. 6. D. Hieronymus vertit *catulum leonis*, puto, catulum non ætatis reſpectu, ſed pro filio vſurpauit: vt etiam Chaldæus *Bar Arieuan.*

Leonis varia nomina Hebræis, quid propriè.

Puſillus leunculus.

σκύμνος. λεοντιδεύς. λεοντίσκος. Catulus grandiuſculus.

Stati roboris. Seneſcens.

λῖς

χάρων.

Arieuan. Restat vocabulum שחל *Scachal*, de quo mihi non liquet, leænam an leonem, an quod aliud animal significet: Immo & *Lais* noster aliquando *tigridem*, aliquando *aspidem* vertit; de quare lege nostrum Pinedam *ad d.cap.4.Iob.v.6.*

AD PRÆDAM] Hodiè habemus Hebraicè מטרף *Mitereph*, quod 32. Dauidis prædationes, & victoriæ gradus.
recētiores vertunt *à præda*. LXX. etiam *ἐκ*, vt Symmachus & Aquila:
sed noster, sensum attendens, indicare voluit efficacissimè, quod prophetia insinuabat, iugem quandam victoriarum continuationem, hoc sensu: *de præda in prædam*, à discerptione in discerptionem. Dauid figura CHRISTI gradatim ascendit ab vrsi & leonis laceratione, ad opima de Goliath spolia. 1. *Reg*. 17. *v*. 34. *&* 54. inde ad ducatum militiæ, & ad prædam centum præputiorum. 1. *Reg*. 18. *v*. 13. *&* 27. mox è terrâ Philistim de incircumcisis vicinis quotidie prædas egit. 1. *Reg*. 27.8. postea tribum Iudâ quasi diuulsit à Saulis regno. 2. *Reg*. 2. *v*. 7. cui cùm adiunxisset tribus ceteras, maximas de Ammonitis, Moabitis, Philistæis, & Syris prædas abduxit. 2. *Reg. c*. 8. *&* 10. *&* 12. *&* 1. *Paralip*. 18. *cum sequentibus*. Sed quid significat *Tereph* sex punctorum? LXX. defensi.
33. CHRISTVS germen virgæ Iesseæ.
Æquila vertit *spolia & captiuitates*, Symmachus *venationes* (apud Procopium) significat violentam discerptionem, seu lacerationem, quam noster honestâ voce prædam cur ergo LXX. *ἐκ βλαστοῦ. ex germine?* Leo Castrius *in Apolog. lib*. 3. vult duplicem olim in Hebræo lectionem fuisse, vnam qua significaretur *germen*, alteram quâ præda. hæc est mera cōiectura. Idcirco præstat dicere LXX. vt prophetas voluisse ostendere, sensu præcipuè à Spiritusancto intento (licet mystico) hæc de CHRISTO Domino accipienda, qui surculus virgæ Iesseæ, hoc est Deiparæ MARIÆ, fuit. *ita Origen. & Gennad. hic Hilarius in psal.* 34. Conciliatæ versiones.
131. *& Ambrosius lib. de benedict. Patriarch. cap*. 4. *& Augustinus lib*. 12. *contra Faustum cap*. 4.2.

REQVIESCENS ACCVBVISTI] Aqu. *incuruans accubuisti*. Symmachus *claudicans consedisti*. LXX. *dormiuisti*, omnia eodem recidunt. Sententia est: quemadmodum prædâ potitus Leo, cernuat se in terram, & quasi piger ac claudus recumbit, vt eam deuoret; comedentem verò, nemo audet interpellare: ita tu, post (in Dauide) vindicatas sceptro tuo tribus omnes, regnumque stabilitum, securus te paci & quieti tradidisti, finibus tuis contentus, quamdiu per alienas iniurias tibi licuit tranquillâ pace frui: & sicuit leæna catulos suos lactans, dormienti similis in strato tuo te collocasti, bonus pastor populum tuum pascens fouensque.

QVASI LEÆNA] LXX. *sicut σκύμνος*, alij *sicut leo maior*. nimirum Iterum.
isti legerunt *Labi* cum cames & chirik לָבִיא, noster *Lebia* addito sceua לְבִיא Sicut Ezechiel. 19. 2. Chaldæus pro nobis est, *Leitha* ליתא, *leæna*.

QVIS SVSCITABIT EVM] scilicet impunè. Nulla Dauidi regno 35. CHRISTVS Leo, &c.
firmato bella, nisi lacessito: nullus lacessiuit, quem non, clade accepta, pœniteret. ALLEGORIA. Quam hæc belle CHRISTO quadrant! qui *Leo de tribu Iuda*; qui *catulus leonis*, quia Dei verus filius & Deus.

Ad prædam ascendit cuius nomen, *Accelera, spolia detrahere, festina prædari.* (vide ad Isaiam) *Requiescens accubuit*, post passionem in sepulchro. Nemo eum potuit suscitare à mortuis, nisi Deus, ipse seipsum. De mortuis catulis à Leone patre rugitu viuificatis Origen. *hom.* 17. Epiphan. *in Physiologo* & Eucherius *lib.* 3. *hic c.* 38. fides sit penes illos.

VERS. 10. NON AVFERETVR] scilicet penitus, & non restituendum.

36. *Virga dominationis, seu sceptrũ.* SCEPTRVM] LXX. *Princeps*, & Chald. *habens Principatum*, explicantes metonymiam; quam noster secutus Aquilam retinuit. שבט *Sceuet* significat virgam, non tribulationis, sed dominationis: sicut exponunt Chaldæus & Iarrius Num. 24. 17. *consurget virga de Israel, & percutiet*, &c. & sic accipiunt LXX. & Chaldæus ps. 44. 7. *virga directionis, virga regni tui.*

Iuda pro toto populo Iudæorum. DE IVDA] quam hoc diuersimodè veteres & recentiores interpretentur, malo ex aliorum scriptis peti, *Francisc. Soares in 3. p. disp. 1. sect. 1. Bened. Perer. hîc disp. 1. & 2. Sebastia. Baradij lib. 3. concord. Euang. ca.* 2. Breuiter, sententia quam plerique hodie amplectuntur, Iudam poni pro solâ tribu (quæ fuit etiam eodem quo faciunt modo explicata olim à Procopio) mihi non placet: verùm accipio de tota Iudæorum gente hoc sensu, Regnum Iudæorum ex quo semel ex tribû Iuda Reges habere cœperit, numquam decidet in potestatem Regum, qui non sint Iudæi, sed alienigenæ, quousque promissus Messias adueniet. Hæc mihi expositio arridet, quia est Patrum communior, & aduersariorum argumenta facilè & plenè dissoluit. Græci illam tenent, *D. Iustinus Apolog. 2. & Dialogo cum Triphone, Origines hîc, Eusebius lib. 3. demonstrat. c. 2. & lib. 8. demonst. x. Epiphanius lib. 1. contra Herodiano: Athanasius lib. de incarnat. verbi circa fin. Chrysost. hic hom. 67. Theodoretus q. vlt. Nicephorus lib. 1. histor. Eccl. cap. 6. & 9.* tenent eandem Latini, *vt Ambros. de benedict. patriarch. cap. 4. Augustin. lib. 18. de ciuitat. Dei cap. 45. & præfat. in psal. 75. Rupertus hic lib. 9. cap. 29. & lib. 3. de victoria Dei cap.* 9. idque fatentur aduersarij sibi veteres minùs fauere. Cur ergo recedunt? quæ alicuius momenti adferunt, iis respondebo.

38. *Soluuntur obiectiones* 1. Primò obiiciunt, Iam ante natiuitatem CHRISTI à Iudæis sceptrũ ad Herodem defecerat. ergo ex hac prophetiâ non colligitur aduentus Messiæ. Respondeo, nec ipsos quidem hoc telum euadere, si foret validum: sed non est. quia tam paruum interuallum, pro nihilo reputandum. Non enim oportet istud *donec* capere, pro eadem horâ, die, mense, anno; sed pro circa illud tempus. Nam circa tempus aduentûs CHRISTI Herodes, cui pater Ascalonita, mater quoque alienigena, sceptrum Iudææ occupauit, neque in hanc diem id Iudæi recuperarunt. Nisi hanc interpretationem admittas, & de anno contendas capi: quæram cur non de mense, &c? *Donec* enim non magis ad annum, quam ad horam vel momentum restringit.

Donec non restringitur ad certum annum vel mensem.

2. Obiiciunt

39. *Captiuitatis tempore Iudæi sceptrum retinuerunt.* † Secundò etiam tempore captiuitatis Babylonicæ videntur Rege caruisse Iudæi, & ita ante Messiam sceptrum Iudæis ablatum foret. Respondeo captiuitatis tempore, numquam illis penitùs sceptrum (hoc est imperium) ablatum fuisse: quia tum partim Reges, partim Du

tim Reges, partim Duces habuerunt. Nam Manasses etiam in compedibus Rex legitimus remansit. 4. *Reg. 21. & 2. paralip. 33.* sicut Franciscus primus Galliæ Rex, Madriti captiuus, Rex permansit. Ioachim quoque Regem Iudâ ad solium regni ipse Euilmerodach captiuum sublimauit 4. *Reg. vlt. & 2. paralip. vlt.* statim quoque à captiuitate Zorobabel, & alij duces populo præfuerunt, vsque ad Machabæos. Igitur his temporibus regnum non defecit penitùs, sed aliquando decreuit, aliquando refloruit: sicut anni vnius dies quidam sunt innubes, alij nubilosi. Obiiciunt tertiò, præcedentia verba in v. 9. & sequentia in v. 11. de ipsa tribu Iudâ sunt ad litteram capienda, ergo etiã hæc intermedia in v. 10. respondeo antecedens non esse verum de vers. 11. vt statim docebo. Item gratis nunc permisso antecedente, non rectè colligi quod infertur. Nam prophetico sermoni proprium est, trãsire de personâ ad personam, de re ad rem, de tempore ad tempus. Sic hoc loqui de Iudâ & eius tribu versu nono, & subitò vlterius trãsilire ad omnes tribus totumque populum Iudæorum (quod facit isto v. decimo) & inde ad expectatum Iudæis Saluatorem (quod facit v. vndecimo.) Est autem transitus iste non abruptus, sed accommodatissim⁹ ipsi prophetiæ. Etenim Iacobo Deus reuelarat ex tribu Iudâ Messiã nasciturum, ideo à principio orditur à tribu Iudâ, velut termino à quo. Sed promissio seminis benedicti facta fuerat Abrahamo, *Genes.* 17. in cuius lumbis tum Iacob erat, omnium tribuum parens, futurus quoque Messias (qui solet ideo *semen Abrahæ* vocari, venturus non ad solius tribus Iudâ redemptionem & gloriam, sed totius Israelis *Luc.* 2. 38. Eapropter secundo loco à tribu Iuda progreditur ad totam Iudæorum gentem; & denique velut in termino ad quem desinit in ipso Messiâ. Agit autem priùs de Iudæis quàm de Messiâ. quia Messias futurus erat *lapis angularis*, *Matth.* 21. 42. *Act.* 4. 11. 1. *Petr.* 2. 7. *qui faceret vtraque vnum*, hoc est vnam Ecclesiam ex Iudæis & Gentilibus. Quare ostensurus Messiam etiam futurum Saluatorem gentium, medium collocat (vt verum mediatorem,) Quartò denique loco de gentibus agit, cùm dicit *fore gentium expectationem*. Gentibus Iudæi præponuntur, quia ex Iudæis salus, & ad eos primò & præcipuè Messias missus. *Isai* 49. 6. *Matth.* 10. 5. & 15. 24. *Actor.* 3. 43. Quæ singula, vt videtis, sacris litteris clarè prodita, luculenter seriem huius prophetiæ demonstrant.

3.

40. Transitiones à persona ad personam, à re ad rem, à tempore ad tempus crebræ in prophetis

41. Ordo & series huius prophetiæ de Iudâ.

Vltimò dicunt hanc interpretationem esse violentam. quia nulla sit idonea causa, *Iudam* capiendi pro cunctis Iudæis. Equidem possum multas & graues adferre. Prima est, quia contra sententiam expositio (quæ vt dixi) est Procopij, & à nostris illis copiosè explicatur, malè explicat illud DVX DE FEMORE EIVS, & cum id tantùm explicet κατὰ μετάφορας multum detetit & detrahit certitudini prophetiæ de CHRISTO. Deinde quia sceptrum Iudææ penes tribum Iudâ diutissimè, vt potè circiter quingentos & viginti annos, gloriâ, diuitiis & robore viguit. Tertiò, quia reuera post captiuitatem sola

4. 42. Iuda cur pro omnibus Iudæis.

tribus Iuda tota rediit in patriam,& eorum comparatione qui ex hac tribu redierunt, non multi ſe illi ex Leuitis & Beniamitis adiunxerunt. Vnde factum, vt poſt hunc reditum, non iam communiter vt ante Iſrael, vel Hebræi, vel Iacob tantùm; ſed etiam & frequentiùs Iudæi, populus Iudaicus, gens & regnum Iudæorum dicerentur: vt notat Ioſephus *li.11. Antiqu.c.5.* Atque ita ſumitur *Iudai* pro omnibus Iudæis in totâ Iudæa habitantibus Malach.3.v.4. *placebit Domino ſacrificium Iudâ* & lib.1.Machab. c.1.5. & paſſim. cùm itaque de tempore poſt reditum ex Babylone prædicat ſceptri amiſſionẽ, par eſt vt iuxta temporis illius ſignificationem voce *Iuda* vſus Iacob cenſeatur. Atque ita ratum manet ſceptrum Iudaicum non defeciſſe de Iudâ ad peregrinos, vſque ad Herodem Aſcalonitam.

Et dvx] Hebraicè מחקק *Mechoqek*, quod exponunt *legiſlator*. ego malim accipere vt noſter pro dominatore ſeu duce ac principe, ad quem pertinet latis legibus populum regere. Ideo noſter pſ.49.9. transfert, *Iuda rex meus*, Chaldæus; tribus Iuda mihi regem ſuppeditabit. & Iſaiæ 33. noſter vertit legiſlatorem, *Dominus legifer noſter*. Pro iiſdem ergo hæc capit: & fraudulenter Rabbini, *Scribam* exponunt. Eodem enim, quo nos, modo ſumpſit Ezechiel, hanc regni tranſla-

43. Locus Ezechiel.21.26.

tionem prædicens *cap.21.v.26.* loquens de extorſione ſceptri ex manu Sedechiæ, inquit *Prophane; impie dux Iſrael, cuius venit dies &c.* Quamquam occurrebat mihi alia explicatio meo iudicio ſimplicior & commodior; nempe vt per ſceptrum hîc capiamus Reges propriè dictos, per *ducem* verò illos qui ſine regiâ dignitate & nomine principes populi exſtiterunt, népe titulo *Ducum* ornati, vt Zorobabel; aut titulo *Pontificum*, vt Machabæi. Sic dicto loco videtur Ezechiel *coronam* pro ſceptro ponere, & *cidarim* pro Pontificatu, & prædicere hæc illis non auferenda donec veniat Meſſias. Quo ſenſu hîc in Geneſi *ſceptrum & dux* ambo ſimul ſunt accipienda, ſicut *corona & cidaris* apud Ezechielem. Nempe vt non Reges tantùm, ſed & duces & Pontifices gentis ſuæ circa aduentum Meſſiæ dicantur amiſſuri, Reges qui ſimul Pontifices Maximi de genere Machabæorum paullo ante Christi natiuitatem, cum Herodes Rex factus: Pontifices verò alios, qui non ſimul Principes, poſt Christvm occiſum quando à Tito & Veſpaſiano Hieroſolyma capta, ſic prophetię veritas egregiè eluceſcit.

44. De inter pedes Hebraiſ.

De femoribvs] nimis ſuſpicax eſt Leo Caſtrius *li.3. Apolog.* tradens hunc locum à Iudæis corruptũ. Nam ſenſus idem eſt; *de inter pedes eius*. Vtrouis modo dicas valdè incommodè illa explicant, qui de ſolâ tribu Iudâ fuerunt interpretati. Hebraiſmus eſt מבין רגליו *Mibben Rablau*, ſignificans de ſemine eius, ſic ambo Thargumæi Ionathas & Onkelos, & LXX. qui ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, vt noſter.

Femur.

Nam & *femur* partes genitales ſignificat, quas Hebræ nuncupant

pedes. aqua pedũ.

pedes: vnde lotium illis dictum *aqua pedum* de quo aliàs.

45.

Donec veniat qvi mittendvs est] Magna hîc

hic varietas versionum. Chaldæum, & Hierosolymitanum Thargum disertè ponunt Messiæ nomē *Messicha: donec veniat Messias cuius est regnum*, nempe illud præcipuum, quod verè regnum κατ' ἐξοχὴν. Dubium est primò quomodo verterint LXX. an, *donec veniant quæ reposita sunt ei*. ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, vt legerunt Clemens Alexandrin. Cyprianus, Eusebius, Cyrillus Alex. Chrysosto. & Augustinus; an verò, *donec veniat cui repositum est*. ᾧ ἀπόκειται, vt legerunt Irenæus, Ignatius, Nouatianus, Ambrosius, Hieronymus, & Leo magnus? vtramque lectionem agnoscunt Iustinus martyr, & Theodoretus; & vtrique lectioni fauet, quod notatum fuit ab Angelo Caninio; אשר לו *Ascerlo* significare eum qui habet omnia, seu cuius sunt omnia, & hoc per abbreuiationem dici solere שלו *Scello*; vnde Arabicum nomen Dei *Alla*, seu vt Poeni pronunciant ILLE. & LXX. legisse *Scello* colligit ex eorū interpretatione, τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, subaud. omnia quæ reposita sunt. vel si legas ᾧ ἀπόκειται, subaud. omne quod repositum est: & ideo Thargumæos exponere *cuius est regnum*. denique hos omnes sumere He pro vaf, sicut & postea עירה pro עירו, & סוחה pro סוחו, & Deutero. 34. לחה pro לחו. Verùm hæ deductiones analogicæ Caninij minus aliis probantur, nec mihi satisfaciunt. Leo Castrius *libro tertio Apolog*. recipit se in solitum asylum duplicis lectionis. vult enim aliter & aliter in codicibus Hebræis scriptum & lectum fuisse. Vnam lectionem ait, diuisim, שי לה *Sai lah donum seu promissum ei* & sic vertisse LXX. quasi dic. donec veniat, promissum munus illi sceptro seu virgæ; hoc est donec veniat, qui ex illâ virgâ surrecturus imperare gentibus. vult itaq; Iudæos illud *Sai Lah* primò in vnam dictionē contraxisse, vt esset *Silah* & eo non contentos mutasse punctum syllabæ secundæ ex *Lah* in *Loh*, vt sic obscurarent prophetiam. tertio falsum quid fingere, nempe *Scil* significare filium, & hæc omnia commentos, vt possent interpretari *filium eius*. Alteram lectionem fuisse, שלח *Scoloche* mutato He in Chet, & hâc sequi D. Hieronymum, qui vertit, *qui mittendus est*. Non arbitror Iudæorum vllam hîc in lectione deprauandâ fraudem interuenisse, licet idem crimen illis Eugubinus & Honchala obiiciant. potuit sine vlla eorum fraude ה in ח aut è contra mutari. deinde hæc deprauatio nihil illos iuuaret, quos Ionathani & Onkeli auctoritas premit. Sed vnde deducitur vox *Sciloh*? Kimchi à *Scil* quod ait significare filium: vt *Sciloh* sit, *filius eius*. sed quia vox *Scil* in sacra script. non inuenitur, suspectum id & auctori manet probandum, & adhuc cogitur dicere He positum pro vaf, sicut Caninius, quod non est dicendum. Galatinus, Porchetus, & Hamerus censent *sciloh* idem esse quod *Scelo qui eius*: & quia in fine adiungitur feminina demonstratio, ideo intelligendum de muliere matre, atque ita CHRISTVM indicari filium mulieris, quia sine patre genitus, & videri huc respexisse D. Paullum, Gala. 4. 4. *vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere*. quasi dicat, venit Siloh ille, quem venturū Iacob prædixit. verùm qui sic deducunt, in Grammaticas leges peccare Ioannes Mercerus

CHRISTI nomen qui mittendus, & cui repositum.

Sciloh שילה An locus corruptus.

Angeli Caninij sententia.

Leonis Castri sententia.

46. Vnde deducitur שילה. non à Schil.

non idem quod Schelo.

Locus Gala. 4. 4.

An à Scalah?

37

Conciliatæ sententiæ & versiones in vno Iesu seruatore.

meritò contendit. Nam ה hoc loco nòn affixum est, sed thematis littera. Fran. Vatablus & Oleaster deducunt à Verbo שלה *Scalah*; quod significat esse & reddere quietum, pacificum, securum, salutem, & bonis omnibus refertum, vnde שילה *Sciloh* quasi per methatesim quasi שליה *Scaliach*, auctor pacis, trãquillator. Seruator quæ CHRISTI nomina propria. Tutissimum puto non esse nimis sollicitum de vocis origine, quam Spiritus S. videtur noluisse curiosius inquiri, cum interpretibus auctor fuit, singulis singulas interpretationes ponendi; quæ tamen omnes vni IESV CHRISTO conuenirent. Imprimis illa Caninij, quia CHRISTO cuncta sunt à patre tradita, & quæcumque reposita ab æterno *Matth. vlt.* 18. Deinde & illa Kimchi, quia CHRISTVS est *ille filius eius* nempe vnigenitus patris æterni; cui dictum *Filius meus es tu, ego hodie genui te. hic est filius meus dilectus in quo mihi benè cõplacui.* Tertiò CHRISTVS vt ex Apostolo docui est filius virginis mulieris, conceptus sine viri operâ. Quartò est etiam princeps pacis (vt illum vocat Isaias *c.* 9. 6.) & ipse beatus, aliis beatitudinem largitur. Quintò soli Christo repositum ius saluandi Israelẽ, & consummatio repromissionũ Abrahamo & Dauidi factarum: ipse thesaurus erat in quo omnis gratia iustificationis, hoc est, in quo fons gratiæ & gloriæ asseruabatur: ipsi quoque à patre omne iudicium datum vt sit index viuorum & mortuorum. *Ioan.* 5. 22.

Explicata & probata nostra versio.

Denique quoad nostram interpretationem, videtur interpres secutus eos, qui *Sciloh* deducunt à *Scalach* inserto tamen Iod, & *Cheth* mutato in H. quæ sententia multorum est recentiorum, & (quidquid sit de Grammaticorum scitis) habet irrefragabile suffragium B. Ioannis Euangelistę, qui cap. 9. 7.

Locus Ioan 9. 7.

νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ σιλωάμ, ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος. *vade, laua in natatoria Siloe quod interpretatur Missus.* cũm tamen idem nomen Isaiæ 8. 6. *abiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio,* scriptũ sit cum cheth, vt & Syriacè apud Ioan. d. vers. 7. & Lucam 13. 4. *Sciloucho.* vt appareat etiam B. Ioannem *Cheth* pro He accepisse; neque censuisse discrimen harum litterarum, quæ solitæ commeare, significationi propheticæ obstaculum præbere. Ad hoc nomen iure censetur Moyses respicere, cùm ait, *obsecro Domine, mitte quem missurus es.* Exodi 4. 13. שלח-נא ביד-תשלח *Scelach-na Beiad-Tisclach.* Nec possunt hostes CHRISTI Iudæi nobis hanc litteræ commutationem obiicere: cùm Princeps Grammaticorũ inter eos Dauid Kimchi & alij, velint He positũ pro vaf, cur nõ licuit Euangelistæ accipere potiùs vt positum pro *Cheth*, cui similius est? Equidem duas rationes inuenio cur hoc B. Ioãnes potuit cẽsuisse. Prima est mysterij plena, & Ioannis instituto valde congrua, vt notetur diuinitas Christi. Nã in nomine ineffabili יהוה bis hæc littera posita ad vtramq; naturam indicandam, vt aliàs docebo ex *Gale Raseia* & ideo ad significandum hoc nomen *Sciloh* esse nomen veri mediatoris in hac Iacobi prophetiâ, hoc est verbi incarnandi & mittẽdi; pro cheth quę erat in radice, legit & pronũciauit He litteram quæ erat in nomine à propheta indicato, desumpta ex nomi-

ne in

ne ineffabili. Secũda causa, vt hac litteræ mutatione doceamur vtriusque radicis significationẽ aptissimã esse CHRISTO. nam si deducas à *Scelah* nonne CHRISTVS missus, vt pacem inter Deum & genus humanum conciliaret, & vt pacem relinqueret & pacem suam daret? Si deducas à *Scalach*, audis *missum*, vt per illum nobis pax hoc est omne bonum contingat. ista etimologia causam & originem; illa effectum nobis declarat: & sic mutuò sibi seruiunt.

ET IPSE] qui mittendus, *Sciloh*: non Dauid. Nam sceptrum per 48. Dauidi hæc non congruere.
Dauidem in tribum Iuda illatum; nec ipso veniente à Iudæis ablatum. Dauid etiam nec spes, nec exspectatio gentium fuit, nec ad eum gẽtes omnes confluxerunt, qui paucis gentibus vicinis imperauit: sed hæc omnia in IESV CHRISTO impleta, vt docent Iustinus *dialo. contra Triphon*. Orig. *hic*, Theodoretus *lib. 10. de Græcor. affection.* & alij patres, inter quos optimè singula accommodat D. Augusti. *lib. 12. contra Faustum cap. 42.* Quid erit? ERIT EXSPECTATIO GENTIVM] siue יקהת
49. Conciliatæ versiones de CHRISTO.
ikehath deducas à radice *Iakah obediuit*, & vertas *obedientia gentium* cũ Kimchio, vel *ipsi obedient* cum Onkelo, aut *seruient vniuersa regna terra* cum Ionathano: siue ab eadẽ radice, secundùm aliam significationem deducas, & cum R. Iarrio vertas, *congregationem*, ad ipsum confluent vel congregabuntur gentes: siue malis radicem esse קוה *Chauah expectauit*, seu desiderauit, vt vertas desiderium, spem *exspectationem*, cum LXX. Aqu. Symm. Theodot & S. Hieronymo: palam est omnia CHRISTO conuenire, & in eo consentire. Sermo hic est de primo eius aduentu: in *quo populus, quem non cognouit, seruiuit & in auditu auris obediuit ei* (ps. 17. 49.) *adorauerunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruierunt ei*, ps. 71. 11. Ad eius suaue iugum, & Ecclesiã omnes cõfluxerunt, vt docent Miche. 4. 2. & Isaias. 2. 3. In CHRISTO omnes gentes sperarunt, quod hoc loco prædictum; iuxta versionem nostram, & LXX. cum Isaia ca. 11. 10. *& in eo gentes sperabunt*. Pro *gentiũ* solus Aquila perfidè hic vertit, *populorũ*; quem postea Iudæi perfidi secuti: ne de Gentium conuersione locus accipiatur. sed mẽtita est iniquitas sibi. Nam LXX. עמים *Ghamim* intellexerunt positũ pro גוים *Goim*; & ideo non λαῶν, sed ἐθνῶν verterunt, vt & Symm. & Theodotion. Leo Castrius *dicto lib. 3.* contendit olim fuisse scriptum *Goim* &
Iudæos post Aquilam deprauasse, & eosdem paullo antè pro הוא *Hu*, 50. CHISTVS quo pacto Gentium spes.
hoc est *ipse*, reposuisse לו hoc est *ei*. quia cum LXX. Aqu. Theodot. & Symm. verterint, *ipse* argumentum euidens putat eos *Hu* legisse. Sed quicquid de hoc sit: DE CHRISTO hæc capienda. Ait Iacob *futurum gentium exspectationem* actu quidem & propriè loquendo, postquam 51. Canõ sacræ Scripturæ ijs quæ nondum sunt, vel inanimatis, eorũ quæ animata sũt affectiones tribuere.
natum agnouerint esse suum redemptorem; virtute tamen ac decentia etiam ante quam nouerint. Quod vt intelligas, obserua † sacram Scripturam solere vti tropo quodam, quo aliqua dicit esse quæ nondum sunt, sed forent nisi aliqua illis circumstantia deesset. Sic enim tribuit inanimatis, quæ sunt animatorum, sicuti cùm dicit *terram* promissionis *de cœlo pluuias exspectare*, Deutero. 11. 14. quia si foret animata; inde exspectaret; atque ita pluuia

exspectatio est terræ. Sic ignorantibus tribuit affectus, quos haberent si ignorantes non essent. ita hoc loco Messiam vocat *exspectationem gentium*, & eundem Agg. 2. 8 *desideratum cunctis gẽtibus*; eò quòd vi naturali res incitato impetu feruntur ad appetendũ ea, quibus maximè indigent. gentes autem summopere aduentu Messiæ indiguerunt: idcircò si nascentem puerum sciuissent esse Messiam illum, auidè nascentem exciperent, & priùs vt nasceretur omnibus votis & precibus contendissent, & non minus quàm Abraham diem eius videre desiderassent.

VERS. 11. & 12. 52. Iudæ fortis fertilitas. Vatablus, Lipomanus, & Oleaster, qui hos duos versus sine vllo tropo accipiunt, censent sortem, quæ obuentura tribui Iuda in terra promissionis, laudari à lactis & vini copiâ. vites eius adeò magnas & robustas fore, vt ad vnam possit iumentum allegari; & adeò viles ac frequentes, vt passim tales obuiæ; adeò etiam botris graues, vt vnius vitis fructu iumentum queat onerari; & vini expressi tantam copiam, vt præter vsum necessarium, possint albo velut aqua abuti ad abluendas stolas, & rubro, sicut sanguine muricis, ad pallia fucanda, & largo etiam & assiduo vini potu oculos eorum rubedine suffundendos. Denique lactis eam abundantiam futuram, vt illius esu ac potu dentes inalbescant. Ego qui Metaphoram in his agnosco, hunc commentarium pro vocum explicatione, seu Grammatica expositione admitterem: nisi quædam illi obstarent. Primùm, cùm immediatè de Messia præcedat; idē deberet intelligi esse is qui ligaturus, loturus &c. 2. merâ coniecturâ adducunt illud de vitis magnitudine, & asinâ onerandâ. 3. non tantus fuit excessus, quo ad fertilitatem, sortis Iudâ, præ ceteris, vt debeat digna censeri huius prophetiæ elogio. quinetiã sortes quædã aliæ montanis Iuda longè fuerunt fæcundiores. pecoribus Bazan melior, Aser frumento, omnigenis fructibus Isachar. Nec illud aptũ vino vestes tingi, vina enim rubra vix vlla idonea lanæ fucandæ. Oculorum etiam rubedo de potu nata, vitio non laudi ascribenda: nec lactis vsu dentes vnquam inalbescunt, sed corrumpuntur potiùs & atrescunt. Onkelos paullò altiùs assurgit & *vineam* putat dici Ierusalem; *vitem*, templum; *pullum* factores legis, *asinam*, iustos; *vinum album & rubrum*, serica vestimenta variis coloribus tincta; *oculos*, montes vinetis & vino purpurantes: *dentes*, ouium gregibus & frumẽto agros candicantes. Ionathas auctor Thargum Ierosolymitani, partim hoc tenuit partim CHRISTO accommodauit, his verbis ex Genebrardi versione; Quàm pulcher est Rex (CHRISTVS) qui surrecturus est de domo Iudâ! ligabit lũbos suos, & exibit in pręliũ aduersus hostes suos, occidẽturque Reges cũ Principibus. Rubefaciet flumios sanguine, & dealbabit colles suos pinguedine fortiũ illorũ. vestimẽta eius imbuẽtur sanguine, ipse autẽ similis erit formæ botrorum. Quã pulchri sunt oculi Regis (CHRISTI) ad cernendum præ vino defæcatissimo, ne illis spectet incæstus concubitus, cædesque innocentium! Dentes eius exercitati sunt in lege, ne illis commanducet iniquitates & rapinas. Rubescent montes eius vineis, & torcularibus vini.

vini. candeſcet colles eius eopiâ tritiei, & gregum ouium.] Benè
ambo quod Metaphoricè iſta aceeperunt: malè Onkelos quod ad Ie-
ruſalem & templum confugit: benè Ionathas quod ad CHRISTVM ſi 53
modò de ſpirituali & non temporali Meſſiæ regno intellexit, quod De CHRI-
vix puto. Sunt ex noſtris, qui de CHRISTO tantùm ſenſu allegorieo † TVM ſen-
admittunt: ego verò cũ Toſtado, Burgenſi, Carthuſiano, & Honchala ſus hiſtorius
contendo eſſe ſenſum verè Hiſtoricum, quod (vno fortaſſis Diodoro
excepto) cuncti olim Patres tenuerunt: *mihi nunc, vt omittam ad hunc
locum ex profeſſo ſcribentes: Procop. Chryſ. Theodore. Alcuin. & alios occur-
runt DD. Iuſtinus ſup. Irenaus lib. 4. c. 23. & Origenes hom. 17. Tertullia-
nus l. 4. contra Marcion. c. 11. 55. Ciprianus epiſt. 63. ad Cacilium, Ambro-
ſius de benedict. Patriarch. cap. 4. Hieronymus in c. 15. Marci & hic Au-
guſtin. d. cap. 42. & Anaſtaſius Nicenus q. 104. & 105. Clemens Alexan-
drin. lib. 1. padago. cap. 5. Chryſoſt. in c. 2. Iſaia.* in quos more ſuo ſuperei-
lioſè hoc loco Caluinus ſtomachatur. hoc magis probo, quod ille im-
probat, qui nonniſi improba probare, nil niſi proba ſolitus impro-
bare. Igitur ait.

LIGANS] non tribus Iudâ, ſed ipſe CHRISTVS, iuxta Patres lau- 54.
datos: ligauit prædicatione Euangelica, vt benè Clemens. Vinea, po-
VINEAM] Hebraicè גפן *Gephen* ſex punctorum, tam vitem quàm pulus Iu-
vineam ſignificat. Per *vineam* accipio populum Iudæorum, (vt vocat deorum.
Iſaias, & ipſe CHRISTVS in Euangelio) non pertinacem, ſed conuer-
ſum ad fidem, primitias illas Eccleſiæ.

PVLLVM SVVM] gentium populum qui iugum legis nondum tule- *pullus* popu-
rat (*ita Iuſtinus*) quem Iudæas primitijs illis coniunxit in vnam Ec- lus gentiũ.
cleſiam.

AD VITEM] ſic etiam Ciprianus & Ambroſius verterunt. *vitem* *vitis* CHRI
accipio ipſum CHRISTVM, q. d. & ad ſeipſum qui eſt vitis vera & ele- STVS.
cta, optimos ferens fructus, *Ioan.* 15. 1.

O FILI MI] ô Iuda.

ASINVM SVVM] populum Iudæorum colla iugo legis attritum, vt *Aſina*, Iudæi
benè Chryſoſt. hom. 67. Ambros. ſup. & Hieron. hic dicitur *aſinam
ligaſſe ad ſe* quia per ſeipſum populo Iudæorum prædieauit: *pullum*
verò alligaſſe *vinea*, quia gentes per Apoſtolos, qui Iudæi, in Eccle-
ſiam congregauit. pro *vite* Hebraicè habes שרק *Sorek*, ſignificans
palmitem optimum & electum, vnde Symmach. Iſai. 2. 5. ἐκλεκτὴν, alij. Soreck
καλλικάρπον *fructum ſpecioſum*. Generoſiſſimæ vitis genus eſſe docent quid.
Cirillus & Chryſoſtomus, & fatentur Rabbini. apud Iſaiam LXX. LXX. ver-
ἄμπελον σώρηχ *palmitem Sorech*, hic verò τῇ ἕλικι, quod Ciprianus ſio.
vertit *ad Helicen*, vt ex Irenæo reponit Feuardentius, cùm legeretur
ad ilicen; D. Hieron. hîc in tradition. vertit, *funiculo*: Auguſtinus ſupra,
ad cilicium; & refert ad pœnitentiæ prædieationem: puto ſignifieari,
ipſos palmitum inuoluulos cincinnatos. 55.

LAVABIT] idem CHRISTVS IN VINO] flagrantiſſimâ earitate, ſtola CHRI
qua paſſionis calycem impleuit: & qua madidus ſtolam ſuam (quam STI quo ſtola:
illi fortis mulier *Prou.* 31. 24. neuerat) hoc eſt carnem ſaeratiſſimam in- ſtola corpus
eius.

 tingens,

tingẽs, assumpti corporis infirmitatibus, nẽpe passibilitate & mortalitate, abluit, atque sic lotus pulchrior & gloriosior resurrexit. *Genadius hic. Tertul. & D. Ambros. sup.* Lege Isaiæ prophetiã c. 64. à prin. Quod sequitur, *& sanguine uuæ*, est repetitio eiusdẽ. Nam huc cõmuni sen-
Pallium CHRISTI Ecclesia. tentiâ D. Hippolytus Martyr. in catenâ, Ciprian. & alij Patres citati retulerunt, sed *pallio* Ecclesia significatur, CHRISTVS enim vniuersam Ecclesiam induit, velut poderem, quo filium hominis amictum dilectus discipulus vidit; hanc vestem ipsemet Cypri botrus in crucis
Lauare stolam in vino. expressus torculari, eluit, mundans illam lauacro aquæ in verbo vitæ. *Lauandi* vocabulo abundantia denotatur. vide Adag. sacra §. 60.

VERS. 12. PVLCHRIORES] Hebraicè est, *rubicundus oculis præ vino.* radix est חכלל *Chachlal rubescere.* Noster imprimis considerauit positiuum poni pro comparatiuo, Secundo quia rubedo oculorum sonat vitium
56. Prou. 23. 29. vbi *Chachliluth* vertit *suffusionem*; prudenter vidit *rubrum*
Rubrum pro pulchro. colorem hic figuratè poni pro splendido, claro, micante, ardente notum enim *oculorum faces* dici: & purpuerum, seu rubrũ pro pulchro ac pellucido sumi, de quo aliàs. Ideo noster *pulchriores vino.* quod LXX. χαροποιοὶ ἀπὸ οἴνου, ponentes ἀπὸ non pro ἐκ quasi sit causa pulchritudinis; sed pro, quàm vel præ vt sit comparatiuum oculorum cum vino: quemadmodum in sequenti καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα & *den-*
57. CHRISTI oculi. *tes eius quàm lac*, scilicet pulchriores D. Ambrosius, reddidit *hilariores*; vt & Græci multi: horũ aliqui † hoc retulerunt ad IESV humanitatẽ, quia speciosus præ filijs hominum (*ita Chrysost. ad Psal. 44.*) aut ad resurgentis splendorem, ac Apostolorum eum iam gloriosum intuentium lætitiam; quia vini proprium cor hominis lætificare. *Sic Diodorus, Cirillus, Theodoret. & Anastasius.* Præfero sententiam Latinorum,
Prophetæ. Apostoli. Locus Zachar. 3. 9. Vino cur comparati. *DD. Ambrosii, Augustini, Euchery, & Ruperti* ‡. qui *oculos* exponunt prophetas, qui CHRISTVM venturum præuiderunt; & Apostolos, qui quem præsentem intuiti postea prædicarunt. Zachar. 3. 9. *super vnum lapidem septem oculi* locantur, hoc est super vnum CHRISTVM septem spiritus Dei in omnem terram missi, vt exponit B. Ioannes *Apocal. 5. 6.* Vino comparatur ardor eorum & feruor spiritus: quo ad prædicandum & patiendum ferebantur; item vitæ puritas, Euangelicæ lucis splendor, miraculorum gloria: hæc meliora *vino*, hoc est legis veteris asperitate & Zelo, quibus lenitas & clementia deerant.

58. DENTES] Hippolytus & Cirillus exponunt verba † & doctrinam
Dentes CHRISTI, qui. Doctores. Concionatores. CHRISTI, quibus nihil candidius. Ego, cùm Latinis Patribus, ipsos Euangelicæ gratiæ, & Christianæ pietatis Doctores ac Concionatores; quorum doctrinam nec Iudaicarum vmbrarum nebulæ, nec hæretici errores, offuscãt; nec mores bonos vitæ prauæ scabrities illuuie defædat: sed, sicut candidi & validi dentes, seruiunt verbis rectè pronunciandis & sermoni efformando; & cibum diuidunt comminuũtque ad aptam concoctionem & probum alimentum; eorumque munus est mordere. Sic boni Doctores & cõcionatores vitia reprehendunt & castigant: 2. *Timoth.* 4. 2. panem vitæ paruulis mandunt & frangunt pro cuiusque indigentia. nam vbi nos habemus rectè tra-

ctantem

ctantem 2. *Timo.* 2. v. 15. Græcè est *rectè scindentem seu partientem* ὀρθοτομοῦντα. docent etiam quid Christianum deceat sentire ac loqui, verborum pugnas & profana vaniloquia prohibentes. *d c.* 2. v. 14 & 16. Sed de hac *dentium* cum concionatoribus comparatione, plura diximus *commentariis in Canticum Salom.*

LACTE] legis veteris doctrinâ; quæ fuit † cibus paruulorum, & imperfectiorum Synagogæ alumnorum; donec ablactati, & CHRISTI albo inscripti, perfectiorum solidiore cibo pasci cœperunt. Hæc de Iudâ. Lac, lex vetus.

PROPHETIA DE ZABVLON.

Prophetia de Zabulon.

Non seruatur ætatis ordo. Nam *Zabulon* sextus Liæ filius fuit, Iacobi decimus. Ordinis mutati ratio est, quia proximè dixerat, de Messiæ prædicatione & conuersatione, cuius conceptio & annunciatio in Nazareth fuit, transfiguratio in Thabor, frequentior habitatio in Capharnaum; quæ loca omnia in Zabulonis sorte; quam sortem nunc dicit fœlicem fore prædicatione Euangelij, & gentium vocatione; ac situ tam opportuno, vt & terræ & maris copiis abundet. (*ita Apollinaris in Catenâ* e.) quod etiam Moyses prædixit non minùs luculenter Deuteron. 33. v. 18. *Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Qui inundationem maris, quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum.*] dicit, *in exitu*, hoc est in egressione nauium suarum. *Inundationem maris*, &c. negotiationibus nauticis fiet vt omni maritimarum mercium affluentiâ perfruantur. Nam *inundatione* significatur abundantia. Vers. 13. Locus Deut. 33. 18. 59. Inundatio.

LITORE MARIS] Genesareth & Mediterraneo à quo non excluditur per tribum Aser, nec Hebraicè est plurale *marium* pro singulari.

STATIONE NAVIVM] significat securos portus habiturum, neque mirum, cùm eius intra sortem tria se flumina vel torrentes in Mediterraneum mare exonerent, Cison, Iephtael, & alius ignobilis, portus habet ad Genesareth, Capharnaum, Bethsaida, Tiberiadem, Tarichæam; ad mediterraneum Caiphas, & Sicaminon. Vocabulum חוף Choph significat *litus, stationem & portum*, à radice חפף *Chaphaph, protegere* quia sicut statio portus naues, sic litus terras interiores protegit. 60. Zabulonis portus & termini.

PERTINGENS VSQVE AD SIDONEM] Hebraicè, *terminus eius super Sidonem.* Certum est confinia Zabulonitarum non pertigisse vsque ad Sidonem, cùm pars Aser sit intermedia; & Iosue 19. v. 10. vbi disertè fines Zabulonis assignantur, Sidonis nulla mentio, nec iurisdictionem Sidoniorum seu territorium attingit. quid ergo? dico occurrebant non de terminis aut confiniis agi, sed comparari stationes nauium inter se, & dici non cessurum portuum commoditate Zabulon Sidoni, & id dici propter Capharnaum celebre emporium. Secundò fortè simpliciùs est, vt dicamus nauigiis (metonymicè sta-

[illegible] pro nauigiis ponitur) peruigisse Sidonem vsque Zabulonitas, quod vt verum esse potest de negociatoribus mercium terrenarum certum est de prædicatione Euangelij (hoc est margaritæ illius pretiosæ, quam qui inuenit homo, merito omnibus opibus suis emit.) Nam & Dominus ex Capharnaum prædicando progressus vsque ad Sidoniorum fines peruenit. *Marc. 7. 24. Luc. 6. 17.* & Apostolos ex hac tribu plerosque oriundos initium Euangelicæ negotiationis auspicatos inde vsque ad Sidonem, & gentes reliquas, certum est, idque his verbis significatum D. Hippolytus *in Cath.* & S. Ambros. [illegible] tradunt. vide quæ dicam Isai. 9. v. 1.

Prophetia de tribu Issachar.

PROPHETIA ISSACHAR.

VERS. 14. Sors Issachar commendatur ab amœnitate situs & soli fertilitate; quæ, D. Hieronymo maxima visa, vbi campus Esdrelon ferè totus, olei, vini, & frumenti copia laudatus, de quo agendum Iudith. 1. v. 8. Noster progreditur à mari quod Zabulonem alluebat, ad regionem mediterraneam propinquam, Issachar: quia in bellis hæ duæ tribus sibi solitæ opitulari, vt prælio memorabili contra Sisaram, *Iudic. 5. 20. 14. & 15.* Sanè Moyses Issachar & Zabulon, quasi vnam tribum commiscuit *Deuter. 33. 18.*

61. Asinus, pro agricola.

ASINVS] promptus ad agriculturæ laborem, & deportanda fructuum optimorum & plurimorum, quos de fertili terra percipiebat, onera ad loca maritima, vbi exteris distrahebantur. *Hieronymus.* Noster legit נגר גרם *Gamor Garem* asinus osseus. LXX. [illegible] *pulchrum concupiuit*, fors quia pro ר legerunt ד. *Chamad* [illegible] *concupiuit*. Chaldæus exponit, diues in substantia.

Conciliatæ versiones.

FORTIS] siue militiam consideres, talis fuit, maximè in d. prælio contra Sisaram, & post Dauidis æuo. 1. paralip. 7. 2. *Filij Issachar, Thola, & Phua, &c. de stirpe Thola viri fortissimi*: siue spectes agriculturam & mercimonia, durus & tolerans laboris. Hebraicè גרם *Garem*, à גרם *Garem* semipunctum, quod significat *os durissimum*, scilicet dorsi spinam. 2. Reg. 9. 13. Hebraicè est *ad spinam seu os graduum*, vbi Principes exercitus sibi Iehu in Regem assumunt, & vt suggestum extruunt, vestimenta super inuicem ad modum vertebrarum spinæ dorsi accumulant; noster dicit collocasse super tribunal.

ACCVBANS] sorte suâ contentus domi se continet, nec per alias tribus vagatur seque ab expeditionibus & nauigationibus, quantum potest, abstinet. ideo Moyses d. v. 18. dixit; *Lætare Issachar in tabernaculis tuis*, non in militari statione vt Zabulon.

INTER TERMINOS] sic etiam Chaldæus; Sed LXX. [illegible] *requiescens in medio sortium*. Hebraicè est *Hammispethaim*, nomen המשפתים *Sephataim* valdè incertæ significationis esse, nam LXX. & noster diuersimodè transferunt, adeo vt nescias, quid propriè & primariò denotet. LXX. aliquando vertunt sortes seu cleros & Græcam vocem retinuerunt, vt hic & psal. 67. 14. *Si dormiatis inter medios*

ter medios cleros, vbi D. Hieronymus vertit *terminos*, sicut noster hic, aliquando vertit *labia*, de vasis agens, vt Ezechiel. 40. 43. vbi LXX. *κρεμαστιον*, recentiores pars *vncinos*, pars *cremaculas*, Chaldæus *terminos*. Iudic. 5.16: noster *quare habitas inter duos terminos*, vbi idem LXX. & Chaldæus; alij *duos ordines*: nec desunt, qui *sarcinas* exponant quibus vtrimque iumenta onerantur: neque qui *ollas* seu *cacabos*. Denique mirè se torquent omnes eruditi. Assentior radicem esse שפת *Sca-* 63 Ponere & statuere.
phath, quæ meo iudicio † significat ponere, & statuere. Ezech. 24.3. vbi noster, *pone ollam*, & Isai. 26.12. vbi noster, *dare pacem*, pro firmare, stabilire. psal. 22.16. vbi noster *in puluerem mortis deduxisti*, pro redigere & constipare in cinerem. 4. Reg. 4.38. vbi noster *pone ollam*. pro apparare & statuere. Hinc colligo minus rectè sentire Kimchi, Vatablum, Oleastrium & alios, qui volunt nostrum *Sephathaim* significare *Sarcinas*; *Alforjas* Hisp. *Bizaccas* Gallis dictas, quas Latini *manticas* vocant. Minus etiam rectè, qui *vncinos* sunt interpretati. De *cacabis* quoque *cremaculis* vel *ollis* (quod placebat Genebrardo) ex sacra Scriptura non satis confirmari. Secundò colligo cæteras interpretationes omnes in eumdem sensum coincidere, siue sortes, aut cleros, siue terminos, labia, margines vertas. Nam qui sortitò regionem aliquam diuidebant; eam funiculis tensis & dispositis, geometricè partiebantur, in tot areas, quot tribus, familiæ vel capita sortiebantur: ideo partes istæ, non tantum hereditas, possessio, portio; sed etiam sors, funis, funiculus, terminus in sacra Scriptura vocabantur. Igitur pressè *Sephataim* hic significant ipsa confinia, siue margines regionum, arearumve, quæ cuique sortitò obuenerunt: & est vox dualis numeri, quia solet quod alicubi locatur, intra duos, vt minimum, limites poni. isti termini possunt vocari etiam *sortes* seu *cleri*, quoniam sortitò obtigerunt: possunt etiam vocari *labra*, *labia*, *margines*, *extremitates*, quia quasi pro labro & margine sunt iis quæ circumscribunt. *Requiescere autem inter duos terminos* seu accubare, nihil est aliud, quam sua sorte & terminis esse contentum. *Habitare inter duos terminos*, est securum & (vt ita dicam) inuiolabilem, limitaneis sortibus seu viciniæ degere, *d. v. 16. Iudic. 5.* sicut *habitare in medio populi*, de quo in Adagiis sacris. *Dormire inter medios cleros*, psal. 67.14. est inter medias quasi confligentium manus, seu inter ipsa hostilium limitum confinia, vbi tempore belli maximum vitæ discrimen, innoxium versari, & *ἀκινδύνως*, nec sine necesse eodem loci ad sortitionem, quæ vrnis fiebat, vel ad fumosas ollas aut cremathras semiustas confugere. Ex his liquet Ezechiel. 40. 43. solum nostrum interpretem (vt solet) rem acu attigisse. illic enim Deus ipsum mensæ limbum seu marginem certa latitudine circumscripsit. Cubabit ergo Issachar intra suos terminos, contentus copiis suis, nec vicina metuens vel concupiscens. 64. Accubare inter duos terminos. Habitare inter duos terminos. Dormire inter medios cleros. Locus psal. 67.14. Locus Ezechiel. 40.43

Vers. 15. 65. Issachariani quieti & Sapientiæ vacatuæ.

VIDIT REQVIEM] Sapienter intellexit, longè vtilius esse sibi, domi per agriculturam, & mercium distractionem, quàm per maris & viarum pericula diuitias quærere: melius etiam pacis artibus flo-

rere, quàm bellicis discriminibus caput obiicere, aut curis aulicis discerpi. Tradunt Hebræi hanc tribum studiis sapientiæ deditam fuisse. 1. Paralip. 12. 32. *De filiis quoque Issachar, viri eruditi, qui noverant singula tempora ad præcipiendum, quid facere deberet Israel.* Pace florent artes Palladiæ, sed Mars Musas fugat; & inter arma silent, cum legibus, studia filiarum Mnemosynes.

ET TERRAM] non habet vim copulæ, sed causæ, nam rationem reddit, cur bonam esse requiem iudicarit.

67. Issachar tribus fertilis.

QVOD OPTIMA] LXX. *ὅτι πίων. quod pinguis* Chald. *quia fructifera*, fertilissima frugum optimarum. hi sunt *thesauri absconditi arenarum*, quos illi tribuit Moyses *d.c. 33. v. 19.* vini, olei, frumenti vbertas.

SVPPOSVIT HVMERVM] in iumenti persistit metaphorâ.

AD PORTANDVM] ad vehendos thesauros illos arenarum ad loca mari vicina, vbi solent habitatores mercaturæ diligentiores, agriculturæ indiligentiores esse: quare & annona illic aduectitia ferè atque carior.

TRIBVTIS SERVIENS] milites aulicique multorum vectigalium immunitate fruuntur; agricolæ munifices omnium, ait hoc onus sponte subituros Issacharitas, vt à sago & cingulo se rediment. Eundem sensum habet versio LXX. *factus est vir agricola, ἀνὴρ γεωργός.* Chaldæus omnino contrarium sensum reddidit; non consentaneum textui Hebræo.

68. Issachar hominis religiosi figura.

ALLEGORICE per Issachar D. Ambrosius *sup. cap. 6.* intelligit CHRISTVM, D. Hippolytus, Apostolos, D. Gregorius *lib. 1. Moralium seu in Iob cap. 10.* Gentiles. Potes capere quoslibet iustos, maximè eos, qui nomine reque ipsa sunt religiosi, & cum Dauide coram Domino quasi iumentum facti. facilè accommodes ad humilitatem, mansuetudinem, sobrietatis, laboris tolerantiam, quarum in hoc aurito animali notæ multæ ac claræ: hisce virtutibus quies animi magna & durabilis paratur & ex tellure cordis spirituales thesauri suo tempore eruuntur.

Prophetia de Dan.

PROPHETIA DE DAN.

VERS. 16.

69. Iudices ex [illegible]

Vaticinatur populum virtute Samsonis Danitæ ex Philistæorum seruitute liberandum: & à Samsone in spem venturi Messiæ sublevatus, ad interitum subsecuturi tandem Antichristi contremiscit.

DAN IVDICABIT] allusio דן ידין *Dan iadin* & præterea confirmatur nomen illi nato, à Rachele inditum *sup. 30. 6.* Sed confirmatur ex alia causa, quia tribus præfutura Israëli per Samsonem, *lege Iudicum. 13.*

VERS. 17.

70. [illegible]

SICVT ET ALIA] non quod omnes iudicaturæ, sed quia non minus quàm quæuis aliarum (Hebr. כאחד *Ceachad*, & LXX. [illegible] *sicut vna*, hoc est aliqua) tribuum iudicatura. Verius est ex Ruben, Simeon,

Simeon, Gad & Aser nullos indices fuisse: nam quos quidam adducunt Iephte & Barach, hic ex Nephtalim, ille ex Manasse fuit, vt benè Pererius.

FIAT] pro fiet, ex eo quod *Dan* sit indeclinabile nascitur dubium, an in recto an in datiuo casu sit accipiendum nomen. Eusebius Emesenus & Gennadius *in cathena* explicant in obliquo, *fiat serpens seu coluber ipsi Dano*; vt prædicatur Dalila Samsonem deceptura astu serpentino: verùm tunc tota hæc prophetia esset malorum annuncia huic tribui. Placet Ambrosio & cæteris Patribus credere; qui in recto accipiũt, vt prædicatur ipse Samson similis hisce dolosis animantibus futurus. Sic exposuit Chaldæus, & videntur velle LXX. quia δὰν sine vllo articulo ponunt, quod indicium est recti. Res optimè quadrat. Sicuti enim formidabiles homini sunt serpẽtes, sicuti in viis, vel semitis, sub frondibus aut arenis latitant: sic timendus Philistæis Samson fuit. Sicut serpentes aggressi ex inopinato hominem de medio tollunt: sic filius Manue incircumcisos istos crebrò repentina clade obruit. Sicut serpenti contra mala carmina remedium est, aurem cauda obturare; &, nisi faciat, incantatur: ita facer iste Hercules, si quis finis sit lutulentæ voluptatis considerasset, insidias Dalilæ cauisset; quod quia neglexit, callida Siren aures cum Vlysse non obturantem cerâ continentiæ, malis blanditiis in pistrinum & mortem pertraxit. Sicut serpentes, maximè Cerastæ, pollent inter reliquos hoc astu, vt cùm equitem nequeant vulnerare calcaneum equi morsu saucient, ita vt vel equus ruat, vel vi doloris efferatus armo sessorem excutiat, denique delapsum insidiator inuadat & occidat: sic Samson non robore tantùm & virtute, sed dolis etiam in hostes grassatus, vera illis malorum Ilias fuit. Scitum quâ technâ segetes exusserit; quo pacto meretriculam his fefellerit, & lethum ipsi parantes vita priuarit, & ita illusores luserit, vicerit victores, & moriens plures quàm viuus interfecerit. De ceraste, qualis serpens, consuli possunt Lucanus, Plinius, Solinus & Nicander.

Vers. 17.

70. Samson similis cerastæ & colubro.

Serpentum callidita & artes.

71. Cerastes.

VNGVLAS] Hebraicè עקבי *Shikkebe*. LXX. *πτέρναν, calcaneum*. Meritò noster reprehenderetur à recentioribus, si equorum calcanei vngulis carerent: aut vngulæ priorem magis quàm posteriorem sonipedis plantæ partem significarent: calcaneum, commune quid homini cum equo, vngulam equis propriam scimus hominum adspectu. Ad Latinitatem quoque meliùs & sensum, *vt cadat* quàm *& cadat*.

SALVTARE TVVM] Hebræum לישועתך *Lisenghathcha*, potest reddi cum LXX. *salus*, *σωτηρία*, & cum Chald. *redemptio*. & *saluatio*. & *salutare* eodem sensu: postremum hoc solet noster, quia nomẽ est IESV amplecti. Psal. 94.1. *iubilemus Deo salutari nostro*. Luc 2.30. *viderunt oculi mei salutare tuum*. Luc. 3.6. *videbit omnis caro salutare Dei*.

Vers. 18.

72. Salutare nomen Christi.

EXSPECTABO] Hebræum קוה *Kauah* sperare & exspectare significat: & secundùm varia puncta קויתי potest esse præteriti & futuri temporis; nec nouum præteritum pro futuro poni: quod pla-

Conciliātur versiones.

erit nostro interpreti. L X X. in præsenti, *exspectans*, subauditur, non equēs, (vt putant nonnulli) sed, sum, eroque. Sed quid causæ cur in hanc vocem tam ex abrupto Iacob erumpat? Meminerat se Saluatorem promisisse nasciturum ex tribu Iuda, qui in perpetuum Israëlem liberaturus; nec illum tantùm, sed totum genus humanum, se quoque loquentem & iustos alios qui in limbo aduentum eius exspectaturi: Samson verò dumtaxat liberaturus erat Israëlem, & ad breue tempus: cùm itaq; de Samsone locutus esset v. 16. & 17. (quæ est sententia communior. *Hebræorum Ionathan & Onkeli, Græcorum Emeseni, Gennadij, Procopij, Latinorum Hieronymi, Ruperti & aliorum:*) & ea dixisset illustratus lumine prophetico, nihil addubitans; vidit illa cuncta posse etiam conuenire filio perditionis Antichristo, qui ex Danitica tribu nasciturus, & moribus planè serpentinis futurus, & omnino talis, vt quæ de Samsone dicta, præclarè quidā ad Antichristum retulerint, *vt Theodoretus hic q. vlt. & D. Gregorius lib. 31. in Iob cap.* 18. Animo igitur conturbatus & indolescens ad edendæ per Antichristum cladis adspectum, quam & ipsa tribus Dan, & ceteræ quæ Antichristo adhæsuræ, certò perpetientur; de figura ad figuratum transilit, vt solent Prophetæ; à Samsone ad CHRISTVM; & spem firmam concipiens, profitetur spem fidémque suam, de vero & perfecto mali tanti remedio; quod partim primo, quoad primitias Israël; partim secundo, quoad reliquias & fæces Iacob, Salutare Dei allaturum. Sequor itaque Theodoretum, §. quatenus & de CHRISTO Domino, & de Antichristo hæc capit, non sequor quatenus de Samsone capi negat. Quædam hic dubia incidunt. Primum, an ergo Samson figura simul CHRISTI & Antichristi? Possum duobus modis respondere. Primò diuerso adspectu esse posse. CHRISTI quatenus iudex & liberator Israëlis: Antichristi, ratione astutiæ & damnorum quæ Philistæis dedit. Secundò (quod melius) non adspicere prophetam hoc loco ad Antichristum tanquam figuratum per Samsonem, sed tanquam ad eum, cui hæc quæ de serpente & Ceraste dixit, optimè per metaphoram conueniunt, & qui ex eadem cum Samsone tribu nasciturus. Atque ita negatur Samson figura Antichristi, sed asseritur occasio sola fuisse, cur de Antichristo Iacob animo cogitaret & exhorresceret.

De Samsone Antichristo, & CHRISTO hæc ad litterā capi coniūctim, nō separatè.

73. Sāson simul figura cōtrariorum an fuerit.

74. Antichristus ex qua tribu.

Aliud dubium est, An Antichristus ex tribu Dan nasciturus? ridet Tostadus, & fabulam Oleaster appellat: potuit vterque parcius & magis sobriè hoc loco. Quid hoc aliud quàm toti antiquitati, obscuriculas ratiunculas, insultare? Est enim hæc quasi perpetuò recepta quædam traditio; non tantùm Sibyllæ Tiburtinæ, sed & grauissimorum sanctissimorúmque Doctorum. *SS. Irenæi lib. 5. cap. vlt. Hippolyti Portuensis. sup. Ambros. sup. cap. 7. Theod. q. 109. Augustini in Iosue q. 22. Anastasij Synaita lib. 10. in Hexam. Prosperi p. vlt. prædiction. cap. 9. Gregorij magni sup. Alcuini, Ruperti, Isidori hic, Arethæ, Andreæ Cæsar. Haymonis, Bedæ, Anselmi, Richardi de sancto Victor. in c. 7. Apocalyp.* & licet eorum aliqui videantur dubitare, vnde re non prorsus certa,

aut

aut fide definiat, omnes tamen eam tradunt, vt maximè probabilem & firmant nonnullis argumentis, & in primis quod tribus Dan ideò d.c.7. cum cæteris non numeretur; quod ideò refero, quia Primasius vel memoria lapsus, vel vitiosum nactus codicem, cum aliis Danitas *lib. 2. in Apocal.* recenseat. & quamuis nulla niterentur probatione; non foret tamen eorum vnanimis consensus in re incerta catholicis aspernandus. Nunc loca S. S. nonnulla proferunt, vnde id probari censent, maximè SS. Irenæus, Gregorius, Anastasius. Esto non conuincant, verisimiles tamen sunt pleræque interpretationes. Quid? quæ contra proferuntur à nuperis scriptoribus, illa conuincunt? nihilo amplius. Messiam, aiunt, Iudæi de tribu Iuda, non de Dan expectant, & ex eadem Antichristum? Iudæis ergo plus fidei, quàm Sanctis Patribus præstandum? Nonne poterit perfidus ille ex Dan natus, fingere se ex tribu Iuda oriundum? Nouimne hodie multos se nobilibus familiis inserere, aut insolens huic belluæ mentiri? genealogiarum tum lux nulla, confusa & tenebris omnia, iam sunt inuoluta miseris: cur non prodigiis & præstigiis persuadeat cupidis credere, latuisse quæ proferet testimonia stirpis suæ? Alterum argumentum est, non videri verisimile Iacobum Dano filio suo tantam generis labem annunciasse, & tanto affecisse mœrore. Neque dicimus annunciasse: sed tacitum secum perpendisse: Et si intellexisset Danus, commemoratione salutaris detergeret mœrorem: si nō detergeret, etiam Rubenum, & Leui, & Simeonem haut absimili, vel maiore affecit mœrore: vaticinatur enim, & non benedicit filiis hoc sermone. Paris momenti & minoris roboris sunt reliquæ obiectiones.

Denique Samson, † quam apta sit figura CHRISTI docent iidem Patres, præcipuè Hieron. *in cap. 12. Iob.* Gregorius *hom. 21. in Euang.* Origen. *tractat. vlt. in Matth.* Ambrosius *prologo lib. 2. de Spiritu sancto*, & August. *serm. 107. de temp. & in Psal. 80.* quos vide. 75. Samson Christi figura.

ALLEGORIAM de diabolo benè explicant D. Ambrosius *hic c. 7.* & *in comment.* Procopius Gazeus.

PROPHETIA DE GAD. Prophetia de Gad.

GAD ACCINCTVS Hebraicè, גד גדוד *Gad Gedud*: qua nominis allusione impositionem nominis, de qua *sup. 30, 11.* alia causa confirmat: quæ licet obscurius expressa, ex sententia Onkeli, D. Hieronymi, & Procopij, est talis: meritò vocandam tribum eius *Gad*, quia citra Iordanem relictis gregibus, liberis, & vxoribus, armis accincta & expedita, vna cum Ruben, & dimidio Manasse, in Iordanis trāsitu, sit reliquas præcessura tribus, & pugnatura donec singulæ tribus in suam hæreditatem venirent. *Num. 32.* Quod & fecerunt Gadditæ, & post annum decimum quartum spoliis onusti, & armis adhuc cincti, per eandem viam domum redierunt. *Iosue. 22. & Hieron. hic.* Semper autem armis strenui, belloque clari, multa feliciter cum Ara- VERS. 19. 76. Gad, vnde dictus. 77. Gadditæ bellicosi.

bibus gesserunt. 1. *Paralip.* 5. Vnde Moyses Deuter. 33. 20. non tantum dicit Gad latissimam regionem possessurum, &, instar leonis quiescentis, cunctis terribilem futurum; Sed in prœliis quoque *verticem & brachium capturum*, de quo ibi. Allegoriam de Christo S. Ambrosius *sup. cap.* 8. Eucherius & Isidorus *hic*.

De prophetia Aser.

PROPHETIA DE ASER.

Vers. 20.

78.

Aser sors vberrima.

Prophetizat sortem Aser fertilissimam futuram; nec tantum rebus omnibus ad victum necessariis, (*Panem* vocat,) sed Regum quoque luxu desiderabilius. Causa Ptolemaidis, & Phœnyciæ viciniæ, & negociationum marinarum: item solibonicas, quod, vbi vilius, prope Sareptam, fertilitas eris copiam præbet; cætera vber largis frumenti, vini, & olei prouentibus. Testes sunt Procop. Theodoret. & ipse Moyses: iste d. cap. 33. 30. *Tingat in oleo pedem suum. Ferrum & æs calceamentum eius.* Sensus summam oliuitatem fore, trapetis deficientibus: & tot illi fodinas, vt de metallis huiusmodi posset calceos conficere, & ad vilia obsequia vti: Chaldæus. Terra Aser optima erit.

Præbebit delicias regibus.] sic etiam LXX. sensus est, fructus huius tribus adeo delicatos & suaues fore, vt vel Regibus sint futuri in deliciis: maximè oleum in vnguenta. Allegoria.

79. Eucharistiæ figura.

Aser est Christus, qui in venerabili Eucharistia est armatura piorum, qui passiones edomant; & eorum qui sibi ipsis imperant, cibus adipatus ac deliciæ mensæ: est communis SS. Hippolyti & Cyrilli *in catena*, Ambrosij *sup. cap.* 9. Ruperti, Eucherij, & Procopij *hic*.

Prophetia de Nephtalim.

PROPHETIA DE NEPHTALIM.

Vers. 21.

80

Explicari LXX. & cōciliari cum nostra.

Ceruus] etiam Hebræus fons ad animal respexit, אילה *Aialah*. cur ergo LXX. id retulerunt ad vitis germinationem, vertentes στέλεχ☉ ἀνειμένον ἐπιδιδοὺς ἐν τῷ γεννήματι κάλλος, *stipes remissus porrigens in germine pulcritudinem*? An quod metaphoram acceperint à stipitibus vinearum, quibus illæ fulciuntur, quæ in quibusdam locis in summo cornuum similitudinem præferunt, & Virgilio, Tibullóque *cerui* nominantur? an ab amœno aspectu celeriter crescentis vitis, & luxuriantis emissione capreolorum? posset non ineptè sic conciliari dissidium. LXX. & nostræ versionis. Quam mihi distorquere videntur Caluinus, Vatablus, & alij qui exponunt de terræ feracitate, fructibúsque præcoquis & ideò gratioribus; & de incolarum comitate ac suauiloquentia. De fertilitate & copia rerum omnium in hac sorte Moyses d. cap. 33. 23. *Nephtali abundantia perfruetur, & plena erit benedictionibus Domini.* Sed quid necesse sic omnes has prophetias ad fertilitatem restringere, quasi tot tribubus eadem prædicantur? Iam Issachar & Aseri hæc repromiserat. Deinde de hac præ-

81. Nephtali fertilitas.

cocitate

cocitate fructuum & de hac Nephtali Suadâ peculiari, mihi non persuadent. Vnde id acceperunt? Chaldæus nihil ampliùs, quã terram Nephtali pinguem & frugiferam dixerat: illi cùm viderent non sufficere ad *cerui emissi* comparationem explicandam, cætera de suo adiecerunt; quæ rursus licèt abiiciam.

D. Hieronymus † ait melius esse cuncta ad doctrinam IESV CHRISTI referre, quo Græcorum quoque versionem diligenter retulerunt S. Ambros. sup. & Procopius *hic*. Melius certè, sed per allegoriam. Ecce: CHRISTVS in tribu Nephtali, vbi Cenereth, à qua mare Genezareth dictum, diu versatus, obtenta de Satana victoria, è deserto in Galilæam (cuius pars est Nephtali) egressus fuit (vt ait D. Lucas 4.14.) *in virtute spiritus*, cuius gratia tarda molimina nescit, & ideò censendus celeriter & alacriter stadium prædicationis suæ decurrisse, vt significat dilecta Cant. 2.8. *Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles: similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum*. Nonne tunc *emissus ceruus*, qui per casses, quos diabolus tendebat, perrupit. Quàm *pulchra* eius *eloquia*; cuius in labiis diffusa gratia, & mirabantur omnes in verbis quæ de ore illius procedebant? Dixi sensum esse ALLEGORICVM, non litteralem. Nec enim maior est ratio, cur CHRISTI prædicatio tribuatur Historicè tribui Nephtali, quàm Zabuloni aut Galilææ Gentium: quibus hanc laudem facit communem Isaias *cap. 9. in princ. vbi dicenda plura*. 82. CHRISTVS ceruus emissus, & an de hoc sensus litteralis.

HISTORICVM † sensum puto, quem quidam ex Hebræis tradidere, & placuit Cardinalibus Caietano & Lipomano. Prophetiam horum verborum, complecti præcipuam laudem tribus Nephtali; nempè victoriam Barach & Deboræ de Sisara: viderunt hoc illi acutè, sed nemo illorum exposuit, vt par fuit, accuratè. Conor: & simul, quas nonnulli nubeculas admouent, dispello. Nihil in primis ad rem, in Hebræo haberi *ceruam*. Vt nostro † mos est efferre hoc animal in masculo, sic illis in fœmineo genere. *Cant. 2.8. & vlt. vers. vlt. 2. Reg. 2.34. Psal. 18.34. Abac. 3. vlt.* Græci mira enallage genera duo combinant τὴν ἔλαφον articulum sexus deterioris cum vocabulo meliore, *de quo dixi Comment. in Herc. Furent. v. 222.* Secundò Hebræum שלחה *Scechulah* à שלח *Scalah*, celeritatem in prorumpendo seu emittendo denotat: vnde rectissimè noster, à sagittis arcu excussis sumpta translatione, vocauit *ceruum emissum*. Tertiò Barach † potiùs comparatur ceruo, quàm leoni: quia initio timiditatis aliquid præ se tulit, recusans sine Deborâ proficisci, nec Dei mandatis intrepidè statim obediuit. Nec mihi recusatio illa religioni potiùs pauori videtur adiudicanda. Ob religionis virtutem, numquam illum prophetissa reprehenderet, nec ob eius pietatem Deus victoriæ laudem in alium transtulisset. Id potiùs in eo laudauerim; de priuata gloria non sollicitum cum contribulium dumtaxat decem millibus & prophetide, magna animi promptitudine & impetu aggressum copias hostium numero innumeras, & armis instructissimas; quas vt venit vidit, vt vidit vicit. *Lege Iudic. 4.* 83. Barach & Debora. 84. Ceruus an cerua nihil refert. Emissus quid. Ceruo, cur Barach comparatus.

Alludit itaque more ſuo Patriarcha ad nomen tribus Nephtali. Nam vt dixi *ſup.* 30.8. פתל *Phathal*, ſignificat inuoluere,& ideò vtitur voce *emiſſæ*.

85. Cõparatio Barach & cæteri emiſſi. Comparationis hæc eſt ſententia; ſicut ceruus è canum dentibus,venatorum indagine,doloſa plagarum inuolutione,& mortis quaſi ſinu elapſus,inſperatam adeptus ſalutem libertatémque exſilit, & curſu citato, foſſas,dumeta, & quicquid obſtat tranſmittens, vbi ad flumen aliquod peruenerit, in illud fidenter inſilit: ita Barach Nephtalides promiſſæ à Deo liberationi fidens, obſide prophetiſſa ſecum ducta,& ſic quaſi manu arreptis libertatis habenis,in tyranni cuneos incunctanter feretur. Hanc interpretationem nobis luculenter prælucent ipſimet Barach & Debora his verbis: *Barach veſtigia ſunt ſecuti; qui quaſi in præceps ac baratrum ſe diſcrimini dedit*. Iudi.5.15. Huic interpretationi quædam videntur obſtare: cur enim Nephtali ſoli hæc laus adſcribatur, cùm pugnæ Zabulon & Iſſachar adfuerint? deinde hæc peculiaris laus videtur eſſe Barachi, & non tribus eius. Leuia hæc ſunt. Nam laus aſcribitur Nephtali, quia Baruch totius exercitus fuit Imperator: Secundò quia in eadem tribu fuit tabernaculum Iahel, quæ occiſo Siſarâ debellauit. Alterum mihi etiam ridiculum videtur. Si quid probaret,etiam probaret contra interpretationem: verſ. 17. & 18. de Samſone: ibi tamen de Samſone probant,qui hic de Barach ideò improbant. Sed nihil probant.Nam laus ciuium in patriæ laudem redundat. Scipionis in Romanos,Themiſtoclis in Athenienſes,Barachi in Nephtalimitas.

86. Eloquia pulcritudinis. Pulchrũ pro laudato. Canticum Barach & Deboræ. ELOQVIA PVLCHRITVDINIS] duplex eſt Hebraiſmus. שפר אמרי *Imri Scapher, eloquia pulchritudinis*, hoc eſt eloquia pulchra: & *pulchra*, hoc eſt famoſa ſeu cunctis decantata laudatáque. Hoc ait propter laudatiſſimum illud Canticum quo Debora & Barach, poſt adeptam lauream, Deo gratias egerunt, *d. cap.* 5. *Iudic.* quod certè etiam nunc anus fama loquitur, & caneſcens loquetur ſæclis innumerabilibus.

Prophetia de Ioſeph.

PROPHETIA DE IOSEPH.

VERS. 22. In hac comprehẽduntur Ioſeph ipſe,& duæ ex illo tribus Ephraim & Manaſſes: ideò copioſior hæc prophetia: tum etiam quia, ſicut Iudas,ſic etiam Ioſeph ſucceſſor fuit Rubeno debitę primogenituræ: tum quia Ioſeph luculenta fuit IESV CHRISTI figura. Breuiter percurrit geſta laudéſque Ioſephi,& tandem ipſi benedicit: ait.

87. בן quid ſolũ. Filius benè redditum. FILIVS ACCRESCENS]Kimchi notat, quando בן *Ben* ſolum ponitur, ſine addito relatiuo patris aut matris; non ſignificare filium propriè dictum, ſed rem aliquam generis alterius puſillam, & hic poni pro ramuſculo arboris. Huic ſtramineo fundamento nouatores

88. Accreſcens, cur dicatur. ſuperædificantes vertunt *ramum creſcentem*, & exponunt arbuſtum iuxta riuos aquarum plantatum. Longè acutius L X X. & noſter viderunt tali fortaſſis arbori Ioſephum comparari; ſed tamen alludi ad ipſius etymon, ductum à matre dicente, *addat mihi Dominus filium alterum.*

alterum. Genes. 30.24. tum etiam euentum posteritatis eius. Nam pater fuit duarum tribuum; quarum vna Manasses duas sortes obtinuit, & sic quasi gemina fuit; altera Ephraim, etsi vna mãsit, cunctis tamen tribubus, ipse quoque Manasse, fuit numerosior, quare non immeritò vocata *Ephraim* quasi fructificans, à themate פרה *Parah* *sup.* 41.51. Propter has duas tribus bis repetit, *filius accrescens.* 89. Ephraim vnde dicta.

DECORVS ASPECTV] decorus super oculum עלי עין *Ghale Ghain*: irriguæ illius arboris comparatione videtur persistere, quæ foliis, flore, fructu oblectat: quam Dauid descripsit Psal. 1. à vers. 3. vbi ostendi, ea CHRISTVM significari, quem Ioseph hic præfigurat. A fœcunditate, transit ad pulchritudinem, quæ tanta in Iosepho vt oculos, animósque spectantium caperet: ideò LXX. *filius desideratus*: & ideò sequitur.

FILIÆ DISCVRRERVNT SVPER MVRVM] puellæ scilicet Ægyptiæ, vt tam formosum iuuenem, cultu Regio augustum, patriæ seruatorem viderent, & ab eo viderentur, edita domorum, & vrbis loca petierunt; vsus noster voce, *discurrendi*, vt sollicitudinem & desiderium indicaret huc illuc tendentium, nec contentarum semel vidisse: quod vagarum, & petulantium, & cupidarum esse docetur. Prou. 7. vers. 11. & 12. De Putipharis vxore meministis: nec dubito plures alias attentius aspexisse, laudasse, suspirasse. Hebræa conueniunt cum nostro interprete; & sensus D. Hieronymi, quem exposui simplicissimus est. Chaldæus abiit longiùs, cum exponit duas tribus ex Iosepho nascituras, quæ sint singulæ sortem suam consecuturæ. Quo pacto legerint hic LXX. non inuenio traditum, deuiasse à nostra lectione certum est, nec sensum satis assequor. Vertunt enim, *ad me reuertere* πρὸς με ἀνάστρεψον: hæreo in salebra, fœlicior alius emerget. 90. Versionum diuersitas ic reconciliabilis.

ALLEGORICE tota hæc prophetia de Ioseph ad CHRISTVM pertinet; de quo notũ illud Præcursoris, eum debere crescere (*Ioan.* 3.) qui lapis ille paruus breui temporis spacio totum orbem implens (*Daniel.* 2.) qui granum sinapis ex olerum minimo, in arborem grandem augescens in qua volucres nidificent. (*Matth.* 13.) speciosus præ filiis hominum; (*Psalm.* 44.) quem vt videret Abraham exultauit, qui fuit desiderium prophetarum, & patriarcharum, quorũ mentes super murum discurrerunt; quando se suprà omnẽ humanæ sapientiæ & intelligentiæ cognitionem alis fidei & spei sustulerunt. 91. Ioseph figura CHRISTI.

Quantumuis Ioseph decorus & amabilis, tamen eum EXASPERAVERVNT] amaritudine impleuerũt: nec enim poterãt ei fratres præ odio quicquam pacificè loqui. *sup.* 37.4. Ad fratrum iniurias in eum hæc refero, cum D. Hieronymo, Chrysostomo, Theodoreto, Procopio, Ruperto. VERS. 23. 92. Iosephi fratrum iniuriæ in ipsũ.

IVRGATI SVNT] dicentes, *numquid Rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ?* sup. 37.8. item, *ecce somniator venit, venite occidamus. ibid. vers.* 20.

INVIDERVNTQVE] quia plus à patre diligebatur; & propter somnia. *Vide d. vers.* 8.

93. Domini sagittarum. Iacula pro cōtumeliis.

HABENTES IACVLA] Hebraicè *Domini sagittarum*, hoc est sagittarij: de hoc adagiali Hebraismo lege Adagia sacra, §.63. vocat autem sagittas, metaphoricè mordacia verba & contumelias. Psl.54.22. *Molliti sunt sermones eorum super oleum: & ipsi sunt iacula.* Psalm.56.5. *Filij hominum dentes eorum, arma & sagitta: & lingua eorum gladius acutus.* Sed fratres Ioseph verbis non contenti, facta impia adiecerunt, truserunt, nudarunt, in cisternam miserunt, in seruitutem vendiderūt: quot iaculis cor eius confixerunt? ALLEGORIA: Iudæi clamoribus illis, *Tolle, tolle, crucifige*, &c. vt linguæ sagittis IESVM occiderunt. Lege D. Augustinum *in Psal.63.*

VERS. 24. Quod rarissimum, in Iosepho concors erat formæ & virtutum omnium connexio: forma periculum in Ægypto attulit, virtutes fratribus fecerāt odiosum domi: nunc paucis commemorat quo pacto Deus vtroque malo illum eripuerit: confer cum Psal.104. à v.19.

94. Arcus pro robore & præsidio.

ARCVS] omne Iosephi robur & præsidium. Sic sumi solet, sup. 48.vers.vlt. & Iob.29.20. *gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.* Zachar. 9.13. *Extendi mihi Iudam quasi arcum.*

SEDIT] firmatus est, obnixus fuit aduersariis; non elanguit, nec confractus fuit. Inconcussa mansit eius constantia, quia Deo cōfisus.

95. Fortis nomen Dei.

IN FORTI] epithetum Dei, *fortis*, cui *in fortibus nulli similis.* Exod.15.11. in Deo ergo sperans, velut in turri refugij secura & inexpugnabili conquieuit. Nec Deus illum frustratus fuit ope auxilio suo; quod auxilium graphicè describit Sapientia cap.10. vers.13.& 14. *Hæc venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit illum, donec adferret ei sceptrum regni, & potentiam aduersus eos, qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui maculauerunt eum, & dedit illi claritatem æternam.*]

DISSOLVTA SVNT VINCVLA] Hebraicè *extenderunt se brachia manuum eius.* Sententia est: sicut qui sagittam tenso arcu parant emittere, brachium extendunt: sic vinculis solutus Ioseph, ad regni gubernacula manum admouit. Vide Oleastrium hic de voce פזו *Phozu.*

96. Potens nomen Dei.

POTENTIS] Hebraicè est אביר *Abbir*, vnum † ex Dei nominibus, idem significans cum *El*, fortem, potentem. Istud Hebræi tradunt esse mysterio plenum: tres enim habere litteras essentiales ALEPH, BETH, & RESCH: nec quartam illis frustrà interseri

97. S. Trinitatis mysterium.

IOD. Tres illas, seruato processionis ordine, tria beatissimæ Trinitatis nomina inchoare, אב בן רוח *Ab, ben, & ruach*, Patrem, filium & Spiritum sanctum; quæ vni commissa nomini, tres vnius essentiæ personas subindicent. Deinde IOD, quod inseritur non primæ, sed secundæ syllabæ, esse primum characterem Saluifici nominis IESV (ישע) qui Deus simul & homo. *Beth*, trium litterarum mediam poni, quoniam ex patre filius, & patre filióque Spiritus sanctus procedit. Denique ipsi BETH coniungitur IOD, quia solus filius

filius factus est homo, vt fieret IESVS, hominum cum Deo reconciliator. Scio de creaturis etiam *Abir* dici; sed participatione quadam, sicut homo bonus dicitur, cùm tamen solus Deus propriè bonus.

INDE] causam non locum significat. Quia Ioseph in *Abir* suo fiduciam omnem collocarat. Et ideo Iacobi potens iste, potenter filium eius euexit. *Chaldaeus.*

98. Pastor pro rege.

PASTOR] Ægyptiorum, diræ famis tempore. Etiam Aristoteles docet bono Regi proprium, se populo pastorem præbere: notum Homero vocari *pastores populorum.*

EGRESSVS] eductus de carcere.

99. Lapis gẽtis.

LAPIS] gentis firmamen & stabilimentum. Sic explicatur Eccles. 49.17. *Neque vt Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, princeps fratrum, stabilimentum populi.*

ISRAEL] mei & filiorum, quos inediæ eripuit. ALLEGORIA. quis non nouit CHRISTVM pastorem bonum, petram ecclesiæ, lapidem angularem? vide Rupertum *sup. cap.* 36.

Nunc annunciat illi læta, faustaque, cælestem influxum, terræ prouentum, animantium & posterorum multitudinem immensam. VERS. 25.

DEVS PATRIS TVI] ob tua & maiorum merita.

CAELI] hæc moles benignè tibi influat: aërem & cælestes orbes ait.

100. Abyssus.

ABYSSI] sic quæuis vorago & profunditas † vocatur. *sup. cap.* 1. 2. & 7. 11. hîc ponitur, pro illo globo, quem aqua & terra compingunt, cuius centro nihil altius.

Benedictiones vberum & vuluæ.

VBERVM & VVLVÆ] fæturâ hominum & animantium, & lacte quo nata educentur. Hęc benedictio quasi peculiaris tribui Ephraim, ab ingratis reuocata per Osee. 9. 11. *Ephraim quasi auolauit, gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu. Quod & si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus*; & mox: *Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia.*

ALLEGORIA] CHRISTO data potestas in cælo & in terra. (*Matthæi* 28.) quem in cælis Angeli nascentem laudarunt (*Luc.* 2.) laudarunt sancti in limbi abysso: (*Zachar.* 9.) laudarunt in terris Elizabeth, *Benedictus fructus ventris tui* (*Luc.* 1.) & quæ clamauit, *Beatus venter, qui te portauit & vbera quæ suxisti.* Benedictus vbertate & fæturâ Ecclesiæ (*de qua Isai. c.* 49. & 60.) beatus duorum vberum scaturigine, nempe verbo Dei & vsu sacramentorum. *vide Rupert. c.* 37.

BENEDICTIONES] faustas prædictiones faustis precationibus accumulat. ait: prosint tibi omnes benedictiones maiorum meorum, quas posteris suis impartiti. (*Sic Chaldæus*) insuper prosint tibi meæ prioribus superadditæ. potes his fidere. vim habent ex basi suâ, nempe illis quibus superstruuntur. (Hebraicè עַל *H'hal.* Sicut illæ hactenus effectum sortitæ, ita meæ quoque ratæ futuræ *Rupertus.* VERS. 26.

DONEC VENIRET] vsque dum veniat. Cunctarum promissionum vltima & maxima est aduentus Messiæ: nec iota, nec vnus apex pro-

 missio

missionum deficiet, donec veniat ipse.

101. Desiderium colliū æternorum. DESIDERIVM] Hebraism. pro † te desideratissimâ. ps. 20. 30. *desiderium cordis eius tribuisti ei*. Sensus loci nostri est: Messias desideratissimus iis qui in ipsum tum venturum, & sibi reuelatum expresse crediderunt, & diem eius videre gestierunt; qui supra cæteros mortales virtute, pietate, sanctitate sic exstarunt, sicut collium vertices inter ima conuallium eminent. (*Rupertus & Eucherius.*)

Conciliatæ versiones. Noster תאות *Taauath* deduxit † à radice אוה *Auah*, quod significat concupiscere desiderate, quod placet Chaldæo & Pagnino. Ceteri deducunt à radice תאה *Taah* & vertunt terminum cum Iarrio & Kimchi. parùm refert. Nam CHRISTVS est vertex in vertice montium seu terminus, & idem est bonorum omnium desiderium; est etiam fons omnium benedictionum. hoc volunt LXX. cum vertunt *benedictiones*.

FIANT] omnes hæ benedictiones affluant in caput eius, & constanter super eo requiescant.

102. Nazaræus. NAZARÆI] est genitiuus. hoc est eius qui verus est Nazaræus. Chaldæus; super virum qui separatus fuit à fratribus suis, vox ducta à נזר *Nazar* separare. Ioseph domi sui moribus & viuendi ratione segrex fuit à fratribus: sed & illi vitabant, quem oderant, & à quo deferebantur. Postea quàm remotus ab illis vixit in Ægypto? Semper illis fuit sanctior, & incontaminatior, & corona fratrum suorum.

LXX. explicati. hoc vltimum attenderunt suâ versione LXX. alludentes ad comam Nazaræorum. nam vertunt. *super verticem quibus præfuit fratrum.* ALLEGORICE, CHRISTVS verus Nazaræus. *Rupert. sup. & S. Ambros. cap.* 11.

Prophetia de Beniamin.

PROPHETIA DE BENIAMIN.

VERS. 27. Obscurior est ista, quàm præcedens. Zoharæ liber, Thargum &

103. Nō est sensus litter. de templo. alij Hebræi de templo Hierosolymitano, quod fuit in sorte Benjamin. illic enim hostiæ innumeræ consumebantur. mane immolabantur, vesperi reliquias Sacerdotes comedebant. Volunt itaque templi altare vocari *lupum rapacem*. Mihi hoc videtur nimis longè petitum. Esto: fuerit templum in sorte Benjamin. ipsis tamen Benjaminæis nulla templi cura incumbebat. Indecenter etiam altare vocatur *lupus rapax*. Nam *lupus* hîc in malum sumitur: indecentiùs etiam votiuæ oblationes, prædæ & spoliorum nomine insignirentur. Denique sacrificia non tantùm manè, sed vesperi quoque offerebantur. docet sacrificium vespertinum. *Num. 28. v. 4. & psal. 140. v. 2.* Quid? quod de matutino sacrificio Sacerdotibus reliquiæ cedebant, non de vespertino quod holocaustum fuit: quare iuxta hanc explicationem dicendum potiùs, manè spolia diuisisse, & manè prædas egisse. Non erat ergo cur Iudaicam hanc explicationem Lipomanus sequeretur.

104 An de B. Paulo. Multi Latinorum Patrum, de B. Paulo interpretantur, † qui ex tribu Benjamin fuit; & ante conuersionem fuit Ecclesiæ *Benoni*, quia *lupus rapax* in CHRISTI ouiculas crudeliter sæuiens, viros & fœminas

raptans

raptans ad carceres, Stephanum manibus aliorum lapidans, cunctorum sanguinem sitiens, cædes spirans, supplicia concinnans: post conuersionem, mutatus ex Saulo in Paulum, noua creatura, CHRISTO iam BENIAMIN, diabolo spolia detraxit, & acto de infidelitate triumpho, gentium manipulos horreis Ecclesiæ intulit, & cælestium eloquiorum epulas lautè ac largè variis nationibus apposuit. *Hoc voluerunt præter Bedam, Rupert. Eucher. hîc, D. Hieronymus in Tradition. S. Ambros. sup. cap. 12. S. Augustin. sermon. 2. in conuers. S. Pauli, in Nouis, quos religiosus & diligens vir Vlimmerius edidit fol. 209. Ruffinus etiam, & alij.* Græcis ego hanc non ascribo, vt quidam. Solus illam (me conscio) Procopius cathenæ suæ, sine teste, inseruit. Theodoretus ait quosdam id dixisse, Diodorus refellit. sed mendaci argumento, Chrysostomus aliàs Apostoli magnus encomiastes hîc silet de illo, quid Apollinarius senserit non liquet; quia qui citant eius verba cum Theodoreti permiscent. Siue Græcorum sit etiam, siue Latinorum tantùm; torto fune pro torque dignus est Gebennensis ille Patrum mastyx, qui scripsit parum apte hæc ad Paulum Apostolum torqueri. Nec enim potest negari, sensu saltem mystico ad amussim D. Paulo quadrare optimè. Et vero, si de Samsone, & Barach; in aliorum fratrum vaticiniis actum: cur non potuit etiam ad Apostolum Gentium Iacob, propheticâ acie penetrare? Dicam quod sentio, puto primariò ad Benjamiticæ tribus indolem attendisse; & inde vlteriùs ad sceptrum Saulis; & ab hoc vel ipsa nominis similitudine ductum ad vas electionis gentium Apostolum. Sicut in prophetiâ Dan, ordine progressus à tribu ad Samsonem, ab hoc ad CHRISTVM & Antichristum. Ita tres sententias grauium scriptorum simul iungo & amplector. D. B. Paullo satis ostendi; de Saule, me docuit vir eruditus & nobilis Anton. Gueuara *commentar. in Abacuc.* Nam ipso Regij status in Israële diluculo, subitò sceptrum Benjaminia tribus rapuit, non vi vel iniuriâ, sed subitò & præter omnium opinionem eo potita: sed potita vno tantum die (hoc est vnius tantùm Regis paucorum annorum spacio) vnus Rex Saul integram prædam tenuit: vt nox aduenit, hoc est vt Saul interiit, prædam aliis tribubus diuisit, hoc est regnum reliquit diuidendum. Nonne diuisum, cum cesserint Izbozeth eius filio decem tribus, præcipua verò Iuda cesserit Dauidi: & quamuis iterum postea diuisum regnum fuerit, numquam tamen ad tribum Benjamin rediit? conuenit ergo prophetia Saulo, conuenit Sauli: sed & toti tribui. Nam mores eius violenti, ferox indolês, animi bellicosi fuere; ius in viribus & armis collocantes. Vno ex facto id Patres colligunt qui sic interpretati, Eusebius, Diodorus, Procopius, & Theodoretus, nempe ex Gabaonitarum facinore in vxorem Leuitæ. cogitate decem tribubus oppositos solos Benjamitas, stetisse æquâ acie, bis virtute victores, dolo vix tandem victos; penè deletos, non fractos animo, in saltus & rupes ferarum ritu se recepisse: nec pacem postulasse, sed oblatam accepisse. connubia sibi mane de Silonitis raptu parasse, vesperi domum reduces prædam diuisisse.

105. Litteralis expositio simul de tribu, Saule, & Paulo.

quid aliud de Sabinis ille Lupæ lacte nutritus Romulus? *Lege Iudic. cap.19.& 20.* Hæc ergo de Benjamin progenie senex vaticinatur.

106 Lupi quidã matutini, quidam vespertini.
MANE] Non loquitur de vespertinis lupis, qui propriè vocantur hyenæ & nocte altâ venantur: sed de lupis, qui propriè tales, qui summo mane vt plurimum vacant prædationi. de quo aliàs.

VERS. 28. 107. Tribus quo pacto XII.
OMNES HI] ab his filijs, Iacob duodecim, omnes, quæ totidem sunt tribus, sunt denominatæ. Notat Rupertus *cap.39.* Semper istas tribus duodecim esse. † Nam si consideres ipsum fontem, qui est Iacob, & ordinem secundùm quem hic processit, tunc pro Ephraim & Manasse, ponendi Leui & Ioseph; quia tunc Leui & Ioseph considerandi, vt nati ex Iacobo, nec attenditur ad sortitionem. Si verò consideres tribus, respectu sortitionis; tunc non attenditur ad immediatum parentem earum, & ideo annumerandi aliis Ephraim & Manasses, quibus sortes obtigerunt, & reiciendi à numero Ioseph & Leui, quia hic non sortitus, Iosephi etiam loco sortiti duo filij, & sic semper. XII. erunt tribus. ANAGOG. filios ancillarum cum cæteris hæredes instituit terræ promissionis: quia hæc fuit figura supernæ illius, in qua non est distinctio nobilis & ignobilis, serui & liberi, Græci & Barbari. *Sic Eucherius & Rupertus.*

BENEDIXITQVE] postquam superiora illa locutus fuit, hinc apparet, quæ præmisit, vaticinia fuisse, & non benedictiones, vt dixi.

PROPRIIS] quæ singulis peculiariter quadrabant.

VERS.29. 108. Congregari ad populum suum
ET PRÆCEPIT] obsecrauit Iosephum, cuius authoritate & liberalitate id potissimùm erat exequendum cæteris nunc imperat, ne qua in vllo sit tergiuersatio. Cur autem de hac re tam sollicitus, vide *sup.37.29.*

Penetrare se ad plures. Spelunca duplex.
CONGREGOR] Hebraismus, pro, *morior.* ita loquuntur. quia qui decedunt ex hac vitâ, iis qui priùs mortui accedunt. Quod veteres Latini dicebant, *se ad plures penetrare*: quia plures sunt mortui viuentibus.

SPELVNCA DVPLICI] de qua sup.23.& 25.

VERS. 31. 109. Lia vbi mortua.
LIA CONDITA IACET] Hebræi. *& ibi sepeliui Liam.* Sic etiam Chald. vnde patet † falli Honchalam & alios, qui censent Liam in Ægypto mortuam & postea inde translatum corpus eius cum mariti corpore. Nam in terrâ Chananæâ defunctum ipse Iacob ante descensum in Ægyptum tumulauit. Hebræi tribuunt Liæ annos vitæ quadraginta quatuor.

VERS. 32. 110. Iacobi vltima mandata.
FINITISQVE MANDATIS] de sepulturâ, & de vno Deo colendo, eique parendo, & mutuâ pace, vt est verisimile & res postulabat.

COLLEGIT] sedebat super lectulum pedibus dependentibus: nunc, lætus dissolui, placidè pedes attollit, & in lectulo procumbit, calces extendit, exspirat. Sic leni & placidâ morte defecit. nam hoc *obire*: vide sup.35.8.

111. Apponi ad pop suum.
APPOSITVSQVE EST AD POPVLVM SVVM] ad iustos degentes † in limbo patrum, qui & Abrahæ sinus. de hac phrasi Paulus Burgensis

Burgensis *hic annot. vlt.* rectè sensit, & idem voluere Rupertus & Caietan. *sup. cap.* 25. 8. Sed dicti sui Burgensis causam minus efficacem aut veram attulit. Ita enim loquitur sacra Scriptura vt significet hominum animam esse immortalem, & à corpore separatam perdurare; & beatas non agere vitam solitariam aut mæstam, sed communem, socialem, lætamque: malorum verò, licet in communi cum aliis degant receptaculo, tamen agere vitam minimè socialem sed discidiis, odiis, inuidia, luctu & acerbitate pleniorem, quàm si solitaria foret. Nec amici nostri argumenta contra hanc explicationem quidquam virium habent. 112. Anima humana immortalis.

Restat vitæ Iacob summam subdamus ex Pererio nostro. *cap.* 47. *disputat.* 3. 113. Chronographia vitæ Iacob.

Natus est Iacob post diluuium anno quadringentesimo quinquagesimo secundo, anno post mundum conditum millesimo centesimo octauo. Petiit Mesopotamiam agens annum septuagesimum septimum mundi anno millesimo centesimo octogesimo quincto. Post aduentum in Mesopotamiam anno decimo quarto natus fuit ei Ioseph anno ætatis nonagesimo primo, mundi millesimo centesimo nonagesimo nono: postea adhuc sexennio seruiuit Labano: sic in vniuersum fuit in Mesopotamia annis viginti: & nonagesimo septimo ætatis anno redit in Chananæam cum suis, mundi anno millesimo ducentesimo quincto. Post decem annos accidit cædes Sichimitarum, ætatis eius anno centesimo septimo: quâ peractâ mansit in Chananæa adhuc annis vigintitribus. Nam ætatis anno centesimo trigesimo est ingressus Ægyptum, hoc est mundi millesimo ducentesimo trigesimo octano. Vixit in Ægypto Iacob annis septemdecim, & mortuus est anno ætatis centesimo quadragesimo septimo *supr.* 47. *vers.* 28. Sic mortuus est anno mundi millesimo centesimo quinquagesimo quincto.





CAPVT QVINQVAGESIMVM.



1. QVOD cernens Ioseph, ruit super
faciem patris flens & deosculans
2. eum. * Præcepitque seruis suis me-
dicis vt aromatibus condirent pa-
3. trem. * Quibus iussa explentibus,
transierunt quadraginta dies: iste
quippe mos erat cadauerum conditorum: fleuit-
4. que eum Ægyptus septuaginta diebus. * Et exple-
to planctus tempore, locutus est Ioseph ad fami-
liam Pharaonis: Si inueni gratiam in conspectu
5. vestro, loquimini in auribus Pharaonis: * eo quòd
pater meus adiurauerit me, dicens: En morior, in
sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan,
sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem
6. meum, ac reuertar. * Dixitque ei Pharao: Ascen-
7. de, & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es.* Quo
ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus
Pharaonis, cunctique maiores natu Terræ Ægy-
8. pti: * domus Ioseph cum fratribus suis, absque
paruulis & gregibus, atque armentis quæ dereli-
9. querant in Terra Gessen. * Habuit quoque in co-
mitatu currus & equites: & facta est turba non
10. modica. * Veneruntque ad Aream Atad, quæ sita
est trans Iordanem: vbi celebrantes exequias plan-
ctu magno atque vehementi, impleuerunt septem
dies.

dies. * Quod cum vidissent habitatores Terræ 11.
Chanaan, dixerunt: Planctus magnus est iste
Ægyptiis. Et idcirco vocatum est nomen loci il-
lius, Planctus Ægypti. * Fecerunt ergo filij Iacob 12.
sicut præceperat eis: * Et portantes eum in Ter- 13.
ram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca du-
plici, quam emerat Abram cum agro in possessio-
nem sepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem
Mambre. * Reuersusque est Ioseph in Ægyptum 14.
cum fratribus suis, & omni comitatu, sepulto pa-
tre. * Quo mortuo: timentes fratres eius, & mutuò 15.
colloquentes: Ne fortè memor sit iniuriæ quam
passus est, & reddat nobis omne malum quod fe-
cimus, * mandauerunt ei dicentes: Pater tuus 16.
præcepit nobis antequam moreretur, * vt hæc ti- 17.
bi verbis illius diceremus: Obsecro vt obliuiscaris
sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ
quam exercuerunt in te: nos quoque oramus vt
seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. *
Quibus auditis fleuit Ioseph. * Veneruntq; ad eum 18.
fratres sui: & proni adorantes in terram dixerunt:
Serui tui sumus. * Quibus ille respondit: Nolite 19.
timere: num Dei possumus resistere voluntati?
* Vos cogitastis de me malum: sed Deus vertit il- 20.
lud in bonum, vt exaltaret me, sicut in præsen-
tiarum cernitis, & saluos faceret multos popu-
los. * Nolite timere: ego pascam vos & paruulos 21.
vestros consolatusque est eos, & blandè ac leniter
est locutus. * Et habitauit in Ægypto cum omni 22.
domo patris sui: vixitque centum decem annis.
Et vidit Ephraim filios vsque ad tertiam genera-
tionem. Filij quoque Machir filij Manasse nati

23. ſunt in genibus Ioſeph. * Quibus tranſactis, locu-
tus eſt fratribus ſuis: Poſt mortem meam Deus vi-
ſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad
terram quam iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob.
24. * Cúmque adiuraſſet eos, atque dixiſſet: Deus vi-
ſitauit vos: aſportate oſſa mea vobiſcum de loco
25. iſto: * mortuus eſt, expletis centum decem
vitæ ſuæ annis. Et conditus aromati-
bus, repoſitus eſt in loculo
in Ægypto.

ARGV



ARGVMENTVM.

Ioseph patrem effert & sepelit in Chananea: fratribus, quam animo remiserat iniuriam, verbis condonat: vaticinatur & ossa sua in Chananaam iubet transferri, & moritur.



RVIT SVPER FACIEM] hic elucet effectus filialis vehementia, sine planctus impotentia. Fecit autem, vt oculos clauderet mortuo, iuxta Dei promissionem *sup. 46. vers. 4.* VERS. 1.

DEOSCVLANS] moris erat recens mortuos in præteriti amoris signum deosculari. Gentiles etiam expirantem osculabantur, quasi fugientem ore animam excepturi: dixi *Comment. in Herculem Oetaeum vers. 1339.* 1. Mortuos osculandi mos.

SERVIS SVIS MEDICIS] medici vox hîc laxè sumitur pro pollinctoribus: patet quia LXX. retenta paranomasia vertunt, *funeratoribus funerare patrem suum & funerauerunt funeratores Israël.* Τοῖς ἐνταφιασταῖς, ἐνταφιάζαι τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ ἐνεταφίασαν οἱ ἐνταφιασταὶ τὸν Ἰσραήλ. Sed Hebræa vox רפים *Rophim, medicos* significat. Puto hoc munus *pollinctorum* quoad condiendum corpus fuisse medicorum; quoad condendum aliorum libitaniorum: & sic Græca verba exponit D. Augustinus *in Locutionibus*. Sic vocantur, non qui sepeliunt, id est, terræ mandant corpora mortuorum: quod non est Græcè ἐνταφιάζειν, sed ἴταψαν illi ἐνταφιασταὶ, id agunt quod exhibetur corporibus humandis, vel condiendo, vel siccando, vel inuoluendo & alligando; in quo opere maximè Ægyptiorum cura præcellit:] ita Augustinus. VERS. 2. 2. Medicus pro pollinctore. ἐνταφιάζειν differt ab ἴταψαν.

AROMATIBVS] Arias restringit ad solum balsamum: quod non placet: interpretor vnguenta ex balsamo, myrrha, cassia & similibus; quæ sunt idonea prohibendæ cadauerum putredini, & bonum odorem conciliandum. Ægyptiorum in cadaueribus condiendis peritiam laudant Plato *in Phadone* & Tullius *1. Tusculanar.* morem conditur æ proponunt nobis Herodotus *lib. 2.* & Diodorus *Siculus lib. 1.* præstantiam testatur hodie post tot sæcula, quæ ex Ægypto præstantissima adfertur *Caromomia*, vt vocant officinæ, de qua Bellonus & Theuetus in suis peregrinationibus. 3. Ægyptij excelluerût in condiendis corporibus. Caromomia

TRANSIERVNT QVADRAGINTA DIES] dies isti haut dubiè impendebantur ipsi conditur æ seu salituræ, vt minimum: nec repugnat Diodorus, qui dicit vltra triginta dies impendi solitos, quod verum etiam de XL. Extendebatur opera nonnumquam vsque septuagesimum diem, vltra non potuit salitio proferri: sed debebat cadauer inuolutum linteo odorato, & facie quoad poterat defuncti dormientis vultum referente, adfinibus reddi. Docet Herodotus singula distinctè describens; qui ne sacræ Scripturæ repugnet, videtur, 4. Conditur æ spacium & ritus, iuxta Ægyptios.

tur, vt dixi, quoad dierum numerum interpretandus. Quæ verò
Scholastica Historia de his habet, non magnæ sunt auctoritatis, *c.* 114.

FLEVITQVE] luxit.

SEPTVAGINTA DIEBVS] ad dies quadraginta conditur æ, alios
Breuis iuxta Iudæos. tredecem luctui adiecit. Iudæis conditur æ & luctus simul tantum
fuisse dies triginta colligit Procopius *ex Num.* 20.*vlt.* de Aaron, &
Deuteron.vlt. de Moyse.

VERS. 5. ADIVRAVERIT ME] Sacramento me obstrinxerit.

5. FODI MIHI] Hebræis כרה *Karah* significat fodere: sed fodere
Fodere pro emere. non rarò vsurpant pro emere, sacræ Scripturæ idiotismo. Deut. 2. 6.
aquam emptam haurietis, & bibetis. Hebraicè est: *aquas fodietis ab eis argento.*
Chaldæus, aquas emetis ab eis argento. Ose. 3. 2. *fodi eam mihi
quindecim argenteis.* rectè LXX. vertunt, *emi.* Est metaphorica locutio,
quia sicut qui metallum effodit, vel qui terram suam diligenter
colit, ille auri, hic annonæ dominus fit; ita emptor pecunia, quasi ligone,
venditoris animo, quam præstinatus mercem, exsculpit, & sibi
acquirit. Sic noster sumit hoc loco, *fodi* pro emi. Nam Iacob eam
agri partem emisse sibi docet Historia Iosue, *cap..vlt.* 32. *vide* sup. 23. 22.
Sed nonne prior Abraham emerat? duobus modis potest responderi.
Prior ab Abrahamo emptam speluncam duplicem *sup. cap.* 23. &
49. Sed Iacob emisse plus agri circumiacentis. Posterior, Abrahamum
priùs emisse, sed aliquam postea iniustè controuersiam ab
Hethæis vel Esau motam Iacobo, de vsu & possessione agri illius;
Iacobum verò pacis amantem pecunia vexationem redemisse. Sic
Honchala.

VERS. 6. ADSCENDAM] iubeat me ascendere.

REVERTAR] ne putet me alias sedes cogitare.

OMNES SENES] honore & dignitate clari, q.d. Senatores.

MAIORES NATV] æuo grandiores ex nobilitate. *Omnes & cuncti,* pro valdè multis.

VERS. 8. PARVVLOS] cum his matres manserunt, & cum gregibus pecuarij.

VERS. 9. CVRRVS & EQVITES] secum duxit manum militum & falcatos
currus pompæ futuros præsidio.

VERS. 10. AREAM ATAD] malè quidam legunt *Adad.* Hebraicè אטד. Sic
6. dicta à spinarum multitudine. Procopius: situs est (ait) locus ille «
Atad area. tertio lapide ab Hierichunte: distat à Iordane duobus lapidibus: «
Bethagla. nunc ei nomen est Bethagla. Nominis significatio est domus circuli. «
7. Nam cùm ibi lugerent defunctum, in orbem circumsteterunt, & «
Circũeundi vel decurrẽdi circa cadauer ritus. quasi corona circumdederunt cadauer.] Confirmat hæc omnia D. «
Hieronymus, nisi quod dicat circuiisse circum cadauer: qui mos veterum
fuit, vt ex Homero, Virgilio, Statióque vel mediocriter Hippocrenæo
tinctis liquore notissimum est.

TRANS IORDANEM] venientibus ex Chananæa, nam venientibus
ex Ægypto cis Iordanem erat. Primùm enim iter fecerunt per
extimum, fortè hostium aliquorum vitandorum causa, eadem via

qua

» qua Moyses populum eduxit. Sic paulatim fuerunt prætergressi (*sic*
» *S. Augustin. quæst.* 171.) locum in quo mortuus erat sepeliendus, mil-
» lia, sicut perhibent, qui nouerunt, plusquam quinquaginta: & Ior-
» dane traiecto, peruenerunt ad speluncam.] In area Atad luctum fa-
cere maluerunt, ne si tam diu hærerent in intimis Chananeæ, pericu-
lum aliquod immineret, aut occasio pugnæ oriretur.

SEPTEM DIES] hic numerus approbatur ab Ecclesi. 22.15. 8.
Luctus mortui, septem dies. Gentiles nouem diebus legebant, vnde Luctus tem
Nouemdial vocatum auctore D. Augustino *quæst.* 172. Vbi dicit † pus. Nouemdial.
hunc numerum vitandum Christianis, quia tunc temporis periculum Locus D. Au
erat, ne viderentur ritus Gentilium imitari: hoc periculo cessante gustini.
Nouenaria sacra passim Ecclesia recepit pro defunctis dicenda. Nouenaria sacra.

PLANCTVS ÆGYPTI] dictus ABEL MIZRAIM luctus Ægy- VERS. 11.
ptiorum.

EMERAT ABRAHAM] vide sup. cap. 23. & hic v. 4. VERS. 13.

OSTENDIMVS EI] fecimus: ita Augustinus, & sic sumitur VERS. 15.
ostendere † Psal. 4.6. *Quis ostendit nobis bona.* 2. Tim. 4.16. *Alexander* 9.
ærarius multa mala mihi ostendit. Ostendere pro facere.

MANDAVERVNT EI] cùm ipsi verecundarentur, aliquem inson- VERS. 16.
tem, forte Benjamin, miserunt.

PATER] mendacium: potiùs Iacob Iosepho met dixisset.

TVVS] qui te tam tenerè diligebat.

DIMITTAS] rectissimè vertit. Nam Hebræi dicunt, *tollere iniqui-* VERS. 17.
tatem pro dimittere. Græcè δέξαι, quod D. Augustinus exponit, 10.
accipe hoc est aufer. Tollere iniquitatem Hebr.

FLEVIT] compatiens fratrum anxietati: & dolens quod putarent
se ipsis non ex animo reconciliatum.

RESPONDIT] vide Metaphrasim aptam Philonis. VERS. 19.

NVM DEI POSSVMVS RESISTERE VOLVNTATI] Hebrai- 11.
cè, *Num Deus ego sum?* scilicet, vt quæ ille in bonum vestrum dispo- Num Deus
suit, ego queam in perniciem conuertere? vt damno afficiam quos ego? Adag.
ille vult saluos? Nihil hic habet Caluinus, vt sceleris fratrum faciat Deus nō au-
authorem Deum. Nec enim Deus impulerat illos vt fratrem vende- thor mali.
rent, vt ipse eo medio ad exaltationem Iosephi vteretur: Sed præui-
so, & supposito illorum scelere, Deus eo fuit in bonum vsus. Scelus Defenditur lib. arbitriū.
verò ipsum non impediuit, ne libertatem illis arbitrij tolleret: qui-
bus gratiam dederat sufficientem, vt possent scelere, si vellent, se
abstinere. Nihil ergo locus iste contra libertatem arbitrij facit, nec
vllam peccandi probat necessitatem. Quod ergo dicit: *Nolite timere,*
id meræ pietatis est: quod verò addit vos *Cogitastis de me male*, hoc,
est, districtæ veritatis. Hinc vtile cunctis qui præsunt exemplum est
sumendum; vt in se peccantibus citò dimittant, & insuper bona pro
malo retribuant; sed de Dei iudicio peccatores nimium securos esse
non sinat. *Sic Rupert. hic cap.* 42.

VOS COGITASTIS] sed quia homines nequiuistis perficere.

12. Cogitare Dei est facere. DEVS VERTIT] Hebr. *Deus cogitauit ut uerteret in bonum*. Subaudi, &c. quia Dei velle est efficax, de facto conuertit.

BLANDE & LENITER] *Locutus est ad cor eorum*, Hebraismus quem Græci & Chaldæi retinuerunt.

VERS. 21.

13. Loqui ad cor. VIXIT CENTVM DECEM ANNIS] Septendecim domi cum Patre: † tredecim in seruitute & carcere: reliquos octoginta in principatu. *Sic Philo & Procop.* Natus anno mundi millesimo centesimo nonagesimo nono, mortuus anno eiusdem millesimo trecentesimo nono. Videtur prior fratribus omnibus decessisse: ex annis vitæ omnium (præter Gad & Nephtalim, quæ illic intercidetunt) enumeratis in Zeder olam Zutha, hoc est Chronico Hebræorum minore. ANAGOGICE Hrabanus ait: Et nos studeamus per Decalogi obseruantiam ad æternam beatitudinem, quam centenarius significat, peruenire.]

VERS. 22. 14. Iosephi ætas & chronographia.

15. Filij tertij Hebraism. VSQVE AD TERTIAM GENERATIONEM] sensus est vidisse illum pronepotes. Hebraicè, *filios tertios*.

Pluralis pro singulari. FILII QVOQVE MACHIR] pluralis pro singulari, filius Machir: ita S. Augustinus *lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 40.* Quod tenendum eius supputationem de L X X V. animabus sequenti. *Vide sup. cap. 46. 27.*

16. Nasci in genibus. NATI SVNT IN GENIBVS] statim natos adoptauit sibi. Vide sup. 30. 3.

VERS. 23. VISITABIT VOS] recordans, recordabitur vestri. Sic Chaldæ.

17. Visitare. VERS. 24. CVMQVE ADIVRASSET] fecit eos iuramento confirmare, se asportaturos ex Ægypto ossa eius, & mox subiunxit prophetiam, eos id facturos, dicens: Quando vos Deus visitabit, tunc verè asportabitis ossa mea: hunc sensum ostendit fons Hebræus & versio LXX. & Chaldæa Paraphrasis, in quibus omnibus loco imperatiuorum, sunt futuri indicatiui modi. ANAGOGICE, Incolatum terræ Ægypti detestans, terram repromissionis desiderabat; vt, quamdiu sumus in hac peregrinatione, veram patriam, terram viuentium, iustis promissam desideremus; & in eam transferri post mortem velimus. *Hrabanus.*

VERS. 25. 18. Loculi lignei Ægyptiorum. LOCVLO] volunt in sarcophago, seu saxeo repositorio: potiùs existimem, ex Ægypti more (de quo Herodotus in Euterpe) in arca lignea. Bona est ANAGOGIA eiusdem Hrabani hisce verbis tradita: Fœlix illa anima quæ virtutum aromatibus condita in loculo corporis degens, quotidie proficiendo, perenni vitæ reseruatur,] ad quam nos perducat, cui laus & gloria, & actio gratiarum in sæcula. AMEN.

Admonitio ad Lectorem.

SCITO, quisquis es(ô bone)me hoc ope- Prolixitatis causę in hoc opere
re paulò fusiorem esse coactum,quàm in
glossis cæteris sum futurus; non tantùm
propter libri dignitatem, & grauitatẽ, sed ob alias 1.
etiam tres causas:versionum LXX. & vulgatæ ma- 2.
gnam dissensionem,quæ fuit concilianda:Hæreti- 3.
corum improbitatem, qui certatim commentariis
suis ad vnguenti huius suauitatem perdendam ,
velut ad mulctra,conuolarunt;hæ muscæ morien-
tes fuerunt eiiciendæ:quorumdam Catholicorum 4.
commentariorum genus scribendi ; qui,velut
Aeolus, in hoc mari quæstionum fluctus
excitarunt,& non dispulerunt : ideo
Neptunus aliquis desiderabatur,
qui procellosum pelagus
tranquillaret.

VALE.

INDEX LOCORVM OMNIVM, QVÆ IN HISCE GLOSSIS LITERALIBVS IN GENESIM VEL CITANTVR, vel etiam explicantur.

ENESIS. Cap.1.vers.21. Creauit Deus cete grandia. 50
2.9. Lignum etiam vitæ in medio paradisi. 148
10. Ex omni ligno paradisi comede. ibid.
22. Aedificauit ex ea mulierem. 254
3.3. Præcepit nobis Deus ne comederemus. 86.
17. Maledicta terra in opere tuo. 128
22. Ne sumat fortè de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternum. 87
24. Addat mihi Dominus filium alterum. 568.
4,1. Possedi hominem per Deum. 238
22. Possessorem cæli & terræ. ibid.
5,1. Ad similitudinem Dei fecit illum. 70
2. Masculum & fœminam creauit eos. ibid.
3. Genuit ad imaginem & similitudinem suam. ibid.
6.9. Hæ sunt generationes Noe; Noe vir iustus. 446
9,2. Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, &c. 71.
3. Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum, &c. 72.
6. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. 70.
14. Obduxero nubibus cœlum. 59.
13.15. Omnem terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo. 215.
14,21. Da mihi animas, cetera tolle tibi. 216
15,16. Generatione autem quarta reuertentur huc. 188
18,3. Si inueni gratiam in oculis tuis. 157
21. Descendam, & videbo, vtrùm clamorem qui venit ad me, opere cõpleuerint: an non est ita, vt sciam. 205
19,19. Quia inuenit seruus tuus gratiam coram te. 157
20,7. Redde viro suo vxorem, quia propheta est. 68.
18. Concluserat enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech. 254
21,10. Non erit filius ancillæ hæres cum filio meo. 342
22,20. Melcha genuisset filios Nachor. 302
23, 10. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. 81
24,9. Abraham Dominorum suorum. 51
51. En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere. 224
60. Possideat semen tuum portas inimicorum suorum. 314
25,6. Separauit illos à filio suo Isaac, dum adhuc viueret ipse, ad plagam Orientalem. 80
18. Habitauit autem ab Heuila vsque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios. 83
27,27. Sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. 16
29. Esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. 215
29.1. Profectus ergo Iacob venit in terram Orientalem. 80
30.16. Ad me intrabis, quia mercede conduxi te pro mandragoris. 376
31.35. Iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. 275
54. Immolatisque victimis in monte, vocauit fratres suos vt ederent panem. 272
32,10. In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior. 374.461
34,11. Quæcumque statueritis dabo: augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis. 377
37,8. Nunquid Rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ? 569
20. Ecce somniator venit, venite, occidamus. ibid.
39,4. Inuenitq; Ioseph gratiam coram Do-

quid aliud de Sabinis ille Lupæ lacte nutritus Romulus? *Lege Iudic. cap.19.& 20.* Hæc ergo de Benjamin progenie senex vaticinatur.

106 Lupi quidā matutini, quidam vespertini. MANE] Non loquitur de vespertinis lupis, qui propriè vocantur hyenæ & nocte altâ venantur: sed de lupis, qui propriè tales, qui summo mane vt plurimum vacant prædationi. de quo aliàs.

VERS.28. 107. Tribus quo pacto XII. OMNES HI] ab his filijs, Iacob duodecim, omnes, quæ totidem sunt tribus, sunt denominatæ. Notat Rupertus *cap.39.* Semper istas tribus duodecim esse. † Nam si consideres ipsum fontem, qui est Iacob, & ordinem secundùm quem hîc processit, tunc pro Ephraim & Manasse, ponendi Leui & Ioseph; quia tunc Leui & Ioseph considerandi, vt nati ex Iacobo, nec attenditur ad sortitionem. Si verò consideres tribus, respectu sortitionis; tunc non attenditur ad immediatum parentem earum, & ideo annumerandi aliis Ephraim & Manasses, quibus sortes obtigerunt, & reiiciendi à numero Ioseph & Leui, quia hic non sortitus, Iosephi etiam loco sortiti duo filij, & sic semper. XII. erunt tribus. ANAGOG. filios ancillarum cum cæteris hæredes instituit terræ promissionis: quia hæc fuit figura supernæ illius, in qua non est distinctio nobilis & ignobilis, serui & liberi, Græci & Barbari. *Sic Eucherius & Rupertus.*

BENEDIXITQVE] postquam superiora illa locutus fuit, hinc apparet, quæ præmisit, vaticinia fuisse, & non benedictiones, vt dixi.

PROPRIIS] quæ singulis peculiariter quadrabant.

VERS.29. 108. Congregari ad populum suum. ET PRÆCEPIT] obsecrauit Iosephum, cuius authoritate & liberalitate id potissimùm erat exequendum cæteris nunc imperat, ne qua in vllo sit tergiuersatio. Cur autem de hac re tam sollicitus, vide *sup.37.29.*

Penetrare se ad plures. Spelunca duplex. CONGREGOR] Hebraismus, pro, *morior.* ita loquuntur. quia qui decedunt ex hac vitâ, iis qui priùs mortui accedunt. Quod veteres Latini dicebant, *se ad plures penetrare*: quia plures sunt mortui viuentibus.

SPELVNCA DVPLICI] de qua sup.23.& 25.

VERS. 31. 109. Lia vbi mortua. LIA CONDITA IACET] Hebræi. *& ibi sepeliui Liam.* Sic etiam Chald. vnde patet † falli Honchalam & alios, qui censent Liam in Ægypto mortuam & postea inde translatum corpus eius cum mariti corpore. Nam in terrâ Chananæâ defunctum ipse Iacob ante descensum in Ægyptum tumulauit. Hebræi tribuunt Liæ annos vitæ quadraginta quatuor.

VERS. 32. 110. Iacobi vltima mandata. FINITISQVE MANDATIS] de sepulturâ, & de vno Deo colendo, eique parendo, & mutuâ pace, vt est verisimile & res postulabat.

COLLEGIT] sedebat super lectulum pedibus dependentibus: nunc, lætus dissolui, placidè pedes attollit, & in lectulo procumbit, calces extendit, exspirat. Sic leni & placidâ morte defecit. nam hoc *obire*: vide sup.35.8.

111. Apponi ad pop suum. APPOSITVSQVE EST AD POPVLVM SVVM] ad iustos degentes † in limbo patrum, qui & Abrahæ sinus. de hac phrasi Paulus Burgensis

Burgensis *hic annot. vlt.* rectè sensit, & idem voluere Rupertus & Caietan. *sup. cap. 25. 8.* Sed dicti sui Burgensis causam minus efficacem aut veram attulit. Ita enim loquitur sacra Scriptura vt significet hominum animam esse immortalem, & à corpore separatam perdurare; & beatas non agere vitam solitariam aut mæstam, sed communem, socialem, lætamque: malorum verò, licet in communi cum aliis degant receptaculo, tamen agere vitam minimè socialem sed discidiis, odiis, inuidia, luctu & acerbitate pleniorem, quàm si solitaria foret. Nec amici nostri argumenta contra hanc explicationem quidquam virium habent. 112. **Anima humana immortalis.**

Restat vitæ Iacob summam subdamus ex Pererio nostro. *cap. 47. disputat. 3.* 113. **Chronographia vitæ Iacob.**

Natus est Iacob post diluuium anno quadringentesimo quinquagesimo secundo, anno post mundum conditum millesimo centesimo octauo. Petiit Mesopotamiam agens annum septuagesimum septimum mundi anno millesimo centesimo octogesimo quinto. Post aduentum in Mesopotamiam anno decimo quarto natus fuit ei Ioseph anno ætatis nonagesimo primo, mundi millesimo centesimo nonagesimo nono: postea adhuc sexennio seruiuit Labano: sic in vniuersum fuit in Mesopotamia annis viginti: & nonagesimo septimo ætatis anno, rediit in Chananæam cum suis, mundi anno millesimo ducentesimo quinto. Post decem annos accidit cædes Sichimitarum, ætatis eius anno centesimo septimo: quâ peractâ mansit in Chananæa adhuc annis viginti tribus. Nam ætatis anno centesimo trigesimo est ingressus Ægyptum, hoc est mundi millesimo ducentesimo trigesimo octauo. Vixit in Ægypto Iacob annis septemdecim, & mortuus est anno ætatis centesimo quadragesimo septimo *supr. 47. vers. 28.* Sic mortuus est anno mundi millesimo centesimo quinquagesimo quinto.

EEee CAP.





CAPVT QVINQVAGESIMVM.



1. QVOD cernens Ioseph, ruit super
faciem patris flens & deosculans
2. eum. * Præcepitque seruis suis me-
dicis vt aromatibus condirent pa-
3. trem. * Quibus iussa explentibus,
transierunt quadraginta dies: iste
quippe mos erat cadauerum conditorum: fleuit-
4. que eum Ægyptus septuaginta diebus. * Et exple-
to planctus tempore, locutus est Ioseph ad fami-
liam Pharaonis: Si inueni gratiam in conspectu
5. vestro, loquimini in auribus Pharaonis: * eo quòd
pater meus adiurauerit me, dicens: En morior, in
sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan,
sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem
6. meum, ac reuertar. * Dixitque ei Pharao: Ascen-
7. de, & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es.* Quo
ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus
Pharaonis, cunctique maiores natu Terræ Ægy-
8. pti: * domus Ioseph cum fratribus suis, absque
paruulis & gregibus, atque armentis quæ dereli-
9. querant in Terra Gessen. * Habuit quoque in co-
mitatu currus & equites: & facta est turba non
10. modica. * Veneruntque ad Aream Atad, quæ sita
est trans Iordanem: vbi celebrantes exequias plan-
ctu magno atque vehementi, impleuerunt septem
dies.

dies. * Quod cum vidissent habitatores Terræ 11.
Chanaan, dixerunt: Planctus magnus est iste
Ægyptiis. Et idcirco vocatum est nomen loci il-
lius, Planctus Ægypti. * Fecerunt ergo filij Iacob 12.
sicut præceperat eis: * Et portantes eum in Ter- 13.
ram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca du-
plici, quam emerat Abram cum agro in possessio-
nem sepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem
Mambre. * Reuersusque est Ioseph in Ægyptum 14.
cum fratribus suis, & omni comitatu, sepulto pa-
tre. * Quo mortuo: timentes fratres eius, & mutuò 15.
colloquentes: Ne fortè memor sit iniuriæ quam
passus est, & reddat nobis omne malum quod fe-
cimus, * mandauerunt ei dicentes: Pater tuus 16.
præcepit nobis antequam moreretur, * vt hæc ti- 17.
bi verbis illius diceremus: Obsecro vt obliuiscaris
sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ
quam exercuerunt in te: nos quoque oramus vt
seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc.
Quibus auditis fleuit Ioseph. * Veneruntq; ad eum 18.
fratres sui: & proni adorantes in terram dixerunt:
Serui tui sumus. * Quibus ille respondit: Nolite 19.
timere: num Dei possumus resistere voluntati?
* Vos cogitastis de me malum: sed Deus vertit il- 20.
lud in bonum, vt exaltaret me, sicut in præsen-
tiarum cernitis, & saluos faceret multos popu-
los. * Nolite timere: ego pascam vos & paruulos 21.
vestros consolatusque est eos, & blandè ac leniter
est locutus. * Et habitauit in Ægypto cum omni 22.
domo patris sui: vixitque centum decem annis.
Et vidit Ephraim filios vsque ad tertiam genera-
tionem. Filij quoque Machir filij Manasse nati

23. sunt in genibus Ioseph. * Quibus transactis, locutus est fratribus suis: Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob.
24. * Cúmque adiurasset eos, atque dixisset: Deus visitauit vos: asportate ossa mea vobiscum de loco
25. isto: * mortuus est, expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

ARGV



ARGVMENTVM.

Ioseph patrem effert & sepelit in Chananæa: fratribus, quam animo remiserat iniuriam, verbis condonat: vaticinatur & ossa sua in Chananæam iubet transferri, & moritur.



RVIT SVPER FACIEM] hic elucet effectus filialis vehementia, sine planctus impotentia. Fecit autem, vt oculos clauderet mortuo, iuxta Dei promissionem *sup.46. vers.4.* VERS. 1.

1. DEOSCVLANS] moris erat recens mortuos in præteriti amoris signum deosculari. Gentiles etiam expirantem osculabantur, quasi fugientem ore animam excepturi: dixi *Comment. in Herculam Oetaum vers.* 1339. Mortuos osculandi mos.

SERVIS SVIS MEDICIS] medici vox hîc laxè sumitur pro pollinctoribus: patet quia LXX. retenta paranomasia vertunt, *funeratoribus funerare patrem suum & funerauerunt funeratores Israël.* Τοῖς ἐνταφιασαῖς, ἐνταφιάζαι τ̃ πατέρα αὐτοῦ, καὶ ἐνταφίασαν οἱ ἐνταφιασαὶ τὸν Ἰσραήλ. Sed Hebræa vox רפים *Rophim, medicos* significat. Puto hoc munus *pollinctorum* quoad condiendum corpus fuisse medicorum; quoad condendum aliorum libitaniorum: & sic Græca verba exponit D. Augustinus *in Locutionibus.* Sic vocantur, non qui sepeliunt, id est, terræ mandant corpora mortuorum: quod non est Græcè ἐνταφίαζαν, sed ἔταψαν illi ἐνταφιασαὶ, id agunt quod exhibetur corporibus humandis, vel condiendo, vel siccando, vel inuoluendo & alligando; in quo opere maximè Ægyptiorum cura præcellit:] ita Augustinus. VERS. 2. 2. Medicus pro pollinctore. ἐνταφίαζαν differt ab ἔταψαν.

AROMATIBVS] Arias restringit ad solum balsamum: quod non placet: interpretor vnguenta ex balsamo, myrrha, cassia & similibus; quæ sunt idonea prohibendæ cadauerum putredini, & bonum odorem conciliandum. Ægyptiorum in cadaueribus condiendis peritiam laudant Plato *in Phadone* & Tullius 1.*Tusculanar.* morem conditura proponunt nobis Herodotus *lib.*2. & Diodorus *Siculus lib.* 1. præstantiam testatur hodie post tot sæcula, quæ ex Ægypto præstantissima adfertur *Caromomia*, vt vocant officinæ, de qua Bellonus & Theuetus in suis peregrinationibus. 3. Ægyptij excelluerũt in condiendis corporibus. Caromomia

TRANSIERVNT QVADRAGINTA DIES] dies isti haut dubiè impendebantur ipsi conditura seu salituræ, vt minimum: nec repugnat Diodorus, qui dicit vltra triginta dies impendi solitos, quod verum etiam de X L. Extendebatur opera nonnumquam vsque septuagesimum diem, vltra non potuit salitio proferri: sed debebat cadauer inuolutum linteo odorato, & facie quoad poterat defuncti dormientis vultum referente, adfinibus reddi. Docet Herodotus singula distinctè describens; qui ne sacræ Scripturæ repugnet, vide- 4. Conditura spacium & ritus, iuxta Ægyptios.

 tur,

tur, vt dixi, quoad dierum numerum interpretandus. Quæ verò Scholastica Historia de his habet, non magnæ sunt auctoritatis, *c.*114.

FLEVITQVE] luxit.

Breuis iuxta Iudæos. SEPTVAGINTA DIEBVS] ad dies quadraginta conditurae, alios terdecem luctui adiecit. Iudæis conditurae & luctus simul tantum fuisse dies triginta colligit Procopius *ex Num.*20.*vlt.* de Aaron, & *Deuteron.vlt.* de Moyse.

VERS. 5. ADIVRAVERIT ME] Sacramento me obstrinxerit.

5. Fodere pro emere. FODI MIHI] Hebraïs כרה *Karah* significat fodere: sed fodere non rarò vsurpant pro emere, sacræ Scripturæ idiotismo. Deut.2.6. *aquam emptam haurietis,& bibetis.* Hebraicè est: *aquas fodietis ab eis argento.* Chaldæus, aquas emetis ab eis argento. Ose.3.2. *fodi eam mihi quindecim argenteis.* rectè LXX. vertunt, *emi.* Est metaphorica locutio, quia sicut qui metallum effodit, vel qui terram suam diligenter colit, ille auri, hic annonæ dominus fit; ita emptor pecunia, quasi ligone, venditoris animo, quam præstinatus mercem, exsculpit, & sibi acquirit. Sic noster sumit hoc loco, *fodi* pro emi. Nam Iacob eam agri partem emisse sibi docet Historia Iosue, *cap. vlt.*32.*vide* 5.23.22. Sed nonne prior Abraham emerat? duobus modis potest responderi. Prior ab Abrahamo emptam speluncam duplicem *sup. cap.*23.*&* 49. Sed Iacob emisse plus agri circumiacentis. Posterior, Abrahamum priùs emisse, sed aliquam postea iniustè controuersiam ab Hethæis vel Esau moram Iacobo, de vsu & possessione agri illius; Iacobum verò pacis amantem pecunia vexationem redemisse. Sic Honchala.

VERS. 6. ADSCENDAM] iubeat me ascendere.

REVERTAR] ne putet me alias sedes cogitare.

OMNES SENES] honore & dignitate clari, q.d. Senatores.

MAIORES NATV] æuo grandiores ex nobilitate. *Omnes & cuncti,* pro valdè multis.

VERS. 8. PARVVLOS] cum his matres manserunt, & cum gregibus pecuarij.

VERS. 9. CVRRVS & EQVITES] secum duxit manum militum & falcatos currus pompæ futuros præsidio.

VERS. 10. AREAM ATAD] malè quidam legunt *Adad.* Hebraicè אטד. Sic

6. Atad area. dicta à spinarum multitudine. Procopius: situs est (ait) locus ille «

rertio lapide ab Hierichunte: distat à Iordane duobus lapidibus: «

Bethagla. nunc ei nomen est Bethagla. Nominis significatio est domus circuli. «

7. Circũeundi vel decurrẽdi circa cadauer ritus. Nam cùm ibi lugerent defunctum, in orbem circumsteterunt, & «

quasi corona circumdederunt cadauer.] Confirmat hæc omnia D. «

Hieronymus, nisi quod dicat circuiisse circum cadauer: qui mos veterum fuit, vt ex Homero, Virgilio, Statióque vel mediocriter Hippocrenæo tinctis liquore notissimum est.

TRANS IORDANEM] venientibus ex Chananæa, nam venientibus ex Ægypto cis Iordanem erat. Primùm enim iter fecerunt per eremum, fortè hostium aliquorum vitandorum causa, eadem via

qua

» qua Moyses populum eduxit. Sic paulatim fuerunt prætergressi (*sic* » *S. Augustin. quæst.* 171.) locum in quo mortuus erat sepeliendus, mil» lia, sicut perhibent, qui nouerunt, plusquam quinquaginta: & Ior» dane traiecto, peruenerunt ad speluncam.] In area Atad luctum facere maluerunt, ne si tam diu hærerent in intimis Chananeæ, periculum aliquod immineret, aut occasio pugnæ oriretur.

SEPTEM DIES] hic numerus approbatur ab Eccles. 22.15. 8.
Luctus mortui, septem dies. Gentiles nouem diebus lugebant, vnde Luctus tempus.
Nouemdial vocatum auctore D. Augustino *quæst.* 172. Vbi dicit † Nouemdial.
hunc numerum vitandum Christianis, quia tunc temporis periculum Locus D. Augustini.
erat, ne viderentur ritus Gentilium imitari: hoc periculo cessante
Nouenaria sacra passim Ecclesia recepit pro defunctis dicenda. Nouenaria sacra.

PLANCTVS ÆGYPTI] dictus ABEL MIZRAIM luctus Ægyptiorum. VERS. 11.

EMERAT ABRAHAM] vide sup. cap. 23. & hic v. 4. VERS. 13.

OSTENDIMVS EI] fecimus: ita Augustinus, & sic sumitur VERS. 15.
ostendere † Psal. 4.6. *Quis ostendit nobis bona.* 2. Tim. 4.16. *Alexander* 9.
ærarius multa mala mihi ostendit. Ostendere pro facere.

MANDAVERVNT EI] cùm ipsi verecundarentur, aliquem insontem, forte Benjamin, miserunt. VERS. 16.

PATER] mendacium: potiùs Iacob Iosephomet dixisset.

TVVS] qui te tam tenerè diligebat.

DIMITTAS] rectissimè vertit. Nam Hebræi dicunt, *tollere iniqui-* VERS. 17.
tatem pro dimittere. Græcè δίξαι, quod D. Augustinus exponit, 10.
accipe hoc est aufer. Tollere iniquitatem Hebr.

FLEVIT] compatiens fratrum anxietati: & dolens quod putarent se ipsis non ex animo reconciliatum.

RESPONDIT] vide Metaphrasim aptam Philonis. VERS. 19.

NVM DEI POSSVMVS RESISTERE VOLVNTATI] Hebrai- 11.
cè, *Num Deus ego sum?* scilicet, vt quæ ille in bonum vestrum dispo- Num Deus ego? Adag.
suit, ego queam in perniciem conuertere? vt damno afficiam quos Deus nō author mali.
ille vult saluos? Nihil hic habet Caluinus, vt sceleris fratrum faciat
authorem Deum. Nec enim Deus impulerat illos vt fratrem venderent, vt ipse eo medio ad exaltationem Iosephi vteretur: Sed præui- Defenditur lib. arbitriū.
so, & supposito illorum scelere, Deus eo fuit in bonum vsus. Scelus verò ipsum non impediuit, ne libertatem illis arbitrij tolleret: quibus gratiam dederat sufficientem, vt possent scelere, si vellent, se abstinere. Nihil ergo locus iste contra libertatem arbitrij facit, nec vllam peccandi probat necessitatem. Quod ergo dicit: *Nolite timere*, id meræ pietatis est: quod verò addit vos *Cogitastis de me malè*, hoc est, districtæ veritatis. Hinc vtile cunctis qui præsunt exemplum est sumendum; vt in se peccantibus citò dimittant, & insuper bona pro malo retribuant; sed de Dei iudicio peccatores nimium securos esse non sinat. *Sic Rupert. hic cap.* 42.

VOS COGITASTIS] sed quia homines nequiuistis perficere.

12. Cogitare Dei est facere.

DEVS VERTIT] Hebr. *Deus cogitauit ut verteret in bonum*. Subaudi, & quia Dei velle est efficax, de facto conuertit.

VERS. 21.

BLANDE & LENITER] *Locutus est ad cor eorum*, Hebraismus quem Græci & Chaldæi retinuerunt.

13. Loqui ad cor.

VERS. 22.

14. Iosephi ætas & chronographia.

VIXIT CENTVM DECEM ANNIS] Septendecim domi cum Patre: tredecim in seruitute & carcere: reliquos octoginta in principatu. *Sic Philo & Procop.* Natus anno mundi millesimo centesimo nonagesimo nono, mortuus anno eiusdem millesimo trecentesimo nono. Videtur prior fratribus omnibus decessisse: ex annis vitæ omnium (præter Gad & Nephtalim, quæ illic intercidetunt (enumeratis in Zeder olam Zutha, hoc est Chronico Hebræorum minore. ANAGOGICE Hrabanus ait: Et nos studeamus per Decalogi obseruantiam ad æternam beatitudinem, quam centenarius significat, peruenire.]

15. Filij tertij Hebraism. Pluralis pro singulari.

VSQVE AD TERTIAM GENERATIONEM] sensus est vidisse illum pronepotes. Hebraicè, *filios ternos*.

FILII QVOQVE MACHIR] pluralis pro singulari, filiis Machir: ita S. Augustinus *lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 40.* Quod tenendum eius supputationem de LXXV. animabus sequenti. *Vide sup. cap. 46. 27.*

16. Nasci in genibus.

NATI SVNT IN GENIBVS] statim natos adoptauit sibi. Vide sup. 30. 3.

VERS. 23.

17. Visitare.

VISITABIT VOS] recordans, recordabitur vestri. Sic Chaldæ.

VERS. 24.

CVMQVE ADIVRASSET] fecit eos iuramento confirmare, se asportaturos ex Ægypto ossa eius, & mox subiunxit prophetiam, eos id facturos, dicens: Quando vos Deus visitabit, tunc verè asportabitis ossa mea: hunc sensum ostendit fons Hebræus & versio LXX. & Chaldæa Paraphrasis, in quibus omnibus loco imperatiuorum, sunt futuri indicatiui modi. ANAGOGICE, Incolatum terræ Ægypti detestans, terram repromissionis desiderabat; vt, quamdiu sumus in hac peregrinatione, veram patriam, terram viuentium, iustis promissam desideremus, & in eam transferri post mortem velimus. *Hrabanus.*

VERS. 25.

18. Loculi lignei Ægyptiorum.

LOCVLO] volunt in sarcophago, seu saxeo repositorio: potiùs existimem, ex Ægypti more (de quo Herodotus in Euterpe) in arca lignea. Bona est ANAGOGIA eiusdem Hrabani hisce verbis tradita: Fœlix illa anima quæ virtutum aromatibus condita in loculo corporis degens, quotidie proficiendo, perenni vitæ reseruatur,] ad quam nos perducat, cui laus & gloria, & actio gratiarum in sæcula. AMEN.

ADMO

Admonitio ad Lectorem.

SCITO, quisquis es(ô bone)me hoc opere paulò fusiorem esse coactum,quàm in glossis cæteris sum futurus; non tantùm propter libri dignitatem, & grauitaté, sed ob alias etiam tres causas:versionum LXX. & vulgatæ magnam dissensionem,quæ fuit concilianda:Hæreticorum improbitatem, qui certatim commentariis suis ad vnguenti huius suauitatem perdendam , velut ad mulctra,conuolarunt;hæ muscæ morientes fuerunt eiiciendæ:quorumdam Catholicorum commentariorum genus scribendi ; qui,velut Aeolus, in hoc mari quæstionum fluctus excitarunt,& non dispulerunt : ideo Neptunus aliquis desiderabatur, qui procellosum pelagus tranquillaret.

Prolixitatis causę in hoc opere

1. 2. 3. 4.

VALE.

INDEX LOCORVM OMNIVM, QVÆ IN HISCE GLOSSIS LITERALIBVS IN GENESIM VEL CITANTVR, vel etiam explicantur.


ENESIS. Cap.1. verſ.21. Creauit Deus cete grandia. 50
2.9. Lignum etiam vitæ in medio paradiſi. 148
10. Ex omni ligno paradiſi comede. ibid.
22.Aedificauit ex ea mulierem. 254
3.3.Præcepit nobis Deus ne comederemus. 86.
17.Maledicta terra in opere tuo. 128
22.Ne ſumat forte de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternum. 87
24.Addat mihi Dominus filium alterum. 568.
4,1.Poſſedi hominem per Deum. 238
22.Poſſeſſorem cæli & terræ. ibid.
5,1.Ad ſimilitudinem Dei fecit illum. 70
2.Maſculum & fœminam creauit eos. ibid.
3. Genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. ibid.
6.9.Hæ ſunt generationes Noe;Noe vir iuſtus. 446
9,2.Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ,&c. 71.
3.Omne quod mouetur, & viuit,erit vobis in cibum,&c. 72.
6.Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. 70.
14. Obduxero nubibus cœlum. 59.
13.15. Omnem terram quam conſpicis tibi dabo,& ſemini tuo. 215.
14,21.Da mihi animas,cetera tolle tibi.216
15,16.Generatione antem quarta reuertentur huc. 118
18,3.Si inueni gratiam in oculis tuis. 157
21.Deſcendam,& videbo, vtrùm clamorem qui venit ad me,opere cõpleuerint:an non eſt ita,vt ſciam. 205
19,19.Quia inuenit ſeruus tuus gratiam coram te. 157
20,7.Redde viro ſuo vxorem,quia propheta eſt. 68.
18. Concluſerat enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech. 254
21,10.Non erit filius ancillæ hæres cum filio meo. 342
22.20.Melcha genuiſſet filios Nachor. 302
23, 10. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. 81
24,9.Abraham Dominorum ſuorum. 51
51. En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere. 224
60. Poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. 314
25,6.Separauit illos à filio ſuo Iſaac, dum adhuc viueret ipſe, ad plagam Orientalem. 80
18.Habitauit autem ab Heuila vſque Sur, quæ reſpicit Ægyptum introeuntibus Aſſyrios. 83
27,27. Sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. 16
29. Eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. 215
29.1.Profectus ergo Iacob venit in terram Orientalem. 80
30.16.Ad me intrabis, quia mercede conduxi te pro mandragoris. 376
31.35. Iuxta conſuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. 275
54. Immolatiſque victimis in monte, vocauit fratres ſuos vt ederent panem. 272
32,10.In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nunc cum duabus turmis regredior. 374.461
34,11. Quæcumque ſtatueritis dabo: augete dotem,& munera poſtulate,& libenter tribuam quod petieritis. 377
37,8.Nunquid Rex noſter eris, aut ſubiiciemur ditioni tuæ? 569
20. Ecce ſomniator venit, venite, occidamus. ibid.
39,4.Inuenitq; Ioſeph gratiam coram Domino

mino suo. 157
vlt. Dominus erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat. 465
ibid. Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis. 466
41,32. Secundò ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est. 448
45. Et vocauit eum lingua Ægyptiaca saluatorem mundi. 88
46 Circuiuit omnes regiones Ægypti. 85
42,18. Facite quæ dixi,& viuetis. 68
43,21. Cùm venissemus ad diuersoriũ, aperuimus saccos nostros,& inuenimus pecuniam in ore saccorum. 491
45,18. Tollite inde patrem vestrum, & cognationem,& venite ad me. 68
47 9. Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt. 185
49,10. Non auferetur sceptrum de Iuda. 520.
ibid. Et dux de femore eius. 330
50. Sepelire me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi, contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham,&c. 321

EXODVS.

Cap.1 5. Eorum, qui egressi sunt de femore Iacob. 330
11. Ædificauit eis domos. 254
5,21. Videat Dominus,& iudicet, quoniam fœtere fecistis nomen nostrum coram Pharaone. 255
9,3. Manus mea erit super agros tuos,& cæt. 450.
12,12. In cunctis Diis Ægypti faciam iudicia, ego Dominus. 277
41. Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto. fuit quadringentorum triginta annorum. 249
43. Omnis alienigena non comedet ex eo. 264.
14,21. Cùmque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi,& vrente tota nocte,& vertit in siccum. 173
18.6 Mandauit Moysi dicens Ego: Iethro, cognatus tuus. 512
20,4. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem.&c. 131
5. Visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem. 250
10. Non facies omne opus in eo. 131
19. Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. 4
21,28. Si bos percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius. 188
31,14. Qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. 265

LEVITICVS.

Cap.3.17. Nec sanguinem, nec adipem omnino comedetis. 132
22,9. Custodiant præcepta mea, vt non subiaceant peccato, & moriantur in Sanctuario, cùm polluerint illud. 86
vlt. 25. Omnis æstimatio siclo Sanctuarij ponderabitur, siclus viginti obolos habet. 310

NVMERI.

Cap.3 47. Accipies quinque siclos per singula capita, ad mensuram Sanctuarij. 310
12,6.7. Propheta Domini Dominum videt. 453.
21,24. Percussus est in ore gladij. 527
23,10. Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & numerum stirpis Israel. 226
24,9 Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur. 215
32,13. Donec consumereret vniuersa generatio quæ fecerat malum. 250

DEVTERONOMIVM.

Cap.2.6 Aquam emptam haurietis, & bibetis. 580
24. Terram incipe possidere. 205
4 7. Quæ habeat Deum sic appropinquantem sibi. 244
5,26. Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis? 297
10.8 Et benediceret in nomine illius vsque in præsentem diem. 216
11,14 Dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam & serotinam, vt colligatis frumentum,& vinum,&c. 77
18,18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui: & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. 3
21,17. Agnoscet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit omnia duplicia. 540
28,12. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cœlum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ. 77 359.2
49. Cuius linguam intelligere non possis. 491

29,23. Videntes plagas terræ illius & infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus, &c. 258
32.6. Pater tuus qui possedit te, & fecit te, & creauit te. 239
42. Inebriabo sagittas meas sanguine. 500
33,6. Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero. 541
17. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. 543
18. Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. Populos vocabunt ad montem, &c. 559.560
23. Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini. 566
24. Tingat in oleo pedem suum. Ferrum & æs calceamentum eius. ibid.
28 Cælíque caligabunt rore. 59.

IOSVE.

Cap. 7. 5. Pertimuit cor populi, & instar aquæ liquefactum est. 541
18. 12. Peruenient ad solitudinem Bethauen, atque pertransiens iuxta Luzam ad meridiem. 370
24. 2. Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor, seruierúntque Diis alienis. 209

LIBER IVDICVM.

Cap. 5. 4. Cœlíque ac nubes distillauerunt aquis. 59
16. Quare habitas inter duos terminos. 561.
6, 18. Portans sacrificium, & offerens tibi. 236
13, 5. Ipse incipiet liberare Israel. 205
20. Cúmque ascenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in cælum ascendit, &c. 267
14, 14. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. 19
18, 2. Ex cognatione sua quinque viros de extremitate sua 526
19, 29. Cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frusta concidens, misit in omnes terminos Israel. 247

RVTH.

Cap. 1. 14. Ruth adhæsit socrui suæ. 91
2, 17. Inuenit hordei quasi Ephi mensuram, id est, tres modios. 274

I. REGVM.

Cap. 3. 12. Incipiam, & complebo, 205
14. Iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas eius victimis. 306
11, 7 Assumens vtrumque bouē concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israel, &c. 247
12, 15. Erit manus Domini super vos, & super patres vestros. 256
13, 1. Filius vnius anni erat Saul, cùm regnare cœpisset. 446
14, 39. Absque retractatione morietur. 86
44. Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. ibid.
15, 7. Percussítque Saul Amalec ab Heuila, donec venias ad Sur, quæ est è regione Aegypti. 83
16, 21. Stetit coram eo. 484
18. 1. Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid. 507
17. Ne sit manus mea in eum, sed sit in eo manus Philisthiim. 450
20, 12. Hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc addat. 306
25, 11. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quas mactaui tonsoribus meis. 498
16. Pro muro erant nobis tam in nocte, quàm in die. 542
24. In me sit, Dòmine mi, hæc iniquitas. 129

II. REGVM.

Cap. 1. 18. Præcepit vt docerēt filios Iuda arcum. 535
2. 14 Surgant pueri ludere. 303
8, 15. Faciebat iudicium & iustitiam omni populo suo. 277
18. Filij autem Dauid sacerdotes erant. 237
12, 13. Peccaui Domino. 13. Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. 250
14, 19. Manus Ioab tecum est in omnibus istis. 256
20. Tu autem Domine mi Rex sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei, vt intelligas omnia super terram. 421
22. Cadensque Ioab super faciem suam in terram, adorauit, & benedixit Regi. 527
15, 14. Percutiat ciuitatem in ore gladij. 429
18. 11. Dedissem tibi decem argenti siclos. 297
19, 17. Tu autem mi Domine Rex, sicut Angelus Dei. 421
28. Inter comedentes mensam. 108
22, 12. Cribrans aquas de nubibus cælorum. 59

III. REGVM.

Cap. 1. 21. Erimus ego & filius meus Salomon peccatores. 250
2.36. Scias quòd moriendo morieris. 86
10. 9. Constituit te Regem, vt faceres iudicium & iustitiam. 277

IV. REGVM.

Cap.4 16 In tempore isto, & in hac eadem hora, si vita comes fueris, habebis in vtero filium. 275
16. Noli mentiri ancillæ tuæ. 458
5,7. Nunquid Deus ego sum, vt occidere possim, & viuificare? 384
13. Accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei: Pater, & si rem grandem, &c. 423
7,9. Sceleris arguemur. 129
14 8. Misit Amasias nuncios ad Ioas, filium Ioachaz, filij Iehu Regis Israel dicens: Veni, & videamus nos. 416
11. Ascenditque Ioas Rex Israel, & viderunt se. ibid.
18. 31. Comedite vir ficum suam, & vir vineam suam. 85
19.12. Et filios Eden, qui erant in Thelassar. 80.
23. 30. Abiit Iosias Rex in occursum eius, & occisus est in Mageddo, cùm vidisset eû. 416

I. PARALIPOMENON.

Cap 7 2. Filij Issachar, Thola, & Phua, &c. de stirpe Thola viri fortissimi. 560
12.32 De filiis quoque Issachar, viri eruditi qui nouerant singula tempora ad præcipiendum quod facere deberet Israel. 562
18.17. Filij Dauid primi ad manum Regis. 237.

II. PARALIPOMENON.

Cap. 2.13 Misi tibi virum scientem & prudentissimum, Hiram patrem meum. 512
17.9. Circuibant cunctas vrbes Israel. 85

I. ESDRÆ.

Cap.5.5. Oculus autem Dei eorum factus est super senes eorum. 506.

II. ESDRÆ.

Cap.9.7. Deus qui elegisti Abraham, & eduxisti eum de igne Chaldæorum. 209

III. ESDRÆ.

Cap. 4.20. Homo patrem suum relinquit, qui enutrit illum, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit, &c. 91

IV. ESDRÆ.

Cap. 3.4 Dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitæ, & factus est viuens coram te. 78
6. Induxisti eum in paradiso, quem plantauerat dextera tua. 148
4.7. Qui sunt exitus paradisi? ibid.
6.2. Antequàm confirmarentur fundamenta paradisi. ibid.
38. Domine, locutus es ab initio creaturæ in primo die dicens: Fiat cœlum, & terra, & tuum verbum opus perfectum. 50
40. De thesauris suis protulit lumen luminosum, quo appareret opus suum. 55
7.53. Quoniam ostenderetur paradisus, cuius fructus incorruptus perseuerat. 148
8, 52. Vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitæ. ibid.

IVDITH.

Cap. 5. 6. Populus iste ex progenie Chaldæorum est, hic primum in Mesopotamia habitauit, quoniam, &c. 209
9,2. & 3. Deus patris mei Simeon qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusionem: & dedisti mulieres eorum in prædam, &c. 429

ESTHER.

Cap.15.16. Vidi te Domine quasi Angelum Dei. 421

IOB.

Cap.1.1. Vir erat in terra Hus. 52
4 Mittentes vocabant tres sorores suas. 405.
15. Irruerunt Sabæi, tulerûntque omnia. 198.
3.12. Quare non in vulua mortuus sum, ex vtero egressus nō statim perij? Quare exceptus genib. cur lactatus vberibus? 385
7,21. Nunquid mare ego sum, aut cetus? 67.
10,8. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. 78.

9. Me

9.Memento quæso, quòd ficut lutum feceris me. ibid.
16,15.Irruit in me quasi gigas. 154
29,20. Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur. 570
31, 31. Quis det de carnibus eius vt saturemur? 187
38, 9. Caligine illud quasi pannis inuolueram. 53
29.Gelu de cælo. 59
40,14.Ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum. 158

PSALMI.

Psal.1.1.Et in via peccatorum non stetit. ib.
4,1.In tribulatione dilatasti mihi. 357
6.Quis ostendit nobis bona? 581
23. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? 458
5.9. Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. 465
13.Sicut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. 242
9,5.Fecisti iudicium meum,& causam meam 277
17. Cognoscetur Dominus iudicia faciens. 277
15.Vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. 283
12,2. Vsquequò auertis faciem tuam à me. 130
15.5.Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis,&c. 242
16,3.Igne me examinasti. 209
14 De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. 355.a
17.12. Tenebrosa aqua in nubibus aëris. 59
45. Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. 555
21,13.Tauri pingues obsederunt me. 543
22, 4. Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis,non timebo mala, quoniam tu mecum es. 241
5.Parasti in conspectu meo mensam aduersùs eos,qui tribulant me. 17
24,22. Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis. 245
26,1. Dominus illuminatio mea, & salus mea,quem timebo? 242
2.Appropiant super me nocentes, vt comedant carnes meas. 189
9.Ne auertas faciem tuam à me. 130
31. 5. Remisisti iniquitatem peccati mei. 129
32.6.Verbo Domini cæli firmati sunt. 50
39.9.In capite libri scriptum est de me. 46
ibid. Vt facerem voluntatem tuam, Deus volui. 76
40.3.Dominus conseruet eum, & viuificet eum. 218
43. 7. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. 535
44,2. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. 4
3 Speciosus præ filiis hominum. 104
9. Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis. 497
48,13.Homo cùm in honore esset, non intellexit:comparatus est iumentis,&c. 71
50,6.Tibi soli peccaui. 225
ibid. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. 245
54,22. Molliti sunt sermones eorum super oleum:& ipsi sunt iacula. 570
56.5. Filij hominum dentes eorum, arma & sagittæ:& linguæ eorum gladius acutus. ibid.
59,13.Quia vana est salus hominis. 237
60,7. Dies super dies regis adijcies, annos eius vsque in diem generationis & generationis. 158
63,5.Vt sagittent in occultis immaculatum. 355.a
64.10. Visitasti terram, & inebriasti eam. 500
65,12. Transiuimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. 209
67,14.Si dormiatis inter medios cleros. 560
31. Congregatio taurorum in vaccis populorum. 543
68,23. Fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis.Obscurentur oculi eorum, ne videant,& dorsum eorum semper incurua. 22
72.5. In labore hominum sunt. 144
25. Quid mihi est in cælo?& à te quid volui super terram. 242
77,49. Immissiones per Angelos malos. 458
88,22.Manus enim mea auxiliabitur ei. 256
36. Semel iuraui in Sancto meo, si Dauid mentiar. 306
90,3. Liberauit me de laqueo venantium. 199
94,1. Iubilemus Deo salutari nostro. 563
5. Ipsius est mare,& ipse fecit illud. 237
10. Quadraginta annis offensus fui generationi huic. 250
vlt.Iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. 306

98 6 Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. 237
100,7. Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. 465
103,3. Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. 59
14 Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum, vt educas panem de terra. 63
25 Illic reptilia, quorũ non est numerus. 66
104,14. Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro iis Reges. 220
18. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransiuit animam eius. 469
21. Constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ: vt audiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. 220
105,1. Confitemini Domino quoniam bonus. 379
109,2. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. 177
3. Ex vtero ante luciferum genui te. 143
6. Tu es sacerdos in æternum. 238
117,7. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. 242
118, 1. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius. 26
133. Non dominetur mei omnis iniustitia. 131
126,3. Ecce hæreditas Domini filij: merces fructus ventris. 384
129,8. Ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. 245
131,11 De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. 143
132, 2. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. 25
135,8. Solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis. 66
137,7. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. 511
138,13 Possedisti renes meos. 238
142,7. Non auertas faciem tuam à me, & ero similis descendentibus in lacum. 237
146,8. Qui operit cœlum nubibus. 59
148, 4. Agite omnes quæ super cælos sunt. ibid.

PROVERBIA.

Cap.4.18. Procedit & crescit vsque in perfectam diem. 175
8.2. Iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens: O viri, &c. 283
11,22. Circulus aureus in naribus suis, mulier formosa & fatua. 27
18,11. Substantia diuitis, vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eum. 542
22, 22. Neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus causam eius. 283
23.1. Cùm sederis vt comedas cum Principe, &c. 27
24,13. Comede, fili mi, mel, quia bonum est: & fauum dulcissimum gutturi tuo. 18
25,23 Ventus Aquilo dissipat pluuias. 173
27,1. Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. 446
28,13. Qui abscondit scelera sua, non diriget. 465
31,23. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum Senatoribus terræ. 283
24 Cingulum tradidit Chananæo. 457
vlt. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. 283

ECCLESIASTES.

Cap.1.10. Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere. 132
6, 3. Si genuerit quispiam centum liberos. 355
8,12. Peccator ex eo quod centies facit malum. ibid.

CANTICA CANTICORVM.

Cap.1.1. Meliora sunt vbera tua vino. 104
2,8. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: similis est dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum. 567
17. Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. 101
4,13. Paradisus malorum punicorum. 147
5,1. Comedite amici, & bibite, & inebriamini carissimi. 17
7,2. Vmbilicus tuus crater rotundus. 469
8,5. Sub arbore malo suscitaui te. 81
10. Ego murus, & vbera mea, sicut turris. 542

SAPIENTIA.

Cap.2.23. Ad imaginem similitudinis suæ. 70
ibid. Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem. Inuidia autem diaboli, &c. 108
10,10. Hæc profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum

gnum Dei,&c. 368
13,& 14.Hæc venditum & iustum non dereliquit,sed à peccatoribus liberauit eum descenditq; cum illo in foueã: & in vinculis non dereliquit illum, donec, &c. 570.
11,18 Omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa. 52
vlt.16.Percussi sunt autem cæcitate:sicut illi in foribus iusti, cum subitaneis cooperti essent tenebris vnusquisque transitum ostij sui quærebat. 285

ECCLESIASTICVS.

Cap.1. 21. Omnem domum illius Implebit à generationibus. 158
6, 20. Citò edes de generationibus illius. ibid
10,14.Initium superbiæ hominis apostatare à Deo quoniam, ab eo,qui,&c. 99
11,3. Breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet vultus eius. 18
18, 8. Numerus dierum hominum vt multum centum anni. 250
28,13.Luctus mortui,septem dies. 581
24.26. Et à generationibus meis adimplemini. 58
35 Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diebus nouorum, &c. 82.
25,13.A muliere factum est initium peccati, & per illam omnes morimur. 99
30, 4 Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se. 109
43, 2.Vide arcum,& benedic eum qui fecit illum: valdè speciosus est in splendore suo,&c. 189
22.Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua super omnem, &c.173
44,16. Henoch placuit Deo & translatus est in paradisum,vt det gentibus pœnitentiam. 146
46,1.Iesus Naue successor Moysis in Prophetis, 295
49,17.Neque vt Ioseph,qui natus est homo, princeps fratrum firmamentum gentis rector fratrum, stabilimentum populi. 571

ISAIAS.

Cap.1.16.Quiescite agere peruersè. 76
2,22.Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est. 76 79
4,1. Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos. 534
5. Creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est nubem per diem, & fumum,& splendorem ignis flammantis per noctem. 95
6,5 Dominum exercituum vidi oculis meis 417.
8, 3. Accelera spolia detrahere, prædari. 414.
6. Abiecit populus iste aquas Siloë,quæ vadunt cum silentio. 554
9,6 Factus est principatus eius super humerum eius. 304
ibid. Admirabilis,consiliarius, princeps pacis,pater futuri seculi. 414
14,4 Cessauit exactor quieuit tributum. 76
22, 22. Dabo clauem domus Dauid super humerum eius. 304
23,3.In aquis multis semen Nili. 83
25.vlt.Concident & humiliabuntur, & detrahentur. 245
27,1.Occidet cetum qui in mari est. 67
33.vlt.Auferetur ab eo iniquitas 129
31,6.Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine hircorum & agnorum,de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosra & interfectio magna in terra Edom. 498
38,12.Generatio mea ablata est & conuoluta à me quasi tabernacula pastorum. 250
40,2.Loquimini ad cor Ierusalem & aduocate eum. 427
5.Videbit omnis caro pariter. 158
24.Flauit in eos,& aruerunt. 105
44, 24. Ego sum Dominus faciens omnia extendens cælos solus stabiliens terram, & nullus mecum. 50
45, 8. Rorate cæli desuper & nubes pluant iustum. 59
14. Negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes. 198
51,2.Attendite ad Abraham patrem vestrũ, & ad Saram quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum & benedixi ei, & multiplicaui eum. 214
54,8. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia,&c. 179.189
55, 10. Quomodo descendit imber & nix de cælo & illuc non reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam, & dat semẽ serenti,& panem comedenti. 59.358.2
58,11.Fons cuius non deficient aquæ. 458

58,11. Fons cuius non deficient aquæ. 458
59, 12. Peccata nostra responderunt nobis. 389.
60,6. Omnes de Saba venient. 198
18. Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. 283.
64,5. Tu iratus es, & peccauimus. 237
65, 16. In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo, amen. 216
24. Eritque antequàm clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam. 332
25 Serpenti puluis panis eius. 104
66,12. Ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantē gloriam gentium, quam sugetis: ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis. 385

IEREMIAS.

Cap. 2. 17. Dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viā. 435.
18. Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? 83
5, 15. Gens cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. 491
24. Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam, &c. 77
6. 20. Vt quid mihi thus de Saba affertis. 198.
8, 22. Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix populi mei? 497
10, 13. Dat multitudinem aquarum in cælo. 59
14, 7. Si iniquitates nostræ responderint nobis. 389
22. Aut cœli possunt dare imbrem. 59
15, 1. Eiice illos à facie mea, & egrediantur. 110.
20. Et dabo te populo huic, in murum æreum fortem. 542
17, 19. Prauum est cor hominis. 155
22, 5. In memetipso iuraui, dicit Dominus. 313.
25, 22. Regibus terræ insularum quæ sunt trans mare. 197
31, 35. Qui dat solē in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis. 66
33, 5. Quos percussi in furore meo, abscondens faciem meam à ciuitate hac. 130
22. Sicut numerari non possunt stellæ cæli, & metiri arena maris: sic multiplicabo semen Dauid serui mei. 144
34, 18. Qui præuaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis, quibus, &c. 147
39, 12. Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias. 506
44, 26. Ecce ego iuraui in nomine meo magno, dicit Dominus. 313
51, 14. Iurauit Dominus Deus exercituum per animam suam. ibid.
16. Multiplicantur aquæ in cœlo. 59
52, 6. Non erant alimenta populo terræ. 317

LIBER THRENORVM.

Cap. 3. 52. Venatione ceperunt me inimici. 199.
4, 6. Maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum: quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus. 288
5, 7. Patres nostri peccauerunt, & non sunt; & nos iniquitates eorum portauimus. 250.

BARVCH.

Cap. 3. 37. Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersùs eum, &c. 5.
6. 2. Eritis ibi annis plurimis, & temporib. longis, vsque ad generationes septē. 250

EZECHIEL.

Cap 4, 5. & 6. Portabis iniquitatē domus Israel: assumes iniquitatem domus Iuda. 229.
7. 2. Finis venit, venit finis. 481
16, 15. Exposuisti fornicationem tuam omni transeunti. 459
25. Diuisisti pedes tuos omni transeunti. ib.
21, 9. Gladius, gladius exacutus est, & limatus, vt cædat victimas exacutus est. 498
25. Prophane, implę dux Israel, cuius venit dies, &c. 552
27, 7. Purpura de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum. 197
16. Byssum, & sericū, & chod eorum proposuerunt in mercatu tuo. 483
23. Haran & Chene, & Eden negotiatores tui. 80
31, 8. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius, &c. 72
32, 30. Principes Aquilonis omnes, & vniuersi venatores. 199
39, 17. Dic omni volucri & vniuersis auibus, & cunctis bestiis agri: concurrite, properate, &c. 498

DANIEL.

DANIEL.

Cap.1,7. Imposuit eis præpositus Eunuchorum nomina Danieli, Baltassar: Ananiæ, Sidrach:& Azariæ,Abdenago. 88
19.Steterunt in conspectu Regis. 484
3,60.Benedicite omnes aquæ quæ super cælos sunt Domino. 59
4,2.Somnium vidi, quod perterruit me, & cogitationes meæ in strato meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me. 480
9,2.Anno vno regni eius. 57
21.Adhuc me loquente in oratione,ecce vir Gabriel. 332
12, 3. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splẽdor firmamenti:& qui ad iustitiam erudiunt multos,quasi stellę in perpetuas æternitates. 244

OSEAS.

Cap. 1. 10. Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris, quæ fine mensura est, & non numerabitur. 226
2,14. Lactabo eam,& ducam eam in solitudinem,& loquar ad cor eius. 427
3, 2. Fodi eam mihi quindecim argenteis. 580.
9.11.Ephraim quasi auolauit,gloria eorum à partu,& ab vtero,& à conceptu. Quod & si enutrierint,&c. 571
10,12.Metite in ore misericordiæ. 527
12,3. In vtero supplantauit fratrem suum:& in fortitudine sua directus est cum angelo,& valuit ad Angelum, & confortatus est. 412.465

IOEL.

2,31.Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem. 356.2

AMOS.

Cap. 4. 2. Iurauit Dominus Deus in Sancto suo. 313
5,10.Odio habuerunt corripiẽtem in porta: & loquentem perfectè abominati sunt. 283.
12.Hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. ibid.

IONAS.

Cap.1.5.Dormiebat sopore graui. 88
3,2. Vade in Niniuen ciuitatem magnam. 200.

MICHÆAS.

Cap.1.3. Ecce,Dominus egredietur de loco suo,& descendet,& calcabit super excelsa terræ. 205
4,2.Venite, ascẽdamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de viis suis,& ibimus in semitis illius.21
6,6.Quid dignum offeram Domino? 318
7,17. Lingent puluerem sicut serpentes,104

HABACVC.

Cap.1.7.Vidi tentoria Æthiopiæ, turbabũtur pelles terræ Madian. 198
2,17.Mentietur opus oliuæ. 458
19. Omnis spiritus non est in visceribus eius. 131

SOPHONIAS.

Cap.2.9.Proptereà viuo ego. 547
11. Adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium. 197

AGGÆVS.

Cap.1.6. Comedistis,& non estis satiati: bibistis,& non estis inebriati. 500

ZACHARIAS.

2.13.Sileat omnis caro à facie Domini. 158
3,9. Super vnum lapidem septem oculi. 558
7,12. Cor suum posuerunt vt adamantem. 548
9,13. Extendi mihi Iudam quasi arcum. 570

MALACHIAS.

Cap.1.3.Dilexi Iacob, Esau autem odio habui ?& posui montes eius in solitudinem. 409
2,14. Quia Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti,& hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. 90
3,14. Vanus est qui seruit Deo:& quod emolumentum,quia custodiuimus,&c. 242

I. MACHAB.

10,42. Quinque millia siclorum argenti. 319

II. MACHAB.

Cap.2.7. Deducebant ad illudendum. 303
10. Post hunc tertius illuditur. ibid.
13. Quartum vexabant similiter torquentes. ibid.

15. Et cùm admonuissent quintum, vexabant eum. ibid.

MATTHAEVS.

Cap.1.1. Liber generationis Iesu. 77
vlt. Non cognoscebat eam, donec peperit. 177
2, 14. Consurgens accepit puerum & matrem eius nocte. 293
3, 11. Baptizabit in Spiritu sancto, & igni. 105
4, 2. Accedens ad eum Tentator. 95
9, 15. Nunquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum eis sponsus est. 358
10, 16. Estote simplices sicut columbæ. 346
32. Manus eius in ceruicibus. 547
11, 25. Confiteor tibi Domine pater cœli & terræ. 379
27. Nemo nouit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. 3
13. 41. Colligent de regno eius scandala omnia, & eos qui faciunt iniquitatem. 105
17, 2. Facies sicut sol resplenduit, & vestimenta candida facta sunt sicut nix. 244
18, 22. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. 138
19. 4. Non legistis, quia qui fecit hominẽ ab initio masculum & fœminam fecit eos: & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, &c. 90
21, 3. Misit vocare inuitatos ad nuptias. 405
23, 15. Circuitis mare & aridam. 85
35. Veniet super vos sanguis iustus. 127
24, 22. Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. 131

LVCAS.

Cap. 1. 15. Magnus coram Domino. 199
30. Inuenisti enim gratiam coram Deo. 157
37. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. 131
42. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris. 257. 243
55. Sicut locutus est per os Sanctorum, qui à seculo sunt Prophetarum eius. 4
74. Seruiamus ei in sanctitate. 411
2, 29. Nunc dimittis seruum tuum in pace. 243
30. Viderunt oculi mei salutare tuum. 563
3, 6. Videbit omnis caro salutare Dei. ibid.
14, 9. Veniens is, qui te & illum vocauit. 405
13. Cùm facies conuiuium, voca pauperes. ibid.
15, 18. Peccaui in cælum, & coram te. 225
16, 21. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. 547
18, 7. Faciet vindictam electorum suorum clamantium die ac nocte. 127
22, 22. Filius quidem hominis vadit. 143
23 43. Hodie mecum eris in paradiso. 147
24, 16. Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. 305
31. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. ibid.

IOANNES.

Cap. 3. 29. Amicus, sponsi stat, & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. 358.
4, 5. Venit in ciuitatẽ Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. 422
5, 17. Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. 76
7, 16 Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. 3.
8, 19. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. 411
26. Qui misit me, verax est: & ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo. 3
56. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est. 244
9. 7. Vade, laua in Natatoria Siloe, quod interpretatur missus. 554
11, 40 Nonne dixi tibi, quoniam si credideris videbis gloriam Dei. 367. 2
25. Qui amat animam suam, perdet eam. 216
39. Non poterant credere. 276
41. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. 4
14, 26. Paraclitus autem spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, &c. 3

LIBER ACTVVM.

Cap. 7. 2. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia, priusquã moraretur in Charam, & dixit ad illum: Exi de terra tua, &c. 213
3 Veni in terram, quã monstrauero tibi 210
4. Postquàm mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua vos nunc habitatis. 213
5. Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis. 307
16. Defunctus est ipse & patres nostri, & translati sunt in Sichẽ, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filij Sichem. 321

AD ROMANOS.

Cap.2.5.In die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. 105
4,11.Signum accepit circumcisionis,signaculum fidei,quæ est in præputio. 262
16.Ideò ex fide vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini,&c. 225
19. Non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cùm iam ferè centum esset annorum,&c. 266
5,4. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. 55
12.Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, &c. 108
9,8. In Isaac vocabitur tibi semen,&c. 225
10.4.Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. 446
11.9.Fiat mensa eorum in laqueum,&c. 22
16 19 Volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. 346

I. AD CORINTHIOS.

Cap. 1. 30 Qui factus est nobis sapientia à Deo & iustitia,& sanctificatio. 403
13,12 Videmus nunc per speculum in ænigmate:tunc autem facie ad faciem. 46
15.21.Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum, & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. 108
45. Factus est primus homo Adam in animam viuentem,nouissimus Adam in spiritum viuificantem. 80
46.Non priùs quod spiritale est, sed quod animale.Primus homo,&c. 244

II. AD CORINTHIOS.

3,18. Nos verò omnes reuelata facie gloriam Dei speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem,tanquàm à Domini spiritu. 70
12,4.Raptus est in paradisum. 147

AD GALATAS.

Cap.1.12.Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. 5.
4.4. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. 555
7. Et hæres per Deum. 416
4,29. Sed quomodo tunc is qui secundùm carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundùm spiritum. 303

AD EPHESIOS.

Cap.2.6.Concedere nos fecit in cælestibus. 244.
4,23.Renouamini autem spiritu mentis vestræ,& induite nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est in iustitia,& sanctitate veritatis. 70

AD COLOSSENSES.

3,10.Qui renouatur in agnitionem, secundùm imaginem eius qui creauit illum. ib.

I. AD TIMOTHEVM.

Cap.1.5.Charitas finis præcepti. 5

II. AD TIMOTHEVM.

Cap.3.12.Omnes enim qui volunt piè viuere in Christo Iesu persecutionem patientur. 139
16.Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, & arguendum, ad corripiendum,ad erudiendum,&c. 9
4, 16. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. 581

AD HEBRÆOS.

Cap. 7. 26. Excelsior cælis factus. 244
11. 4 Fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain, obtulit Deo,&c. 127
5. Henoch translatus est, vt non videret mortem. 144
8 Exiit nesciens quo iret. 20
9 Fide demoratus est in terra repromissionis,tanquam in aliena,&c. 248
37.Circuierunt in melotis. 85
12,24. Sanguinis effusionem melius loquentem quàm Abel. 127
13,2.Et hospitalitatem nolite obliuisci:per hanc enim latuerũt quidam Angelis hospitio excepti. 271
8.Iesus Christus heri & hodie, ipse, & in secula. 389

II. PETRI.

Cap.2. 5. Octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit. 165
6.Et ciuitates Sodomorũ & Gomorrhæorũ in cinere redigens euersione damnauit;

exemplum eorum, qui impiè acturi sunt, ponens. 288
7. Iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit, &c. 225

I. IOANNIS.

Cap.3. 12. Propter quid occidit eum? quia opera eius maligna erant, fratris autem iusta. 126

IVDÆ EPIST.

vers. 7. Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. 288

APOCALYPSIS.

Cap. 2. 7. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. 147
3.16. Incipiam te euomere. 205
4.8. Requiem non habebant die ac nocte dicentia. 76

RERVM





RERVM OMNIVM VERBORVMQVE REPERTORIVM, QVÆ IN HIS COMMENTARIIS IN GENESIM BREVISSIMIS tractantur & discutiuntur, copiosissimum.

A.


Abbir mysterio plena significatio. 570
Abel quid significet, & cur minor Cain dicatur. 116. an virgo fuerit. ibid. cur de primogenitis obtulerit. 117. cur eius sacrificium prælatum. 118. cur à Cain occisus. 126. Christi typus. ibid.
Abimelechi duo. 352. nomen commune Regum Palæstinorum. 357
Ablactationis tempus quod. 303
Abraham qua patris ætate natus, & an primogenitus. 208. an aliquando idololatra. 209. eius vocatio an vna, vel plures. 213. fides. 214. gloria. 215. iter. 216. defenditur à nota mendacij & lenocinij. 219. eius mora in Aegypto, & an docuerit Aegyptios Astronomiam. 220. an viderit vno intuitu totam terram promissionis. 225. vnde dictus Hebræus. 233. Fidei merito vicit, non copioso exercitu. 234. an habitarit Damasci. 243. semen eius duplex. 244. quare petit signum. 246. abigens volucres quid significet. 247. eius risus qualis. 266. cur substiterit ab interrogatione, & nihil de Lotho addidit. 278. cur variis in locis peregrinatur. 294. eius nemus seu hortus. 307. prophetat de filij reditu. 311. eius terra quæ. 331. mors. 342. sepultura. 343
Abram & Abraham, quid. 261
Abscondita Deo quæ dicantur. 355. 2
Abyssus, quid sit. 53. 571
Acclamatio Aegypti. 483
Accubare inter duos terminos, quid significet. 561
Achad, quid sit. 200
Actiones humanæ quædam bonæ & Deo gratæ, contra hæreticos. 156
Adam, quid significet. 70. nomina singulis quæ imposuerit, & quàm apta. 87. cur ei sopor immissus. 88. eius primum peccatum quod. 99. quo pacto seductus ab vxore, & an deceptus. ibid. cur se absconderit. 101. quo tempore damnatus à Deo. ibid. cum articulo ה non semper est appellatiuum. 102. eius contumax & iniuriosa responsio. 103. eius supplicia. 107. cur nomen Euæ vxori imposuit. 109. pellitus est figura Christi. ibid. de ligno vitæ non gustauit. 110. quot diebus in paradiso. ibid. an cognouerit Euam in paradiso. 115. sacrificauit etiam ante filios. 117. nomen speciei. 142. eius filij & filiæ cur omissi multi. 143. cur paucioribus annis vixerit quàm alij multi. ibid. an saluatus. ibid. eius pœnitentia & sepultura. 144
Adamitæ hæretici refelluntur. 92
Adeps, quid significet. 117
Adesse in foribus peccatum, quid. 119
Adesse, vel stare alicui, quid. 319
Adhærere vxori, quid sit. 91
Adiurare quando licitum. 330
Admissura ouis prima vere, serotina autumno. 391
Ἀδολεσχία, quid significet. 336
Adoptionis titus. 385
Adorandi ritus species, & nomina Hebræa. 544
Adoratio quæ Regibus solita exhiberi. 489
Adorationum externarum tria genera. 546. 547
Adulterij pœna quæ olim. 467
Aedificare, pro liberos gignere, & quare. 89
Aedificare & ædificium, pro filiis. 254
Aedificari, pro liberos habere. 385
Aegypti nomine intelligitur terra Chanaan. 249
Aegypti fertilitas & sterilitas vnde. 479
Aegypti paludum natura. 526
Aegyptii cur non conuiuentur cum Hebræis.

braris.499. nequam, & seditiosi. 528. ex cessuerunt in condiendis corporibus. 579
Aegyptiorum armenta & greges. 516
Aenae descriptio. 442
Aeris regio media an diluuio inundata. 169
Aetas & chronographia Iosephi. 582
Aetates vaccae seu vitulae. 246
Aeternum pro longo tempore. 153.264
Æthiopes à Chus, vnde Chusitae deuominati. 197
Æthiopia duplex. 85.198
Agar cur tantùm vidit Angelum obuersum 256.257. in deserto vnde vixerit. 304
Agnos varieolores nasci, an naturale vel miraculosum. 390
Ahod, & eius posteri. 518
Alexander magnus cur vocatus hircus caprarum. 460
Alexandri Polyhistoris error. 355.2
Altare vnde dictum, & eius origo. 178
Ambrosij locus explicatur. 123.146.175
Ambulare cum Deo, quid sit. 144
Ambulare in conspectu Dei, quid significet. 534
Amphibia quando creata. 67
Anabaptistarum fanatica opinio contra legitimos magistratus ad mortem damnantes. 188
Angeli boni signum quod. 305
Angeli tres visi ab Abraham, quid repraesentent. 271. custodes hominum, & prouinciarum. 331. 409. quando ascendere & descendere dicantur. 367
Angelorum creatio quare à Moyse praetermissa, & quae illa fuerit. 51
Angelum custodem singuli homines habent. 409
Angelus cur in lampade ignis. 252
Anima immaterialis, & infusa. 79. cur spiraculum vitae. ibid. in sanguine quomodo. 187. ponitur pro vita. 286, 449, 507, pro persona. 520. humana immortalis probatur. 343.575
Animalia quomodo ad Adam adducta 87
Anni diuisio secundùm Hebraeos in sex partes. 182
Annorum & dierum genera. 65
Annus dierum, quid. 479
Annulis figuratoriis Iudaei vsi. 460
Antichristus ex qua tribu nasciturus. 564
A'gania S. domorum qualis. 285
Apertio vuluae, pro primogenito. 379
Apparatus seu patagium quid, eiusque partitio. 34
Apparitiones Dei quales. 217
Apponi ad populum suum, quid sonet. 574
A puero vsque ad senem, quomodo intelligatur. 284
Aqua semper redit ad ima terrarũ, & vnde id fiat. 61 quo pacto terram deseruerit. 62
Aquae verae super caelos esse cur dicantur. 58. quo pacto congregatae in maria. 61. omnes Oceano iunctae. ibid.
Aquarum calidarum inuentio. 441
Arabes Petraei Philisthim. 200
Arbitrij libertas defenditur. 120, 155, 179, 581
Arbor scientiae boni & mali cuius speciei fuerit. 81
Arbores in frugiferae quando creatae. 63. fuerunt etiam in paradiso. 72
Arboris vitae laudes tres. 88
Arca mysticus sensus, forma, materia. 158. A fabrica, 159, magnitudo, operarij, contignationes & tabulata. 160, eius capacitas sufficens animantibus. 161, quo loco ipsa resederit. 174
Arcus, pro robore & praesidio. 570
Argenteus, pro siclo. 513
Argumentum haereticorum fundamentale contra sacrificium Melchisedech solitur. 236
Aries in sacrificio, quid significet. 246
Armillarum, Rebeccae valor. 333
Armillis Iudaei viri vsi, & torquibus. 460
an Arphaxad genuerit Cainam. 207
Arrhabo, quid. 460
Articulus diei, quid significet. 268
Artopaeus haereticus ridiculus. 199
Asnam, quid significet. 354
Ascendere de terra, quid significet in sacris literis. 78
Ascendere & descendere, quid in Scriptura. 218
Ascendere vel descendere, tropologicè quid sit. 513
Ascenez Germanorum parens. 196
Aser fors vberrima. 566, Eucharistiae figura. ibid.
Asinus, pro Agricola. 560
Asphaltites lacus, seu mare mortuum. 288
Assurim qui fuerint. 341
Astarte, seu Astharoth, quae Dea, & vnde sic dicta. 231
Assyriae monarchiae initia. 229
Atad area vbi, & vnde sic appellata. 580
Atque, coniunctio, pro id est, ponitur. 67
Auctor sacrae Scripturae quis. 3
Audire, pro obedire. 318, pro intelligere. 491
Auditus animae est in sacris literis. 16
Aues cur ex aquis, non ex aëre productae. 66, 87 quare super terram dicantur multiplicari. 68

Auferre

Auferre caput, quid significet. 474
D. Augustinus explicatus. 521
Aurei vel argentei, in sacra Scriptura, vt plurimùm intelligendi sicli. 297, 450
Autem, disiungens, non aduersatiua particula. 52

B.

Babylon à quo fundata. 199. duplex. 200
Baptismi figura. 54
Bara, seu creare quid significet. 50
Barach quid significet. 544
Barach cur ceruo comparatus potiùs quàm leoni. 567
an Bathuel fuerit minor natu frater Labani. 335. cur Syrus dictus. 344, 365
Beda & Rabanus nihil fauent sententiæ Caini, & explicantur. 323
Bedo an quid significet Hebræis. 84
Bekagh quid significet. 333
Ben, & *Bath*, apud Hebræos quid significet. 296
Ben quando solum ponitur, quid significet. 568
Benedicendi mos cùm moritur. 539
Benedicere, pro bona precari, 526. pro valedicere. 527
Benedicere aut maledicere in aliquo, quid significet in sacra Scriptura. 216
Benedictio animantium qualis. 68. hominis. 71
Benedictiones Isaaci sex enumerantur. 358, 359 2
Benedictiones vberum & vuluæ. 571
Beniamin cur sic dictus, & S. Pauli figura. 435. eius ætas. 497, portio. 500, posteri. 519, lupus rapax de quo. 572
Bersabee ciuitas, & solitudo. 343, diuersa significat secundùm puncta. 359
Bestia ad montem sacratum literarum non debet accedere. 25
Bestiarum nomine quæ intelligantur. 69.
Bethauen, quid, & vnde dicta. 370
Bethel non eadem cum Ierusalem. 369. duplex. ibid.
Be ulah quid significet. 332
Binarius deficit à perfectione. 169
Bitumen Assyrium aptum ædificiis. 204
Bituminis vsus in ar. a, & quare. 159
Boni in Scriptura qui vocentur. 152
Bono, & ædificare pro liberos gignere, & quare. 89
Bonum factum, formula Romanorum, & eius origo. 63
Byssus, quid sit. 482

C.

Cades, quid sit. 294
Cæcitas Sodomorum quænam fuerit. 185
Cæli nomen cur impositum firmamento. 60
Cæli ornatus, & exercitus, & militia, idem. 75.
Cæli empyrei creatio. 51
Cæli in plurali, vix in sacra Scriptura pro aëre. 59, quot in sacris litteris. 75
Cælorum orbes præter empyreum ex aqua creati. 57
Cælum claudi vel aperiri, quid. 167
Cain vnde deducatur. 116, primogenitus, non gemellus Caini, ibid. viliora obtulit. 117. figura Iudæorum. 128. an corpore tremulus, simul & profugus. ibid. an desperarit. 129. quale signum eius. 131. desertus à Deo, & factus deterior. 132. eius vxor quæ. 133
Calagh, Hebræis quid significet. 89
Callidus & prudens, nomina æquiuoca in bonum & malum. 95
Caluinus notatur, & reprehenditur. 57. 58. 80. 81. 82. 91 95 97 98. 100. 101. 102. 116. 118 121. 122 126. 129. 132. 145. 155. 163. 179. 181. 189 190. 191. 209 213. 219. 235. 254. 318 330. 521. 557. 566. 581.
Canon pro conciliandis Septuaginta & vulgato. 86
Canon, cur idem vocabulum noster sæpe vertat diuersis vocabulis 105
Canon in repetitionibus verborum. 334
Canon, vno loco relatum vt dictum, & si ibi non positum, dictum tamen. 356. credendum fuisse impletum quicquid positum in prædictione. ibid.
Canon vulgati interpretis, omittere quæ nihil ad sensus perfectionem faciunt. 466
Canon sacræ Scripturæ, iis quæ nondum sunt, vel inanimatis, eorum quæ animata sunt, affectiones tribuere. 555
Canones sacræ Scripturæ obseruandi in nominum mutatione. 414
Canonistæ nec locum consecratum, nec eius sepulturæ nundinantur. 318
Cantationes seu laudes terræ, Hebraismus. 497
Carus notatur, & rephrehenditur. 322
Caphotim nomine Cappadoces intelligũtur. 201
Cappadocia duplex, & quæ. ibid.
Capra in sacrificio, quid significet. 246

Captiuitatis tempore Iudæi sceptrum retinuerunt. 550
Cap.nuptiæ.32.q.2.defensum & explicatum pro cœlibatu ex virginitate. 168
Caput leuare, vel tollere, & auferre, quid. 473,474
Carceres rotundi olim,& ideò putei vocati. 469
Carnem comedere, pro hominem occidere in Scriptura. 187
Carnium esus ante diluuium. 72,186
Carniuora,venenata,& quæ ex putri materia producta. 68
Caro,pro homine. 158
Catalogus filiorum Iacob, cur non eodem ordine variis locis referatur. 540
Cataractæ cæli, quid. 167. an omnes & in perpetuum clausæ. 173
Catulus leo,Hebraismus. 547
Centenarius,nota est perfectionis. 302
Centum,pro plurimis. 355
Ceremoniæ,quid significent. 353
Ceruus,aut cerua,nihil refert. 567
Cethura,an sit Agar. 341.eius filij. ibid.
Ceti magni,quid significent. 67
Certhim,quid significet. 597
Chalamne quid sit. 200
Chale,& Resem,quid. ibid.
Cham & Chanaan peccatum.190,hæreticorum typus. ib.eius maledictio completa in Gabaonitis. 191
Chanaan terra latè accepta. 216
Chananæa duplex. 423
Chananæi & Pherezæi situs. 224
Chananæorum gentes quot fuerint. 251
Chananæus,quid significet. 457
Chaos,quid,ex Ascanio Martinengo. 52
Cherubin cur in neutro genere, quid, & quare positi. 111
Chebrath,quid significet. 435
Choph, quid significet, & vnde deducatur. 559
Chor & corrus, quid. 273
Chrismatis origo quàm antiqua, & de modo iniungendi cippos statuasque. 369
Christi nomen qui mittendus,&, cui repositum. 553
Christiani quo pacto similes sunt stellis, 244,cur semen Dauid dicti. ibid.
Christus germen virgæ Iessææ 549.leo & catulus leonis. ibid. quo pacto Gentium spes.555.vitis.557.seruus emissus, & an de hoc sensus literalis. 567
Chronographia Hebræa præferenda Græcæ Septuaginta. 143
Chronographia Abrahæ, 342, 343. Iacob. 575.Ioseph. 582
D.Chrysostomi locus. 13,124,127.284
Chum,quid significet. 389
Ciborum potestas homini à Deo concessa, non obstat legibus Ecclesiasticis de ieiunio & ciborum delectu. 186
Circuire pro peragere. 85
Circumcisio cur potissimùm instituta. 262. quale signum.ibid.quibus necessaria.263, tempus illius. ibid.
Circumcisionis omissæ quæ pœna. 265
Circumeundi vel decurrendi circa cadauer ritus. 580
Clamor peccati,quid significet. 277
Coccini fili alligatio,quid significet. 462
Cogitare Dei est facere. 582
Cogitationes,quid. 180
Cognoscere,pro liberis operam dare, vnde dictum. 115
Cohen, seu sacerdos,quid significet. 237
Columba in sacrificio,quid significet. 247
Comestio Angelorum quomodo intelligenda. 274
Comparatiuum quo pacto Hebræi explicent. 411
Conceptus ærumnæ quæ. 106
Conclusa,pro sterili,Hebraismus. 254
Conclusio vuluæ quid denotet. 298
Concubinarum filij potuerunt hæredes institui. 342
Conditurae spatium & ritus iuxta Ægyptios. 579
Confiteri,pro laudare. 379
Confortare cor,quid significet. 272
Congregari ad populum suum, quid significet. 574
Connubia sororum initio licita. 133
Conradus Pellicanus hæreticus exploditur. 111
Consanguinei caro & os appellantur phra-
Conscientiæ bonæ & malę in hac vita mersi Hebraica. 90
ces.119,cum eaue comparatio. ibid.
Consolari pro minari. 361
Contignationes, & tabulata arcæ quot, & quæ, earumque omnium proprietates 160,161
Conuallis illustris, quid significet. 217, Mambre quid. 226,233
Conuiuatori cibi apponebātur, & illæ transmittebat ad alios. 500
Conuiuium in ablactatione, & quare.303, die tonsionis gregum. 459
Cor,pro dilecto,179,officina cogitationum. 180,pro concupiscentia. ibid.
Cor egressum,quid Hebraicè. 492
Coram Domino,quid significet. 399

Coram aliquo eſſe dicitur, quod in eius eſt poreſtate. 224
Coram Domino fieti quæ dicantur. 355.2
Corporis nuditas eut pudenda. 100
Corpus eur de terra,& quidem de limo. 78
Correctionis omnis tres ſunt fines. 490
Coruus an ad aream redierit. 176
Coſta,ex qua formata Eua,qualis.89.redditur Adamo,ſed alia. ibid.
Credere Deo,& in Deum,an idem ſint 245
Crimen peſſimum,quid hoe loeo ſignificet. 447
Crimina cuncta poſſunt à Deo remitti. 130
Crux,quæ priùs erat ignominioſa, fit optabilis & glorioſa. 104
Crux & patibulum an idem ſignificent in ſacra Scriptura. 474
Cubitus,quid ſit. 159.160
Cultet diſcretionem ſigoifieat. 28
Cyrillus Ierosolymitans explicatur.115,127

D.

DÆmon quo pacto pacto vſus eſt ſerpente Euam allocuturus. 96
Dakar,ſeu adhærere vxori quid. 91
Dan eur vnieum filium habuerit. 520. quid ſignificet. 563
Dauidis prædationes, & victoriæ gradus. 549
Δὶ ſeu autem,pro enim, ſeu γὰρ. 237
Decem,pro ſæpe. 397
Decet & licet includunt facere poſſe. 123
Decimarum origo. 239
Dedan poſteri qui fuerint. 341
Dentes Chriſti, Doctores,& Concionatores. 558
Deorſum pro à ſummo ad imum, 162
Deorum multitudinis initium. 98
Depauperari,pro perire. 512
Deſiderium collium æternorum,quid. 572
Deus quomodo creauit mundum. 50, eur vocetur in plurali Elohim. 51. quo pacto appeller. 56. an opus ſecundæ diei viderit eſſe bonum. 60.cur produxit germina ante Solem.63.benedixit,beoe faciendo. 68.an terreſtribus benedixerit.69. à quo opere ceſſarit. 76. pluuiarum author & dator.77. quid intenderit nominum impoſitione.88.non fuit ordinator, nec volitor culpæ Adami.95.quot modis hominem alloquatur.102, cur peccatores interroget,quæ non neſcit. ibid. protoplaſtos iudicio conuincit. ibid. cui maledixerit, dæmoni an ſerpenti. 103. in quo oſtendit ſe acceptare oblationem Abeli. 117. ſolet ſuſcipere defenſionem iuſtorum.118.quomodo oſtendit vel abſcondit faciem.130.an pœniteat.156.eius miſericordia erga Noëmum. 166. cura erga iuſtos.169.quomodo deſcendere dicatur. 205.177. protector iuſtorum ſimilis ſcuto. 242. eius æternitas & immutabilitas. 261.illi nihil impoſſibile, nec ocultum. 276. quomodo apparuerit Abimelecho. 294.quomodo tentet.310.quid dicatur noniſſe.312 ſuos ſtatim exaudit.332.eur permiſerit Iſaacum decipi.358.2 eius prouidentia erga Iacobum.366.eſſe in loco aliquo quid ſignificet 368. quo ſenſu timor Iſaac. 403. vbique præſens, 405. non eſt auctor mali. 581
Diabolus eur vſus eſt ſerpente.95.cur nonniſi Elohim Deum nominarit. 96. verbum Dei corrumpit.97.eius mendacia. ibid.
Dicere,Hebræis quid ſit. 54
Dicere ad cor ſuum,Hebraiſmus. 179
Dicere in corde ſuo,quid ſignificet. 361
Dierum & annorum genera. 65
Dies & nox quo pacto ſibi ſucceſſerint. 56. Iudæorum quotuplex. ibid.eius cum nocte diuiſio. 64
Dies lapſus quotus à creatione fuit. 110
Dies abſolutè pro anno,Hebraiſmus. 472
Dilatare,pro ex anguſtia eripere. 357
Dilectus,pro vnigenito. 3.0
Diluuium quo tempore cœpit, & eius cauſæ.167.duratio. 170.ceſſatio,& vnde cauſata 173. eius dies quo pacto expreſſi à Moſe. 175
Dimitti & vadere,quid Hebræis. 243
Dina an nupta Simeoni.519.eius ætas, & raptus. 427
D.Dionyſij Areopagitæ locus. 55
Dirigere,pro proſperare. 465.469
Diſſectio in ſacrificio quid ſignificet. 247
Diſtega,quid,& triſtega. 162
Diuitiæ per ſe malæ non ſunt. 223. earum fructus quis. ibid.
Dodanim nomine qui intelligendi. 197
Dolor vel triſtitia, pro ira. 427. vulnerum verè maximus tertio & quarto die. 429
Dolus verborum diaboli oſtenſus. 97
Donec non reſtringitur ad certum annum vel menſem. 550
Dormire cum patribus,quid ſignificet. 343
Dormire,pro concumbere. 354
Dormire inter medios cleros, quid ſignificet. 562
Drachma Iudaica duplex ad Atticam. 319
Duces à Regibus in quo differrent. 441
Dudum,pro paulò antè. 359.2
Duo vox an olim Hebraicè fuerit. 91

E.

Ebrietas Noe excusata, contra calumnias hæreticorum, 189. Lothi quale peccatum. 290
Ecce, affirmantis particula. 72
Ecclesia domus vocata. 16. per portam cœli significata. 369. pallium Christi 558
Ecclesiæ triũphantis chori hierarchici quomodo per scalam Iacob intelligantur. 367
Eden certa regio. 132
Edessa duplex. 200
Edom siue Idumeæ situs. 410
Educere, quid denotet. 236
Effundi sicut aqua, quid sit Hebræis. 540
Egredi de femore, Hebraismus, & ratio phrasis. 520
Egrediamur foras, an à Moyse additum. 826
Eiectio, de qua Cain, quid significet. 130
Eliezer cur Damascus vocatus sit. 243
Elisa nomine qui intelligantur. 197
Ellasar vrbs, quæ & Pontus. 229, 230
Elohim, & *Eloha*, quid. 50, 51
Eloquentia est quædam sapientiæ porrio, & in quo posita sit eius functio melior. 7
Empyreum non vocatur firmamentum, sed reliqui cælorum orbes, & cur. 58
Enos, quid significet. 138
Ephi, quid sit. 273
Ephraim cur prælatus. 534
Ephraim, quid, & vnde. 485, 569
Epiphanij locus. 175, 273, 320
Esau cur Seir, antalis præter naturam, & Edom dictus. 346. quare peccauit vendendo primogenituram. 348. eius contentio pro benedictione. 360. 2. benedictio eius quæ fuerit. ibid. posteri eius seruierunt & imperarunt posteris Iacob. 361. desiit censeri ex semine Isaac. 365. nuptiæ eius tertiæ. 366. migratio. 409. vxorum nomina. 440. cur discesserit ex Chananæa. ibid. posterorum illius genealogia. 441
Esel, quomodo exponatur. 307.
Esse proprium Deo, quare. 261
Esse, pro significate. 473 pro reputari. 490
Et, particula copulatiua, pro vel, disiunctiua. 81, causalis. 102. exegetica. 105, 225, 245, 368. ætiologica. 237
Ethicæ sacræ diuisio, & partes. 35
Eua cur potiùs ex latere quàm ex capite creata. 89 ex viro quare. ibid. eius materia vnde producta ibid. cur non exhorruit, & refugit colloquium serpentis. 96. vnde eius lapsus. 98, eius primum peccatum quod. 99. eius malitiosa excusatio. 103. vnde dicta. 109. an semper gemellos pepererit. 116
Eunuchus pro palatino, etiam non exsecto. 452
Explicationes veteres sacræ Scripturæ erudiendæ potiùs, quàm nouæ conquirendæ. 356
Extremi qui dicantur. 526

F

Fabella Iudaica de Ioseph & Putiphare refellitur. 456
Facere, Hebræis, pro acquirere. 216. pro coquere. 274
Facere iudicium & iustitiam, quid. 276
Facere misericordiam & veritatem, quid significet. 335
Faciem Dei vel dorsum videre quid. 257
Facies, pro persona. 255. Dei, quid significet. 421
Fames duplex tempore Abrahæ. 352
Femur, quid Hebræis. 330
Fenestra arcæ præcipua qualis. 162
Ferire aliquem in anima, quid. 449
Ferre, seu leuare iniquitatem, quid. 129
Festinatio cur præcepta Lotho. 287
Ficus folia cur sibi aptarint primi parentes. 101
Fieri in animam viuentem, quid significet, 79
Fieri alieni, Hebræis quid significet. 528
Figmentum cogitationum, quid. 154
Figmentum hominis differt à figmẽto cordis hominis. 180
Filiæ plures quàm filij, & quare. 152
Filiarum Loth peccatum quale. 289
Filij vox apud Hebræos sæpe abundat. 374
Filij Dei & hominum qui dicantur. 152
Filij nascuntur patri. 302
Filij pro populis. 337. pro subditis, pater pro domino, & quare. 423
Filius tot annorum, Hebraismus. 257
Filius, pro descendentium quolibet. 374. pro nepote. 441
Filius senectutis, quid significet. 447
Finis sacræ Scripturæ quis. 4.5
Firmamenti vox est cœlo aptissima sit. 57. quid hic significet. 60
Fodere, pro emere. 580
Fœderis feriendi ritus antiquus. 247
Fœdus Abrahami cum Deo offensiuum & defensiuum. 215
Fœmina cur in masculino, mortuus. 317

Fæminæ cur nullæ nominatæ inter posteros Seth. 144. non circumcisæ, & quare. 262. cur etiam cum pueris puniuntur Sodomis. 288
Fœminarum furor & audacia cum deprehensæ. 468
Fœminino interdum iungitur vox masculina. 122
Fœnum, pro quauis herba ponitur. 72
Fons pro vaporis nube ponitur. 77. Ismaelis vbi situs. 255
Fontes qui clausi post diluuium. 175. etiam in conuallibus oriuntur. 356
Fontium featurigines, lacus, & paludes. 61
Forma siue methodus sacræ Scripturę quænam sit. 5. & seq.
Formare, positum pro plasmare. 78
Forsitan, pro certè. 411
Fortis, pro idoneo. 526. epithetum Dei. 570
Francisci Georgij error. 461, 462
Frangere, pro distribuere. 489
Fratres in sacra Scriptura qui. 224. Domini dicti aliquando. 410
Fratris relictam sine liberis frater ducebat. 458.
Frigus quo pacto vrat. 402
Fructus animantium proles. 68
Furari cor alicui, quid significet. 400
Futurum tempus significat debitum & decentum. 278
Gad significationes duæ. 386. vnde dictus. 565.

G

GAlaad mons, & vrbs 400. tumulus testimonij. 403
Galilæa Gentium cur ita dicta. 230
Gallorum varia nómina. 195
Γάμος, Græcis quid sit. 377
Gehon cur Nilus esse dicatur, & flumen Aethiopiæ. 83
Geminatio in sacra Scriptura quid indicet. 481.
Gemoniæ scalæ ex Suida quid. 367
Generatio, quid significet. 250. quot modis sumatur in sacra Scriptura. 188. pro gestis ab hominibus illius temporis. 446
Generationes pro vitæ actionibus. 157
Genesim scribendi causa quæ, & scopus. 45. eius dignitas, materia, & argumentum. 46. inscriptio. ibid.
Genibus imponendi infantes consuetudo. 385.
Geniculatio facta vtroque genu qualis. 544, 545.
Gentes, pro nationibus. 534
Gentiles cadauera crucifixorum in patibulis relinquebant, Iudæi tollebant. 474
Gerara quid sit. 294
Gerare torrens & vallis. 355
Geraritarum terra quo pacto ab Israelitis sine periculo occupata. 306
Germani vnde denominati. 196
Germina cur producta ante Solem, & ante animalia. 63
Germinare terram quid, & quæ causa. ibid.
Gessen, seu Gossen, quid. 512
Ghedlath, Hebræis quid sit. 246
Gheseeb quid significet. 356
Gigantes an verè fuerint, eorum nomina & descriptio. 154
in Gladio & arcu quid significetur. 535
Gladius flammeus & versatilis, quid. 11. 1112
Glossa literalis quid continebit. 34
sub Gomer nomine qui intelligantur. 195
Gomor magnum, & paruum quid. 273
Gossipium, quid, ex Plinio. 482
Græcis tres dies nuptiales. 378
Gratiæ augmentum homo mereri potest. 157.
Gratiam inuenire apud Deum quid. ibid
Gustus animæ est in sacris litteris. 16
Guttur eloquium significat. 28
Gynæconitis, seu habitatio fœminarum, à viris seiuncta. 334

H

HAbitare inter duos terminos, quid significet. 561
Habitatio Iacob quàm lata. 422
Hæretici soluunt matrimonia quoad vinculum. 91. similes Palæstinis. 355
Hæreticorum commentarij commentis scatent. 82. obiectiones & libero arbitrio, & solutiones. 122, & seqq. ineptiæ. 132
He pro *chet*, cur B. Ioannes pronunciauit 554.
Hebræa lingua primigenia. 206
Hebræi quo pacto indicent superlatiuum. 71. quid illis notet repetitio eiusdem verbi. 76, 85 dicti ab. Heb. 201. cur vocati Yesous ab Aegyptiis. ibid. eorum fabula de Ismaele. 305. quo nemo abstinent. 417. addentes genus idem in genitiuo pecudi, quid significent. 460
Hebræus contextus corrigendus ex Græco & Latino. 174
Hebraismus verbum singulare cum nomine plu

plurali 51. concretum pro abstracto. 52. abstractum pro concreto. 215, 243, futurum præsens pro imperatiuo. 54. vnus pro primo. 56. lignum pro arbore. 63, 101. enallage generis. 66. verbum. 195. subauditum 67. imperatiuus pro futuro. 68, 171, 215, 261. imago & similitudo. 70 præteritum pro præsenti 72, 130. quiescere pro tacere, & cessare. 76. præteritum pro gerundio præteritum perfectum pro imperfecto ibid. 80. in medio esse. 81. lignum pro fructu 85. actiuum pro impersonali seu passiuo. 88, 164, 183, os de osse caro de carne 90. futurum pro præsenti 97 effectus seu res pro opinione. 98, vnum duorum substantiuorum per copulam & iunctorum habet vim genitiui. 106. infinitiuus pro futuro. 129. præteritum pro futuro. 135. 266. antecedens pro relatiuo. 142. perfectum pro plusquam perfecto. 214, actiuum præteritum pro passiuo. 245. effectus pro causa. 254. numerorum confusio. 271. Imperatiuus pro aduerbio, 358 2. loqui de se in tertia persona. 433. dies absolutè pro anno. 471

Hebron dicta Mambre, & Cariathabe. 226

Henoch etymon quale. 133 viuus translatus 144, ex quo loco translatus, hæreticorum nugæ, 146. an in paradisum terrestrem translatus, ibid. an & quando moriturus. 148 cur translatus. 149

Henochia prima ciuitas cur ædificata. 135

Her & Onan peccatum quale. 458. à quo occisi. ibid. non numerandi eum euntibus in Ægyptum. 519

Herba virens, quid. 63. agri vel terræ, quid. 108.

Hæreditatis diuidendæ vetus consuetudo. 224.

Heuila nomine qui sub intelligantur. 198

Heuilath in sacra scriptura quid significet vbi sit, & vnde dicatur. 83, 84, 344

Hierologicæ partes quæ. 35

Hieronymi locus. 50, 274, 289, 318, 415

Hinneni, formula Hebræa, quomodo explicatur. 310

Hœdus capratum, quid. 450, 460

Homicidij lata lex, vt occidatur qui occidat. 187

Hominem bestiæ naturaliter obseruant & timent. 186

Homines quo sensu caro appellentur. 153

Homini quo pacto non sit bonum carere vxore contra hæreticos. 87. semel concessa confirmantur. 186

Homo cur vltimo loco creatus. 69. secundùm quid est imago Dei. 70. quale dominium habeat in creaturas. 71. est plasma, Deus autem figulus. 78, an in statu innocentiæ erat moriturus 86. pro viro sumitur. 116

Humeris imponere, quid Hebræis. 304.

Hybrides quomodo producta. 69

I

Iabel inuentor tentoriorum. 134

Iacob vnde dictus, & eius studia. 346. an peccarit emendo primogenita. 348. figura Christi 369 an Rachelem liberè magis dilexerit. 376. magnus eius amor excusatus. 377. cur noctu non agnouerit Liam. ibid. non peccauit cum Lia. 378. an eam oderit. ibid. eius Polygamia vindicatur à lasciuiæ suspicione. 384. septennio duodecim liberos suscepit. 386. eius commētum de virgis defenditur. 390. solertia vt maculosæ pecudes nascerentur. 391, quo pacto tam paruo tempore tam diues factus. 392. discessus eius tres causæ. 397. visiones duæ. 398. tumor & iurgium defensa. 402. eius timor excusatur, 410. lucta eius quid significet, & an cum Christo, an Angelo. 412. cur læsus ab Angelo. 413. non vidit essentiam Dei. 416. an claudus permanserit. 417. an adorarit ipsum Esau 420. eius mora in Socoth. 422. vbi sanatus à claudicatione. ibid. cur emerit prædium. 423. à filiis decipitur, & luget Ioseph vt mortuum. 451. cur noluit Deus cū de filio ante rescifcere. 479. posterorum, eius numerus. 520. cur voluerit ossa sua ex Ægypto auferri. 529. quæ fuerint eius vltima mandata. 574

Iacula pro contumeliis. 570

Iapheti benedictio ad quos peruenerit. 191.

Iarab, quid significet. 119

Iberi Asiatici ab Hispanis dicti. 196

Ichar, à radice *charab*, quid significet. 118

Idola, theraphim dicta, quid essent. 399

Idololatria posterorum Noe. 206

Idumæi subiecti Iudæis, circumcisi, & in vnā gentem redacti, & qui propriè sint. 345. ab Edom orti, eorumque respublica & politia. 441

Iecur pro desiderio & gloria. 542

Iehoua nomē incommunicabile, ante Moysem incognitum. 139

Iether, pro residuo, ex Oleastro. 540

Ignis in mundi fine quousq; se extendet. 170 pro tribulatione Hebræis. 209

Ignorantia, pro peccato. 354

Imaginum sacrarum cultus qualis in Ecclesia. 401
Imago & similitudo, quid significent. 70. duplex Dei in homine. ibid.
Immunitas Ecclesiasticorum bonorum. 528.
In, pro *cum*, & *propter*. 107,411
In monte Dominus videbit, adagium. 313
Inaures Rebeccæ quanti ponderis. 333
Incestus Loth quale peccatum. 290
Incipere, quid significet in sacra Scriptura. 105.
Inceptio, pro desiderio & affectu. 278
Incognita vtroque pacto accipiendum. 332
Incuruari peccato, quid, 119
Incuruatio cum prostratione. 545. capitis seu faciei. 546. totius corporis vsque ad solum. ibid.
Indignatio in oculis Hebraismus. 511
Inducere super aliquem peccatum, quid significet. 354
Inebriari, quid significet. 500
Infantium in vtero pugna. 345
Inferni locus vbi. 62. propriè & fumẽdus, nõ de sepulcro. 451
Ingredi ad aliquam quid, & vnde. 385,460
Ingressus dies quis. 521
Iniquitas seu peccatum pro eius pœna sacræ Scripturæ phrasis. 129,250,506
Inscriptiones altarium. 423
Insularum nomine quid in sacra Scriptura intelligatur. 197
Interpres vulgatus solitus quædam verba, saluo sensu prætermittere. 289
Inuidiæ mala. 361
Inundatio abundantiam significat. 559
Iones vnde oriundi. 196
Iordanis nomen & origo. 225
Ioseph figura Christi, accusauit, & accusatus est. 446, 569. odij in eum causæ. 447. duo eius somnia 448. duabus vestib. spoliatus. 449. venditus. 450, 465, an magus. 465, 504. 505. eius cronographia 466, 582 an periculo se temerè exposuerit. 467. cur pallium reliquerit. 468. captus triennio. 471. cur tamdiu in carcere. 479. eius humilitas. 480. nomen in Ægypto mutatum 483. mendacium. 489. conuiuium 499. dolus in Beniamin an iustus. 504. virga adorata. 619,533
Iosephi locus explicatur. 176, 399, 400, 429, 435, 447, 448, 450, 466, 480, 497, 521.
Ipsa conteret, quæ est vulgata lectio, defenditur. 105
Ire ad dexteram siue ad sinistram, quid significet. 330
Iris an ante diluuium, & quale signum. 188
Isaac vnde dictus 166, 346. cur amabat Esau 347, cur prohibitus ire in Ægyptum 352 eius lusus cum Rebecca qualis. 355. mansuetudo. 355. cur veteres puteos eruderarit. 356. caligo oculorum vnde. 355. 2. in quo fuit eius deceptio 358. 2. eius sex benedictiones. ibid. & 339. exstasis. 359. 2. mors eiusque causa. 436
Iscagh, à verbo *scaghagh*, quid significet. 117.
Isidori Hispalensis locus. 272,365
Isidori Pelusiotæ locus explicatur. 347
Ismaël quale domicilium habuerit. 256. an humeris impositus matris. 304. mortuus in gratia. 343. eius posteri & fines eorum. 344, pro Ismaelitis vsurpatur. 366.
Israel vnde dictus. 414
Issachar quare commendetur ab amœnitate situs, & soli fertilitate 560. 562. hominis religiosi figura. 562
Issacariani quieti & sapientiæ vacarunt. 561.
Issa nominis allusio lepida quoad etymon. 90.
Iuda pro toto populo Iudæorum. 550,551, fortis eius fertilitas qualis. 556
Iudæi vocant Christianos Goi per contumeliam. 214 vsi sunt annulis signatoriis, armillis, & torquibus. 460. captiuitatis tempore sceptrum retinuerunt. 550
Iudæorum mos ad omnia benedicendi Deum. 191
Iudas vnde ita dictus 379, 543. auctor venditionis Ioseph. 449. cur solus cum patre audeat, & impetret. 496. an mentitus sit, ad interrogationes illi factas dissimulans. ibid.
Iudices debent esse lenti, & examinare sedulò. 277
Iulianus Apostata quomodo suam πολυθείαν probabat. 105
Iumentorum voce quæ intelligantur. 69
Iuramentum publicum & solemne à ieiunis præstitum. 359
Iurandum nobis per verum Deum, Gentilibus permitti potest vt per suos. 405
Iurare Deum per se, in se, per animam suã in nomine suo magno, in Sãcto suo quid. 313
Iurisiurandi vetus cæremonia. 239
Iurisiurandi formula *si mentieris*. 305
Iurisiurandi formula manu posita sub coxa. 330.
Iurisiurandum filiorum Noe. 195
Iussio Dei de Agar expellenda fuit quædam quasi thori separatio. 303

Iusti vagantur aliter quàm impij. 128
Iustini historici locus. 450,466
Iustitia pro perfectione virtutis.245.pro misericordia. 297
Iuuenca indomita in sacrificio, quid significet. 246

K

KAragh,quid significet. 544,380
Kanah,quid significet. 563
Kesitah.Hebræis quid significet. 423
Κλῦχτοι à κλέπτειν dictum,quare. 400

L

LAbani iniustitia & sordes 376. peccatum.378.iniuriæ in filias.398.iniustitia contra generum. 402
Labium pro sermone. 204
Lamechi etymon quale.133. homo impius 135 duo. 149
Lapis erectus à Iacob in monumentum,non in statuam. 369
Laqach,quid in Sacra Scriptura,contra Abénezram. 145
Latusim quæ fuerint. 341
Lenticulæ Ægyptiæ, Alexandrinæ. 347
Leodicensium infame conuitium quale, & vnde desumptum. 178
Leonis varia nomina Hebræis, quid propriè. 548
Aissa,quid sit. 273
Leuare pedes suos,quid significet. 374
Leuare caput vel tollere,quid. 473
Leui interpretationes variæ. 379
Lex prima contra adulterium.354.pastoritia qualis.402.vetus,lac dicta. 559
Lia quomodo lippa.376.an peccauerit cum Iacob.376.vbi mortua. 574
Liber dictus, Testamentum Patriarcharum, suspectus. 539
Libertas arbitrij contra hæreticos stabilitur. 120,155,179,581.
Libido fugiendo vincitur. 468
Lignum vitæ quare sic appelletur. 81. vnde scientiæ boni & mali.ibid.quodnam illud fuerit,ex quo arca fabricata. 158.159
Limbus Patrum, Abrahæ sinus dictus. 343
Linguarum diuisio & vnio vnde. 206
Lipsij dictum verum & falsum. 87
Loci vera explicatio, qui de libero arbitrio. 125
Loculi lignei Ægyptiorum. 582
Loqui ad cor alicuius,quid. 179. à bono vsque ad malum.400.facie ad faciem,vel os ad os. 416
Loomim qui fuerint. 341
Lothan adoptatus ab Abrahamo. 216. defensus contra Caluinum. 224. eius laus. 225.cur in porta ciuitatis sederet.283. filias suas offerens quo pacto peccarit. 284 an peccarit non statim exeundo.285.286. cur dicitur timuisse manere in Segor 289. eius ebrietas & incestus quale peccatum. 290.
Lucta Iacob cum Angelo an vera fuerit.412. quando apud Hebræos more Græcanico cœperit. 413
Luctus tempus quale. 581
Lugentium ritus, vestes scindere,cilicio indui.451,492.Luminare,quid sit hoc loco. 64
Luna quomodo definiat tempora, & luminare magnum dicatur. 65
Lupi quidam matutini quidam vespertini. 574.
Lusus Ismaelis cum Isaac quis. 303
Lutheri ineptia maligna. 118. fabulæ. 166. falsiloquium. 215
Lux qualis quæ primo die creata.54.vnde,& cur producta. 55
Luz vnde dictum.369.quid significet. 391.
Lydi,seu Ludin,qui sint. 200

M

MAgnificare misericordiam,quid sit.286
Magnum pro multo in sacris literis. 167.
Magog nomine qui intelligendi. 195
Magorum trium munera in Abraham muneribus præfigurata.. 342
Maledictio, pro prædictione futuri mali.190 pro iuramento. 334
Manasses,quid,& vnde. 484
Mandara,quid sint. 399
Manucodiata quomodo nidum struat. 68
Manus contra & in aliquem, aut cum aliquo quid.156,450. in ceruicib. hostium. 544.
Mare cur in tot sinus partitum.61. quomodo & terminus positus. ibid. mediterraneum Hebræis dicitur occidens, & mare magnum.217.salis & mortuum quid 130, 188.
Mariæ figura Eua. 104,109
Massoretæ veterem pronunciationem mutarunt. 416
Mater debet filium lactare. 303. nomen ei imponebat. 457
Materia sacræ Scripturæ quænam sit. 5
Mathusala senior omnibus. 149

Matrimonij indissolubilitas à Deo sancita. 90 per coemptionem vsus apud quos. 376
Martys vocabulum Latinum vnde deductum. 355.2
Medi à quo orti, eorúmque diuisio. 196
Medicus pro polluctore. 579
Meditari pro exercere. 336
Medium pro toto ambitu. 278
Medulla quid significet. 515
Melchior Canus notatur. 322
Melchisedech quid & qualis. 235. fuit verus Sacerdos. 238
Mensa Solis apud Gymnosophistas. 17
Mensæ tres Christianorum quæ, earumque figura. 17
Mentiri & mendacium, Hebraismus pro defectu. 458
Merces optima & supereffluens solus Deus. 241.
Meretrix, Hebræis, Hakkedescah, Græcis. πόρνη. 461
Meridies Auster, & desertum idem. 218
Mesceq, quid significet. 243
Mestraim Ægyptiorum parens. 198
Messes septem annorum cur collectæ. 481
Mikelem, quid significet. 80
Mirma, quid significet. 360
Misericordia & veritas simul iuncta idem significant. 334
Misericordiam & veritatem facere, quid sit. 529.
Mispharh fons cur dictus fons iudicij. 232
Missus Hebræis quare eleuationes dicantur. 500
Moabitarum origo, & etymon. 291
Mæchæ semitariæ cur ita vocatæ. 459
Mozbed, quid significet. 65
Moneta transiens inter mercatores, phrasis vulgata. 321
Moria mons, & eius etymon. 310,311
Moriendi necessitas lexque vnde. 108
Morientium oculos claudendi ritus. 518
Morte mori quid significet. 86
Mortis necessitas quæ hic sancita. 86,87
Mortis genus nouum ab hæreticis excogitatum. 145
Mortuos osculandi mos, 579
Mosoch nomine qui intelligantur, 196
Muyses vnde illa sciuerit quæ narrat in Genesi. 45. cur prætermisit scribere, vtrum Deus opus secundæ diei viderit esse bonum. 60. defensus contra Lutherum. 168. quo pacto diluuij dies expresserit. 175
Muliebria Hebræi vocant consuetudinem seu viam mulierum. 275.421
Mulier, pro puella seu virgine. 331.427
Mulieres steriles sanctæ dictæ & quare. 344
Mulieri quotuplex inflicta pœna. 106
Mulieris nomina vnde deducta. 90
Mulieris & serpentis bellum indicitur. 104
Multiplicatio hominum & vitiorum. 152
Mundus in quo principio creatus. 50. quo anni tempore conditus. 64. successiuè creatus. 75
Murus ciuitatis pro principe. 542
Museuli fœdi lapsus. 148. suos magistros damnat. 582

N

Achasc, quid significet. 388,505
Nachor vrbs quid, & vbi sita. 331
Nagharah, quid significet. 332
Nakal, quid significet. 398
Namphaniones qui dicti à Pœnis. 388
Nathal, quid significet. 344
Nazianzeni locus. 54
Nebulo vnde dicatur. 427
Nemrod Hebraicè quid significet. 199. eius tyrannis. ibid. quis fuerit & eius gesta. ibid.
Nephtalim, quid, & vnde. 385.386
Nepotum Iosephi cur hic magis habita ratio quàm nepotum ex aliis patriarchis. 522.
Nequam in conspectu Domini, quid. 458
Neruus femoris quid significet. 43.
Neutrum cum fœmino vel masculino. 122
Nikud, quid significet. 389
Nili exundatio ad quid vtilis. 481
Nilus idem qui Gehon, & cur flumen Æthiopiæ. 83
Ninus cur dictus Assur. 200
Nisi, pro donec includens præteritum, non futurum. 368
Nod, seu *Naid*, vnde dicta. 132
Noe vnde dictus. 149. eius obedientia. 165. cur vocatus cor Dei. 179. agricola primus quomodo, eius ebrietas excusata. 189. 190. Christi typus. ibid.
Nolo viuere quid significet. 362
Numen liberis primo loco mater dabat, interdum pater. 142. inuocari super aliquem quid significet. 534
Nomina plura habere soliti Hebræi. 440
Nominum impositione quid Deus intenderit. 88
Non leuare manum nec pedem, quid significet. 483
Nusse nihil præter panem quem comedit, adagialis locutio explicatur. 466
Nouissimus pro posteriore seu subsequente 410.
Nox pro diluculo & summo mane. 195

Nuces pro amygdalis. 498.
Nuditas Noe sine peccato. 190
Numq; valet aliquando affirmationem, aliquando negationem. 257
Numeri rotundi soli positi excessu prætermisso Hebraismus est. 206.249
Numerus impar quomodo mundus. 169
Mumerus & numerare, castrensia vocabula. 233.
Nupta in tenebris virum adibat, & quare. 377. Nuptiæ septem diebus durabant. 378

O

OCcasio pro causa intenta. 272. pro vera causa. 496
Occurrit in locum Hebræis quid significet. 366.
Ochuzath, quid, & quale officium. 357
Oculi prophetas & Apostolos denotant. 558
Oculos super aliquem ponere, quid significet. 506
Oculus non pateat, quid significet. 513
Odorari suauitatem sacrificij, Hebraismus. 178.
Odoratus animæ est in sacris scripturis. 15
Oliuæ naturalis viror. 177
Omnis pro nullo. 131. pro multis. 158. pro eo. 178. proplerisque. 398, 421. pro quadam parte. 485
Onix, & onethinus lapis. 84
Orbis, pro certa mundi parte. 485
Ordeum quanta in quantitate colligitur. 355
Oriens primùm habitatus, & claratus à Sole 80. quomodo sumatur in sacra Scriptura. ibid.
Orientalium mos antiquus lauandi pedes hospitibus. 272
Orientij locus. 99
Orientis filij seu Orientales. 342
Origenis interpres malæ fidei. 366
Os gladij, quid significet. 429
Os de osse, &, Caro de carne, Hebraismus. 90.
Os, pro labito. 527
Osculari pro venerari & obedire. 482
Osculum propinqui offerebant antiquitus. 375. genus honoris duplex. 482
Ostendere, pro facere. 581
Ostium arcæ, eiusque descriptio. 262

P

PActum primum cum Labano. 388. secundùm. 389
Padus fluuius vnde ita dictus. 344
Palæstina feris scatens erat. 451
Pallium Christi Ecclesia. 558
Panis & vinum, in sacra Scriptura quomodo sumantur. 108, 237, 272
Paphlagones à Riphath denominati qui Riphathæi & Riphæi. 197
Paradisus vbi situs. 80, 81. quomodo irrigabatur. 81. an superstit, & eius custodia. 111. in sacra Scriptura duplicitet sumitur. 147.
Parentes primi quo ordine & loco creati. 71.
Partus dolores qui. 106
Parui, pro paucis. 516
Pastor pro rege. 571
Pastoris vigilantia quæ. 402
Pater pro Domino & quare. 423. pro moderatore. 512
Pater, & mater quo casu vxori præponendi. 91.
Patres conciliantur de formatione Euæ. 89. de peccato Iudæ & Thamar. 461
Patris nomen apud Hebræos latè patet. 154
D. Paulus lupus rapax. 572, 573
Paupertas pro humiliatione. 485
Pax, quid complectatur Hebræis. 375
Peccandi potestas alia moralis, alia naturalis. 122.
Peccati gradus qui. 98
Peccatores Deo vel Dei qui dicantur. 225
Peccatum quomodo oculos aperuit. 100. pro pœna & vltione peccati. 119, 250, 295, clamare ad Deum, quid. 127
Pedum seu baculus iter facientium. 460
Pelagianorum error quoad liberum arbitrium. 116, 117
Penetrate se ad plures quid significet. 574
Pentapolis vbi sita. 224
Pentateuchi auctor quis. 45
Per Deum, quid sit. 1'6
Peregrinationum Abrahæ causa. 294
Perfecti quo sensu iusti dicantur in hac vita. 157.
Perizomata, & campestria, quid. 101
Pharaonis plagæ quæ. 219. somnium. 479, 480. explicatio. 481
Phares Christus quomodo. 461. non genuit nono ætatis anno. 519
Phicol, quid indicet. 357
Philonis allegoriæ quales 244. loci explicati. 484, 491
Phison & Gehon fluuij, non fossæ manuductæ. 81 vnde sic dictus 83
Phœnix quomodo nidum struat. 68
Phuth nomine qui intelligantur. 198
Physicæ sacræ partes, quæ. 35

Physice causæ hominis, materialis, formalis, & finalis. 78
Pisces an ex sola aqua geniti. 66. cur reptilia vocentur. 67. parui quando creati. ibid. non fuerunt extincti diluuio. 170
Piscibus, & ex putri natis materia non indidit Adam nomina. 88
Pistoris Pharaonici somnium & supplicium quare. 474
Planctus à fletu distinguitur. 317
Plantæ primæ Deo soli non solo, aut cœlo debitæ. 77
Plantare quid significet. 80
in Plantis est vis sibi simile gignendi. 64
Plateæ ciuitatis quid denotent. 200
Plenitudo gentium, domus, pugilli, &c. quid sit. 535
Pluit Dominus à Domino, phrasis linguæ Hebrææ, & quid significet. 287
Pluuiarum author & dator Deus 77. tantarũ in diluuio materia quæ. 167
Polygamia an vnquàm licita. 133, 134. abrogata. 134
Poma Sodomitica quæ. 288
Pomum, pro omni fructu, inde pomiferum. 63
Populus, pro familia. 534
Porta cæli, figura Ecclesiæ Christianæ. 369
Portæ quibus muneribus Hebræis in vsu. 283 quid significent. 336
Portas hostium possidere quid. 314
Posse, pro velle, Hebraismus. 276
Possidere, pro facere, item possessor pro creatore. 238
Potens, nomen Dei. 570
Præceptum Adæ datum explicatur. 85. an soli Adamo, an simul Euæ datum. 86
Præputium cur locus circumcisionis. 262
Præputium cur locus circumcisionis. 262
Præteritum, pro omni tempore, quare. 310
Primogeniti an sacerdotes essent. 347
Primogenituræ priuilegia tempore legis naturæ quæ. 347. 540
Primogenitus principium doloris dicitur, & quare. 540
Procopius explicatur. 115
Proferre, sacrificale vocabulum. 236
Proiicere, pro contemnere. 378
Promissio facta Abrahæ de semine benedicto pertinet ad Christum. 215
Promissiones sacræ Scripturæ quomodo intelligendæ. 215. factæ vni, in posteris implentur. 539
Prophetæ apes sunt, & quare. 18
Prophetia præcedit benedictionem. 539
Prophetiæ de Iuda ordo & series. 551
Prostratio ad cultus religiosi tantùm. 545
Protoplasti soli nudi, posteri nequaquàm. 91
Prouidentia Dei erga Iacobum. 366
Puer, pro seruo. 499
Pueri & fœminæ cur etiam Sodomis puniti. 288
Pugna infantium in vtero Rebeccæ, quid significet. 345
Pullus, populus Gentium. 552
Pulnerisandi voce cur luctari significetur. 412
Puniri septuplum, quid sit. 131
Puteus viuentis & videntis. 343
Putiphares duo. 465
Putiphar cur princeps mactantium Hebræis & Septuaginta. 452
Putipharis stultitia & iniquitas. 468

Q.

Quadringenti anni afflictionis, & captiuitatis quomodo intelligendi. 248. 249
Quadrupedia ad sacrificium cur trima deligi iubentur. 247
Quasi, tanquàm, veritatis indices sæpe. 529
Quercus, quid, & cur fletus dicta. 434
Quiescere Dei, quodnam sit. 76
Quinta pars fructuum cur seruata. 481

R.

Rabbinorum ridicula mensura. 274
Rachel præcipua vxor Iacobi, 397. eius furtum excusatum. 399
Rachelis inuidia quale peccatum. 384
Remesse, quid. 527
Raphaim quinam fuerint, vnde ita vocati. 231
Raphiah, quid significet hoc loco. 57
Rabecca typus Deiparæ virginis. 322. eius inaures quanti ponderis. 322. armillarum valor. ibid. illi redditum oraculum. 345
Regma nomine qui intelligantur. 198
Regula nostri Interpretis in vertendo. 85
Repetitio eiusdem verbi, quid notet Hebræis. 76
Reptilia quæ appellentur. 67. 69
Reseruari super terram, quid significet. 511
Resinæ conuenit melius cicatrices obducere, quàm theriacæ. 497
Respicere ad aliquid, in sacris litteris quid significet. 117 post tergum quid. 286

Respondere in bonam & in malam partem accipitur. 389
Risus Abrahæ & Saræ qualis. 266,275
Ritus formulæ in die cinerum. 108
Ros Palæstinæ optatissimus. 359.2
Ruben conatus pro Ioseph. 449
Rubrum, pro pulchro & splendido. 558

S

Sabagh, duo significat. 307
Sabatha parens Sabathæorum. 198
Sabbati institutio, & quo pacto commutata. 76
Sabbatum violantis pœna quæ. 265
Sabæi duplices, & vnde descenderunt. 198
Sabech, quid significet. 312
Sacrificij & fœderis prophetica explicatio. 246.
Sacrificium Melchisedech, fuit typus venerabilis sacramenti Eucharistiæ. 236
Sadai, quid significet. 260
Sagad, quid significet. 545
Salem, quid sit. 422
Salsugo an mari natiua: cur addita. 62
Salutare nomen CHRISTI. 563
Samson similis ceraftæ & colubro. 563. an fuerit figura CHRISTI & Antichristi simul. 564
Sanctuarij siclus quis, & cur ita dictus. 320.
Sanguinis comedendi prohibitio nūc cessat, & cur olim sancita. 187
Sapientia in sacra Scriptura interdum in malam partem capitur, sicut & astutia in bonam. 360.2
Saraceni vnde dicti. 256
Saracenorum circumcisio quando fiebat. 267.
Sarai an vocata Sara, an Sarra. 265. mystica nominis significatio ibid. risus eius qualis 275. mendacium. 276. vetulæ pulchritudo. 294. quo tempore conceperit. ibid. Abrahæ neptis à fratre, non soror, res eodem patre. 296. typus Deiparæ. 302. ignara immolationis filij. 311
Satanas vnde ita dictus. 316
Satum quid eiusque duo genera. 272,273
Saue vallis dicta Aulon & Regis. 235
Saul, quare lupus rapax. 573
Sachbah, Hebræis quid significet. 545
Scala Iacob explicata historicè, allegoricè, tropologicè, anagogicè, & mixtè. 366,367, 368
Scalem, Hebræis quid significet, eiusq; verbi vsus. 375
Scaratz, quomodo est explicandum. 66
Scephattaim, valdè incertę significationis. 560
Sceptrum & dux simul sunt accipienda sicut corona & cidaris. 552
Scolarum origo. 347
Scientia boni & mali, res optima. 81. quid. 98.
Scilob, quid significet, & vnde deducatur. 553.
Scorta olim in biuiis. 459
Scribæ, & legis periti posteri Simeonis. 542.
ad Scripturæ sacræ studium cur plerique sint minus propensi. 1. eius dignitas quanta. 1. & seq. epitheta. 13. mensa vocatur. 16. mel & fauum. 18. in ea magna difficultas & periculum. 22. & seqq. qui ad eam accedere non debeant. 23. qua ratione & methodo legenda. 28. & seqq. eius sensus ex quibus peti debeat. 31
Scuach, quid significet. 336
Scuph, quid significet. 105
Sedendi in mensa mos antiquissimus. 499
Seditionum vitandarum optimum remedium. 528
Segor vrbis nomina. 230,287
Seir mons seu Edom mons. 410
Sem quoto Noemi anno natus, & an primogenitus. 149
Semen promissum Abrahamo quale sit. 215. duplex. 244,304
Semi benedictio in Christianis completa. 191.
Septena & septena, quid significet. 166
Septuaginta animæ domus Iacob. 510. quomodo septuaginta quinque. 521
Septuaginta defensi. 66, 198, 320, 479, 520, 543. conciliati cum nostra versione. 75, 80, 106, 111, 446, 529, 566. defenduntur cum nostro. 79, 109, 206, 386. cur Moysi addiderint 107. eorum mos in vertendo. 237. solent ex traditione quædam explicare. 305. à reprehensione Eugubini vindicati. 333.
Sepultura Christi allegoricè significata. 274
Sepulturæ locus an venalis esse debeat. 318
Sericum à bysso distinguitur. 483
Sermo egressus à Deo, quid significet. 335
Serpens & tentator nomina diaboli. 95
Serpens quæ illi naturalia accepit in maledictum. 104
Serpenti cur Deus maledixit. 103.
Serpentis astutiæ indicia. 95
Serpentis supplicium quàm congruum eo natui. 104
Serpentum calliditas, & artes. 563
Serui an tenebantur circumcidi. 263
Seruus seruorum, quid. 191
cur Seruus iubetur manum ponere subter femur

femur Abrahæ. 330
Seth,quid significet. 138
Sheden,quid significet. 80.82
Sichem duæ,& quæ. 217
Sichimitæ cur omnes occisi vnius ob furtus & noxam. 429
Siclus quid & quantum, maior & minor. 319,333.ad nostram monetam. 321
Signa multiplicia,& quæ illa sint. 65
Signi petitio an Abrahamo licita fuerit. 331
Signum quo Deus ostendit se acceptare oblationem Abeli. 117
Simeon cur captus. 491
Simeon & Leui quomodo diuisi. 543
Simila,quid sit. 274
Similitudo Dei qualis hic promittatur. 98
Simplex in sacra Scriptura quid significet. 295,346
Sitnath,quid significet. 356
Socoth vrbes quatuor. 422
Sodomorum regio quàm amœna. 224. cæcitas qualis. 285. supplicium quàm graue, & an aliqui salui remanserint. 288
Sol & Luna quomodo definiant tempora. 65. quomodo præsunt. ibid.
Solis luminare cur maius. ibid.
Somniorum interpretes primi qui. 472
Somnium Ioseph de manipulis quid significaret. 448
Sopor immissus Adamo quid significet. 88. cum reuelatione coniunctus. 89
Sorek,quid Hebræis significet. 557
Spelunca duplex cur vocata. 318
Spinæ & malæ plantæ etiam ante peccatum fuerunt,post multiplicatæ. 108
Spiritus Domini quis intelligatur. 53
Sponsalium socij. 358
Stacte,quid sit. 497
Stare in conspectu,& ad pedes, quid significet. 484
Stater duplex,maior & minor. 320
Stola byssina,quid. 482
Stola Christi corpus eius. 557
Storax,quid sit. 497
Strabonis error notatus. 288
Stuprum,pro adulterio. 467
Subcinericius panis,quid, & vnde sic appellatus. 274
Suidæ locus. 273.274
Super,pro cum. 411
Super aliquem id dicitur, quod eius curæ commissum. 421
Superbia,Euæ & Adami primum peccatum, non infidelitas. 99
Superlatinum quo pacto indicent Hebræi. 72
Supplicium Sodomorum quàm graue. 288
Sur desertum vbi situm. 255.294
Surenas apud Persas secundus à Rege. 358
Surge,& vade,Hebræis,quid. 365
Suscipere faciem alicuius,quid sit. 286
Synecdochica creatio. 54

T.

TAbernaculum Sem Ecclesia. 192
Tactus animæ est in sacra Scriptura. [illegible]
Tactus sensuum certissimus. 358.2
Tædet vitæ,non est vox impatientiæ. [illegible]
Talionis lex sancita. [illegible]88
Talu,quid significet. 389
Tangere,pro rem habere. 354
Taurus cur dictus Sichem. 543
Tenebræ ante lucem quæ dicantur. 53. quo pacto diuisæ à luce. 55
Terebinthi succus,quid. 498
Terra quo pacto ante pluuias de cœlo irrigata. 77. quo pacto maledicta respectu Caini. 127
Terræ creatio. 51. inanis & vacua quæ. 52. cur dicta arida. 62. maledictio quæ. 107. vires, sunt fructus. 128. significatio duplex. 130. diuisio à posteris Noe facta. 195
Terræ promissionis fines. 251
Terræ populus,qui dicantur. 317
Terram seu mensam comedere,quid significet. 108
Tertullianus explicatus. 88.146
Testamenta duo per scalam Iacob significata. 368
Thadal cur rex Gentium dictus. 230
Thamar grauiùs peccauit quàm Iudas, & quo pacto iustior illo fuerit. 461. absoluta, vidua remansit. 462
Thamnas & Thamnata. 459
Thare filij qui. 208. an idololatria. 209. eius mors. ibid.
Theologicæ causæ hominis, formalis finalis. 78
Theraphim,quid. 399
Theristrum,quid sit. 336.337.459
Thogorma gentem Turcarum denotat. 197
Thoroth,siue leges,quid significent. 353
Thraces vnde denominati. 196
Tigris,quid,& vnde dicatur. 85
Timor,pro pudore. 102
Timor Dei,pro pietate. 296
Tob,quid significet. 55
Tondere an vellere antiquius. 459
Torrens,pro alueo suo. 356
Transitiones à persona ad personam, à re ad rem, à tempore ad tempus, crebræ in Prophetis. 531
Tres vidit, vnum adorauit, explicatum. 271
Tribus Iuda laudes. 544

Tribus quo pacto duodecim. 574
S Trinitatis mysterium indicatum, probatum & explicatum. 69. 205. 287. 297. 570
Tristega quid, & distega. 162
Tubal, Hispanorum progenitor. 196
Tumulus seu aceruus testimonij. 403. 404
Turtur in sacrificio, quid significet. 247

V.

VAe tibi, quid significet. 2·4
Vadere & dimitti, quid Hebræis. 243
Vasa, Hebraicè quid. 335. 355. 2. iniquitatis bellantia quid significent. 541
Ve, seu & particulæ multiplex potestas. 79. 237
Venatio, pro crudelitate & tyrannide. 199
Venochacha·h, quid significet. 298
Ventus vrens diluuij cessatio; sed præcipua voluntas Dei. 173
Verbum paratum seu firmatum, quid sit 481
Versiones conciliatæ multorum locorum. 78. 80 98. 101. 111. 117. 118. 131. 132. 139. 156. 159. 200. 230. 231. 232 247 250. 263. 266. 276. 284. 287. 289. 296. 297. 302. 304. 305. 317. 319. 333. 336. 344. 345. 354 358. 385. 388. 452. 527. 549. 554. 555. 560 564. 566. 572
Vespere ante mane, quare. 56
Vestes pelliceæ cur datæ, & quomodo. 109. mundas induebant Deo operaturi. 433. eas scindendi mos. 505
Via & viæ, differunt. 158
Victimæ, pro occisione animalium & hominum. 498
Videre faciem Dei, vel dorsum, quid. 257 facie ad faciem. 416. pro pugnare. ibid. pro audire, & olfacere. 489
Vidit, pro fecit nos videre, idiotismus sacræ Scripturæ. 55
Viduæ permanebant in familia in qua nupserant. 459
Vinea, populus Iudæorum. 557
Vir, quid significet. 542
Virga Iosephi adorata. 529. 530
Virga dominationis, seu sceptrum quid. 550
Virginitas paradisum, nuptiæ terram replēt. 168. purior nuptiis. ibid.
Virginitatis perfectæ descriptio ex Hebraismo. 332
Virgultum, quid significet. 77
Viridationis tempus, quid. 435
Virum fœminæ subesse, legi naturæ repugnat. 107
Visionis à Deo signum. 267
Visitatio Dei pro quo accipiatur. 302
Visus animæ est in sacra Scriptura. 19
V*ita comite*, quomodo explicandum. 275
Vitæ humanæ tempus. 153
Vitula in sacrificio, quid significet. 246
Viuens, quid sit. 67. 72
Viuere coram Deo, quid significet. 266
Viuificare, pro alere. 163. 511. pro à morte liberare. 218
Viuit Deus, & , *Viuit Rex*, formulæ iuramenti in quo differant. 490
Vnus, pro primo, Hebraismus. 56. pro paucis. 361
Vocare, pro inuitare. 405
Volatile, quid significet. 168
Volatus volucrum ad cadauera, quid significet. 247
Volucres duæ in sacrificio, quid significent. ibid.
Vt, quid significet, & vnde sic dicta. 208
Vredo seu rebellio, quid. 480
Vsque hodie, quid significet. 291
Vstio, quid sit. 402
Vt, consecutiua particula. 474
Vteri nomine significatur substantia. 243
Vtilitas sacræ Scripturæ quanta. 9
Vuluam concludere, & aperire, quid. 254. 379
Vxor, quale adiutorium. 87. cur Loth in statuam versa. 289. quatenus amanda. 377. emempta gratuitò ἀλφεσίβοιαι Græcis, dicebatur. 428
Vxores Patriarcharum cur natura steriles fuerunt. 379
Vxorum & concubinarum discrimen. 342

Z

ZAbulonis portus, & termini. 559
Zabulonitas Sidonē vsque pertigisse, quid significet. 560
Zabulus simius Dei. 369
Zaraph, figura Christi. 463

Finis Repertorij generalis.